DISCEPTATIONES SEV CONCLVSIONES FORENSES CRIMINALES

Ad Reorum Defensam.

ALMONTIS CIAZZII

A Sancto Seuerino, à Perillustri verò, & vetustissima Arimini Vrbe Oriundi I. V. D.
& Prothonotarij Apostolici.

IN IPSARVM FINE NITENT VIGINTI AVREA CONSILIA
Pro dictis Reis defendendis diligentissimè elucubrata.

Adsunt etiam duo Indices, primus, rerum omnium, ac Sententiarum ordine alphabetico, locupletissimus, secundus verò, Capitum Disceptationum, ac Consiliorum.



MACERATÆ.

Ex Typographia Augustini Grisei. M. DC. XXXXVI.
DD. SVPERIORVM PERMISSV.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. PRINCIPI

IO. BAPTISTAE PALLOTTO

S. R. E. CARDINALI AMPLISS.

Almontes Ciazzius. F.

CVM ex litterarum monumentis, integerrime Princeps, iam diù extincti hominis memoriam liceat repetere, & in hac vita, quam breuis æui angustijs natura præscripsit, nihil beatius sit, quàm nominis famam, & illustria animi facinora ad non incertam spem sempiternæ laudis propagare; diuturnos studiorum labores, ac vigilias caligantis ætatis tenebris nulla lucis spe obuoluere, insipientis potiùs, quàm sapientis mos existimatur; vnde mirum non est, quamplurimos insignium ingeniorum latere fœtus, qui elapsi temporis voracitate occupati frustrà desiderantur. Has igitur meas Elucubrationes ad Reorum defensam tibi, Eminentissime Princeps, offerre non erubui, vt ab iniuria temporis vindicarem, & excelsi nominis tui patrocinio ab improborum calumnijs, morsibusq; defenderem. Nec dubito, quin litterarij huius muneris oblationem, Princeps optime, respuas, cuius illustrem purpuram, & egregias virtutes Roma colit, Picenum futuræ magnitudinis præsagum veneratur. Nam sicuti Maronis, & Flacci tenuitatem mecænatis inexhausta benignitas fouit; ita à te integerrimo Principe Opusculum hoc protegendum spero, in quo meum erga te obsequium intueberis. Te Deus incolumem seruet, vt labente annorum curriculo Ecclesiæ habenas modereris. Sanseuerini die vigesima Februarij M. DC. XXXXVI.

AD

AVTHOR LECTORI.

CANDIDE Lector; Romana gens, non tam ferro duce, Capitolinam Arcem, raptis ab hostibus spolijs, conuestiuit, quam ductrice pietate, opulentis amoris insignibus, trophæis tamquam, decorauit, vt illud sibi præclarum repetant, iure suo, elucubratum Elogium Romani: in alijs gloriari licet, nulli gentium, minores placuisse pœnas. Apposité igitur, posterius Opus hoc Disceptationum Forensium Criminalium, Consiliorumue ad Reorum defensionem, è latebris ingenij mei, vt ad lucem pietatis tuæ perueniret, animum intendi; nè, si quandoquidem, discussis reorum causis iudiciali è nube detorqueri velit fulmen in eos, tutelam suscipiendo, fulgòre Clementiæ, illas ad tranquillam serenitatem perducere, desistas. Et licet in hoc Volumine exarata, LL. ac DD. authoritate comprobata percipias, attamen tamquam veræ religionis filius, non solum S. Matris Ecclesiæ censuris, verum etiam meliori iudicio, omninò me subijcere scias. Vale.

Si placet Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Papirio Siluestro Episcopo Macerat. Imprimatur. Fr. Vincentius de Gulijs Min. Con. Sacr. Theol. Magist. in Patr. Vniuers. Phil. Profess.

Imprimatur.

Claudius Angelutius Can. Theol. Prothon. Apost. & Illustriss. ac Reuerendiss. D. Papirij de Siluestris Vic. Generalis.

Hieronymus Spinuccius S. Saluatoris Can. Phil. ac Sac. Theol. Doct. & S. Officij Reuis. vidit, & approbat.

Imprimatur.

Fr. Io: Baptista Talianus Vic. S. Officij Macerat. Ord. Prædic.

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS

Rerum, sententiarum, rationum, iurium, atque casuum criminalium ad Reorum defensam in hoc opere contentorum alphabetico ordine digestus.

A

Alimento-

INDEX

INDEX

Author

C

In

INDEX

Cum

Et

INDEX

Causa

I N D E X

I N D E X.

Cle-

INDEX

Con-

INDEX

6 3 Con-

I N D E X.

Con-

INDEX.

Con-

INDEX.

Con-

INDEX.

Copp-

D

D. j. n.

INDEX.

INDEX.

Deli-

INDEX.

Deli-

INDEX.

I N D E X.

Effectus

INDEX

Extrin.

I N D E X.

Falſi-

INDEX

Falsum

I N D E X.

Fiscus

I N D E X.

d fugiens

vel

Furtum

I N D E X.

Hære-

INDEX.

Hom

In ho-

INDEX.

Homi-

Homi-

INDEX.

Homici-

INDEX.

I

Indi-

I N D E X.

INDEX.

INDEX.

Infa-

INDEX.

Iniurias

I N D E X.

Inqui-

INDEX.

In iudi-

INDEX.

Latronis

M

INDEX.

f Mitus

INDEX.

Minor

INDEX.

f 2 Mulier

INDEX.

Offen-

INDEX.

Paupertas

Pœna

I N D E X.

Præsbi-

INDEX.

Prae-

INDEX

g Pro-

INDEX.

Con-

Reus

Reus

Reus

Reus

I N D E X.

Contra

INDEX.

INDEX.

Subor-

INDEX

T

Testis

INDEX

Testes

INDEX

Testes

I N D E X

facit

Tortu-

INDEX.

Veri-

Finis Locupletissimi Indicis Secundi Operis Almontis Ciazzij.

INDEX DISCEPTATIONVM
FORENSIVM CRIMINALIVM
Ad Reorum Defensam.

INDEX CONSILIORVM.

Finis Indicis tam Disceptationum, quam Consiliorum.

Practica Criminalis etiam inditijs indubitatis munita ad torturam non parit inditium.

SVMMARIVM.

1 *Practica antiqua ob modernam non est omittenda.*
2 *Romæ quod fit, non est seruandum, sed quod de iure fieri debet.*
3 *Exemplis non est iudicandum.*
4 *Practica sacris canonibus, seu iuri scripto præiudicare non potest.*
5 *Practica non est seruanda, quando lex est contraria.*
6 *Practica omnis non tollit ius, & si aliqua extaret, est extirpanda.*
7 *Ius commune seruari debet vbiq; locorum.*

PRACTICA antiqua, quæ in torquendis, & condemnandis Reis iuribus, ac Doctorum
1 authoritatibus optimè sustinetur, ob modernam non est omittenda. Ex Text. in l. sed licet, ff. de offic. præsid. vbi habetur, quod non
2 id, quod fit Romæ, sed quod de iure fieri debet seruandum est. Bertaz. cons. 225. n. 19. lib. 1. & cons. 556. n. 10. in fin. lib. 2. qui declarat dictam nouam practicam non seruari; nec ipsam probat Farinac. q. 43. n. 124. Et ità etiam in terminis Rolan. cons. 94. n. 21. vol. 4. Bal. l. illud, ff. de excusat. tutor. Dec. cons. 44. vol. 2.
3 Ratio est, quia exemplis non est iudicandum. l. nemo Iudex, C. de sent. & inter. omn. Iud. Non valet si per Fiscum dicatur, quod his nostris temporibus de consuetudine à Iudicibus aliter seruatur, maximè in tortura infligenda Reo, quia dicta eorum noua consuetudo, seu
4 practica sacris Canonibus, & iuri scripto nullo modo præiudicare potest. c. cum consuetudo, dist. 11. c. ad audientiam, de consuet. Immò
5 dicta noua practica, seu consuetudo non est seruanda, quando adest lex, seu ius scriptum in contrarium. Ità tenet Dec. c. auaritiæ, nu. 9. de præben. Specul. in tit. de appellat. §. de officio, n. 14. Menoch. cons. 51. n. 36. lib. 1. Ex quibus infertur quod non id, quod v.g. fit in Prætorio, sed quod de iure fieri debet, seruandum est: Ratio est, quia in omnis practica, seu consuetudo, tollit ius. c. fin. de consuet. l. 2. C. quæ sit
6 longa consuetudo; Et si aliqua extaret, est extirpanda, c. consuetudo, 8. distin. Abb. c. cum causam, n. 4 seq. de elect. Stante maximè Bulla fel. rec. Pauli III. ad fauorem Carceratorum edita, & confirmata à fel. me. Pauli Quinti in Reformatione Tribunalium Vrbis, in quibus omninò continetur, quod Iudices criminales etiam in Vrbe in omnibus occurrentijs teneantur, & debeant seruare ius commune, quamuis hodie de mala quorundam sanguinariorum Iudicum prætensa practica, seu stylo facilè non expectatis alijs probationibus ad torturam protinus accedatur, à quibus grauissimè erratur l. Angel. l. fin. n. 4. C. de quæst. Boer. decis. 163. incip. an per torturam, n. 1. Marsi. in l. 1. nu. 7. de quæst. Vbi de communi, & Panormit.
7 in c. cum in contemplatione, q. 2. de reg. iur. Et quamuis dicti Iudices dicant, quod de practica, seu stylo aliter seruari viderunt in pluribus Tribunalibus; tamen Iudex christianus huiusmodi nouam practicam, seu stylum seruare non debet. d. Text. sed licet, ff. de offic. præsid. & maximè etiam stantibus dictis Constitutionibus, seu Bullis dictorum Summorum Pontificum. Non valet, si per Iudicem dicatur, quod tunc maximè potest torqueri, & condemnari Reus; quando vltra dictam practicam, seu stylum aliquibus patrati criminis vrgetur inditijs; Quoniam inditia, quamuis indubitata, immò & indubitatissima, & vrgentissima nullo modo ad torturam possunt parare viam, & id omninò verum est: Et quando Doctores loquuntur de inditio sufficienti ad torturam, illud semper intelligunt de semiplena probatione emanata quidem à dicto vnius testis fide digni, ac omni exceptione maioris, & non de minus quam semiplena, vt egregiè, & doctè declarat Soc. Iun. cons. 39. vol. 2. n. 57. Ratio est, quia verè inditia non pro probatione, sed pro quadam probationis specie habentur. Calep. de Calep. cons. 52. n. 33. seq. diuers. lib. 1. Et dicta semiplena probatio nullo modo oriri potest ab inditijs præsumptionibus, coniecturis &c. sed à teste, idest ab homine fide digno, deponente per visum, vel alium sensum corporeũ propriũ, nõ alienum aliquod delictum fuisse commissum. l. qui vltimò, in fin. ff. de pœn. Farinac. q. 37. n. 58. & q. 56. n. 21. Dec. cons. 189. col. 1. seq. Menoch. de præsumpt. q. 89. n. 7. Franc. Cason. tract. de indit. in suis qq. c. 6. Rubr. de non torquendo Reum per inditia, nisi legitimè probata. n. 8 Ratio est, quia inditium semiplenũ secundum Bal. in l. ea quidem, nu. 4 de accus. est præsumptio causata à dicto boni viri, quæ fortiter mouet animũ Iudicis ad aliquid credẽdum, seu discredendum. Et d. Bal. sequuntur omnes Criminalistæ; ideò dicitur, quod ad faciendam semiplenam probationem, quæ sola sufficit ad torturam, de necessitate præcisa requiritur dictum, seu depositio testis omni exceptione maioris, & non sufficiunt inditia, præsumptiones, coniecturæ, &c. Menoch. & Cason. vbi supra. Immò etiam requiritur, quod alia concurrant adminicula, aliàs faciunt inditium tãtum. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortur. n. 6. nõ autem semiplenam probationem. Clar. §. fin. q. 62. in princ. Quinimò dicitur quod ad faciendũ inditium sufficiens ad infligendam torturã, nec etiam sufficit dicta semiplena probatio orta à

d. teste quamuis de visu: Ratio est, quia oculus, & manus sæpè falluntur. c. Nec aliqua 27. q. 1. Fräc. March. dec. 678. quem refert Baiard. ad Clar. q. 4. n. 7. Vndè vt dicta semiplena probatio faciat inditium ad torturam, requiritur, quod sit confirmata alijs adminiculis; quia secundum Bal. in d. l. ea quidem, n. 4. de accus. cum d. semiplena probatio sit solum præsumptio, quæ fortiter mouet animum Iudicis, requiritur plusquam semiplena, vt latè per Boer. post multos dec. 85. n. 4. Et plusquam semiplena probatio est, quando v. g. adsunt duo testes, vnus integer, alter non; vel alia adsunt adminicula, vel inditia cum vno teste idoneo. Boer. d. decis. Ioseph. Ludouis. decis. 100. n. 100. Quibus etiā additur, quod vt dicta inditia ad torturā sufficiant, opus est, vt infrascripta omnia concurrant; nempè quod noua non superueniant inditia; nam si superueniant, & non sint euidentiora, & fortiora primis, Reo non potest infligi tortura; quia quando testes non inducunt nouum inditium, sed solū nouam veteris inditij probationem ad torturam maximè reperendam non sufficiunt; quia non repetitur ex dictis eorundem testium. Et noua inditia debent esse maiora, & vrgentiora illis, quę aliàs debent regulariter sufficere ad Reum torquendum (vt inferius dictum est) Clar. q. 64. vers. Vltimò notandum est, propè fin. vbi de communi testatur. Nec etiam repetitur d. tortura ex superuenientibus, & succedentibus inditijs, quando testes variāt à præcedentibus dictis, & circa diem. Boss. tit. de tortu. n. 47. Item opus est, quod dicta inditia non sint leuia; quia ob leuia, obliqua, & remota torqueri Reus minimè potest. Glos. in l. fin. in verb. vel inditijs. C. famil. hercisc. quam sequuntur omnes. l. fin. C. de quæst. Corrad. in pract. tit. de negat. crim. & torment. c. 1. n. 8. Bal. cons. 515. vol. vlt. ad fin. Item quod dicta inditia antecedant, antequā inferatur tortura. l. milites. vers. oportet. C. de quæst. Boss. tit. de indit. & considerat. ante torturam. n. 1. & 22. Item quod sint benè probata per duos testes idoneos. Mars. in pract. crim. §. diligenter, & in l. fin. n. 7. ff. de quæst. Clar. §. fin. q. 22. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 593. comm. 110. Et non sufficit vnicus testis, quia facit solum quale quale inditium. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortu. n. 19. Item quod inditia sint plura. Boss. tit. de tortu. test. num. 1. Mars. in l. pen. ff. de quæst. Ratio est, quia inditiū vnum non sufficit ad torturam. Bart. cons. 136. n. 1. vol. 3. Marc. Ant. Eugen. cons. 27. n. 20. Vbi testatur de communi Bursat. cons. 336. n. 1. vol. 3. Et id requiritur etiam in crimine hæresis Direct. Inquisit. 3. par. pag. mihi 192. comm. 110. Item quod sint à iure approbata, vel saltem communi voto à magnis DD. recepta, cum ex alijs inditijs, inter quæ lævia, remota, & obliqua, & à teste non emanata comprænhenduntur, tortura nemini possit infligi. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 593. comm. 110. Et id procedit etiam in delicto atrocissimo, occulto, & difficilis probationis. Boss. tit. de indit. n. 117. post Bart. quem allegat Rolan. cōs. 12. n. 89. lib. 5. Hyppol. Riminal. cons. 88. n. 52. lib. 1. & cons. 361. n. 32. seq. lib. 3. Osasc. dec. Pedamon. 79. n. 55. Vbi quod debent esse talia, vt delictum vix denegari possit, Foller. in pract. crim. in verb. quod suffocauit vxorem, n. 6. Et probari debent per testem idoneum, ac omni exceptione maiorem, aliàs non sufficiunt. Farinac. de indit. q. 37. nu. 32. Item dd. inditia etiam indubitata, præsumptiones, coniecturæ &c. ad torturam debent crimen tangere Glos. in c. 1. de confess. ob illam dictionem, Aliæ, quæ est relatiua, & repræsentatiua eiusdem qualitatis. Glos. in l. quidā Relegatus. in verb. Amicis. ff. de reb. dub. Et tunc dicuntur crimen tangere, quando fuerunt emanatę super delicto, & non super inditio ad delictum. Nec non opus est, quod omninò verisimile sit, delictum fuisse commissum ab illo, contra quem inquiritur. Angel. l. conditionaliter, C. de quæst. Vbi dicit esse notandum à Criminalistis, quem refert, & sequitur Veronen. cons. 39. n. 38. Verùm, quia nec inditia, nec præsumptiones, coniecturæ &c. crimen tangunt, & maximè remotę, sed solum illæ, quæ oriuntur à teste omni exceptione maiori deponente super facto consumato, ac perfectè præfinito, quæ semiplenam faciunt probationem, non autem illæ, cuiuscūq; generis existant, quæ non à d. teste, nec super delicto, seu facto consumato, ac perfectè pręfinito proueniunt. Vbi quod sola Rei confessio desit. Alex. cons. 133. n. 11. seq. vol. 7. Per plures authoritates ostendit Boer. d. dec. 164. per tot. Mars. §. diligenter, n. 52. Dec. d. cons. 115. n. 8. vers. præterea. Vbi dicit, quod ex inditijs etiā indubitatis, & vrgentissimis, quę nullam habent difficultatem, quin delictum fuerit cōmissum. in causis criminalibus secundū Doctorum opinionē condemnatio fieri non debet, nec tortura potest infligi. Bald. & Imol. quos allegat: Ratio est, quia nullū inditium est adeò indubitatū, quin aduersus illud possit probari contrariū. Boer. d. dec. 165. n. 1. Ideò iure optimo dd. inditia ad torturā non sufficiunt, & eò magis quando ipsa, & eorum singulæ circūstantię nō sūt plenè probatę per duos testes legales, idoneos ac de loco, & tempore contestes. Afflict. c. 1. §. sacramenta, de consue. rec. feu. Gomez. tit. de delict. c. 13. n. 18. seq. Bart. & cæteri in l. vlt. ff. de quæst. Grat. cons. 59. n. 34. vol. 2. Hyppol. in pract. §. diligenter, Glos. communiter approbata, & Bart. ff. de quæst. l. vlt. in verb. vel inditijs, C. famil. hercisc. Itā etiam voluit Innoc. c. sicut, de simon. Vbi dicit, q etiam leuia inditia debent plenè probari per duos testes contestes idoneos. Itā refert Bal. in d. l. fin. C. famil. hercisc. Simanc. Enchirid. de torment. tit. 52. n. 6. Clar. q. 22. in princ. Vbi quod ista opinio non solum est communis, sed quod nullam habet difficultatem, & contradictionem. Blanc. de indit. n. 206. Carrer. quos allegat, tradit Bertaz. cons. 559. Ioseph Ludouis. in suis commun. opin. concl. 45. vers. inditium autem remotum, Honded. cons. 87. n. 120. vol. 2. vbi de communi, Natt. cons. 6. nu. 7. & cons. 42. nu. 6. vbi testatur de communi.

DISCEPTATIO PRIMA
De Confessione Rei.

SVMMARIVM.

1 *Innocens vexatus à Fisco delictum negare debet.*
2 *In confessionibus Reorum Iudex criminalis se fundans valdè errat.*
3 *In criminalibus de re, de vita, & de honore agitur.*
4 *Confessio Rei nullum ad torturam parit inditium.*
5 21 *Testis nemo potest esse contra se ipsum.*
6 *Confessiones Reorum pro exploratis facinoribus non habentur.*
7 *Lex prohibens aliquid fieri, si fiat, est nullum, & inualidum.*
8 *Nullum, & inualidum æquiparantur.*
9 *Confessionis nullitate præsupposita perindè est, ac si nullæ, & inualidæ delicti informationes à Fisco captæ fuissent.*
10 *Nullitate, & inualiditate præsupposita perindè est, ac si nulla, & inualidæ delicti informationes à Fisco captæ fuissent.*
11 *Nullum, & inualidum nihil ponunt in esse.*
12 *Ex nihilo nihil fit.*
13 *Nihil supplementum non recipit.*
14 *Nihil valere seu confirmari, aut roborari nullo modo potest.*
15 *Confessio quælibet Rei non sufficit ad torquendum, seu condemnandum Reum.*
16 *Reus si fuerit tortus, & confessus, non potest per Iudicem condemnari.*
17 *Iudicis iniuria quicquid manat, iniustum est.*
18 *Ius ex iniuria nasci non potest. Tit. 1. n. 18.*
19 *Fiscus non potest sumere delicti probationem ex ore Rei.*
20 *Confessio Rei non dicitur probatio, sed delicti relatio.*
22 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*
23 *Confessionem Reus potest reuocare etiam non docto de errore.*
24 *Reus non potest renunciare defensionibus suis.*
25 *Confessio etiam in crimine hæresis non est sumenda à Reo.*
26 *Natura abhorret, quod vitam adimit.*
27 *Reus non est Dominus membrorum suorum.*
28 *Nemo est Dominus membrorum suorum.*
29 *Cum confessione sua Reus non potest facere se condemnare, & necare.*
30 *Cum confessione sua Reus non potest facere delictum, vbi non est.*
31 *Per confessionem Rei delictum constare non potest.*
32 *Confessiones factæ à Reis per testes fide dignos sunt verificandæ.*
33 *Confessionem delicti esse veram Iudex verificare debet.*
34 *Cum confessione sua Reus non potest facere se condemnare ad pœnam vltimi supplicij.*
35 *Confessionibus Reorum Iudex stare non debet.*
36 *Per confessionem Rei si delictum solummodo constet Reus puniri non debet.*
37 *Confessionibus non verificatis perniciosum est aliquem condemnare.*
38 *Confessio non verificata in circumstantijs substantialibus non sufficit ad condemnandum.*
39 *Confessione non verificata perniciosum est aliquem condemnare.*
40 *Per confessionem Rei delictum non suppletur.*
41 *Confessione non verificata perniciosum est Reum punire.*
42 *Delictum facere, vbi non extat, non est in potestate hominis.*
43 *Confessus sponte non potest puniri, nisi prius constito de delicto per testes omni exceptione maiores.*
44 *Per confessionem rei non potest constare de delicto, sed aliundè.*
45 *Confessio Rei ipsi non præiudicat, quamuis delicti corpus fateatur.*
46 *Confessio Rei ad delictum probandum non sufficit.*
47 *Delictum etiam enorme probari debet per testes omni exceptione maiores.*
47 *Testes omni exceptione maiores requiruntur ad probandum delictum.*
48 *Testes omni exceptione maiores illi dicuntur, quibus nihil potest opponi.*
49 *Testes ne dicantur omni exceptione maiores sufficit quilibet defectus, aut exceptio etiam minima.*
50 *Tortura effectus impeditur per quemlibet minimum defectum existentem in teste.*
51 *Inditia etiam indubitata non sufficiunt ad torturam.*
52 *Inditia indubitata ad pœnam pecuniariam tantum sufficiunt.*
53 *Inditium non potest esse adeò indubitatum,*

quin aduersus illud possit probari contrariũ.
54 Inditia indubitata dato, & non concesso quod sufficiant ad torturam tamen debent esse talia, quod nullam etiam minimam habean: difficultatem.
55 Inditia indubitata debent esse talia, quod crimen tangant, idest quod sint super delicto, & non super inditio ad delictum, & quod nullam babeant difficultatem.
56 Inditium non tangit crimen, sed solumodò testiis, ideò non est probatio.
57 Inditium est solumodò signum alicuius maleficij ad veritatem habendam.
58 Inditium si est signum, indicat, non probat idẽtitatem facti.
59 Inditium sufficiens ad torturam est illud, quod facit semiplenam probationem, quam solumodò facit vnicus testis fide dignus.
60 Testis, vt faciat inditium ad torturam debet deponere per visum, vel alium sensum corporeum proprium, non alienum.
61 Inditia non pro probatione, sed pro quadam probationis specie habentur.
62 Testis vnicus de visu nõ sufficit ad torturam, nisi alia concurrant.
63 Testis, quod sit omni exceptione maior, per Fiscum articulari, & probari debet.
64 Testis deponere debet directè super maleficio, & non super inditio ad maleficium.
65 Testis vnicus non sufficit ad torturam, nisi alia concurrant adminicula.
66 Testi, quamuis sit omni exceptione maior, non est omninò credendum.
67 Oculus, &) Manus) sæpè falluntur.
68 Præsumptiones,) vna cum singulis circumstã- & Inditia) tijs sunt singula probanda per duos testes contestes de loco, & tempore.
69 Ad torturam non sufficit semiplena probatio.
69 Probatio semiplena non sufficit ad torturam.
70 Probatio plus quã semiplena requiritur ad torturã
71 Probatio plusquam semiplena est, quando adsunt inditia cum vno teste idoneo, vel duo adsunt testes, vnus integer, alter non.
72 Contra testem ad torturam nulla contraria vrgere debet coniectura.
73 Testis ad torturam debet reddere rationem, quomodo vidit.
74 Testium munus est, quod oculis viderunt, testificari.
75 Testis clarè, & specificè deponere debet, non autem præsumptiuè.
76 Testes necessariò concludere debent.
77 Testis deponere debet, quæ certitudinaliter nouit.
78 Testis deponere debet de facto consumato, non autem de inditijs remotis, seu circumstantijs delicti.
79 Testes deponentes super circumstantijs, seu accessorijs, vel appendicibus delicti nõ probant.
80 Confessio Rei ad nominationem socij criminis nullum ad torturam facit inditium, etiam quod dicta nominatio sit sanata per torturam.
81 Socij criminis dictum in tormentis emanatum parit inditium ad inquirendum tantum, non autem ad torquendum.
82 Socij criminis dictum, vt ad inquirendum pariat inditium, opus est, vt in suo dicto non mentiatur.
83 Socij criminis dictum, etiam per torturam sanatum, etiam in casibus, in quibus quis de cõsocijs interogari potest, non facit inditium ad torturam.
84 Socius criminis contra consocium admittitur, si fuerit tortus.
85 Socius criminis contra consocium nullum facit inditium.
86 Socij criminis inculpatio non facit, vt consocius torqueri possit.
87 Inditia, seu adminicula ad delictum inferentia plenè sunt probanda, etiam in criminibus læsæ maiestatis.
88 Inditia, & adminicula ad delictum aliundè sunt probanda, quã ex dictis sociorũ criminis.
89 Socius criminis quamuis fuisset tortus, non est audiendus, quia allegat turpitudinem suam.
90 Mulieri dicenti se ab aliquo fuisse carnaliter cognitam, non creditur.
91 Socius criminis quando dicitur, quod admittitur contra consocium tam in ciuilibus, quam in criminalibus, intelligitur admitti quoad præsumptionem tantum.
92 Socio criminis quamuis recepto non creditur.
93 Confesso de se non creditur contra alios.
94 Confessio Rei de reatu proprio contra alium non est admittenda.
95 Confesso de se non potest credi super crimen alienum.
96 Socij criminis nominatio nuda facit solum aliqualem præsumptionem.
97 Socius criminis non potest dici testis omni exceptione maior, nec etiam in exceptis facit inditium ad torturam contra alium.
98 Socius criminis etiam cum tortura in crimine excepto facit solum aliqualem præsumptionẽ.
99 Socij criminis nominatio non facit, vt quis etiã in crimine occulto torqueri possit.
100 Socius criminis, quando alios patitur defectus, etiam cũ tortura non admittitur contra aliũ.
101 Tortura sola non sufficit pro inditio.
102 Tortura in socio criminis purgat solum infamiam resultantem ex eo, quod facit se participem criminis, non tamen purgat alios defectus ratione periurij, & mendacij.
102 In socio criminis tortura purgat solum infamiam resultantem ex eo, quod facit se participem criminis, non tamen purgat alios defectus ratione periurij, & mendacij. (test.
103 Socius criminis ob cõsuetudinẽ torqueri nõ potest.
104 Socius criminis in exceptis admittitur ad præsumptionem faciendam tantum non autem ad probandum.

105 Socius

169 *Iudicis iniuria quicquid manat, iniustum est.*
170 *Ex iniuria ius nasci non potest.*
171 *Confessio per torturam extorta non praecedentibus inditijs, quamuis verificata ex nouis inditijs non praeiudicat.*
172 *Confessio sine inditijs, quamuis in ea perseueratum fuerit, dicitur nulla.*
173 *Confessio sine inditijs dicitur nulla, quamuis Iudex liberum haberet arbitrium, & superuenissent inditia.*
174 *Tormentis non semper est habenda fides.*
175 *Confessio facta in tortura, si esset praeiudicialis, sequeretur, quod quis esset Dominus membrorum suorum.*
176 *Confessio per torturam facta, si non fuerit in actis ratificata, non afficit.*
177 *Ob tormentorum metum Reus multa dicere cogitur non vera.*
178 *In tormentis qui se tenet, beatus est, & melior reputatur, quam ante accusationem erat.*
179 *Tormenta sustinens non potest condemnari, sed absolui debet.*
180 *Tormenta si Reus vincit, purgat, & diluit antecedentia inditia, & est supplicio liberandus.*
181 *Ob confessionem extortam per tormenta pessimum est quemque indicare.*
182 *Tortura est res fragilis, atque periculosa, qua veritatem fallat.*
183 *Torturae effectus.*
184 *Ob tormenta multi innocentes falsò condemnati fuerunt.*
185 *Tortura plerunq; cogit ad mentiendum.*
186 *Torturae non est semper habenda fides.*
186 *Tortura multa dicere cogit non vera.*
187 *Tortura est grauissima poena.*
188 *Tortura est magnus dolor corporis, & magna afflictio.*
189 *Torturae poena est maior, quam abscissio ambarum manuum.*
190 *Tortura dolor etiam innocentes mentiri facit.*
191 *In tortura quando dicatur Reus persistere.*
192 193 *Confessio facta in tormentis si non perseueretur, nec plenam, nec semiplenam inducit probationem.*
194 *In cõfessione quãdo dicatur Reus perseuerare*
195 *Iudices criminales in omnibus occurrentijs debet seruare ius commune.*
196 *Consuetudo, seù practica, vel obseruantia, aut stylus seruari debet, quando lex non est contraria.*
197 *Confessio qualibet Rei, siue spontanea, siue metu tormentorum emanata, seù per torturam extorta, quamuis mille adsint inditia, & fuerit ad bancum coram idoneis testibus ratificata ad Reum torquendum, & condemnandum non sufficit.*
198 *Ob confessionem Rei, vt possit infligi tortura, quae requirantur.*
199 *Testis vnicus etiam omni exceptione maior sine alio inditio, siue sine alio teste non idoneo ad torturam non sufficit.*
199 *Ad torturam vnicus testis solus etiam omni exceptione maior non sufficit.*
200 *Consuetudo omnis, seù obseruantia, aut practica, vel stylus non tollit ius.*
201 *Consuetudo mala, seù obseruantia &c. est extirpanda.*
202 *Per confessionem quamlibet Reus torqueri nõ potest.*
203 *In confessionibus quando Reus non potest cogi ad perseuerandum.*
204 *Ad confessionis factae perseuerationem, aut ratificationem si per Iudicem Reus deuenire cogeretur, nihil ei noceret.*
205 *Confessio quando nullum facit inditium, Reus in ea perseuerare non tenetur.*
206 *Confessionis perseueratio, seù ratificatio, si veniat post confessionem factam, dicitur secunda delicti confessio, non autem perseueratio, aut ratificatio, & ideò non est inditium.*
207 *Inditia etiam in delictis occultis, & in criminibus exceptis legitima, & perfecta requiruntur.*
208 *Inditia non sufficiunt ad torturam, & condemnationem, quia non sunt probationes, quae ad torturam, & condemnationẽ requiruntur.*
209 *Inditia sunt signa maleficij ad veritatem habendam.*
210 *Signa non sunt probationes, quia indicant, nõ probant identitatem facti.*
211 *Delictum constare debet per probationes, non autem per signa.*
212 *Ex inditijs, praesumptionibus etiam indubitatis quis criminaliter damnari non potest.*
213 *Probationes ad condemnandum debent esse luce meridiana clariores.*
214 *Ex inditijs indubitatis, immò indubitatissimis non potest imponi poena mortis.*
215 *Poena mortis imponitur, quando extant probationes luce meridiana clariores.*
216 *Inditia indubitata, seù praesumptiones indubitatae sufficiunt tantum ad condemnationem pecuniariam.*
217 *Inditia quando non sunt indubitata, sed sunt quaedam hominis praesumptiones ad aliquam condemnationem non est deueniendum.*
218 *Ex inditijs, & praesũptionibus indubitatis nemo in criminalibus diffinitiuè poena ordinaria, sed alia mitiori etiam in crimine haeresis damnari debet.*
219 *Inditia non pro probatione, sed pro quadam probationis specie habentur.*
220 *Per inditia, praesumptiones &c. non potest infligi tortura.*
221 *Inditium est adminiculum demonstratorium ad veritatem indicandam.*
222 *De inditio sufficienti ad torturam intelligitur de semiplena probatione, & non de minus quã semiplena.*
223 *Probatio semiplena oritur solum ab vnico teste omni exceptione maiori, qui deponat per visum, vel alium sensum corporeum.*

224 Te-

224 *Testis munus non est iudicare, sed quod oculis vidit deponere, & testimonium ferre.*

225 *Testis oculis corporeis tenetur videre actum, cum v.g. voces audire non sufficiat.*

226 *Probationem semiplenam non facit unicus testis, nisi alia concurrant adminicula.*

226 *Testis unicus non facit semiplenam probationem, nisi alia concurrant adminicula, aliàs facit inditium solum; quia vox unius, vox nullius.*

227 *Testis unicus est singularis, qui non probat.*

228 *Testis singularis, ubi est, ibi & varietas, & contrarietas.*

228 *Singularitas testis ubi est, ibi & varietas, & singularitas est.*

229 *Ex singularitate arguitur dolus, & falsitas.*

230 *Probatio semiplena ad torturam non sufficit, nisi sit probata alijs adminiculis.*

231 *Probatio semiplena est solum præsumptio, quæ fortiter mouet animum Iudicis.*

232 *Probatio plusquam semiplena requiritur ad torturam infligendam.*

233 *Probatio plusquam semiplena quæ dicatur, vel quæ sit.*

234 *Confessio Rei non est probatio, sed tantum delicti relatio.*

235 *Confitens delictum non potest esse testis contra se ipsum.*

236 *Confessio Rei quamuis in secunda tortura ratificata non est probationis inditium.*

237 *Confessio Rei debet verificari, aliàs non nocet confitenti.*

238 *De delicti certitudine per testes fide dignos cōstare debet.*

239 *Confessio delicti est verificanda per probationes liquidissimas.*

240 *Homicidium quomodo verificari debet.*

241 *Furtum quomodo verificari debet.*

242 *Venenum, seù) / Venenatio) quomodo verificari debet.*

243 *Confessio est verificanda, quando tortura fuit illata.*

244 *Confessio quando fuit facta sine legitimis inditijs non nocet.*

245 *Confessio Rei etiam verificata ex nouis inditijs Reo non nocet.*

246 *Confessio extorta per torturam reiteratam, si in processu non fuit verificata, non nocet.*

247 *Confessione non verificata, & non constito de delicto perniciosum est aliquem condemnare.*

248 *Confessionem delicti esse veram, Iudex quantum potest, inquirere debet.*

249 *Confessio delicti aliundè verificari debet, quā ex dicto Rei in tortura emanato.*

250 *Confessionibus Reorum Iudex non debet stare in homicidijs, furtis, & similibus, sed debet mittere Notarios ad illa verificanda.*

251 *Per confessionem solam Rei si solummodo constet de delicto, Inquisitus puniri non debet.*

252 *Confessio quando est vagans & intricata, nēpè quando Reus modo ait, modo negat, nō nocet.*

252 *Confessionis ratificatio non nocet.*

253 *Confessio quando non est nitida, & pura, sed intricata, Reus non potest damnari pœna ordinaria, sed extraordinaria.*

254 *Confessio, quando est obscura, idest quando non declarat locum particularem, & tempus commissi delicti, non nocet.*

255 *Confessio est inuerisimilis, quando Reus non declarat locum particularem, & tempus cōmissi delicti.*

256 *Confessio debet continere locum, & tempus, sicut Inquisitio, & Accusatio.*

257 *Confessio quando est obumbrata, non potest deueniri ad condemnationem, quia debet esse clara sicut Sol.*

258 *Confessio Rei debet esse inuulnerabilis, ut sufficiat ad torturam.*

259 *Confessio quando est dubia, interpretatur ad fauorem confitentis.*

260 *Confessio, quando est generica, non nocet, quia ambiguitatem parit.*

261 *Confessio, quando fuit incidenter facta, non nocet. Et incidenter dicitur facta, quando Reus fuit captus alia de causa.*

262 *Confessio facta die feriata non nocet.*

263 *Confessio non nocet, quando post eam per testes constat de innocentia Rei.*

264 *Confessio non nocet, quando fuit facta calore iracundiæ, vel ab homine irato.*

265 *Confessio non valet, quando fuit facta coram Notario sine præsentia Iudicis.*

266 *Confessio non nocet, quando fuit facta coram Iudice, sed non in forma iudicij.*

267 *Confessio non valet, quando fuit facta contra pluralitatem personarum, quia non probat delictum ratione incertitudinis delinquentis.*

268 *Confessio non nocet, quando fuit dolo extorta.*

268 *Iuramentum dolo extortum non nocet.*

269 *Confessio facta super incerto non præiudicat.*

270 *Confessio Rei debet esse certa, & verisimilis respectu loci, temporis, & naturæ rei.*

271 *Confessio non valet, quando processus nullitas fuit facta ante dictam confessionem.*

272 *Confessio delicti non valet, quando ex defectu probationum non sufficit ad probandum corpus delicti.*

273 *Confessio non nocet, quando fit transactio cum Fisco.*

274 *Transactione facta cum Fisco, confessio delicti non nocet.*

275 *Transigens cum Fisco, ut se eximat à molestijs Curiæ non inducit confessionem delicti.*

276 *Confessionem delicti non inducit Transigens cum Fisco, ut se eximat à molestijs Curiæ.*

277 *Confessiones Reorum non sunt habendæ pro exploratis facinoribus, nec dicuntur probationes.*

278 *Confessio extorta ab Auxiliatore non nocet, nisi prius constet de principali delinquente.*

279 *Confessio non nocet, quando solum continet quid dependens ab animo confitentis, & per alios*

alios constare non potest, quia tunc statur eius iuramento.

280 *Confessio facta à Patre contra filium non nocet.*

282 *Pater plus diligit filium, quam seipsum.*

283 *Confessio non praeiudicat, quando ex praecedentibus, & subsequentibus non est interpetrata, quia nihil contrarietatis continere debet.*

284 *Confessio facta à Reo, qui bis vario modo fassus fuit delictum, non afficit, sed tertiò in tortis interogandus est.*

285 *Confessio non nocet, quando diuerso modo in eodem constituto, & vnico tempore fuit facta, quia vnica dicitur, nec dicitur perseuerata; si pluries Reus fassus fuit.*

286 *Confessio non nocet, quando Fiscus non probat delictum.*

287 *Confessio non praeiudicat, quando est sola cum querela sine cognitione in genere.*

288 *Confessio non nocet, quando fuit facta in his, quae sunt iuris.*

289 *Confessio filij contra patrem non valet.*

290 *Confessio Mandatarij non sufficit ad torquẽdum Mandantem.*

291 *Confessioni quando Natura) non praeiu-*
Cõfessio quãdo nõ est verisimilis) dicat.

292 *Confessio non nocet, quando non verificatur id super quo fundatur.*

293 *Confessio non valet, quando emanauit parte absente.*

294 *Confessio non valet, quando Reus petit gratiã, & Iudex concedit, si fateatur delictum.*

295 *Reus gratiam petens à Iudice non tenetur exprimere delicta separata.*

296 *A confessione Rei fiscus non debet sumere probationem delicti.*

297 *Probationes ad defensionem Rei semper, & quãdocunque recipi debent.*

297 *Innocens nè indebitè puniatur, probationes semper, & quandocunque recipi debent.*

298 *Confessio à me facta, quod v.g. occidi hominẽ, si postea probo eum viuere, admictor ad reuocandam dictam confessionem.*

299 *Amici admittuntur ad probandum ad fauorem Rei.*

300 *Confessio facta ab aliquo, quod habebat aliquẽ gladium, quando v.g. insecutus fuit Petrum, ad torturam non facit inditium.*

301 *Inditium semiplenum est praesumptio fortiter mouens animum Iudicis ad aliquid credendum, seù discredendum.*

302 *Socius criminis, cum sit omninò infamis, nullum contra consocium facit inditium.*

303 *Confessio propria non potest dici mala fama, quae requiritur ad torturam.*

304 *Confessio Rei potest reuocari etiam non docto de errore.*

305 *Reus non potest renunciare defensionibus suis.*

305 *Defensionibus suis Reus renunciare non potest.*

306 *Confessio est nudi facti.*

307 *Confessio in tortura reiterata sine alijs adminiculis de aliquo graui delicto nõ praeiudicat.*

308 *Confessio Rei tanquam inuerisimilis non praeiudicat, nec valet.*

309 *Confessio Rei, quamuis vera non sufficit ad condemnandum, nec etiam sufficit ad exequendam condemnationem per sententiam contumacialem factam.*

310 *Confessio Rei, nec ipsi, nec consocijs nocet.*

311 *Confessio facta ab aliquo de se ipso non creditur in alios, idest super crimine consociorum.*

312 *Confessio Rei probat tantum ad inquirendum.*

313 *Confessio in crimine haeresis de se ipso creditur contra consocios quoad praesumptionem faciendam, nisi aliae adsint praesumptiones; sed si adsint, valet confessio.*

314 *Confessio de se facta non creditur contra alios.*

315 *Socius criminis non parit inditium contra cõsocium.*

316 *Socij criminis sola nominatio de consocio, facit tantum inditium ad inquirendum, non ad torquendum.*

317 *Confessus, & conuictus potest appellare, quando adducit aliquam causam, per quam offuscatur ipsius confessio.*

318 *Confessio quando fuit ratificata absque tormentis sine inditijs, Reo praeiudicare non potest.*

319 *Confessio ab Inquisito debet declarari per signa, ex quibus Iudex verificetur, ipsum verè fuisse confessum.*

320 *Confessio sine signis non habet vim veritatis.*

321 *Rei aliqui sunt tantae impatientiae, vt potius mentiri, quam pati tormenta velint.*

322 *Confessiones Reorum non verificatae non praeiudicant.*

323 *Confessio ratificata, seù confirmata in tormentis non praeiudicat.*

324 *Confessio iudicatur per metum facta.*

325 *Confessio delicti tanquam inuerisimilis non valet.*

326 *Confessio extorta per torturam vti meticulosa, est nulla.*

327 *Metus rerum omnium horribilium maximè hominum animos perterret.*

328 *Metus quando fuit semel illatus dicitur durare.*

329 *Metus ex interuallo non purgatur.*

330 *Metus non dicitur purgatus, quousque viuat, qui illum intulit.*

331 *Metus non dicitur purgatus, quando per minas inducitur in confitente.*

332 *Metus dicitur instare, licet quis sit è carceribus relaxatus per Curiam.*

333 *Metus dicitur durare in detentis in carcere.*

334 *Metus dicitur durare, quousque durat eadẽ Iudicis potestas.*

335 *Confessio quando est meticulosa, non valet, quamuis ratificata.*

336 Con-

336 *Confeſſio dicitur meticuloſa, quando Reus in tortura dixit hæc, vel ſimilia verba antequã eleuetur, vel poſtea.* Ditemi quello, che volete, che dica, che lo dirò.

337 *Proteſtatio ſolet metum probare.*

338 *In confeſſione is perſeuerare dicitur, quando eſt liber à metu tormentorum.*

339 *Reus eſt liber à metu tormentorũ) A metu tormentorũ Reus eſt liber). quando non eſt amplius in carceribus, & ſub poteſtate Iudicis.*

340 *Torturæ nulla eſt habenda fides.*

341 *Tortura vi, & metu dicere cogit, quæ non ſunt vera.*

342 *Confeſſio facta vi, & metu tormentorum repetitorum, aut per torturam æquiparantur.*

343 *Confeſſio facta per torturam. quamuis perſeuerata, ſi deberet eſſe præiudicialis, ſequeretur, quod quis eſſet dominus membrorum ſuorum, & poſſet facere ſe condemnare ad mortem.*

344 *Reus ſolumodò ad pœnam imputati criminis, & ad torturam poteſt condemnari ad depoſitiones teſtium omni exceptione maiorum.*

344 *Teſtes qui dicantur omni exceptione maiores.*

INNOCENS vexatus á Fiſco
delictum ſibi falſo obiectum
conſtantiſſime negare debet,
1 nè iniuſtè ſe ipſum infamet, ac
falſo teſtimonio damnet; quia
ſi vnusquiſque pro teſtimonio
cõtra alium falſum dicere prohibetur; multo magis, nè contra ſe falsò teſtificetur, vetitum eſt; quoniam regulam diligendi proximum á ſe ipſo incipit. c. ſi non licet. 23. q. 5. Diuus Auguſtinus lib. 1. de Ciuitate Dei. c. 7. Simanc. Enchirid. De defenſionibus. tit. 47. Quod cum ita ſit, Iudices criminales,
2 quando in confeſſionibus delictorum emanatis
á Reis ſe fundant, valde errare mihi videntur;
namque procedit aut ab ipſorum ſenitia, vel
quia in puniendis delictis iura, ac præſtantiſſimorum Doctorum opiniones, & authoritates
non benè vident, non benè conſiderant. Et
quia in criminalibus non ſolum de re, ſed etiam
3 de vita, & de honore agitur; ideò in primis be-
nè aduertere debent, quod quælibet Rei con-
4 feſſio nullum ad torturam parit inditium: Ra-
tio eſt, quia nemo poteſt probare, & eſſe teſtis
5 contra ſe ipſum. l. liber homo ff. ad l. Aquil.
Boſſ. tit. de conuict. n. 8. Vnde confeſſiones
Reorum pro exploratis facinoribus non ſunt
6 habendæ. l. diuus Seuerus. ff. de quæſt. Ideò il-
lud per quemlibet Iudicem eſt omninò aduer-
7 tendum, quod quando lex prohibet aliquid fieri
ſi fiat, eſt nullum, & inualidum; etiamſi nulla
ſit adiecta clauſula annullatiua. Vt not. omnes
in l. Non dubium. C. de leg. Vbi Ias. n. 8. Et
8 quia nullum, & inualidum æquiparantur. l. 2. §.
2. vbi Dec. in 4. notab. ff. quod quiſq; iur. l. ſi
aut nullum. C. ſi de legit. hæred. inſtit. ideò nul-
9 litate, aut inualiditate confeſſionis præſuppo-
ſita perindè eſt, ac ſi nullæ, & inualidæ delicti in-
10 formationes á Fiſco captæ fuiſſent; quoniam
11 quod eſt inualidum, & nullum, nihil ponit in
eſſe. Si ergò nihil ponit in eſſe, conſequens eſt,
vt nihil operetur contra aliquem, quia ex nihi-
12 lo nihil ſequitur. Vt ait Bal. l. ea quidem. C. ſi
13 mancip. ita ven. nè proſter. nec etiam ſupple-
mentum recipit. l. ſed ſi manente. ff. de precar.
Rolan. conſ. 16. n. 18. & 23. Immo nec etiam
14 valere, ſeu confirmari, aut roborari vllo modo
poteſt. l. obligationes, quæ ex propriis verbis.
ff. de act. & obligat.

Quæ cum ita ſint, Reus per quamlibet eius
confeſſionem non poteſt torqueri; nec, etiamſi
15 fuerit tortus, & confeſſus, poteſt per Iudicem
16 condemnari. Et ſi ſecus Iudex faceret, dicta
condemnatio nihil Reo noceret: Ratio eſt
17 quia quicquid ex iniuria Iudicis manat, iniuſtũ
eſt, & iniuſtitia cauſæ permanet in eius effectu;
18 non enim ex iniuria ius naſci poteſt. Gloſ. &
cęteri in l. pen. ff. de queſt. & c. Cum in con-
templatione. de reg. iur. Hyppol. in pract. §.
ſecunda queſtio. Simanc. Enchirid. de tor-
ment. tit. 52. n. 34.

Ex quibus igitur infertur, quod Fiſcus in cri-
minalibus ad fundandam ſuam intentionem
19 non poteſt ſumere delicti probationem ex ore
Rei l. de minore. §. tormenta. ff. de queſt. Et
ſi ſumat, non ſufficit ad ipſum torquendum, ſeu
condemnandum. Muſcatell. in pract. crim. pag.
mihi 27. & 28. n. 10. & 26. Ratio eſt, quia con-
feſſio non dicitur propriè probatio, ſed delicti
20 relatio. Boſſ. tit. de conuict. n. 8. cum nemo
21 poſſit eſſe teſtis contra ſe ipſum: Vnde non eſt
attendenda, & hac potiſſimum ratione, quia in
criminalibus probationes debent eſſe luce me-
22 ridiana clariores. l. ſciant cuncti. C. de probat.
Director. Inquiſit. 2. par. pag. mihi 205. l. qui
ſententiam. ff. de pęn. Immo Reus poteſt illas
23 reuocare etiam non docto de errore. Iaſ. in l.
magiſtratibus. col. 2. ff. de iuriſdict. omn. Iud.
Petraſancta ſingul. 67. Brun. tit. de indit. fol. 3.
verſ. Sed ſi Confeſſio. Ioan. de Arnon. ſingul. 49.
24 Ratio eſt, quia in criminalibus Reus non
poteſt renunciare defenſionibus ſuis. Gloſ. ſin-
gularis l. pactum inter hęredem. ff. de pact. Et
quia etiam dicta confeſſio eſt nudi facti. l. error.
ff. de iur. & fact ignor. Immo etiã dicitur, quod
in crimine prorſus occulto hęreſis iudicialis á
25 Reo non eſt ſumenda delicti confeſſio, nec
contra ipſum procedendum. Director. Inqui-
ſit. 3. par. pag. mihi 410. col. 1. Nec id ab re
26 dicitur, quia Natura abhorret, quod vitam
adimit. Boſſ. tit. de mandat. ad homic. n. 27. &
tit. de conuict. n. 1. Et conſeruari deſiderat,
mortem verò deuiat. Ita formaliter ſcribit
27 Anchar. in ſuo celebrato conſ. 24. n. 4. Et ſi
aliter diceretur, eſſet abſurdum: quia Reus eſ-
28 ſet Dominus membrorum ſuorum, & poſſet
confi-

confiteri maria, & montes, & cum sua confes-
29 sione facere se condemnare, & necare, quod
non potest facere etiam in delictis occultis, &
difficilis probationis. d. l. liber homo. & l. Nō
tantum. ff. de pæn. Bal. in Auth. sed nouo iure.
col. 2. in fin. vers. sed pone, quia cōfitetur. Gram.
decis. 48. loquens de mariolis, qui multa confi-
tentur commisisse delicta, quæ non sunt vera.
Et id optima ratione quidem; quia non est in
30 potestate hominis cum sua confessione facere
delictum vbi non est Aym. conf. 83. n. 110. vol.
1. & conf. 262. n. 3. seq. vol. 2. Mars. in l. 1. §.
1. col. fin. n. 33. ff. ad l. Cornel. de sycar. Gram.
30 conf. 36 n. 4. Et si solummodò constet per d. cō-
fessionem, Reus puniri non potest. Bal. in Auth.
sed nouo iure. col. 3. vers. sed pone, quod aliquis;
& maximè quando nulla apparet legitima de-
licti verificatio, Farinac. tit. de inquisit. n. 15:
Et si puniatur, omnino est contra ius, secundū
Boss. tit. de delict. n. 15. Clar. q. 55. vers. potest
etiam, Cæphal. conf. 230. n. 11. Rolan.
conf. 51. n. 13. lib. 1. cum infinitis, qui adduci
possunt. Nam perniciosum est quem condem-
nare. Cason. de torment. c. 20. in fin.

Quibus sic stantibus omnino est dicendum,
quod confessiones delictorum factę à Reis, quā-
31 do per testes omni exceptione maiores, & fide
dignos non sunt verificatæ, & comprobatæ,
32 eis non nocent, nec vllo modo eis est stan-
dum. Mars. conf. 109. n 19. Gram. conf. 2. n.
33 38. & seqq. Et Iudex, quantum potest, debet
verificare, delictum confessatum esse verum.
Ita Bart. in l. 1. §. sed si sibi ff. ad Syllan. Aliter
34 quis posset facere se condemnare ad pænam
vltimi supplicij contra d. Test. l. liber homo. ff.
35 ad l. Aquil. Itaque Iudex non debet stare con-
fessionibus Reorum; alias damnaret Innocen-
tes, & damnaret animam, & corpus suum. Ita
Angel. tract. malef. in verb. Et vestem cælestem
abstulit, vers. quod si quis confiteatur. Nec
dissentit. Bal. in Auth. sed nouo iure. col. 3.
vers. sed pone, quod si aliquis. C. de seru. fugit.
36 Vbi quod si non aliter constet de delicto, nisi
per solam confessionem, Inquisitus puniri non
debet: Et tanto magis id dici debet, quando
nulla apparet delicti verificatio; namq; exem-
plo (vt dictum est) perniciosum est aliquem
37 condemnare non verificatis confessionibus.
vt post Valer. Max. quem allegat Cason. tract.
de torment. c. 20. in fin. & per plures authori-
tates ostendit Bertaz. conf. 201. n. 29. seq. lib. 2.
38 Immo etiam dicitur, quod Confessione non
verificata in circumstantijs substantialibus nō
sufficit ad condemnandum. Vt v. g. quando
quis fassus fuit occidisse aliquem cum ense
existente in tali loco sanguine asperso, & tamē
39 non reperitur ensis, vel si reperiatur, non re-
peritur sanguine aspersus. Paris. Put. tract. de
sindic. c. 1. n. 5. d. Cason. in tract. de tortura.
c. 1. Rubr. de peric. torment. n. 9. Et id haud
merum videri debet, quia quodlibet delictum

40 per confessionem Rei non suppletur, non
probatur: l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Boss. tit.
de coniūct. n. 8. Ideo malè faciunt Iudices ip-
41 sum punire non verificata confessione. Bart.
l. Diuus. ff. de milit. testam. Bal. l. vnica C. de
confess. Quod procedit etiam in confessione
spontanea. Boss. tit. de delict. n. 22. Clar. q.
55. vers. potest etiam. Cæphal. conf. 230. n.
11. vol. 2. Rolan. in suo conf. crim. n. 31. Ra-
tio est euidens. Vt dixit Brunor. in suo cons.
crim. quia non est in potestate alicuius facere
42 delictum, vbi non extat. Aym. conf. 262. n.
2. seq. vol. 2. Cason. post alios. tract. de tor-
ment. c. 18. n. 7. loquens in spontè confesso,
43 quod non possit puniri, nisi prius constito de
delicto per testes omni exceptione maiores:
Nec id ab re dicitur; quia de delicto aliundè
44 constare debet, quam per confessionem Rei.
Alex. conf. 19. col. 1. lib. 7. alias dicta confes-
45 sio nō præiudicat, quamuis delicti corpus fa-
teatur. Tradit post alios, quos allegat Hyp-
pol. conf. 8. vol. 2.

Ex quibus concluditur, quod ad probandum
46 delictum non Rei confessio sufficit, sed neces-
sariò requiruntur testes omni exceptione ma-
47 iores, luce meridiana clariores, idonei, le-
gales, & bene concludentes etiam in indicijs
enormium delictorum, vt Assassinij, &c. Text.
est in l. Sciant cuncti. vers. Testium idoneo-
rum, C. de probat. canonizata in q. vlt. c. sci-
ant cuncti. Vbi dum loquitur de probatione
testium, addit idoneorum, Tradit Brun. conf.
115. n. 43. tom. 2. inter conf. crim. diuers. Ari-
minen. in Addit. ad Angel. de malef. in verb.
Et fama publica. n. 108. l. in testamento. ff. de
condit. & demonstrat. Quem text. singula-
rem affirmat Bal. in c. qualiter Dominus, à pro-
priet. priuet. l. qui vltimo. in fin. ff. de pœn. quam
allegat Bart. in l. cunctos populos, & declarat
ibi Ias. n. 15. in fin. Farinac. q. 37. & q. 56. n. 121
Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 205. Alias
dictum delictum non dicitur probatum. Not.
in c. Cum oporteat. de accusat. Cason. de In-
dit. tract. 2. n. 5. seq. Bart. conf. 65. Alex. conf.
3. n. 1. lib. 3. Crauett. conf. 2. n. 4. vbi addu-
cit Concordantes.

Et illi dicuntur omni exceptione maiores,
quibus nihil potest opponi, & superant etiam
48 omnem friuolam exceptionem, & vndique
sunt inuulnerabiles. l. 1. §. Idem Cornelio l.
maritus. vbi Glos. in verb. illicitè, in fin. ff. de
quæst. Clar. q. 21. vers. vnus testis. Et nē di-
cantur omni exceptione maiores, sufficit qui-
49 libet defectus, aut macula, vel exceptio etiam
minima, aut in dictis, vel in personis. Mascard.
de probat. In præfatione. lib. 1. q. 6. n. 6. seq.
Ias. in l. si quis. col. 1. ff. si quis caut. ex quibus
50 impeditur torturæ effectus. Rolan. conf. 7. n.
3. 10. & conf. 24. n. 2. vol. 1. Bal. conf. 427.
lib. 1. Menoch. de præsumpt. q. 89. n. 2. Clar.
q. 21. vers. vnus testis. & q. 22. vers. vnum ta-
men

mich post alios, quos allegat. d. l. 1. §. Idem
Cornelio d. l. maritus. Glos. in d. verb. Illicitè.
in fin. ff. de quæst. Cæphal. cons. 233. n. 23.
vol. 2.

Et quamuis per aliquos Iudices, ac etiam
per aliquos DD. dicatur, quod inditia suffi-
ciunt ad torturam, tamen nè errent, nec iniu-
stè damnetur Reus, benè aduertant quæso iu-
ra, ac Doctorum authoritates; quoniam nec
51 etiam Inditia indubitata, quamuis nullam ha-
beant difficultatem, quin delictum fuerit com-
missum, sufficiunt ad torturam. Ratio est, quia
52 Inditia indubitata ad pœnam pecuniariam tã-
tum sufficiunt. Boss. tit. de conuit. n. 35. Nec
id ab re dicitur, quia nullum inditium est adeò
53 indubitatum, quin aduersus illud possit pro-
bari contrarium. Boer. decis. 165. n. 1. Et da-
to, & nullo modo, immo inquam nullo pror-
sus modo concesso, quod sufficiant; tamen de-
54 bent esse talia, quod nullam habeant difficul-
tatem, etiam minimam. Boss. tit. de indit. ante
tortu. n. 35. Bertazz. cons. 60. n. 8. lib. 1. vbi
55 de communi. Immo debent esse talia, quod
crimen tangant, & tunc verè, & propriè cri-
men tangunt, quando proueniunt ex depositio-
ne vnius testis fide digni, ac omni exceptione
maioris, qui tamen deponat super delicto, seù
facto consumato, & non super inditio ad deli-
ctum, seu factum: Vltra quod opus est etiam,
quod omninò verisimile sit, delictum fuisse
commissum ab illo, contra quem inquiritur.
Angel. l. conditionaliter. C. de quæst. vbi dicit
esse notandum à Criminalistis, quem refert, &
sequitur Veron. cons. 39. n. 38. Glos. in c. 1. de
confess. ob illam dictionem, Aliæ, quę est relati-
ua, & repræsentatiua eiusdem qualitatis. Glos.
in l. quidam relegatus. in verb. amicis. ff. de
reb. dub. Nec id mirum videri debet; quia in-
ditia non tangunt crimen, cum id ipsum solu-
modo indicent; sed quidem testes. Ideò indi-
56 tium non est probatio, quæ requiritur ad tor-
quendum, seu condemnandum, sed vt aliqui
57 DD. dicunt, est tantummodo signum alicuius
maleficij ad veritatem habendam. Gand. tract.
malef. sub Rubr. de pręsumpt. & indit. Ioan.
Andr. in Addit. ad spec. in tit. de probat. §. fin.
58 in verb. Item per inditia. Qua quidem ex re
si est signum, non est probatio, & ideo non po-
test infligi tortura; quia signum indicat, non
probat identitatem facti. Vt post Bart. & alios,
quos allegat, tradit Carrer. cons. 169. n. 4.
Quarè Iudices criminales, nè errent, benè ad-
uertant quæsò, quod quando DD. loquuntur
de inditio sufficienti ad torturam, illud nimi-
59 rum intelligunt, quod facit semiplenam pro-
bationem, & non minus quam semiplenam.
Vt doctè, & egregiè declarat Soc. Iun. cons.
39. n. 57. vol. 2. quam nullo modo faciunt in-
ditia, sed quidem vnicus testis fide dignus, ac
60 omni exceptione maior, qui deponat per vi-
sum, vel alium sensum corporeum proprium
non alienum aliquod delictum fuisse commis-
sum. Menoch. de præsumpt. q. 89. n. 7. l. qui
vltimò. in fin. ff. de pœn. Farinac. q. 37. n. 58.
& q. 56. n. 121. Dec. cons. 189. col. 1. seq. Ra-
tio est, quia verè inditia non pro probatione,
sed pro quadam probationis specie habentur.
61 Calep. de Calep. cons. 52. n. 33. seq. diuers.
lib. 1. Immò dicitur, quod nec etiam vnicus
62 testis, quamuis de visu sufficit ad torturam,
nisi alia copulatiuè concurrant, vt pluries
superius dictum est, & nunc apertiues declara-
tur. Primò quòd dictus testis sit omni excep-
63 tione maior. Plot. in l. si quando n. 897.
C. vndè vi. Aym. cons. 6. n. 12. Bart. in l. ma-
ritus. ff. de quæst. Et quod sit omni exceptione
maior, per Fiscum articulari, & probari debet.
Vbert. Zuccard. in l. fin. n. 83. C. de Edict. Diu.
64 Adrian. tollen. Secundò quod deponat dire-
ctè super maleficio, & non super inditio ad ma-
leficium. Bal. l. fin. C. famil. hærcisc. l. fin. ff.
de quæst. Alex. cons. 5. n. 1. cons. 11. n. 4. Dec.
65 c. tertio loco n. 15. de probat. Gram. vot. 22.
Vulpell. cons. 35. n. 6. Tertiò quod alia con-
currant adminicula, cum de per se d. testis non
sufficiat. Ias. post alios in l. admonendi. col. 46.
vers. 10. n. 186. ff. de iureiur. Mars. in pract. §.
diligenter n. 5. Alex. cons. 89. viso n. 9. seq.
vol. 3. Farinac. q. 65. n. 41. Nec mirum videri
66 debet, quia d. testi non est omninò credendũ,
quoniam oculus, & manus sæpè falluntur. c.
67 Nec aliqua. 22. q. 1. Franc. Marc. decis. 178.
quam refert, & sequitur Baiard. ad Clar. q. 4.
n. 7. Immò dicitur, quod in supradictis omni-
bus nec etiam sufficit, quod vltra d. testem alia
concurrant adminicula, præsumptiones, in-
ditia, &c. nisi quoq; & ipsa, & singulæ circum-
68 stantię sint plenè probatę per duos testes con-
testes de loco, & tempore idoneos, atque le-
gales. Afflict. c. 1. §. Sacramenta. de consue.
rec. feu. Gomez. tit. de delict. c. 13. n. 18. seq.
Bart. & cæteri in l. vlt. ff. de quæst. Gratt. cons.
59. n. 34. vol. 2. Glos. communiter approba-
ta, & Bart. in d. l. fin. ff. de quæst. & in l. vlt. in
verb. vel inditijs. C. famil. hærcisc. Quarè om-
ninò dicendum est, quod ad torquendum Reum
69 nec etiam sufficit semiplena probatio, sed ne-
cessariò requiritur plusquam semiplena, quæ
70 nimirum est, quando adsunt duo testes vnus
integer, alter non, vel cum vno teste idoneo
71 alia adsunt inditia. Vt latè per Boer post mul-
tos decis. 85. n. 4. Ioseph. Ludouis. decis. 100.
72 n. 4. seq. Quarto quod contra d. testem nul-
la contraria vrgeat coniectura. Bal. in l. 2. C.
quorum appell. non recip. Cason. tract. de in-
dit. Rubr. de indit. per visum. c. 1. n. 5. Quin-
73 to quod reddat rationem, quomodo vidit.
Gratt. tract. de test. n. 175. & 352. Ias. l. si non
speciali. C. de testam. Gram. cons. 58. n. 1.
74 Ratio est, quia testium munus est, quod ocu-
lis viderunt testificari. Bart. in l. quod tamen.
75 §. si arbiter. ff. de arbitr. Sexto quod benè, &
clarè

clarè concludat, & non præſumptiuè deponat.
76 c. in præſentia. de probat. Bertran. conſ. 91.
n. 3. Vbi quod teſtis neceſſariò concludere
debet. Gram. conſ. 65. n. 8. in ciuil. in c. quo-
ties. n. 7. de teſt. Et non præſumptiuè depo-
nere. Bart. & alij in l. ſi quando. in fin. C. vn-
de vi. Marſ. conſ. 63. n. 33. l. teſtium. C. de
teſt. Bertran. conſ. 147. n. 3. vol. 3. Septimò
77 quod deponat, quod certitudinaliter nouit.
c. Relatum. q. 2. c. teſtes. 3. q. 8. Felyn. c. quo-
ties. n. 7. de teſt. Rot. deciſ. Paleott. 67. in
princ. 3. par. nouiter impreſſ. Nouell. tract. de
teſt. n. 164. Hyppol. conſ. 4. n. 9. vol. 1.
78 Octauò quod deponat de facto conſumato,
quia non ſufficit quod deponat de circumſtan-
tijs delicti, ſiue de inditijs remotis. Boſſ. tit.
de conuict. n. 21. Clar. q. 21. verſ. mendaciũ.
Rolan. conſ. 3. n. 53. vol. 3. Nanq; teſtes de-
ponentes ſuper circumſtantijs, ſeù acceſſorijs,
vel appendicibus delicti, & non ſuper delicto,
79 ſeù facto conſumato non faciunt inditium ad
torturam. Clar. d. q. 21. Rolan. d. conſ. 3. v. g.
Teſtis examinatus dicit, Reum habuiſſe gladiũ,
quando inſecutus fuit Petrum, & non dicens
vidiſſe ipſum percuſſiſſe cum d. gladio, non fa-
cit inditium ad torturam; quoniam ex hoc di-
cto non reſultat ſemiplena probatio ad deli-
ctum, vt in criminalibus requiritur, vt ipſe
Reus torturæ ſubijci poſſit. Clar. in §. fin q. 62.

Cæterum vltra ſupradicta illud in criminali-
bus præcipuè per Iudicem eſt omninò aduer-
80 tendum, quod d. Rei confeſſio ad nominatio-
nem ſocij criminis de conſocio factam nullum
prorſus ad torturam facit inditium, etiã quod
dicta nominatio ſit ſanata per torturam; ſed
ad inquitendum tantum. Gloſ. l. fin. C. de ac-
cuſat. Alex. conſ. 39. lib. 3. col. 2. Dec. conſ.
189. col. 4. n. 7. Abb. c. 1. n. 10. de confeſſ. Et
hanc eſſe communẽ opinionem atteſtatur Car-
rer. in ſua pract. in l. obſeruare. n. 122. verſ. octa-
uũ inditium. Clar. q. 21. verſ. dictum ſocij crimi-
nis. Et ibi Baiard. n. 23. ſeq. Quod procedit
etiamſi perſona nominata alias eſſet malæ cõ-
81 ditionis, & famæ. Tradit Gram. conſ. 35. n.
23. & conſ. 21. col. 2. in fin. Et quod ſocij cri-
minis dictum etiam in tormentis emanatum
pariet inditium ad inquirendum tantum, &
non ad torturam, tradit Dec. conſ. 89. lib. 3.
col. 2. in fin. Immò vt ad inquirendum pariat
82 inditium, requiritur, quod veriſimile ſit, di-
ctum ſocium criminis in ſuo dicto non mentiri;
Et attenditur dictum veriſimilius, quamuis ſit
factum in tormentis. Soc. conſ. 250. & 253.
Immò etiam ſocij criminis dictum, quamuis
eſſet per torturam ſanatum, non attenditur;
prout nec etiam, licet in dicta tortura fuerit à
dicto ſocio in eo perſeueratum; etiamſi eſſemus
in caſibus, in quibus quis de conſocijs interro-
gari poſſet, prout regulariter non poteſt. Vt
83 eſt text. in l. fin. C. de accuſat. quia ſolum ad
inquirendum ſufficit. Vt per Salyc. poſt Gloſ.
l. fin. C. de teſt. & per Alex. conſ. 89. lib. 5.
col. 2. Et per Angel. in tract. malef. verſ. fama
publica. verſ. quæro. An particeps criminis.
poſt Abb. in c. 1. extra de confeſſ. & Ang. &
Rom. in l. & ſi certus. ff. ad Syllan. vt per Bart.
& Salyc. in l. quoniam liberi. C. de rapt. Et
hanc eſſe communem DD. opinionem atteſta-
tur Carrer. in d. ſua pract. l. obſeruare. n. 122.
verſ. octauum inditium.

Additur etiam, quod ſocius criminis con-
tra conſocium admittitur, ſi fuerit tortus.
84 Tradit Fulgoſ. conſ. 173. n. 2. Hyppol. conſ.
109. n. 15. Sed ſemper admittitur ad inquiren-
dum tantum, non autem ad condemnandum,
aut ad torquendum; quia particeps criminis,
84 cum ſit infamis, nullum contra conſocium
facit inditium. Hyppol. in proprijs terminis
85 Sodomiæ conſ. 28. col. fin. Pariſ. conſ. 163.
n. 10. vol. 4. Idque eo magis, quando nulla
alia concurrunt adminicula, quo caſu incul-
86 patio prædicta non facit, vt Conſocius tor-
queri poſſit. Gram. d. deciſ. 28. n. 17. Nec ob-
ſtat, ſi dicatur, ſocium criminis vi concurren-
te fidem facere; quia talis vis probari debet:
87 Nam Adminicula ad delictum inferentia ple-
nè ſunt probanda etiam in crimine læſæ Maie-
ſtatis. Tradit Innoc. in c. ſicut. de Simon. Et
88 aliundè ſunt probanda quam ex dictis ſocio-
rum criminis. Calcan. conſ. 110. col. 2. Immò
etiam dicitur, quod quamuis ſocius criminis
89 fuiſſet tortus in caput conſocij non eſt audi-
endus, cum alleget turpitudinem ſuam. c. cum
inter dilectos. de donat. Proue in ſimili nec
90 Mulieri creditur, dicenti ſe ab aliquo fuiſſe
carnaliter cognitam. Alex. conſ. 15. in princ.
vol. 5. Et quando per DD. dicitur, quod vnus,
91 vel plures ſocij criminis tam in ciuilibus,
quam in criminalibus admittuntur, ſemper in-
telligitur admitti quoad præſumptionem fa-
ciendam tantum; cum ad probandum teſtes
debeant eſſe omni exceptione maiores. Soc.
de reg. 425. in prima fallent. Farinac. q. 43.
92 n. 115. Nec ei recepto creditur. Text. eſt in l.
quoniam liberi. ibi ſi ſocij, & participes crimi-
nis non dicantur. Et ibi præcipuè Salyc. n.
3. C. de teſt. & in c. perſonas. extit. de teſt. &
in c. veniens. ibi eo quo ille, qui eodem erat
infectus crimine, inde contra eum teſtificari
93 non poſſe, nullique de ſe confeſſo aduerſus
alium in eodem crimine ſit credendum. extra
eodem. Et in c. de confeſſ. ibi de reatu proprio
94 confitentis periculoſa confeſſio non eſt ad-
uerſus quemlibet admittenda. Et in c. Nemi-
ni. 15. q. 2. cuius verba ſatis clara ſunt, dum
95 ibi dicitur, Nemini de ſe confeſſo credi poteſt
ſuper crimen alienum, quoniam eius, atque
omnis Rei confeſſio periculoſa eſt, & aduerſus
quemlibet admitti non debet. Ita etiam tenet
Spec. tit. de teſt. §. 1. verſ. Item quod eſt ſocius
criminis. n. 37. Pariſ. conſ. 52. n. 15. col. 4.
Bal. conſ. 95. Regula. lib. 1. Marſ. in l. ſi fortè

425. in

n. 15. seq. ad l. Cornel. de Sicar. Soc. regula 425. in princ. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 466. nu. 1. & conclus. 1311. nu. 1. Farinac.
96 q. 43. num. 8. Immò dicitur, quod socij criminis nominatio nuda facit solum aliqualem præsumptionem. Boer. decis. 319. num. 4. Et ineptum est dicere, quod socius criminis possit dici testis omni exceptione maior, & quod
97 solus faciat inditium ad torturam etiam in casibus exceptis, in quibus licet tales testes inhabiles admittantur; non tamen reputantur omni exceptione maiores. Paris. cons. 151. num. 10. lib. 4. Aym. cons. 178. num. 3. lib. 2. post Glos. l. fin. C. de accusat. Et quod solum
98 faciat aliqualem præsumptionem etiam in crimine excepto, tradit Clar. quæst. 21. vers. Sed quid in criminibus exceptis. Carrer. in sua prax. crimin. §. octauum iuditium, num. 10. & 16. Vbi ampliat etiam, quod socius criminis in tortura deposuerit. Hyppol. §. diligenter, num. 6. Quinimò dicitur, quod socij criminis dictum non parit inditium sufficiens ad fundandam Inquisitionem. Prout requirit Cōstitutio fel. rec. Pij Quinti contra condemnatos. Dec. cons. 189. num. 9. Vbi de communi. Clar. quæst. 21. vers. si verò quæris. Bertaz. cons. 452. num. 6. seq. lib. 2. Immò dicitur, quod socius criminis nullum parit inditium contra consocium. Tradit Hyppol. cons. 28. col. fin. Paris. cons. 163. n. 7. seq. Et maximè quando nulla alia concurrunt adminicula;
99 seu inditia; Quo casu sociorum criminis inculpatio non facit, vt quis torqueri possit. Gram. decis. 28. n. 17.

Non valet, si dicatur, quod sumus in crimine occulto, in quo veritas aliter haberi nō potest; quia etiam in isto casu demum admittuntur socij criminis, si fuerint torti. Tradit Fulgos. cons. 163. nu. 2. Hyppol. cons. 109. nu. 15. Sed si d.
100 socius criminis alios patitur defectus, omninò reijcitur. Natt. cons. 298. lib. 2. Riminal. Iun. cons. 290. lib. 3. nu. 8. & cons. 114. nu. 17. seq. & cons. 120. nu. 21. lib. 2. Bursatt. cons. 19. lib. 2. communem dicens. Verum illud non est tacendum, quod sola socij criminis depositio, etiam in tortura emanata, nisi alia concurrant inditia, non sufficit ad torturam: Nam
101 sola tortura pro inditio non sufficit. Salyc. in l. fin. C. de accusat. Alex. cons. 89. vol. 2. lib. 3. In terminis tradit Boss. tit. de indit. ante tortur. num. 160. Et vltra adminicula pro inditio ad torturam, requiritur, quod appareat, vel ex numero testium, vel ex persona deponentis verisimile sit socium criminis non mentiri. Aret. in c. cum P. Manconella, n. 22. de accusat. Mars. cons. 74. nu. 12. Gram. cons. crim. 38. num. 26. Rolan. cons. 73. num. 21. lib. 1. Et tortura in socio criminis solum purgat infamiam resultantem ex eo, quod facit se
102 participem criminis; non tamen purgat alios defectus ratione periurij, & mendacij. Crauett. cons. 6. num. 16. 47. seq. Rolan. cons. 3.
103 num. 48. seqq. lib. 3. Immò dicitur, quod ad socij criminis dictum, quamuis aliqui DD. dixerint, quod de consuetudine Reus torqueri debeat; tamen huiusmodi consuetudo non est seruanda. Text. in l. sed licet, ff. de offic. Præsid. Vbi habetur, quod non id, quod fit Romæ, sed quod de iure fieri debet, seruandum est. Bertaz. cons. 225. post num. 19. lib. 1. & cons. 556. num. 10. in fin. seq. lib. 2. Vbi declarat dictam consuetudinem interogandi Reos super alijs habere locum in diffamatis, sed hanc consuetudinem non probat Farinac. q. 43. nu. 124. præterquam in casibus à iure permissis. Immò dicitur, quod socius criminis cum sit inhabilis ad testificandum, quia est infamis; quādo dicitur, quod admittitur in exceptis, intel-
104 ligitur quoad præsumptionem faciendam tantum; non autem quoad probandum; cum testes ad probandum debeant esse omni exceptione maiores. Soc. de reg. 425. in prima fallent. Farinac. quæst. 43. num. 115. Immò etiam
105 socius criminis in crimine hæresis non facit inditium ad torturam contra consocium; quamuis qualis qualis indè oriatur præsumptio. Boer. decis. 319. incip. Socius criminis. Ioan. de Anania cons. 59. incip. Visa Inquisitione. Gram. decis. 28. incip. Magnificus Ioannes, num. 14. Director. Inquisit. 3. par. pag.
106 mihi 599. col. 2. Denique socius criminis infamis, criminosus, & qui plures patitur exceptiones, & defectus, vt puta. quia sit vilis, abiectus, pauper, minor, luxor, vel aliàs inhabilis, nec etiam in exceptis ad torturam facit inditium, immò nec etiam ad inquirendum etiam in casu, in quo aliter veritas haberi non potest, etiam in crimine læsæ maiestatis, etiam cum tortura, etiam quod infamia aliundè probetur, quam per sententiam, aut confessionem ipsius Rei, ac etiam quod defectus sint tantummodò duo. Mars. singul. 200. & cons. 74. num. 4. & cons. 38. num. 9. & cons. 70. num. 7. in fin. seq. Vbi num. 9. loquitur etiam in casu, in quo aliter veritas haberi non potest. Et cons. 1. Materia soci iudicationis post suas Decisiones, nu. 61. & vot. 34. num. 8. seq. Carrer. in pract. in secundo tract. de indit. & tortur. §. octauum Iuditium, num. 23. Farinac. cons. 79. num. 1. Foller. in pract. crim. in prima par. 3. par. principalis, vers. etsi confitebuntur, num. 102. ad med. vers. & licet in casibus exceptis. Et in fine numeri. vers. Et nota vlterius, Aym. cons. 6. num. 55. seq. Vbi loquitur de crimine læsæ maiestatis, & reddit rationem Natta cons. 298. num. 6. seq. lib. 2. Vbi pariter reddit rationem, & ampliat, etiam quod infamia sit probata aliundè, quam per sententiam, aut confessionem socij criminis. Rolan.

cons.16. n.20. seq. vol.1. Vbi de socio criminis abiecto, & paupere, & cons.37.n.24. & 27.seq. eodem vol. 1. Vbi de socio criminis minore, & paupere, & cons.3. n.51. vol.3. & cons.57. nu. 38. seq. vol.4. Vbi latè, & præsertim de socio criminis lusore. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 474. n.54. Hieron. de Monte q. 16. nu. 22. Bursatt. cons.69. n. 23. Vbi plures allegat, & testatur de communi, & cons.239.n.42. Vbi pariter de communi. Et ampliat, etiam quod
107 deponat cum tortura; cum tortura non suppleat nisi tantumodò vnum defectum, quod & antea dixerat in cons. 192. nu. 21. seq. & cons. 201. n.57. & cons. 275. n.19. Vbi quod isto casu
108 nec etiam sufficit ad inquirendum. Bonacoss. in commun. opin. par. 1. vers. socio criminis non creditur, fol. mihi 152. col. 4. Vbi etiam de cõmuni. De qua, & per Laurent. Richu. in suis commun. opin. cent. 4. conclus. 40. Io: Maria Monticell. reg. crim. 4. n. 41. Bertaz. cons. 61. n. 16. seq. lib. 1. Vbi propriè de socio criminis minore, & paupere, & cons. 39. n. 14. & cons. 40. n. 12. & cons. 234. nu. 5. & cons. 341. n. 27. & cons. 333. n. 3. & cons. 556. ante num. 13. Osasc. cons. 64. n. 30. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 452. n. 25. Vbi loquitur etiam in crimine laesæ Maiest. & lib. 3. conclus. 13. n. 15. iuncto n. 41. Vbi etiam de socio criminis minore, & paupere. Faciunt, quæ scribit Farinac. in prax. crim. tit. de indit. & tortur. q. 43. n. 122. Vbi etiam in socio criminis habilitato per statutum ad testificandum. Honded. cons. 100. n. 27. Vbi ampliat etiam quod depositio emanauerit in tortura. Et ibidem n. 22 seq. Vbi ampliat etiam ad inquirendum. Et alijs relatis testatur de cõmuni. Ad cuius comprobationem videndi sũt plures concordãtes relati per Baiard. in pract. q. 24. n. 129. quo in loco licet idem Baiard. testetur consuetudine seruari, omnes testes, seu socios criminis cum tortura admitti etiã, quod mille paterentur exceptiones, seu defectus, ac etiam ad faciendum inditium. Ex Boss. quem allegat in tit. de indit. & tortur. n. 156. & Clar. in pract. q. 21. vers. scias tamen: Qui tamen non loquitur in socio criminis patiente plures defectus, sed in socio criminis periuro. Farinac. tamen in prax. crim. tit. de indit. & tortur. q. 43. n. 178. testatur in socio criminis patiente plu-
109 res defectus, nunquam vidisse in Vrbe, quod fuerit deuentum ad torturam, nisi vltra inculpationem, & nominationem socij criminis cõcurrerent alia, quæ de se sola ad torturam face-
110 rent inditium. Sed de his acthenus, & ad Rei confessionem rediens verè dico, quod Rei confessio triplex est, nempè spontanea, metu tormentorum emanata, & per torturam extorta.

* *
*

De Confessione Spontanea.

CONFESSIO spontanea dicitur non solum quando Reus tractus ad iudiciũ statim inte-
110 rogatus, antequã testes recipiantur, fatetur; sed et quando post negationem factã statim cõfitetur, dumodò accusator, & Iudex non fuerint onerati probandi necessitate. Tiraq. caus. 30. de pœn. n. 10. seqq. Vbi cũ Bart. Bal. & aliis. Quod & idem voluit Hyppol. Riminal. cons. 245. n. 59
111 seqq. lib. 3. Immò et dicitur, quod spontè confessus dicitur, qui in primo examine nulla præcedente interogatione liberè delictum fatetur, etiam quod vocatus, & citatus existat. Bero. in c. atsi Clerici, extra de iudic. Anan. in c. de hoc, n. 4. seq. quem refert, & sequitur Felyn. n. 5. vers. in ea Glosa, extra de Simon. Verum
112 spontè confessus non dicitur ille, qui confessus est in carcere; quia tunc metu tormentorũ confessus fuit. Tradit Anchar. cons. 120. Bar-
113 bat. cons. 70. vol. 4. Tamen vtcumque sit, huiusmodi confessio non solũ non sufficit ad condemnandum, nisi per testes omni exceptione maiores constet de delicto. Gramm. cons. 60. Brun, de indit. 4. q. principali, n. 11. Casso. de malefic. c. 1. Vulpell. cons. 5. n. 1. & cons. 147. n. 5. Farinac. tit. de Inquisit. n. 15. Blanc. de quæst. n. 18. Boss. tract. de delict. in princ. Sed nec etiam ad torquendum. Iuxta l. generaliter, C. de nõ numer. pec. Et Argum. l. fin. C. arbitr. tutel. Clar. d. ad Bertaz. cons. 29. in litera C. vbi
114 adducit Concordantes: Ratio est, quia confessiones Reorum, vt dictum est, pro exploratis facinoribus non sunt habendæ. Vt patet in l. 1. §. Diuus Seuerus, de quæst. nec etiam supplent defectum corporis delicti. Bart. l. Diuus, ff. de milit. testam. Bal. l. vnica, C. de confess. Gram. decis. n. 38. Franc. Becc. cons. 70. n. 2. seqq. lib. 1. Vbi ampliat id procedere non solum in confessione generali emissa per carceratum se plura commisisse delicta; sed etiam in speciali de aliquo delicto particulari; quoniam de delicto,
115 seu eius corpore aliundè constare debet, quam ex confessione Rei. Alex. cons. 19. col. 1. vol. 1. Hyppol. cons. 8. n. 2. Tum quia non est in
116 potestate hominis cum sua confessione facere delictum, vbi non est delictum. Aym cons. 82. n. 119. vol. 1. & cons. 262. n. 3. seqq. vol. 2. Tum et quia spontè cõfitens delictum, de quo vertitur
117 pœna suæ vitæ, non videtur in plenitudine sui intellectus ob metũ Iudicis, sed videtur delirare, & nõ esse sanæ mentis. Refert, & sequitur Paul. Merend. cons. 91. n. 50. lib. 2. inter cons. crim.
118 diuers. Et si aliter diceretur, quis esset Dominus membrorum suorum contra l. liber homo, ff. ad l. Aquil. Non enim verisimile est, vt quis vltrò confiteatur, quod vitam adimit, quod abhorret natura, quæ conseruari desiderat, mortè verò deniat. Ità formaliter scribit Anchar. in
119 celebrato cons. 24. n. 4. Hinc infertur, quod confessio spontanea ob metum dicitur facta, & ideò

ideò nullo modo valet, cum nemo contra se
confiteri præsumatur. Argum.l.fin. C.de arbitr.
120 tutel. Et eo magis non valet, quando fuit fa-
cta per minorē: Nam minor 25. annis restitu-
tione in integrū petita, si læsus fuerit iniusta cō-
fessione, eam reuocare poterit. l. certum, §. vlt.
de confess. Sic etiā & Reus, si per errorem con-
121 fessus fuit: Namq; errore posito confessionē
reuocare poterit; non enim fatetur, qui errat,
l.si per errorē, ff.de iurisd.omn.Iud. Et qui pro-
babili errore deceptus est, postea plenius instru
122 ctus confessionē reuocare poterit. d.l.non fa-
tetur, ff.de confess. l.de ætate, §.vlt. de confess. l.
vnde Neratius, §.vlt. ff.ad l.Aquil. l. 1. §. si quis,
ff. ad l. Aquil. l. 1. §. si quis vltrò, ff. de quæst.
Simanc. Enchirid. tit. 25. de confess. nu. 5.
seqq. Itē d.confessionē reuocare poterit, quādo
123 persuasione aduersarij, & sub spe veniæ fuit fa-
cta. Alex. cons.47. nu.16. lib.1. Hyppol. l. 1. §.
quæstioni. n.12. de quæst. Vbi dixit, quod si Iu-
124 ramentum dolo extortum nocere non debet
iuranti: Ità et confessio dolo extorta nō debet
125 nocere confitenti. Item Reus d. confessionē
reuocare poterit, quando non continet locū, &
tempus, sicut accusatio, & inquisitio. Boss.tit.de
126 confess. n.43. Et quādo ipsam reuocauit erro-
re probato, non potest vti varius torqueri. Boss.
d. tit. n. 63.

Et vt omne tollatur dubium, omninò dici-
tur, prout superius quoque dictum est, quod
dicta confessio spontanea non præiudicat, quia
propriè non dicitur probatio, sed quidem deli-
127 cti relatio, quia Reus non potest probare, &
esse testis contra se ipsum. Per d.l.liber homo, ff.
ad l.Aquil. Boss.tit.de conuict. n.8. Vndè nō est
128 attendenda, quia in criminalibus probationes
129 debent esse luce meridiana clariores. l. sciant
cuncti, C.de probat. l.qui sententiam. ff.de pœn.
130 Direct. Inquisit. 2.par. pag. mihi 205. Ideò d.
Reus potest suā confessionē reuocare etiā non
docto de errore. Ias.in l.magistratibus, col.2. ff.
de iurisd.omn. Iud. Brun.tit.de indit. fol.3.vers.
sed si confessio. Ioan de Anan.singul.49.& du-
131 plici ratione quidē; Tum quia in criminalibus
non potest renunciare defensionibus suis. Glos.
singul. in l.pactū inter hæredem. ff.de pact. Tum
132 etiam quia confessio est nudi facti. l. error, ff.
133 de iur. & fact. ignor. Et ideò tāquam inuerisi-
milis non valet, nec præiudicat, quamuis ratifi-
cata. Ità formaliter scribit Anchar. d.cons.24.
134 n.4. Maximè quia ratificatio prouenit ab ipsa
confessione spontanea, cui prorsus nulla est ha-
benda fides. Text.in c. Non dicatis. 12.q.1. ibi
135 si hoc vltrò cōfiteatur, parcetur illi; & oretur
pro illo. Facit etiam text.in l.quis quis, §. fanè.
C.ad l.Iul.Maiest.Boss.tit.de examin. Reor.n.16
Tiraquell. de pœn. temperan. caus.30.n.1.Abb.
in c.At si Clerici, de iudic.n.8. Et id etiam Aret.
n. 9. in c.quia admisi 25.q.8. in c.in primis 2.q.1.
& in c. innotuit, de elect. in l. 1. C. nè Tut. &
Curat. vectig. conduc. Dec. in c.At si Clerici in
6. notab. Bero. n. 20. & 82. vers. contrarium
colligitur, & n.88. in princ. & vers. prima opi-
nio, & vers. seq. Vbi testatur de communi, &
veriori opinione. Et vers. Cæterum, & seq. Vbi
pariter testatur de communi. Et respondet cō-
trarijs, extra de Iudic. Tiraquel.de pœnis, caus.
30. n.1. & seqq. Vbi & iuribus, & rationibus, &
Doctorum, & Theologorum, ac Sacræ Scriptu-
ræ authoritatibus hanc probat opinionem, &
conclusionem. Simanc. tract. de hæret. c. 55.
n.6. vbi de communi Bertaz. cons.37. vers. cę-
terum dato. n.3. lib.1. Vbi amplius per Text. in
l.edicto. ff.de iure Fisci, & in l. 1. C. de his, qui
se deter. lib. 10. Et facit generalem conclusio-
nem, quod deferenti se Fisco, antequam causa
sit per alium ipsi Fisco delata, ignoscendum est;
136 quia non dicitur confessus metu probationū;
namque confessus metu probationum dicitur
ille, qui primo negat, postea dubitans conuin-
137 ci fatetur; & sic post litis contestationem.
Bero. loco præcitato. Item dicta spontanea
138 confessio (vt dictum est) non valet, tum quia
nullus potest esse testis in causa propria. l. nul-
139 lus, ff. de test. Tum etiam quia nemo debet
se ipsum prodere. d. c. non dico tibi. de pœnit.
distin. 1.

Quibus supradictis omnibus etiam additur,
quod d. spontanea confessio, nec etiam in tor-
140 tura ratificata valet, nec etiam sine alijs ad-
miniculis de aliquo graui delicto confitenti prę
141 iudicat. Non enim verisimile est (vt dictum
est) quod quis vltrò confiteatur, quod vitam
142 adimit. Et ideò d. confessio tamquam inueri-
similis non est attendenda. Ità formaliter scri-
bit Anchar.d.cons.24.n.4. quamuis etiam rati-
ficata, stante maximè, quia ratificatio proue-
nit ex d. confessione spontanea, cui nulla pror-
sus est habenda fides, & ideo magis, quando
etiam prouenit ex tortura in eum illata, quam
143 multum timebat. Et ratificatio meticulosa
non attenditur. Vt post multos ostendit Me-
noch.cons.1. n.286.

Ex quibus igitur infertur, quod delicti con-
144 fessio aliundè constare debet, quam ex ore
Rei, nempè à testibus omni exceptione maio-
ribus. Alex. cons. 19. vol. 1. col. 1. Ratio est,
145 quia nemo potest contra se ipsum facere de-
lictum, vbi non est delictum. Aym cons. 82.
n.119. vol.1. & cons. 262. n.3. seq. vol 2. Et si
146 aliter diceretur, quis esset Dominus mem-
brorum suorum contra d. l. liber homo, ff.ad l.
Aquil. Glos. singul. c. cum homo. 23. q. 1. Bal.
rubr. C. res inter alios acta. Ias. vbi fusius in l.
de quibus, n. 57. cum seqq. ff. de legib. & i 1 §.
actiones, n 69. Instit. de action. Vulpel. cons.2.
147 n. 7. Vnde ob solam Rei confessionem à Iu-
dice pœna imponi non potest. Cason. tract. de
148 torment. c.20. Vbi quod exemplo perniciosū
est aliquē damnare non verificata confessione.

149 Non facit, si per Fiscum dicatur, quod fumus
in spontè confesso; quia etiam in isto casu non
afficit, nisi constito prius de delicto, saltim per
aliquod inditium emanatum à dicto testis omni
150 exceptione maioris. vt d. l. inde Neratius, §.
si quis hominem viuum, ff. ad l. Aquil. Boss. tit.
de delict. n. 15. Vbi quod nullam habet difficul-
151 tatem. Immò d. nuda Rei confessio non præ-
iudicat, quamuis agatur de delicto difficilis pro-
bationis, & de quo nulla remanet vestigia. Clar.
q. 55. vers. potest etiam, & vers. quomodo au-
tem. Ratio est, quia si Iudex de nuda Rei con-
fessione posset aliquem damnare, sequeretur,
quod ipse ex sua confessione posset facere deli-
ctum, vbi non extat (vt dictum est) & efficere-
tur Dominus membrorum suorum contra d. l.
liber homo. Et id habet locum, etiamsi post d.
confessionem superuenissent inditia; quæ non
sufficiunt ad torturam.

De Confessione metu tormentorum extorta.

CONFESSIO metu tormentorum legiti-
mis non existentibus inditijs emanata non
152 est attendenda, etiamsi perseueratum fuerit in
ea; quia cum sit inualida. Boss. tit. de tortur.
153 nu. 3. non operatur vires cõfessionis, nec eius
nomen mœretur. l. 4. §. condemnatum, ff. de
re iudic. l. quoties, ff. qui satisdar. cogan. An-
154 char. cons. 24. n. 4. Nec per ipsam Reus tor-
155 queri, & condemnari potest. Prout patet in
15. q. 6. c. 1. Glos. Hyppol. & alij l. 1. §. Diuus
Seuerus de quæst. Vbi adducitur ratio; quia
155 confessiones Reorum pro exploratis facino-
ribus haberi non oportet. Simanc. Enchirid.
tit. 52. de torment. n. 34. Boss. tit. de indit. nu.
160. 166. vers. immò tamen. Et id procedit,
156 quando cum d. confessione de delicto non
constat per legitima inditia orta à testibus om-
ni exceptione maioribus, quia dicitur extorta.
Boss. tit. de mandat. ad homic. n. 28. l. 1. §. item
illud, ff. ad Syllan. Imol. l. si quis filio, §. his au-
tem, ff. de iniust. nupt. & irrit. testam. Vnde
157 dicitur, quod ob solam Rei confessionem à
Iudice pœna iniungi non potest. Cason. tract.
de torment. c. 20. Vbi quod exemplo pernicio-
158 sum est aliquem damnare non verificata con-
159 fessione. Non valet, si dicatur, quod fumus
in spontè confesso, quia etiam in illo casu non
afficit, nisi constito prius de delicto saltim per
aliquod inditium ortum ex depositione testis
omni exceptione maioris. Vt l. inde Neratius
§. si quis hominem viuum, ff. ad l. Aquil. Boss.
tit. de delict. n. 15. Vbi quod nullam habet diffi-
cultatem. Et confessio metu tormentorum di-
citur quoque facta, quando Reus confessus est
in carceribus; quia tunc dicitur, quod metu
tormentorum confessus fuit. Tradit Anchar.
cons. 120. Barbat. cons. 70. vol. 4. Immò etiam
160 metu tormentorum dicitur extorta, quando
Reus in loco torturæ spoliatus fuit, quamuis sit
vinculis, & minis. Boss. tit. de tortur. n. 22. Et
161 quando d. confessio metu tormentorum im-
minentium extorquetur, nihil Reo nocere po-
164 test: Ratio est, quia metus rerum omniũ hor-
ribilium maximè animos perterret. l. nouissi-
mè, ff. quod fals. tutor Auth l. 2. C. quor. appell.
non recip. Simanc. Enchirid. tit. 52. de tormēt.
165 n. 36. Et ex tali confessione pessimum est quęq.
iudicare. Et cõsuetudo contraria est iniusta, &
ab omni humanitate aliena. 15. q. 6. c. 1. Glos.
Hyppol. & alij l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæst.
Simanc. Enchirid. d. tit. 52. de torment. n. 34.
166 Non valet, si per Fiscum dicatur, quod Reus
perseuerauit in ea, quia perseuerare is dicitur in
confessione, quando est liber à metu tormento-
rum. Bart. in l. 1. §. Diuus, ff. de quæst. d. l. nouis-
simè, in princ. ibi si compulsus, vel compelle-
retur. Et ibi Bart. & Bal. ff. quod fals. tutor. Ca-
pol. cons. 39. n. 52.

De Confessione per Torturam extorta.

CONFESSIO Rei per torturam extorta
non verificata per testes fide dignos, ac om-
167 ni exceptione maiores ipsi non præiudicat.
Ratio est, quia cõfessiones Reorum pro explo-
ratis facinoribus haberi non oportet. Simanc.
de torment. tit. 52. n. 34. & Paris. Put. tract. de
Syndic. vers. Confessio, n. 5. seq. fol. mihi 150.
Vbi propterea, quod quidem Commissarius, qui
non verificata confessione per dictos testes Reũ
condemnauit, stetit in magno periculo, nè &
ipse condemnaretur. Mars. cons. 14. n. 17. seq.
& cons. 22. n. 9. Brun. de indit. & tortur. par. 2.
q. 6. n. 13. Franc. Cason. tract. de tortur. c. 1.
Rubr. de periculo torment. n. 9. & c. 20. Rubr.
de confess. in torment. n. 1. seqq. Foller in pract.
crim. in verb. Et si confitebuntur. el secondo
sub n. 5. vers. Et idem fictit Iudex. fol. 316. Bur-
satt. cons. 201. n. 29. seqq. lib. 2. Bertaz. cons. 29.
nu. 5. lib. 1. Ex quibus sine dubio apparet hanc
conclusionem cõmuniter ab omnibus receptã
esse; & si aliter diceretur, declararetur absurdũ;
quia esset in potestate hominis confiteri maria,
& mõtes, prout dicunt DD & facere se necare,
& morti tradere. contra Tex. l. liber homo, ff. ad
l. Aquil. Quod procedit etiã in occultis, & diffi-
cilis probationis. Bald. in Auth. sed nouo iure,
col. 2. in fin. vers. sed pone, qui confitetur. Castr.
etiam l. 1. vers. aduerte tamen, C. de seru. fugit.
168 Immò etiam dicitur, quod cõfessio per tortu-
rã extorta nullis præcedentibus inditijs, vel nõ
benè probatis; etsi Reus eã ratã habuerit, non
solũ ei nõ nocebit, sed nec ēt alijs. Glos. in l. pen.
Vbi etiã Bart. ff. de quæst. Brunor. à Sole in suo
cons. crim. n. 160. Vbi de comm. cum sine indi-
tijs nemo sit torquendus. l. 1. in prin. ff. de quęst.
l. milites, §. oportet. C. eod. tit. Hyppol. d. l. 1. in
princ. n. 32. vbi de comm. Nam quidquid Indi-
169 cis iniuria fit, seu manat, iniustũ est, & iniustitia
causæ

170 causæ permanet in eius effectu; non enim ex
iniuria ius nasci potest. Et hæc est communis
opinio. Glos.& cæteri in d. l.pen.& in c.cum in
contemplatione, de reg. iur. Hyppol. in pract.
§.secunda quæstio. Simanc.Enchirid. tit.52. de
171 torment.n.34. Quod procedit,etiamsi d.con-
fessio esset verificata ex nouis inditijs. Matthe-
sil. sing.55. incip. Nota quotiescunq; Iudex, in
172 princ. Immo quamuis in ea fuerit perseuera-
tum,dicitur nulla. d.l.pen.vbi Glos.& DD.not.
de quest. Ias.cons.188.n.12. communem dicens,
173 Immò quamuis Iudex liberum haberet arbi-
trium,& superuenissent inditia. Boss.tit.de con-
fess. per tortu. n. 6. Et ideo non est semper ha-
174 benda fides tormentis, quæ vi, & metu dicere
cogunt,quæ non sunt vera. d.l.1.ff.de quæst.Si-
manc. d.tit.52. de torment. n. 34. Nec id Iudi-
175 ci mirum videri debet; quia si confessio fa-
cta in tortura deberet esse præiudicialis, seque-
retur, vt quis esset dominus membrorum suo-
rum,& esset etiam testis in causa propria cōtra
d.l. liber homo, ff. ad l.Aquil. l. non tantum, ff.
de poen. Boss. tit. de conuict. n. 8. Et confessio,
176 si non fuerit in actis ratificata, Reum non af-
ficit. Boer. decis.53. n.18. Et ità seruat consue-
tudo, vt attestatur Bart. l. 1. in vltimis verbis,
de custo. Reo. Crauett. in sua prax. crim. fol.
166 n.196. Et Reus perseuerare dicitur in con-
fessione,quando est liber à metu tormentorum.
Bart. in l.1.§.Diuus,ff. de quæst. l.nouissimè, in
princ.ibi si compulsus metu,vel compelleretur.
Et ibi Bart.& Bal.ff.quod fals.tuto. Cephal.cons.
39.n.52. Ratio est,quia Reus ob tormentorum
177 metum multa dicit, & fatetur non vera; ac
etiam ratificat propter timorem torturæ. l.1.§.
quamuis,ff.de quæst. Bal. Auth. Sed nouo iure,
vers.pone quis confitetur. Et ideò dicitur,quod
178 ille Reus,qui se tenet in tormentis beatus est,
& melior reputatur, quàm ante accusationem
erat. Vt tradit Boer. post Iacob. de Bellouis.
quem allegat, decis.163. nu.14. Immò dicitur,
179 quod tormenta sustinens non potest condē-
nari,sed absolui debet. l. absentem, ff. de poen.
Cœpoll.cons.6.n.12. Immò (inquam) dicitur,
180 quod si d. Reus tormenta vincit, eo ipso pur-
gat,& diluit antecedē tia inditia, & est supplicio
liberandus. Bart.in l.vlt. Alberic.in l. edictum.
Hyppol.in l.repeti. ff.de quæst. Aym. cons.168.
Simanc. de torment. tit.52.n.40. Quæ cum ità
181 sint (vt superius dictum est) benè aduertat Iu-
dex, quod ob confessionem extortam per tor-
menta pessimum est quemquam iudicare, & ab
omni humanitate alienum. 15. q. 6. c. 1. Glos.
Hyppol. & alij in d.l.1. §. Diuus Seuerus, ff. de
182 quæst. Ratio est,quia tortura est res fragilis,&
periculosa, quæ sæpissimè veritatem fallat. Ex
Vlpian. in l. 1. §. in causa Tributorum, vers.
quæstioni,ff.de quæst. huiusmodi sunt verba de-
sumpta; Quæstioni fidem non semper nec tamē
vnquam habendam Constitutionibus declara-
183 tur. Dicitur (inquam) quod est res fragilis, &
periculosa,& quæ veritatem fallat: Namq; ple-
riq;patientia,siue duritia tormentorum ità tor-
menta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas
nullo modo possit. Alij tanta sunt impatientia,
vt quod potius mentiri, quam pati tormenta
velint. Itaq; fit, vt etiam vario modo fateātur,
vt non tantum se,verum etiam alios cōminen-
tur. Direct. Inquisit. 3.par.pag.mihi 483. cōm.
39. & Clar.q.34. vers. multi innocentes &c. di-
xit,quod tortura est res fragilis,atq; periculosa,
quæ veritatem fallat: Vnde multi innocentes
184 ob tormenta falsi condemnati fuerunt; quo-
niam tortura plerumq; cogit ad mentiendum.
185 d.l.1.§.in causa, ff. de quæst. Et ideò torturæ
non semper est habenda fides; quia (vt dictum
est) multa vi,& metu dicere cogit,quæ non sunt
vera. d.l. 1. ff. de quæst. Et Diuus Augustinus
186 Dolenda esse ait iudicia hominum de homini-
bus,cum quispiam luit pro incerto scelere cer-
tissimas pœnas. Demū Rethores multa dicunt
contra tormenta. d.l.1.§.quæstioni, ff.de quest.
Diuus quoq; Augustinus lib.19. de Ciuitat.Dei.
c.6. Cic. in Partitionibus. c.2. Aristot. ad Alex.
c.de quæst.Simanc.Enchirid.tit.52.de torment.
187 n.2. Nec id ab re videri debet,quia tortura est
grauissima pœna. Gram. vot.15. n.10. & etiam
188 Boss.tit.de tortu.n. 14.dicit,quod est magnus
dolor corporis,& magna afflictio; Imò dicitur,
189 quod maior est pœna torturæ, quam abscissio
vtriusq; manus. Auth.vt nulli Iud. §.fin. Paris.
de Put. in tract. de Scyndic. in verb. Tortura,c.
15. Boss. tit. de tortu. n.12. & 14. & tit. de exa-
min. Reorum, n.14 Vnde haud mirum, si tor-
turę dolor etiā innocentes mētiri facit. Vulpell.
cons.17.n.6.Et Farinac. q.42. 92. n. 9. & 14.

Non facit,si per Fiscum dicatur,quod de con-
suetudine,seu practica, quando Reus in tortura
fassus est delictum,& posteà idipsum ad bancum
coram testibus,ratificauit, est supplicio condē-
nandus,& quod ità de consuetudine seruatur,
seu practicatur; quoniam d. consuetudo, vel
practica,cum sit contra ius nullo modo est at-
190 tendenda; quoniam consuetudo iuri scripto
non præiudicat. c.Consuetudo,distin.11. Immò
d.consuetudo nullo modo est attendenda; quia
non procedit in casibus, in quibus lex speciali
ratione,& iure extraneis prosecutionem vetat.
Per l.quamuis adulterij. ia secūda de adult. Nec
id mirum, quia omnis regula fallere debet, quā-
do ius,vel æquitas suadet. Et ineptum est ab ip-
so iure recedere.§.quia verò,& ibi Glos.in verb.
ineptissimum. Auth. vt Matr. debitric. & cre-
ditric. tutel. gerant. Vide etiam plura circa d.
consuetudinem sub numeris 196. 200. 201.

Nec etiam valet,si per Fiscum dicatur, quod
cōfessio quomodocūq; facta ad torturā sufficit,
191 quādo more solito fuit perseuerata, seu ratifi-
cata,nēpè quādo Reus post cōfessionē factā re-
ducitur ad locū pub. Iudicij,&ibi corā Notario,

& publicis personis dictam confessionem confirmat: Nam aliqui DD. dicunt, quod Reus debet repausare saltem per diem, ac noctem sine tormentis, & postea duci ad locum torturæ, & si confiteatur, dicitur perseuerare; sed si statim post tormenta hoc faceret, non dicitur perseuerare. Ità loquitur Iacob. Butr. in l. 2. C. de custo. Reo in princ. C. super Rubr. Vbi dicit, quod etiam expressa ratificatio, seù perseueratio expressa requiritur; Et quod opus est, vt pluries diuersis temporibus confiteatur: Nam si pluries confiteatur eodem tempore, est vna tantum confessio, & non est propriè perseuerātia. De hoc est Glos. in fini. in l. 4. ff. de pignorat. act. secundum eam. Ipse quoq; Butr. in l. 2. C. quod met. caus. in 3. vol. Bart. autem aliter loquitur in l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quęst. Vbi dicit, quod debet duci ad Bancum eo tempore, quo cessauit dolor tormentorum, quià si reduceretur ad Bancum stantibus doloribus, totum hoc videtur factum, & dictum formidine tormentorum. Argum. l. quod ait, §. fin. de adul. Et sic dd. DD. mirè inter se sunt varij, licet aliqui alij DD. dicant, quod possunt saluari distinguendo hoc modo, videlicet quod dictum Bart. procedat, quando est certum, dolorem cessasse, vel durare: Sed quando de hoc dubitatur, loquatur d. Butr. qui dicit, quod per diem, ac noctem præsumitur cessasse: Et dicunt, quod ità intelligitur hæc quæstio. Et Glos. in l. fin. C. de quæst. dicit, quod confessioni factę in tormentis statur, si perseueretur eo modo, quo supra. Et ità loquitur l. 1. §. si quis vltrò, & l. Edutum. eo. tit. Ità; & d. §. Diuus Seuerus. Et ibi istud etiā sequitur Odofred. ac etiam est de mente Azo. in summ. C. eo. in fin. Glos. etiam in d. §. Diuus Seuerus. Et hanc adducunt rationem; quia confessio facta in tormentis, si non perseuere-
192 tur, nec plenam, nec semiplenam inducit pro-
193 bationem: Nam qui nullo modo confitetur, & qui confitetur sine perseueratione, non præiudicat. Ludouic. in Addit. ad Guid. de Suzzarià vbi supra. Et dd. DD. dicunt supradicta procedere, etiam quando dicta confessio fuit extorta per inditia.

Et quamuis per aliquos DD. dicatur, quod in confessione facta in tormentis tunc Reus dicitur perseuerare, quando post d. confessionem reducitur in loco publico Iudicij, & ibi (vt dictum est) coram Notario, & publicis personis confitetur. Text. in d. l. 2. C. de custo. Reo. Per Bart. in l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæst. Vnde non per reuocationem, & sic non per factum, sed per expressam confessionem factam in loco publico coram prædictis, & sic per factum dicitur perseuerare. Et contra d. Bart. tenet etiam Tindar. in suo tract. de prob. in verb. Nunc de criminalium causarum confessionibus. circa med. Vbi ad context. & ad verbum sic dicit: Scias tamen circa huiusmodi torturam, quod in tantum requirit inditia præcedentia, quod sine eis etiam millies confessus in tortura in sua confessione perseueret, nihil operatur perseueratio, nec potest ex ea sequi condemnatio. Iuxta Text. singularem Bart. ibi ponderat in l. pen. ff. de quæst. Et est idem alter Text. in vnam lec. quam etiam ibi sequitur Bart. eo. tit. l. maritus, ff. de quæst. & Angel. in l. 1. C. de confess. Et quamuis omnes ferè Iudices criminales dicant, quod, vt d. confessio sufficiat ad torturam, requirit d. perseueranriam, seù d. confessionis ratificationem, & dicant, quod ità seruatur de consuetudine, seù stylo in omnibus Tribunalibus.

Ego autem omninò dico, & eorum pace dictum sit, quod d. obseruantia, seù consuetudo, aut practica, siue stylus, cum sit contra ius scrip-
194 tum, nullo modo Reo confitenti præiudicat; quamuis dictam cōfessionem ratificet, vel perseueret in ea. c. Consuetudo, distin. 11. Non est contra libertatem Ecclesiasticam. c. ad Audientiam, de consuet. Et Iudices criminales in
195 omnibus occurrentijs debent seruare ius cōmune. Ità ad litteram fieri mandat Summus Pontifex Paulus Tertius in suo Motu proprio ad fauorem carceratorum edito; quod procedit, etiamsi extaret aliqua consuetudo, vel obseruantia, aut practica, siuè stylus in contrariū:
196 Ratiò est, quia consuetudo, practica &c. seruari debet, quando lex non est contraria. Ità scribit Dec. c. Auaritiæ, nu. 9. de præben. post Spec. tit. de appellat. §. de officio, n. 14. Menoch. cons. 51. n. 36. lib. 1. Ex quibus infertur, quod confessio Rei, siue spontanea de aliquo delicto
197 à Reo facta, siue metu tormentorum emanata aut per torturam extorta, quamuis mille adsint inditia, & per torturam coram idoneis testibus, & Notario more solito ad bancum fuerit ratificata, & confirmata; ad reum torquēdum, seù condemnandum non sufficit; quia de iure
198 omninò requiritur quod prætensum confessatum delictum per vnicum testem fide dignum, ac omni exceptione maiorem, cum aliquo alio inditio ante dictam torturam fuerit probatum, deindè post d. testem coram alijs idoneis testibus, & Notario ad bancum ratificatum, & con-
199 firmatum; cum d. vnicus testis solus sine alijs inditijs, vel sine vnico alio teste non idoneo non sufficiat. Hinc est, quod non debet simpliciter attendi, quod factum fuit in Pretorio, sed
200 quod de iure fieri debet; cum nō omnis consuetudo, aut obseruantia, vel practica, siue stylus tollat ius. c. fin. de consuet. & in l. 2. C. quæ
201 sit lunga consuetudo. Et si mala consuetudo, aut practica, vel stylus, &c. extet, vtique est extirpandus. c. consuetudo. 8. Distin. Abb. in c. Cum causam. n. 4. seq. de elect. Quinimò Iudex Christianus huiusmodi consuetudinem, obseruantiam, seù practicam, &c. seruare non debet. Text. est in l. sed licet ff. de offic. Præsid.

Præsid. vbi habetur, quod non id, quod fit Ro-
mæ, sed quod de iure fieri debet, seruandum est.
Bertaz. cons. 225. post. n. 19. lib. 1. & cons.
556. n. 10. seq. lib. 2.

Nec ab re videri debet, si dixerim, quod d.
consuetudo, aut obseruantia, seu stylus, vel
practica in torquendis, & condemnandis Reis
202 est contra ius, quoniam per quamlibet delicti
confessionem de iure Reus torqueri non po-
test; quia (vt dictum est) necesse est, quod de-
lictum probetur per vnicum testem omni ex-
ceptione maiorem cum aliquo alio inditio, vel
cum aliquo alio teste non idoneo, non autem
per solam Rei confessionem. Non potest (in-
quam) torqueri per solam confessionem spon-
taneam. iuxta l. generaliter. C. de nou numer.
pec. Et Argum. l. fin. C. arbitr. tutel. Claud.
ad Bertaz. cons. 29. ita C. vbi adducit Con-
cordantes. Non potest torqueri per confes-
sionem metu tormentorum emanatam. Prout
patet 15. q. 6. c. 1. Glos. Hyppol. & alij l. 1. §.
Diuus Seuerus ff. de quæst. Simanc. Enchirid.
tit. 52. de tormeut. n. 54. Non potest torque-
ri, & condemnari per confessionem per tortu-
ram extortam. Prout patet in d. l. 1. §. Diuus
Seuerus. de quæst. vbi adducitur ratio, quia
confessiones Reorum (vt dictum est) pro ex-
ploratis facinoribus haberi non oportet.

Si itaque Reus per dictas confessiones non
potest torqueri, nec etiam si fuerit tortus, &
confessus potest per Iudicem cogi ad perseue-
203 randum in eis; & si secus Iudex faceret, di-
cta perseueratio nihil Reo noceret: Ratio est,
quia quicquid (vt superius dictum est) ex iniu-
ria Iudicis manat, iniustum est, & iniustitia
causæ permanet in eius effectu; Non enim ex
iniuria ius nasci potest. Glos. & cæteri in l. pen.
ff. de quæst. & in l. cum in contemplatione. de
reg. iur. Hyppol. in pract. §. secunda. quæstio.
Simanc. Enchirid. de torment. tit. 52. n. 34.
204 Additur etiam, quod si Reus Iudicis fa-
cto, aut dolo ad confessionis factæ perseuera-
tionem, aut ratificationem deuenire cogere-
205 tur, nihil ei noceret: Tum quia perseuerare
non tenetur, in quo confessio nullum ad tor-
206 turam facit inditium; Tum etiam quia, cum
perseueratio, seu ratificatio veniat post con-
fessionem factam, necessariò dici debet, quod
est secunda eiusdem delicti confessio, quæ nimi-
rum, quamuis in tortura emanata non est indi-
tium. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi
485. comm. 37. Si ideò non est inditium, nullo
modo est attendenda, quoniam ad torturam
infligendam legitima requiruntur inditia. simi-
lites vers. oportet. C. de quæst. Bal. & alij l. si
quis alicui. C. ad l. Iul. maiest. Boss. tit. de in-
dit. & considerat. ante tortu. n. 1. & 132. An-
gel. de malef. in verb. Quod tradidisti tuam
patriam, in princ. Hyppol. l. quæstionis ha-
bendæ ff. de quæst. Ofasc. decis. Pedamon. 70.

n. 55. vers. non obstat. & n. 56. etiam in deli-
ctis occultis, & difficilis probationis. Mars. l.
1. in princ. ff. de quæst. Capic. decis. 176. n. 4.
Mars. cons. 120. n. 35. vers. Quinimò etiam in
crimine læsæ maiestatis. Et in pract. §. diligen-
ter n. 175. Gram vot. 34. in fin. Foller. in pract.
crim. in verb. Quod suffocauit vxorem. n. 53.
& 58. lib. 1. Et latius in cons. 36. n. 31. lib. 3.
Cacheran. cons. 79. n. 6. Rolan. cons. 7. n.
38. seq. Immò etiam quod sint benè probata:
Mars. in pract. crim. §. diligenter. Et in l. 1. §.
eidem ff. de quæst. Et est communis opinio, vt
attestatur Ioan. de Amic. cons. 127. n. 10. Et
207 id etiam habet locum in crimine hæresis;
quia etiam in delictis occultis, & in crimini-
bus exceptis legitima, & perfecta requiruntur
inditia. Ofasc. decis. Pedamon. 79. n. 55. Vbi
quod debent esse talia, vt vix denegari possit
208 delictum. Immò dicitur, quod ad Reum
torquendum, nec etiam sufficiunt inditia, quo-
niam non sunt probationes, quæ de necessita-
te præcisa requiruntur ad torquendum, seù
condemnandum; sed vt aliqui Doctores di-
209 cunt, sunt signa maleficij ad veritatem ha-
bendam. Gand. tract. malef. sub Rubr. de præ-
sumpt. & indit. Ioann. Andr. ad spec. in tit. de
probat. in fin. in verb. per inditia. Ideò si sunt
signa, non sunt probationes; Quia vt dictum
210 est signa indicant non probant identitatem
facti. Vt post Bart. & alios tradit Crauett.
211 cons. 169. n. 9. Et tamen de delicto com-
misso constare debet per probationes, non
autem per signa, inditia, præsumptiones, con-
iecturas, suspiciones, immaginationes, &c.
Bal. cons. 38. vol. 3. Ratio est quia ex indi-
212 tijs, & præsumptionibus, etiam indubitatis
quis criminaliter condemnari non potest.
Vt per plures authoritates ostendit Boer. de-
cis. 164. per totam. Mars. §. diligenter n.
152. Dec. cons. 175. n. 8. vers. preterea, qui
dicit, quod ex inditijs indubitatis in causis cri-
minalibus secundum communem opinionem
condemnatio fieri non debet. secundum Bal. &
213 Imol. quos allegat; quia ex quibuscunque
inditijs etiam indubitatis regulariter non est
aliquis condemnandus, cum in criminalibus
probationes debent esse luce meridiana clario-
res. Vt l. fin. C. de probat. & habetur in l. licet
Imperator. ff. de legat. primo. Et illa opinio,
quod ex inditijs indubitatis peruenire possit ad
condemnationem, loquitur, & procedit in in-
ditijs adeò indubitatis, vt rem ponat ante
oculos de visu. Quod v. g. quis fuerit visus
exire de domo cum gladio sanguinolento, vbi
repertus quis fuit mortuus: & alia similia. vt
latè ostendit Brun. tract. de indit. & tortu. 5. q. 1.
214 n. 4. seq. Tamen ex huiusmodi etiam indi-
tijs indubitatis, immò etiam indubitatissimis
non potest imponi pœna mortis. Ita Vero-
nen. cons. 6. n. 11. & cons. 32. n. 21. Bal. & alij
in l.

in l. eius ff. de testam. §. 1. Boer. decis. 114. per
totam. Gram. decis. 42. loquens in proprijs
terminis homicidæ, qui ex inditijs vrgentissi-
mis, & indubitatis fuit transmissus ad triremes:
215 Ratio est, quia talis pœna mortis imponi-
tur, quando extant probationes luce meridia-
na clariores; Et Iudex damnat per tales pro-
bationes; quia in occultis versatur iudicium
Dei. Et quando non venit imponenda talis
216 pœna mortis, talia inditia indubitata, seu
præsumptiones indubitatæ sufficiunt tantum
ad condemnationem pecuniariam. Boss. tit. de
conuict. n. 45. Ideò dicitur, quod quando quis
ex inditijs est ad aliquam pœnam condemnan-
dus, indubitata, clara, & perfecta esse debent.
Gram. decis. 42. n. 1. Boss. tit. de coniectur. n.
26. seq. Mars. in Reg. de probat. n. 242. seqq.
cum alijs, de quibus per Farinac. q. 86. n. 55.
217 Et quando inditia nō sunt talia, sed sunt quæ-
dam hominis præsumptiones, ad aliquam con-
demnationem non est deueniendum. Menoch.
q. 94. n. 2. & q. 97. n. 16. lib. 1. de præsumpt.
Farinac. cons. 75. n. 104. Ratio est, quia indi-
tia, vt possit quis aliqua pœna etiam extraor-
dinaria puniri, requiritur, quod sint indubitata,
ac etiam valdè verisimilia, & proxima delicto;
aliàs ex quibuslibet præsūptionibus non potest
deueniri ad aliquam condemnationem. Farin.
q. 86. n. 54. Immò etiam dicitur, quod ex in-
ditijs, & præsumptionibus indubitatis nemo in
218 criminalibus diffinitiuè de hæresi damnari
debet. Gand. tract. de malef. in Rubr. de præ-
sumpt. & indit. indubitatis. Et Boer. latissimè
decis. 164. incip. Alia insuper. Quod etiam in
Tribunali Sanctæ Inquisitionis obseruari dicit
D. Campegius apud Zanchin. c. 2. vel. doctri-
nam hanc. Director. Inquisit. 2. par. pag. mi-
hi 380. comm. 80. n. 1. sed non intelligitur pœ-
na ordinaria criminis, sed alia mitiori arbitrio
Iudicis. Boer. decis. 164. n. 5. seq. Ratio est,
quia dicta inditia non pro probatione, sed pro
219 quadam specie probationis habentur. Ca-
lep. de Calep. cons. 52. n. 33. seq. diuers. lib. 1.
220 vndè ob ipsa non potest infligi tortura. Paul.
de hiazza. in c. grauius. de opposit. in vlt. car.
221 dicit, quod inditium est Adminiculum de-
monstratorium ad veritatem indicandam. Per
text. in l. si quis Adulterium. C. de Adult. c. præ-
terea de test. & c. tua. §. ad vltimum. De ho-
mic. Bart. in l. 2. ff. de excuss. tuto. Si ergò in-
dicat, non probat, Ideò quando Doctores lo-
quuntur de inditio sufficienti ad torturam in-
fligendam, intelligunt de semiplena probatio-
222 ne, & non de minus quam semiplena. Vn-
dè doctè, & egregiè declarat Soc. Iun. cons.
39. n. 57. vol. 2. Quæ nullo modo oriri potest
223 à quibusuis inditijs; sed ab inditio orto ab
vnico teste; idest ab homine fide digno, &
omni exceptione maiori. l. qui vltimò. in fin.
ff. de pœn. Farinac. q. 37. n. 58. & 121. Dec.
cons. 189. col. 5. seq. qui deponat per visum,
vel alium sensum corporeum proprium, non
alienum, aliquod delictum fuisse commissum.
Menoch. de præsumpt. q. 89. n. 7. Franc. Ca-
son. tract. de Indit. in suis qq. c. 6. Rubr. de nō
torquendo per inditia, nisi legitimè probata.
n. 8. Ratio est, quia testis munus non est iudi-
224 care, sed quod oculis vidit deponere, & te-
stimonium ferre. Bart. in l. quod tamen. §. si
arbiter. ff. de arbitr. Curt. Iun. post multos,
quos recenset, latè cons. 165. n. 17. Quibus
accedit Dec. cons. 459. n. 10. & cons. 469. n.
19. Paris. Put. cons. 104. n. 37. lib. 1. Nec Iu-
225 dici mirum videri debet, quia testis tenetur
oculis corporeis videre actum, cum non suffi-
ciat, quod v. g. voces audierit. l. si vnus. cum
226 ibi not. C. de testam. Immò dictus testis di-
ctam semiplenam probationem non facit, nisi
alia concurrant adminicula: Nam alias secun-
226 dum Bo ss. tit. de indit. & considerat. ante
tortur. facit inditium tantum, non autem se-
miplenam probationem, quæ ad minus requi-
ritur, vt possit infligi tortura. Clar. §. fin. q. 62.
227 in princip. Et optima ratione quidem; quia
vox vnius vox nullius. Boss. tit. de opposit.
contra test. n. Et est etiam singularis. l.
iusiurandi. C. de test. c. veniens. in fin. c. li-
cet. in fin. eod. tit. Et vbi est singularitas, ibi
228 est varietas, & contrarietas; quia quilibet
est solus. Bal. Rubr. de controuers. inuestit. n. 2.
229 Aym. cons. 41. n. 7. Vltra quod ex singula-
ritate arguitur dolus, & falsitas. Bal. in l. iu-
siurandi col. 3. n. 4. vers. deindè nota ratio-
230 nem. C. de test. Quinimò nec dicta semiple-
na probatio à dicto teste orta ad torturam suf-
ficit, nisi sit confirmata alijs adminiculis. Nam
secundum Bal. in l. ea quidem n. 4. de accus.
231 Cum dicta semiplena probatio sit solum præ-
sumptio, quæ fortiter mouet animum Iudicis
ad aliquid credendum, seu discredendum; Ideò
232 ad torturam infligendam plusquam semi-
plena requiritur. vt latè per Boer. post multos
233 decis. 85. n. 4. Et plusquam semiplena pro-
batio dicitur, quando vt dictum est adsunt duo
testes, vnus integer, alter verò non, vel alia
adsunt inditia, cum vno teste idoneo. vt latè
per Boer. ibidem Ioseph. Ludouic. decis. 100.
num. 4. seqq.

Sed pro nunc de his acthenus, & ad Rei
confessionem rediens dico, quod pluribus in-
frascriptis de causis dicto Reo nocere non po-
test. Prima causa est (prout superius dictum
234 est) quia dicta confessio non est probatio,
sed tantum delicti relatio. Boss. tit. de conuict.
n. 8. Ideò quamuis millies ratificata, seu per-
seuerata. millies erit delicti relatio, & non pro-
235 batio. Et iure optimo quidem; quia confitens
delictum (vt pariter dictum est) non potest esse
testis contra se ipsum. Secunda causa quod
236 non nocet, est, quia, quamuis in secunda
tortura

tortura ratificata, nō est probationis inditium. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 485. n. 39.
237 tertia causa est, quia debet verificari, & quando non fuit verificata, non nocet Confitenti;
238 Ratio est, quoniam de certitudine delicti non solum per testes fide dignos, ac omni exceptione maiores; Sed etiam quia confessa-
239 tum delictum est verificandum per probationes liquidissimas. Brunor. à Sole in suo vnico cons. n. 208. scripserunt etiam Boss. in tract. de delict. n. 19. & 23. in fin. vbi generaliter loquitur de omni casu damnabili. Plot. cons. crim. diuers. 132. n. 22. lib. 1. vbi loquitur in terminis Sodomiæ. Mascard. de probat. n. 2.
240 conclus. 830. n. 7. In terminis verò homicidij vltra dd. testes potest verificari v. g. ex adnotatione tremefactionis, seu fracturæ ossis capitis, &c. vel quod constet de corpore mortuo. In terminis verò furti verificari debet per emptores, seu detemptores rerum derobatarum. Dixit Brun. de indit. q. 6. secundæ par. n. 13. refert, & sequitur Cason. tract. de
242 torment. c. 20. In causa autem venenationis per recognitionem signorum veneni. Muscatell. pag. mihi 79. n. 25. Ratio est, quia perniciosum est aliquem exemplo condemnare non verificata confessione, & non constito de delicto. Vt post Valer. Max. d. Cason. c. 20. in fin. Et ad hunc verificationis effectum Reus confessus diligenter est interogandus de omnibus qualitatibus, & circumstantijs delicti, vt illis verificatis, vel non possit deprehendi, an Confessio sit vera, vel falsa. Scripserunt Marian. Soc. in c. Qualiter, & quando. e'l secondo n. 975. & n. 1102. vers. si verò non condemnauerit extra de accusat. Ratio est, quia non sufficit ad aliquem condemnandum, quod v.g. fassus fuit occidisse cum ense sanguinolento existente in tali loco, & si reperiatur, non reperitur sanguine aspersus. d. Marian. Soc. ibidem. Vbi latè, & benè admonet Iudices, vt diligenter inuestigent omnes qualitates, & circumstantias delicti confessati, vt cognoscant, an Reus verum dixerit. Idem scripserunt Marf. cons. 14. n. 17. vbi latè hunc comprobat conclusionem. Brun. de indit. q. 6. secundæ par. n. 13. vbi quod Iudex non debet statim venire ad condemnationem ex confessione etiam per torturam extorta; quia multa dicuntur non vera. Paris. de Put. tract. de Scindic. in verb. confessio. c. 1. fol. mihi 150. Vbi propterea quod quidam Commissarius (vt superius dictum est) qui Reum non verificata confessione condemnauit stetit in magno periculo, nè & ipse condemnaretur. Marf. cons. 14. n. 17. seq. & cons. 22. n. 9. Brun. de indit. & tort. n. 9. c. 29. Rubr. de confess. in tormen. n. 1. seqq. Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur. e'l 2. n. 5. vers. Et idem sicut Iudex. fol. 316. Bursatt. cons. 21. n. 29. seq. lib. 2. Bertaz. cons. 29. n. 5. lib. 1. Et quando confessiones factæ à Reis non fuerunt verificatæ, & comprobatæ, eis non nocent; quia eis non est standum. Marf. cons. 109. Gram. decis. 2. n. 38.
243 seqq. Et maximè confessio est verificanda, quando tortura fuit immoderatè illata, & tortus est varius in circumstantijs. Paris. Put. de
244 Scindic. vers. confessio. n. 5. seq. Tamen quādo dicta confessio fuit facta sine inditijs legitimis non nocet, etiam quod esset verificata ex nouis inditijs. Matthesil. singul. 55. incip.
245 Nota quotiescunque Iudex in princ. etiam extorta per torturam reiteratam, si in processu
246 non fuit verificata. v g. ex adnotatione tumefactionis, seu fracturæ ossis capitis (vt dictum est) Bal. cons. 77. lib. 3. Alex. cons. 5. lib. 1. Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 3. c. 13. Rubr. de tortur. Reo. n. 25. vers. tertio infero. Bursatt. cons. 101. n. 82. lib. 2. Franc. Personal. de indit. & tortur. Ratio est, quia
247 confessio non verificata, & non constito de delicto perniciosum est aliquem condemnare.
248 Et ideò Iudex, quantum potest, debet inquirere delictum confessatum esse verum. Ita Bart. l. 1. §. Sed si sibi ff. ad Syllan. Ac etiam
249 benè aduertere debet, quod delicti confessio aliundè verificari debet, quam ex dicto Rei in tortura emanato. Marian. Soc in d. c. qualiter, & quando. e'l 2. n. 975. de accusat. Hinc
250 est, quod Iudex in homicidijs, in furtis, & similibus non debet stare confessionibus Reorum; sed debet mittere Notarios ad illa verificanda; aliás damnaret innocentes, & damnaret animam, & corpus suum. Ita Angel. tract. malef. in verb. Et vestem cœlestem abstulit. verb. Quod si quis confiteatur. Nec dissentit Bal. in Auth. sed nouo iure. col. 3. vers. sed pone, quod si aliquis. C. de seru. fugit. Vbi quod si aliter non constet de delicto, nisi per solam confessionem, inquisitus puniri non debet, quoniam necessariò verificari debet, quāuis cōfessio fuerit extorta per d. torturam reiteratam. Cason. tract. de torment. in fin. Cū delicto non verificato sit nulla. Boss. tit. de
252 delict. n. 15. quarta causa, quod confessio non nocet, est, quando est vagans, & intricata, nempè quando Reus modo ait, modo negat; quia hoc casu tam confessio, quam ratificatio non remanent nitidæ, claræ, puræ, & simpliciter emanatæ. l. 1. §. Diuus Seuerus, vbi Bart. ff. de quæst. l. 3. C. de exhib. Reis. Franc. Maria de Plot. cons. 65. n. 12. inter cons. crim. diuers. lib. 1. Ratio est, quia quan-
253 do confessio non est nitida, & pura, sed intricata, & vagans, inquisitus non potest damnari pœna ordinaria delicti, sed extraordinaria. Vt per Gomez. variar. resolut. tit. de delict. c. 3. super n. 26. Hyppol. in §. quoniam. n. 24. Bero. q. 126. Quinta causa, quod non nocet,
254 est, quando est obscura, id est quando non decla-

declarat locum particularem, & tempus com-
missi delicti. Ita Boss. in tit. de confess. n. 45.
seqq. vbi adducit Concordantes, & reddit ra-
tionem, quia Reus quando ignorat locum par-
ticolarem, & tempus commissi delicti; eius
255 confessio redditur inuerisimilis, nec potest
256 ex ea condemnari, quia confessio debet cõ-
tinere locum, & tempus (vt dictum est) sicut
inquisitio, & accusatio. Boss. tit. de confess.
257 n. 43. Sexta causa, quod non nocet dicta
confessio est, quando est obnumbrata, quia de-
bet esse clara sicut Sol, ad hoc vt possit ex illa
deueniri ad condemnationem. Boss. tit. de con-
fess. post. tortur. n. 12. Bertazz. cons. 19. n. 17.
258 Vbi quod confessio debet esse inuulnerabi-
lis, sicut debet esse inuulnerabile inditium, quod
sufficiat ad torturam. Boss. eo tit. n. 25. Septi-
259 ma causa, quod non nocet, est, quando est
dubia, quia tunc in criminalibus regulariter in-
terpretatur ad fauorem confitentis. Ita Bart.
in l. 15. qui Reus. col. pen. ff. de publ. iudic.
Soc. cons. 39. n. 70. vol. 2. Argum. notato-
rum in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb.
260 obligat. Octaua causa, quod non nocet, est,
quando est generica; quia ambiguitatem pa-
rit. Rom. cons. 455. n. 4. Nona causa, quod
261 non nocet, est, quando incidenter fuit facta.
Boss. tit. de conuict. n. 47. Et incidenter dici-
tur facta, quando quis fuit captus, & carcera-
tus alia de causa. Foller. in pract. prima par.
262 secundæ par. n. 21. Decima causa, quod non
nocet, est quando fuit facta die feriata. Boss.
263 tit. de confess. n. 47. Vndecima causa, quod
non nocet, est quando post eam per testes con-
stat de innocentia Rei. Boss. tit. de confess.
264 n. 70. Duodecima causa, quod non nocet,
est quando fuit facta calore iracundiæ. Panor.
in c. Ex litteris. de diuortijs. Lucer. inquisit.
in verb. confessio n. 3. vel vt melius dicam,
quando fuit facta ab homine irato. Glos. in c.
ex litteris. de diuort. cum alijs adductis. per
265 Natt. cons. 6. n. 2. Decima tertia causa,
quod non nocet, est, quando fuit facta coram
Notario sine præsentia Iudicis, quia tunc facit
tantum inditium. Glos. est singularis in l. iube-
mus. C. de lib. caus. & Bal. ibi Ludouic. cõs. 8.
266 Decima quarta causa, quod non nocet, est,
quando fuit facta coram Iudice, sed non in for-
ma iuditij, quæ facit solum inditium d. Glos. in
d. l. iubemus. & Bal. ibi Ludouic. cons. 8. Boss.
tit. de confess. n. 47. Decima quinta causa,
267 quod non nocet, est, quando fuit facta con-
tra pluralitatem personarum, quia non pro-
bat delictum ratione incertitudinis delinquen-
tis. Bal. in l. si ideò. in princ. de curit. & in l.
transigere. C. de transact. Decima sexta cau-
268 sa, quod non nocet, est, quando fuit dolo
extorta; Ratio est, quia sicut iuramentum do-
lo extortum non potest nocere Iuranti, sic
confessio dolo extorta non debet nocere con-
fitenti. Hyppol. l. 1. §. quæstioni. n. 12. ff. de
269 quæst. Decima septima causa, quod non no-
cet, est, quando fuit facta super incerto, cum
solummodo cadat super certo. l. 1. C. vt omnes
causæ tam ciuiles, quam criminales. Auth. vt
Iudices. fin. quoq; in suffrag. §. necessitas. Fol-
ler. in pract. crim. n. 4. par. 3. vers. Et si con-
fitebuntur. n. 56. Ratio est, quia confessio de-
270 bet esse certa, & verisimilis respectu loci,
temporis, & naturæ rei. Tradit post alios Car-
rer. in l. obseruare. in princ. n. 121. C. quor.
271 appellat. non recip. Decima octaua causa,
quod non nocet, est, quando fuit emanata,
quando processus nullitas fuit facta ante con-
fessionem quia tunc non potest sequi condem-
natio. Angel. de malef. in verb. Comparue-
runt dd. inquisiti. col. 6. in fin. Additionis.
quam benè not. Lucer. Inquisit. in verb. con-
272 fessio. n. 3. Decima nona causa, quod non
nocet, est, quando ex defectu probationum
non sufficit ad probandum corpus delicti Bart.
l. Diuus ff. de milit. testam. l. 1. §. Diuus ff. de
quæst. vbi non verificato delicto non est stan-
273 dum nudę Confessioni. Vigesima causa,
quod non nocet, est, quando fit transactio
cum Fisco, nempè quando v. g. Pater, seù
Frater dicto Fisco offert pecuniam pro Reo;
quoniam quando agitur de crimine capitali, in
quo licitum est transigere, & quomodocunq;
274 sanguinem suum redimere, sequitur conclu-
sio, quod ex compositione nulla oritur con-
fessio, nec expressa, nec tacita, nec præsumpta.
Bart. Cyn. Bal. Castr. Alex. & Io. Fabr. in l.
transigere. C. de transact. cum alijs per Gabr.
7. Conclus. 23. n. 1. seq. Foller. in pract. crim.
in verb. Et si confitebuntur. e l primo. n. 145.
Gomez. tract. de delict. tit. de homic. sub n. 54.
275 Et quod transigens cum Fisco, vt se eximat à
276 molestijs Curiæ, & à longo carcere non indu-
cit d. confessionem, idest quod non dicatur fa-
teri delictum, facit l. furti. §. pactum. ff. de his,
qui not. infam. Blanc. de indit. n. 309. Vigesi-
277 ma prima causa, quod non nocet, est quia (vt
dictum est) Confessiones non fiunt habendæ
pro exploratis facinoribus. facit Text. in l. 1.
§. Diuus ff. de quæst. Immò propriè non dicun-
tur probationes. Boss. tit. de conuict. n. 8. Vi-
278 gesima secunda causa, quod non nocet, est,
quando fuit extorta ab Auxiliatore, non con-
stito prius de principali Delinquente. dixit
Bart. l. si is, qui. §. inditium. ff. de furt. Alex.
l. si duo patroni in princ. vers. in Glos. in verb.
alteri. ff. de iureiuran. Refert, & sequitur An-
char. cons. 217. Hyppol. cons. 43. n. 51. Vi-
279 gesima tertia causa, quod non nocet, est,
quia confessio, quando continet quid depen-
dens ab animo Confitentis, & per alios con-
stare non potest; quia tunc statur eius iura-
mento. Glos. & DD. in §. aliæ. instit. de act.
Et ita etiam consulendo propriè in delictis.
scribit

scribit Alex. cons. 126. col. 4. Vigesima quar-
280 ta causa, quod non nocet, est, quando v. g.
ex obrupto fuit facta à patre contra filium abs-
que aliqua Iudicis interogatione, quia tunc
281 nullum parit inditium: Ratio est, quia quan-
do adimit vitam filio, redditur inuerisimilis, &
non nocet filio. Ita formaliter scribit Anchar.
282 cons. 24. n. 4. Hoc enim abhorret natura, cũ
pater magis diligat filium, quam se ipsum. Listi
quidem. in fin. ff. quod met. caus. Vigesima
283 quinta causa, quod non nocet, est, quando ex
præcedentibus, & subsequentibus confessiones
non sunt interpretatæ, quia nihil contrarieta-
tis continere debent. Bal. in l. cum falsa. C. de
iur. & fact. ignor. n. 8. Ias. ibidem. n. 4. Aym.
cons. 214. n. 17. Foller. in pract. crim. 2. par.
3. par. in verb. Etsi confitebuntur. n. 1. Vi-
284 gesima sexta causa, quod non nocet, est,
quando Reus bis vario modo fassus est delictũ;
nam tunc tertiò in tormentis magis specificè
interogandus est stante varietate. Tradit Bo-
er. q. 136. refert Bonacoss. in verb. ratificans
285 confessionem. Vigesima septima causa, quod
non nocet, est quando in eodem constituto, &
vnico tempore fuit facta, quia vnica dicitur,
nec dicitur perseuerata, si pluries Reus fassus
fuit, nempè coram Notario affirmatiuè, & co-
ram Iudice negatiuè; quia dicitur varia, & e-
manata à non habente rectitudinem intelle-
ctus. Tradit Glos. fin. in l. 4. ff. de pignorat.
act. Bal. Rubr. de nou. Cod. comp. n. 10. col.
286 fin. Vigesima octaua causa, quod non no-
cet, est, quando Fiscus non probat delictum
fuisse commissum. Not. c. Auditis. de præ-
script. quia de delicti corpore constare debet.
Farinac. tit. de inquisit. n. 15. Vigesima nona
287 causa, quod non nocet, est, quando confes-
sio est sola cum querela sine cognitione in ge-
nere, quia tunc non sufficit ad condemnan-
dum. Muscatell. pag. mihi 13. n. 14. Trigesi-
288 ma causa, quod non nocet, est, quando
fuit facta in his, quæ sunt iuris. Muscatell. pag.
289 mihi 27. n. 15. Trigesima prima causa,
quod non nocet est, quando v. g. confessio fi-
lij est contra patrem. Bart. l. is, qui Reus. ff.
de tur. Vulpell. cons. 118. n. 22. Trigesima
290 secunda causa, quod non nocet, est, quan-
quando v. g. Mandatarius sine alijs adminicu-
lis deponit, seù confitetur contra Mandantẽ,
quia eius confessio non sufficit ad torquendum
mandantem. Vt per Salyc. in l. fin. C. de accu-
sat. & ibi Glos. & Imol. in c. 1. de confess. Alex.
cons. 137. n. 4. post alios, quos allegat. Gram.
vot. 34. n. 1. seq. loquentes omnes in termi-
nis homicidij. Trigesima tertia causa, quod
291 non nocet, est, quando d. confessioni Na-
tura repugnat, ac etiam quando d. confessio
non est verisimilis. l. si is, §. vlt. ff. de interro-
gat. act. c. quia verisimile. de præsumpt. Simãc.
Enchirid. tit. 29. de confess. nu. 3. Trigesima
292 quarta causa, quod non nocet, est, quan-
do non verificatur id, super quo fundatur.
Glos. & ibi Salyc. & Castrens. in l. mancipia. in
verb. aduocandum. C. de seru. fugit. Bart. in
l. Diuus. ff. de testam. milit. Trigesima quinta
293 causa, quod non nocet, est, quando ema-
nauit parte absente. Vide in verb. varietas, &
294 discordia testium. Trigesima sexta causa,
quod non nocet, est, quando Reus petit gra-
tiam, & Iudex tunc dicit Reo volenti vti gra-
tia impetrata, quod non vtetur, nisi fateatur
delictum, nam si fatetur, ei non præiudicat.
Boss. tit. de remed. ex sola Clem. Princ. n. 29.
295 Ratio est, quia gratiam petens non tenetur
exprimere delicta separata, nec etiam similia,
quæ paterent, nisi ab eis gratiam habuisset.
Boss. tit. de remed. ex sola Clem. Princ. n. 25.
296 Trigesima septima causa, quod non nocet,
est, quia Fiscus ab ipsa confessione non debet
sumere probationes, quia probationes ad de-
fensionem semper, & quandocunq; recipi de-
bent, nè Innocens indebitè puniatur. l. Diui
297 fratres. ff. de pœn. Et si sententia sit lata;
Ista intellige, dummodo calumniosè non fiant.
Per ea, quæ notat Bal. in l. à Præcedente. C. de
dilat. c. cum dilecti. Vbi Butr. & Abb. de ac-
cus. Vnde dicit spec. tit. de confess. §. fin. vers.
298 Cæterum, si confessus fui, me occidisse ho-
minem, nunc probo eum viuere, admittor ad
reuocandam illam confessionem. l. inde Nera-
tius, §. fin. ff. ad l. Aquil. & ibi in Addit. Ioan.
Andr. dicit, quod si quis vulnerauerit aliquem,
quem fortè credit occidisse, & captus sic con-
299 fessus est, etiam amici admitti debent ad pro-
bandum eum viuere. Aret. c. cum dilecti in vl-
timis verbis de accus. Boss. in tit. de confess. n.
60. & in tit. de defens. Reor. n. 4. Et multa,
quæ contra confessionem deduci possunt, po-
nit Clar. §. fin. q. 55. Constit. Marchiæ G. n.
11. fol. 196. Trigesima octaua causa, quod
non nocet, est, quando v. g. Reus dicit, se ha-
300 buisse aliquem gladium, quando insecutus
est Petrum; quia nullum ad torturam facit in-
ditium; quoniam ex hoc dicto non resultat se-
miplena probatio ad delictum, vt requiritur in
causis criminalibus, vt quis torture subijci pos-
sit. Clar. in §. fin. q. 62. in princ. Et quod non
301 resultet semiplena probatio, colligitur ex
eo, quod inditium semiplenum secundum Bal.
in l. ea quidem. n. 4. C. de accus. Est præsump-
tio fortiter mouens animum Iudicis ad aliquid
credendum, seù discredendum, & Bal. sequun-
tur omnes criminalistæ. Trigesima nona cau-
301 sa, quod non nocet, est, quando Reus con-
fitetur contra consocios criminis, & an eius
confessionem præsumptionem inducat aduer-
sus illos. Est Glos. in l. fin. de accus. Quæ dixit,
quod intelligit Cyn. quando debuit interoga-
ri, & non aliter. Et illud etiam tenuit Salyc.
Dicens tamen, quod non per se solum, sed si
esset

esset contra consocios criminis legitima præ-
sumptio; tunc facit legitimum inditium ad
torturam, & sic dicit debere intelligi, l. qui vl-
timò. in fin. ff. de pœn. & C. de custo. Reo. l.
1. in Glos. 4. Ad hoc facit Glos. in d. l. fin. Nā
exigit præsumptionem aliquam prius contra
eum, contra quem interogatur. Et ita etiam
voluit Glos. 15. q. 4. memini. & ibi per Archid.
Quinimò vbi non in specie, sed in genere quis
interogatur de socijs, ità quod contra nemi-
nem esset præsumptio in specie, tunc confessio
criminosi de alio sufficiens ad torturam indi-
tium non faceret secundum Salyc. in d. l. fin.
302 quod est valdè notandum. Quibus non ob-
stantibus ego omninò dico, quod socius crimi-
nis, cum sit omninò infamis, & de se fuerit con-
fessus, nullum contra consocium à se nomina-
tum ad torturam facit inditium. Per ea, quæ
in hoc tractatu de confessione Rei contra so-
cium criminis à me dictum est. Quadragesima
303 causa, quod non nocet, est, quod Confessio
propria nullo modo potest dici mala fama, quæ
requiritur ad torturam infligendam. Glos. ab
omnibus approbata. l. sed. & si possessioni. §.
fin. in verb. probatū esset, ff. de iureiur. Gram.
304 cons. 30. n. 6. Quadragesima prima causa,
quod non nocet, est, quia confessio facta à Reo
potest reuocari etiam non docto de errore.
Ias. in l. magistratibus. col. 2. ff. de iurisdict.
omn. Iud. Petrasanta singul. 67. Brun. tract. de
indit. fol. 3. vers. sed si Confessio. Ioan. de Ar-
non. singul. 49. Et id pluribus rationibus. Pri-
ma ratio est, quia confessio (vt dictum est) non
est probatio, sed delicti relatio, cum nemo pos-
sit probare contra se ipsum. Boss. tit. de con-
uict. n. 8. Vnde non est attendenda; quia in
305 criminalibus Reus non potest renunciare
defensionibus suis. Glos. singul. in l. pactum
306 inter hæred. ff. de pact. Secunda ratio est,
quia d. confessio est nudi facti. l. error. ff. de
iur. & fact. ignor. Et id etiam habet locum in
307 tortura reiterata sine alijs adminiculis de
aliquo graui delicto, quo casu Confitenti non
præiudicat: Non enim verisimile est, quod quis
308 vltrò confiteatur, quod vitam adimat. Et
ideò d. confessio tanquam inuerisimilis non va-
let, nec præiudicat. Ità formaliter scribit An-
char. d. cons. 24. n. 4. Quadragesima secunda
309 causa, quod non præiudicat, est, quia sola
confessio, quamuis vera non sufficit ad con-
demnandum: Vnde si non sufficit ad condem-
310 nandum, nec etiam sufficit ad exequendam
condemnationem per sententiam contuma-
cialem factam; cum maioris præiudicij sit exe-
qui sententiam, quam condemnare. Et ista iu-
ris determinatio est clara, aperta, & indubita-
ta. Vt attendit Alex. cons. 19. col. 1. lib. 7.
311 Boss. tit. de indit. nu. 15. Vbi quod hoc nul-
lam habet difficultatem. Clar. q. 55. vers. po-
test etiam. Quadragesima tertia causa, quod
non nocet, est, quia d. confessio nec ipsi Reo,
311 nec consocijs nocet: Nam Reus confitens
de se ipso non creditur in alios, idest super cri-
mine consociorum. Glos. 2. in c. de confess.
Bal. in l. quoniam liberi. n. 2. C. de test. & per
l. fin. C. de accusat. Sed probat tantum ad in-
quirendum. Gram. cons. 61. post n. 1. decis.
28. post. n. 17. Natt. cons. 298. n. 9. in fin.
312 Prout etiam in crimine hæresis confessus de
se creditur tantum contra consocios quoad
313 præsumptionem faciendam, non autem ad
conuincendum, nisi aliæ adsint præsumptiones;
quia si adsint, valet confessio. d. Glos. 2. Lucer.
314 inquisit. in verb. confession. 8. Insuper di-
citur, quod de se confesso non creditur contra
alium. c. 1. de confess. Et id procedit, etiamsi
deposuisset in articulo mortis. Rolan. cons. 16.
in fin. & cons. 173. vol. 1. Vbi quod ità fuit
315 iudicatum: Ratio est, quia socius criminis
non facit inditium contra consocium. Alia
quoque adest ratio, quia vltra dictum socij cri-
minis aliæ contra consocium nominatum de-
bent adesse præsumptiones ad hoc vt torturæ
subijciatur. vt tradit Glos. in d. c. de confess.
Et sic vult, quod aliæ concurrant præsumptio-
nes, quæ tamen crimen tangant, ob illam di-
ctionem, aliæ, quæ est relatiua, & repræsenta-
tiua eiusdem qualitatis. Glos. in c. quidam De-
legatus, in verb. amicis, ff. de rebus dub.
316 Nāq; sola nominatio socij criminis facit in-
ditium ad inquirendum tantum, non autem ad
torturam. secundum Bal. & Angel. l. & si cer-
tus ff. ad Syllan. Quadragesima quarta causa,
317 quod non nocet, est, quia Confessus, & con-
uictus potest appellare, quando adducit aliquā
causam, per quam offuscatur ipsius confessio,
seu offuscatur querelantis confessio, & proba-
tio contra ipsum existens. Bal. in l. 2. n. 2. vers.
Item quia. C. quor. appellat. Farinac. q. 101.
num. 143.

Ex quibus omnibus igitur infertur, quod
quando confessio non nocet, nullo modo per
318 Reum est ratificanda, & confirmanda. Cæ-
terum dato quod fuerit ratificata, nè iniustè
vexetur Reus, benè debet aduertere Iudex an
fuerit ratificata absque tormentis, vel in tor-
mentis: Nam si fuit confirmata absque tor-
mentis, si non contineat signa, ex quibus appa-
319 reat, Reum deliquisse ipsi præiudicare nullo
modo potest Franc. Cason. tract. de torment.
c. 20. n. 6. Ratio est, quia confessio ab inqui-
320 sito debet declarari per signa, ex quibus Iu-
dex verificetur, ipsum verè fuisse confessum.
321 Cason. d. tract. c. 2. n. 18. quoniam sine si-
gnis non habet vim veritatis, cum nonnulli
sint tantæ impatientiæ, vt potius mentiri, quam
pati tormenta velint. l. 1. ff. de quæst. Quæ con-
clusio procedit etiam, quando Carcerati fue-
322 runt immoderatè torti, & sunt varij in cir-
cumstantijs; ideò eorum confessiones non ve-
rificatæ

rificatæ non præiudicant. Paris. de Put. tract. de Scyndic. in verb confessio, c. 1. & 9.

Si verò fuerit ratificata, seù confirmata in tor-
323 mentis, nec etiā præiudicat, quia dicitur nulla, l.pen. vbi Glos.& DD.not.ff.de quæst. Et eo magis quando fuit ratificata nullis antecedentibus indi-
324 tijs de aliquo graui delicto: Ratio est, quia cōfitens delictum, de quo vertitur pœna suæ vitæ, non solum iudicatur per metum confiteri; sed etiā nō videtur in plenitudine, seù rectitudine sui intellectus; Sed (vt dictū est) delirare. Itā formaliter scribit Mars. in pract. in §. postquā, n.2. vltra quod ēt inuerisimile est, quod quis (vt pariter dictū est) confi-
325 teatur, quod vitā adimit. Et ideò d. confessio tāquā inuerisimilis non valet. Itā formaliter scribit Anchar. in suo celebrato cons.24.n.4. Alia quoq; adest ratio quia asserta ratificatio, seù confirmatio
326 prouenit ex tortura in eū iterū illata, quā multū timebat. Vndè vti meticulosa est nulla, & non attendenda, vt post multos, quos allegat, ostendit Menoch. cons.1.n.286. Nec id ab re videri debet;
327 quia metus rerū omniū horribiliū maximè hominū animos pterret, l. nouissimè, in fin. ff. quod fals. tutor. l.2. C. quor. appell. non recip. Simanc. En-
328 chirid. tit. 52. de torment. num. 36. Et quando dictus metus fuit semel illatus, dicitur durare. Angel. in l. inuidiam, C. quod met. caus. Paris.
329 cons. 58. nu. 96. lib. 4. Nec ex interuallo purgatur, scripserunt Aret. cons. 14. nu. 17. Crauett.
330 cons. 6. num. 84. Immò non dicitur purgatus, quousque viuat, qui illum intulit, vt in terminis tradit idem Aret cons. 1. col. 4. nu. lib. 3. Corn. cons. 41. col. 2. vers.& debet Iudex, lib. 2. Et eo
331 magis, quando per minas inducitur in confessionte. Iodoc. in pract. crim. c.54. nu. 25. Immò (in-
332 quam) semper dicitur instare, licet quod quis sit è carceribus per curiam relaxatus, secundum Bal. in d. l. nouissimè; Quod est valdè notandum, & menti tenendum, secundum Brun. tract. de indit. & tortur. q.6. secundæ par. nu. 17. Et præcipuè
333 dicitur durare in detentis in carcere, l. qui in carcerem, ff. quod met. caus. Gram. cons. 39. nu. 3. Rolan. cons. 2. nu.46. seqq. lib. 1. Mars. cons.48.
334 nu. 28. Et id etiam quousq; durat eadem Iudicis potestas, d. Mars. cons.52. nu.5.

Et ideò confessio quando est meticulosa nō est valida, quāuis ratificata. Boss. tit. de tort. n.3. Me-
335 noch. post multos, cons. 1. n.286. Et maximè d.
336 confessio dicitur meticulosa, prout eius ratificatio, quando Reus in tortura dixerit hęc, vel similia verba, antequā eleuetur, vel postea. *Ditemi quello, che volete, ch'io dica, che lo dirò*. Aut dixerit, *Io nō posso negare, perche non posso sopportare tormenti*. Aut dixerit, *Io non posso più resistere, calatemi giù, che dirò quanto vi piace*. Nam ista protestatio animi sui operatur, quod vi, seù metu tormentorū cōtra veritatē fassus fuerit. Itā Bart. in l. non solum, §. morte, ff. de nou. op. nunciat. Solet enim protestatio metum probare, cum declaret protestantis
337 voluntatem, seù intentionem de mentiendo, quę multum à Iudice attendi debet. Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi Prętori, n.2. ff. de nou. op. nunciat. & cons.253. n.5. cum alijs adductis per Ruyn. cōs. 6. n.1. seq. lib.4. Ex qua protestatione illud omninò infertur, quod subsecuta delicti perseueratio, seù ratificatio nullum operatur effectum; quoniā & ipsa meticulosa iudicatur: Ratio est, quia eadem timoris causa durare videtur. Itā in terminis argumentatur Soc. Iun. cons.77. n.52. lib. 1. Rolan. cons.2. n. 90. lib.1.

Deniq; vt facilius saluetur Reus, illud quoq; di-
338 cendum videtur, quod in confessione is perseuerare dicitur, quando est liber à metu tormentorū. Bart. in l.1. §. [illegible]iuus, ff. de quæst. d. l. nouissimè in princ. ibi si compulsus, vel metu compelleretur. Et ibi Bart. & Bal. ff. quod fals. tutor. Cœpoll. cons. 39.
339 n.52. Et tunc Reus est liber à metu tormentorū, quando nō est amplius in carceribus, & sub potestate Iudicis quia (vt dictū est) metus dicitur dura-
340 re in detentis in carcere; quousq; durat Iudicis potestas. Mars. cons 52. nu.5. Vndè dicitur, quod
341 nunquā est habenda fides tormētis quę vi, & metu dicere cogunt, quę nō sunt vera, l.1. ff. de quęst. Simanc. Enchirid. d. tit. 52. de torment. n.34. Idem
342 dicendū est, si d. confessio fuit facta vi, aut metu tormentorū repetitorū æquiparatur. Quæ cum ita
343 se se habeant, dicitur, quod cōfessio facta in tortura, quāuis perseuerata, si deberet esse præiudicialis, sequeretur, quod Reus esset dominus mēbrorū suorū, & posset facere se condemnare ad mortem, & morti tradere, contra l. liber homo, ff. ad l. Aquil. & l. non tantum, ff. de pœn.

Ex quibus igitur supradictis omnibus benè quęsò aduertant Iudices criminales, quod Reus solummodò potest torqueri, seù ad pœnam imputati criminis condemnari, quando in processu contra ipsum adsunt super delicto examinati testes integri, idonei, legales, benè concludētes, ac omni exceptione maiores, qui deponant super delicto de actu
344 cōsumato: Et illi dicuntur omni exceptione maiores, quibus aut in personis, vel in dictis, seù in factis nihil prorsus potest opponi, & superant etiam omnem friuolam exceptionem, & nullam penitus patiuntur maculam; immò vndiq; sunt inuulnerabiles, alijs secus. l.1. §. idem Cornelio, l. maritus, vbi Glos. in verb. illicitè, in fin. ff. de quæst. Clar. q. 21. vers. vnus testis. Vbi grauiter reprehendit Iudices, qui de facili ex depositionibus testium inhabilium Reos torquent. Vbi attestatur de communi. Ratio est, quia sicut ad cōdemnandum Reum requiruntur testes omni exceptione maiores. l. sciāt cuncti, vers. testium idoneorū, C. de probat. Mars. §. diligenter, n.8. Foller. post alios, quos allegat cons.76. nu. 2. lib.2. inter cons. crim. diuers. Bal. in l. fin. col.2. n.5. vers. quædā est probatio maior. C. de probat. Dec. cons.429. n. 12. Mascard. de probat. concl.459. n.6. & 9. lib.2. & concl.496. n.9. lib. 3. & concl. 1360. n.4. Farin. q.61. n. 22. Itā etiā ad torquendum, l. milites, vers. oportet, C. de quæst. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortur. nu.1. & 132. Et dicta inditia debent esse benè probata. Mars. in pract. crim. §. diligenter, & in

l. 1. §. eidem, ff. de quæst. Et est communis opinio, vt attestatur Io: de Amic. cons. 127. nu. 10. Vbi verè addit, quodlibet inditium, seù adminiculum per duos testes esse probandum. Idem tenuit iam ante Bart. in l. fin. nu. 27. ff. de quęst. & Clar. §. fin. q. 22. Direct. Inquisit. 3. par. pag. mihi 593. comm. 110. Immò dicti testes debent esse tales, quod non solum nullam etiam minimam patiantur maculā, sed etiam quod sola Rei confessio deesse videatur. Alex. cons. 133. nu. 11. seq. vol. 7. Nec non in eorum depositionibus debent crimen tangere. Glos. in c. 1. de confess. Ob illam dictionem, Alię, quę est, (vt dictum est) relatiua, & representatiua eiusdem qualitatis. Glos. in l. quidam Relegatus, in verb. amicis, ff. de reb. dub.

DISCEPTATIO II.

De Inditijs.

SVMMARIVM.

Inditia, præsumptiones, coniecturæ, suspiciones, & verisimilitudines non sufficiunt ad torturam. nu. 1.

In delictis enormibus requiruntur probationes liquidissimæ, & apertissimæ emanatæ per testes omni exceptione maiores, & non sufficiunt inditia, præsumptiones &c. nu. 2.

Testes in criminalibus concludenter deponere debent per vnum ex quinque sensibus. nu. 3.

Inditium non est delicti probatio, sed est signum alicuius maleficij. nu. 4.

Inditiū est adminiculum ad veritatē indicandā. nu. 5.

Inditium est minus quam semiplena probatio. nu. 6.

Inditium est argumentum distans à specie veræ probationis. nu. 7.

Inditium est quædam species probationis. nu. 8.

Inditium sufficiens ad torturam est semiplena probatio. nu. 9.

Probatio semiplena solumodò à testibus omni exceptione maioribus oriri potest, & non à quouis inditio. nu. 9.

Testis munus non est iudicare, sed quod oculis vidit, deponere. nu. 10.

Testis debet videre actum oculis corporeis, & nō sufficit v.g. quod voces audierit. nu. 11.

Probatio vt possit fieri à teste, quæ requirātur. nu. 12.

Testis, vt possit facere semiplenam probationem, debet esse omni exceptione maior. nu. 13.

Probatio semiplena solumodò potest fieri à teste omni exceptione maiori. nu. 13.

Testis quod sit omni exceptione maior per Fiscum probari debet. nu. 14.

Testis sicut ad condemnandum debet esse omni exceptione maior, ita etiam ad torquendum. nu. 15.

Per testes de delicto liquidò constare debet. nu. 16.

Testes ad torturam debent esse tales, vt non solum nullam etiā minimā patiantur maculā, sed ēt requiritur, quod sola Rei confessio deesse videatur. n. 17.

Macula omnis, aut defectus, vel exceptio etiam minima aut in dicto, vel in persona testis non solum facit, vt non possit dici omni exceptione maior, sed impedit torturæ effectum. nu. 18.

Torturæ effectus per quæ impediatur. nu. 18.

Testes plures quando non sunt omni exceptione maiores, loco vnius habentur, & ad inquirendum, non autem ad torquendum sufficiunt. nu. 19.

Inditia etiam indubitata, præsūptiones, cōiecturæ, &c. sufficiunt tantum ad inquirendum, idest ad assumendas informationes, seù ad capturam, & non ad reliqua nu. 20.

Ex inditijs etiam indubitatis in criminalibus condemnatio fieri non debet. nu. 21.

Dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo fundatur. nu. 22.

Delictum non potest ascribi alicui, nisi constet fuisse commissum. nu. 23.

Inditijs, præsumptionibus, coniecturis &c. non est standum contra Reum. nu. 24.

Delicta grauia, cum grauissimam causam habeant, efficaciores requirunt probationes. nu. 25.

Delictum quanto est grauius, & atrocius, tanto inditia debent esse grauiora, & vrgentiora. nu. 26.

Inditia tanto debent esse grauiora, & vrgentiora, quāto delictum est grauius, & atrocius. nu. 26.

Delicti atrocitas non potest facere, vt Iudex possit iura transgredi. nu. 27.

Inditia quamuis dicantur arbitraria, tamen debent esse iuri, ac rationi consona. nu. 28.

Iudicis arbitriū regulari debet secūdū leges. nu. 28.

Natura dictat, neminem delinquere velle. nu. 29.

Maleficium omne pugnat contra naturam. nu. 30.

Arbitrio Iudicis remittitur, quod à iure non est præfinitum. nu. 31.

Inditia non esse sufficiētia ad torturam Iudex arbitrari debet. nu. 32.

Opinio benignior in criminalibus sēper est tenēda. n. 33.

Præsumptio est pro eo, quod excusat. nu. 34.

Inditia illa sunt attendenda, quæ tendunt ad exclusionem delicti. nu. 35.

Per inditia non probatur delictum, quod consistit in facto. nu. 36.

Facta non præsumuntur, sed probanda sunt. nu. 37.

Tortura nō datur ad liquidādū factū, sed psonā. n. 38.

Inditia probant delictū in genere, nō in specie. nu. 39.

Delicti probatio debet esse in specie, nō in genere. n. 40.

Tortura quando possit Reo infligi. nu. 41.

Ex inditijs vehemētiss. cōuicto pœna minuitur. n. 42.

Pro inditijs indubitatis Iudex non potest imponere pœnam ordinariam. nu. 43.

Reus diffinitiuè damnari non debet ex inditijs indubitatis ad pœnam ordinariam. nu. 44.

Pœna quando est arbitraria, vel extraordinaria, aut quando minuitur, non intelligitur de corporali, sed de mitiori arbitrio Iudicis. nu. 45.

Inditia, præsumptiones, cōiecturæ &c. in omnibus casibus nunquam sufficiunt ad torturam. nu. 47.

Delictum necessariò probari debet per testes omni exceptione maiores, aliàs nō dicitur probatū. nu. 48.

Tortura vt possit infligi multa cōcurrere debēt. n. 49.

Testis de per se non sufficit ad torturam, sed alia plura requiruntur. nu. 50.

Testis vt sufficiat ad torturā directè debet deponere sup maleficio, & nō sup inditio ad maleficiū. n. 51.

uet animum Iudicis ad aliquid credendum, seu discredendum. nu. 104.
Probatio semiplena necessariò oriri debet ex dicto testis omni exceptione maioris. nu. 105.
Ad probationem semiplenam faciendam non sufficit dictum vnius testis omni exceptione maioris, quia requiritur, quod alia concurrant adminicula, aliàs facit inditium tantum. nu. 106.
Probatio semiplena vt fiat, non sufficit, quod oriatur ab vnico teste, quamuis de visu. nu. 107.
Probatio semiplena vt sufficiat ad torturam requiritur, quod sit confirmata alijs adminiculis; ideò requiritur plusquam semiplena. nu. 108.
Probatio plusquam semiplena quæ dicatur. nu. 109.
Inditium duplex est. nu. 110.
Inditia singula ut sufficiant ad torturam ex dicto testis omni exceptione maioris emanare debēt. n. 111.
Inditia vt sufficiant ad torturam, noua non debent superuenire inditia. nu. 112.
Tortura non repetitur ex dictis eorundem testium, nec quando testes variant. nu. 113. 114. 115.
Inditia noua qualia esse debeant. nu. 114.
Inditia ad torturam non debent esse leuia, remota, & obliqua. nu. 116.
Inditia ad torturam debent esse à iure approbata, vel saltim communi voto à magnis DD. recepta. n. 117.
Inditia ad torturam debent esse plura, quia inditium vnum non sufficit. nu. 118.
Inditia ad torturam debent esse talia, vt vix possit denegari delictum. nu. 119.
Inditia probari debent per testem idoneum. nu. 120.
Inditia quando militant hinc inde, nempè inter Curiam, & Reum, cessat quæstio. n. 121.
Inditio aliquo existente, quod contradicit intentioni Curiæ, Reus torqueri non potest. nu. 122.
Inditium vnum pro Reo tollit omnia alia inditia, ex quibus Reus torqueri possit. nu. 123.
Inditia animi tollunt præsumptiones, quæ inducunt crimen. nu. 124.
Inditium animi quale dicatur. nu. 125.
Inditium vnum tollit aliud. nu. 126.
Præsumptio vna aliam pellit. nu. 127.
Præsumptiones plures Rei vincūt pauciores Fisci, & quādo sūt potētiores superat debiliores. n. 128. 129
Probat onum conflictu quando discerni non potest, quæ præsumptiones sint verisimiliores, & potentiores, tunc præsumendum est pro Reo. nu. 130.
Præsumptiones quando sunt pares, attenduntur, quæ sunt pro Reo. nu. 131.
Inter præsūptiones illa attenditur, quæ excludit delictum. nu. 132.
Inditium nullum est adeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrarium, & quin aliquā recipiat dubitationem. nu. 133.
Inditiorum singulorum circumstantiæ sunt plenè probanda per duos testes legales. nu. 134.
Inditia singula etiam leuia debent plenè probari per duos testes. nu. 135.
Inditia, præsumptiones, &c. vt sufficiant ad torturā, debent crimen tangere. nu. 136.
Delictum verisimile est, fuisse commissum ab illo, cōtra quem inquiritur. nu. 137.
Inditium illud tangit crimen, quod oritur ab vnico teste super facto consumato. nu. 138.
Inditium non est probatio, quæ requiritur ad torturam. nu. 139.
Inditia, quæ proueniunt à teste fide digno cum alijs adminiculis solumodò faciunt inditium semiplenū ad torturam. nu. 140.
Inditia singula plenè probari debent per duos testes contestes de loco, & tempore idoneos, vt tortura Reo infligi possit. nu. 141.
Inditia ad torturam debent esse ità probabilia, & verisimilia, vt sola Rei confessio desit. nu. 142.
Inditia non sufficiunt ad torturam, si per Fiscum nō prætendatur, nō fuisse sufficienter purgata. nu. 143.
Inditia vt sufficiant ad torturam debent esse perfecta in genere suo. nu. 144.
Inditia iunguntur solum ad infligendam torturam, quando sunt perfecta. nu. 145.
Inditia mille imperfecta non possunt facere vnum inditium perfectum. nu. 146.
Perfectum non potest oriri aa imperfecto, seù à pluribus imperfectis. nu. 147.
Inditia remota non sufficiunt ad torturam. n. 148.
Testis vnicus etiam omni exceptione maior non probat inditium remotum. nu. 149.
Inditium remotum quamuis plene probatum non probat vnicus testis omni exceptione maior. n. 140.
Facta non præsumuntur, sed probanda sunt per testes idoneos. nu. 150.
Inditia remota etiam mille, quamuis indubitata non sufficiunt ad torturam, sed testes requiruntur omni exceptione maiores. nu. 151.
Solus cum sola) torqueri non potest. nu. 153.
Nudus cū nuda)
In coppula carnali solus cum sola, vel nudus cum nuda torqueri non potest. nu. 153.
Actus obsceni constare debent per duos testes contestes de loco, & tempore, qui tamen deponant de actu consumato, perfecto, & præfinito. nu. 153.
In coppula carnali, quamuis adsit Rei confessio, tamen non sufficit, nisi verificetur ex legitimis inditis. nu. 154.
Delicti cuiuslibet confessio non sufficit ad Reū condemnandū, nisi verificetur ex legitimis inditis. n. 154.
Confessio cuiusuis delicti non sufficit ad Reū condemnandū, nisi verificetur ex legitimis inditis. n. 154.
Sodomiæ criminis confessio nō sufficit ad Reū condēnandū, nisi verificetur ex legitimis inditys n. 156.
Coppula carnalis non probatur inditys, præsūptionibus, præambulis in impubere; quāuis ipse visus fuerit supra feminam. Id dicitur de sene. nu. 156.
In Coppula carnali) quando Reus fatetur nō de per-
In sodomia crimine) fectione actus, sed de pollutione extra vas naturale, seù claustra pudoris, nō ordinaria, sed extraord. pœna punitur citra mortē. n. 157.
In coppula carnali) quando semen, seù pollutio
In sodomia crimine) non fuit facta intra vas naturale, seù intra anum pueri subagitati,

non

non intrat pœna ordinaria, sed extraordinaria, cum fiat solummodò attentatio. nu. 158. 160. 161. 163.

Semen viri) quando nō intrat intra vas mulieris, seu in-
Pollutio viri) tra anum pueri subagitati, non intrat pœna ordinaria, sed extraordinaria, cum fiat solummodò attentatio. n. 158. 160. 162. 163.

Qualitas aggrauans delicti constare debet in actis. nu. 159.

Furtum non dicitur commissum, quando quis accepit bona animo restituendi. n. 161. 162.

Iuramento rei statur, quo animo delictum commisit. n. 162.

Carnis delictis)
Delictis carnis) multa requiruntur ad ipsa probanda.
Coppula carnali) nu. 163.
Sodomie crimine)

Inditia, præsumptiones, præparatoria, præludia, &c. non sufficiunt ad probanda delicta carnis. nu. 164.

Testes non sufficiunt ad probanda delicta carnalia. n. 165.

Carnis delictum) quam uis in tortura confirmatum non suf-
Puellæ dictum) ficit, quando non probatur aliqua vis. num. 167.

Vis est probanda pro parte puellæ stupratæ. n. 168.

Mulier dicens se carnaliter cognitam per vim, per ipsam est probanda d. vis. nu. 169.

Puellæ non creditur, quando est vilis conditionis. num. 170.

Stuprum. Vide in verb. Puella.

Vilitas probatur ex parte puellæ carnaliter cognitæ. n. 171.

Adulterii pœna non procedit in Stupratore Ancillæ. num. 172.

Puellæ non creditur, quia est testis in causa propria. nu. 173.

Puellæ non creditur, quia semper posset dicere, fui stuprata, ad hoc vt dotetur, vel in vxorem ducatur. nu. 174.

Puellæ non creditur, quia tractat de suo dedecore, & in honestate euitanda. nu. 175.

Puellæ non creditur, quando sperat consequi aliquod utile. nu. 176.

Puellæ non creditur, quamuis suum dictum confirmauerit in tortura. nu. 177.

Tortura purgat vnum tantumodò defectum, & non duos, vel plures. num. 178.

Defectus plures simul iuncti prosternunt in totum dictum stupratæ. num. 179.

Stuprata. Vide in verb. Puella.

Stupratæ dictum prosternūt in totum defectus plures ipsius. num. 179.

Stuprum vt credatur, tria concurrere debent. num. 180.

In iuribus qui se fundat, qualitates in eis appositas probare debet. num. 181.

Puellæ stupratæ dicenti, quod erat virgo, nō creditur. n. 182.

Puellæ in præiudicium alterius non creditur. num. 183.

Puellæ) dicenti se vim passam, non creditur. num. 184.
Mulieri)

Puellæ non creditur, quia est Socia criminis. num. 185.

Socius criminis non parit inditium contra consocium etiam in articulo mortis. num. 185.

Confesso de se non creditur contra alios. num. 186.

Contra consocium criminis alia debent concurrere præsumptiones, vt ipsi credatur. num. 187.

Præsumptiones sufficientes ad torturam intelliguntur de semiplena probatione. num. 188.

Probatio semiplena solummodò oriri potest ex dicto Testis fide digni. num. 189.

Socii criminis nominatio facit inditium ad inquirendum tantum, non autem ad torturam. num. 190.

Socius criminis quando possit admitti in subsidium. n. 191.

Socius criminis, quando dicitur, quod potest admitti ad probandum, intelligitur ad præsumptionem faciendam tantum. num. 192.

Solus cum sola) facit præsumptionem tantum. num. 193.
Nudus cum nuda)

Socio criminis non creditur. num. 194.

Confessio Rei non valet contra alium. num. 195.

Confessio de se non creditur in alium, preterquam in crimine hæresis. num. 195.

Socio criminis eo magis non creditur, quando est infamis, criminosus, & plures patitur exceptiones, nec facit inditium ad torturam; Immò nec etiam ad inquirendum etiam in crimine læsæ Maiestatis. num. 196.

Puellæ non creditur, quia deponit turpitudinem suam. num. 197.

Mulieri dicenti se ab aliquo fuisse carnaliter cognitam, non creditur, quia est socia criminis. num. 198.

Puellæ nec ad inquirendum creditur, quia dicit se offensam. num. 199.

Offenso non creditur, quamuis suum dictum confirmauerit in tortura. num. 200.

Puellæ non creditur, quando adsunt testes, qui deponunt de nonnullis actibus obscenis ipsius. num. 201.

Puellæ non creditur, quando fuit visa in aliquo publico loco. num. 202.

Inditia ad Torturam non sufficiunt.

OB Inditia si quæ extent in processu contra Reum, nullo modo est ei infligenda Tortura,
1 quia etiam in Iudiciis enormium delictorū, vt Assa-
2 sinii & c. ad hoc vt possit infligi, requiruntur probationes liquidissimæ, & apertissimæ. l. in testamento, ff. de condit. & demonstrat. quem Text. singularem affirmat Bal. in c. qualiter Dominus à propriet. priuet. Nempè emanatæ solum à testibus omni exceptione maioribus, luce meridiana clarioribus, idoneis, legalibus, inconsutabilibus, & ab illis, qui nullam etiam minimā patiuntur maculam. l. qui vltimò. in fin. ff. de pœn. quam allegat Bart. in l cunctos populos. & declarat ibi Ias. num. 51. in fin. Mantua. cons. 67. nu. 37. seq. Mars. cons. 63. nu. 13. seq. Arminen. in Addit. ad Angel. de malef. in verb. Et fama publica, nu. 108. in fin. Vbi secundum Bal. quem allegat in l. 3. §. eiusdem. ff. de test. Farinac. q. 37. nu. 59. & q. 56. nu. 121. Et dicti Te-
3 stes concludenter deponere debent super delicto; nō autem super inditio ad delictum per vnū ex quinq; sensibus proprium, non alienum, & in specie per visum. Dec. cons. 189. col. 1. seq. Tradit. Bart. l. 1. cum ibi not. ff. de quæst. num. 1. l. milites, & in l. fin. C. eod. tit. Boss. post alios tit. de indit. nu. 180.

Et haud mirum videri debet, si dicatur, quod ad torturam Reo infligendā necessariò requiruntur testes, & non sufficiunt Inditia, præsumptiones &c.
4 quia inditium non est delicti probatio, quæ requiritur, vt possit infligi d. tortura; Sed est signum maleficii ad veritatem habendam. Gand. tract. malef. sub Rubr. de præsumpt. & indit. Ioann. Andr. in Addit. ad spec. in tit. de probat. in fin. in verb. per
5 Inditia. Aut est Adminiculum demonstratorium ad veritatem indicandam. Per Text. in l. si quis adulterium. C. de adult. c. præterea, de test. & c. Tua. § adulterium: de homic. Bart. in l. 2. ff. de excus. tuto.
6 Vel est minus quam semiplena probatio. Bart. in d. l. 2. & idem dicit Bal. in l. Cum probatio. ff. de probat. In Addit. suis dicens nullibi clarius id probari,
7 quam in illa lege. Seu est minima præsumptio boni viri. Bal. in Rubr. C. de probat. Siue est argumentū
8 distans à specie veræ probationis. Idē Bal. in Rubr.
8 de probat. Aut est pars probationis. Gand. in d. tract. de malef. Rubr. quæ præcedere debeant quæstionem. in verb. quæ, & qualia debeant esse ista in-
9 ditia. Vel est quædam species probationis. Calep. de Calep. cons. 52. num. 33. diuers.

Si est signum maleficii non est probatio, quia signū indicat, non probat identitatem facti, vt per Bart. & alios tradit Crauett. cons. 169. n. 4. Si est adminiculum demonstratorium, seu demonstratio rei; vel adminiculum probationis, nō est probatio; quia adminiculū non probatio, sed vehemens dicitur inditiū. c. Cum dilectus. de success. ab intestat. Vltra quod si est demonstratorium, seu demonstratio rei, demonstrat tantum maleficium, sed ipsum nō probat. l. fin. & l. instrumenta domestica. C. de probat. Et hoc dicit Gand. in d. tract. de malef. in Rubr. quæ debeant præcedere quæstionem, in verb. quæro quæ, & qualia debeant esse inditia. Si est minus quam semiplena probatio, delictum non probat, quia in criminalibus, vt probetur, ad minus semiplena requiritur. Clar. in §. fin. q. 62. in princ. & Bal in l. ea quidem dicit, quod nec etiam semiplena sufficit; Sed plusquam semiplena requiritur; quæ nimirum est, quando duo adsunt testes, vnus integer, alter non, vel alia adsunt adminicula cum vno teste idoneo. Vt latè per Bocr. decis. 85. nu. 4. Iosep. Ludouis. decis. 100. n. 4. seq. Ideò parum, aut nihil habet probationis. Si est minima præsumptio boni viri, non est probatio; quia præsumptio est quoddam medium intellectuale veritatis eliciendæ ex circumstantiis insurgens. Adest exemplum in c. ex studiis. de præsumpt. Vnde si consistit in intellectu, nihil probat, quia in facto potest aliter se habere; quarè d. præsumptio non ad torturam, sed ad capturam, aut ad pœnam pecuniariam tantum sufficit. Boss. tit. de conuict. nu. 35. & tit. de indit. n. 180. Vltra quod d. præsumptio est minus quam inditium, quod requiritur ad torturam. Ità ostendit Alex. cons. 89. vol. 1. vers. restat ergò lib. 3. Vndè si inditium (vt dictum est) non probat delictum, multo minus præsumptio. Si est argumentum distans à specie veræ probationis, non est probatio; nam argumentum est ratio rei dubiæ fidem faciens. De heret. c. Cum ex iniuncto. Quarè si est ratio rei dubiæ, non potest dici probatio; quia probatio nihil commune habet cum ratione, quæ est certa, & non dubia probatio. Vltra quod delictum non per rationem rei dubiæ; nec etiam per quodlibet inditiū, sed solum per certos testes probatur: Id quod non potest dici de argumento, quod non per testes, & tabulas probatur, sed naturali probatione inducitur, c. forus, de verb. signif. Si itaque non inducitur per testes, non probat delictum, quod omninò per eos probari debet, non autem per naturalem probationem, quæ tantum per immaginationes, suspiciones, & hominum præsumptiones inducitur. Additur etiam, quod si dictum argumentum distat à vera probatione, nihil in probando delictum operatur; quia probatio non distat, sed semper hæret delicto, & sequitur illud. Si est pars probationis, non potest dici totalis, integra, plena, & perfecta probatio, sed quidem imperfecta. Riminal. cons. 83. nu. 16. seqq. inter cons. crim. diuers. lib. 2. Calep. de Calep. cons. 52. decis. Pedamon. 60. nu. 9. Surd. cons. 173. nu. 166. lib. 2. & ideò non sufficit ad torturam; quia ad probandum delictum requiruntur probationes integræ, ac perfectæ; quoniam ex imperfecto, vel ex pluribus imperfectis in probando delictum non potest oriri perfectum. Aym. de antiq. temp. vers. testis quid, in lib. official. nu. 17. 19. Gram. decis. 11. nu. 2. Becc. cons. 65. num. 70. post alios, quos allegat. l. 1. C. minor. tutel. Si est species probationis non est ipsa probatio; nam ex quo remouetur genus, remouetur quoq; quælibet eius species. l. fundi, ff. de fund. instrum.

Ex quibus igitur infertur, quod quamuis per aliquem Iudicem criminalem ex eius ceruice aliquas DD. authoritates adducentem dicatur, quod inditia sufficiunt ad torturam; tamen quia secus est, necessariò sciendum est, quod quando DD. loquuntur de inditio sufficienti ad torturam, intelligunt de inditio semiplenam delicti faciente probationem. Vt egregiè declarat Soc. Iun. cons. 39. vol. 2. num. 57.
9 Quæ non potest oriri à quolibet inditio, sed solum ex dicto vnius testis fide digni, ac omni exceptione maioris. l. qui vltimò, in fin. ff. de pœn. Farinac. q. 37. nu. 58. & q. 56. nu. 121. Dec. cons. 189. col. 1. seq. Franc. Cason. rubr. de indit. tract. 2. per visum. c. 1. nu. 5. qui deponat per aliquem sensum corporeum, proprium, non alienum, & præcipuè per visum, delictum fuisse commissum. Menoch. de præsumpt. q. 89. nu. 7. Cason. d. tract. de indit. in suis qq. c. 6. rubr. de non loquendo per inditia, nisi legitimè probata. nu. 8. Et optima ratione quidem, quia
10 testis munus non est indicare, sed quod oculis vidit, deponere, & testimonium ferre. Bart. in l. quod tamen §. si arbiter, ff. de arbitr. Curt. Iun. post multos, quos recenset, latè cons. 165. nu. 17. illis accedit Dec. cons. 459. nu. 10. & cons. 469. nu. 9. Paris. de Put. cons. 104. nu. 37. lib. 1. Et præcipuè debet videre

videre actum oculis corporeis, cum non sufficiat,
quod voces audierit. l. si vnus, cum ibi not. C. de
testam.

Verum vt d. Testis dictam semiplenam possit fa-
cere probationem ad torturam sufficientem multa
12 requiruntur. Primò quod sit omni exceptione ma-
13 ior. Ploc. in l. si quando. n. 879. C. vnde vi. Aym.
cons. 6. n. 12. Glos. & Bart. in l. maritus. ff. de quæst.
in l. fin. C. famil. hercisc. & in l. admonendi. ff. de
iureiur. vbi etiam per Bal. & per eundem in suo no-
tab. cons. quod incipit, statutum prouidetur. Bart.
in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæst. Gram. cons.
1. in princ. Rolan. communem dicens cons. 37. n.
14 3. 10. Et quod d. Testis sit omni exceptione ma-
ior, per Fiscum articulari, & probari debet. Vbert.
Zuccard. in l. fin. n. 83. C. de edict. diui Adrian.
tollen. Dec. c. dilecti. col. 6. nu. 14. de appellat.
15 Ratio est, quia sicut ad condemnandum testes
requiruntur omni exceptione maiores. Text. est
in l. sciant cuncti. quæ est final. vers. testium ido-
neorum. C. de probat. canonizata 2. q. vlt. c. sciāt
cuncti. Vbi dum loquitur de probatione rest. addit
idoneorum, & dum de probatione inditiorum, ad-
dit indubitatorum, & luce meridiana clariorum pet
dd. testes emanata. Et ibi not. Glos. & communi-
ter DD. Dec. cons. 189. col. 1. qui concludenter de-
ponant super delicto, & non super inditio ad deli-
ctum per vnum ex quinque sensibus proprium, non
alienum, & in specie per visum. d. Dec. ibidem. tra-
dit Bart. l. 1. cum ibi not. ff. de quæst. not. l. mili-
tes, & in l. fin. C. eod. tit. Mars. §. diligenter, n. 8.
Foller. post alios, quos allegat cons. 76. nu. 2. lib. 2.
inter cons. crim. diuers. Bal. cons. 2. nu. 5. & l. fin.
in verb. quædam est probatio maior. C. de probat.
Dec. cons. 429. nu. 12. Mascard. de probat. conclus.
459. nu. 2. 6. 9. conclus. 496. nu. 9. lib. 3. conclus.
1360. nu. 4. Farinac. q. 61. nu. 22. Ità etiam ad tor-
quendum, l. qui vltimò, in fin. ff. de pœn. quam al-
legat Bart. in l. cunctos populos, & declarat ibi Ias.
nu. 51. Farinac. q. 37. nu. 58. & q. 56. nu. 121. q. 43.
nu. 113. Mantua. cons. 67. nu. 37. seq. Mars. cons.
63. nu. 13. seq. Vnde omninò dicitur, quod opus
est, vt per dd. testes liquidè constet de delicto, idest
16 de facti veritate, antequam tortura instigatur. Ari-
minen. in addit. ad Angel. de malef. in verb. fama
publica, nu. 108. in fin. Vbi secundum Bart. quem
allegat in l. 3. §. eiusdem, ff. de test. Soc. Iun. de reg.
415. nu. 1. Fallent. Glos. & communiter DD. Et
ad[illegible]unt rationem; quia in criminalibus, cum de
ho[illegible]is salute tractetur, arctior requiritur probatio,
l. [illegible] accusare, C. de probat. Boer. decis. 164. n. 1.
Dec. cons. 415. Farinac. q. 86. Bost. tit. de conuict.
nu. 9. 11. & 13. Vulpell. cons. 12. nu. 8. Quod pro-
cedit etiam ad conuincendum hæreticum, l. vlt. C.
de probat. Oldrad. cons. 210. Anchar. in c. accusa-
tus, in princ. de hæret. lib. 6. Simanc. Enchirid. tit.
34. de probat. nu. 1. Immò dd. testrs debent esse ta
17 les, quod non solum nullam etiam minimam pa-
tiantur maculam, seù exceptionem; sed etiā quod
sola rei confessio deesse videatur. Alex. cons. 133.
18 nu. 11. seq. vol. 7. Ratio est, quia omnis macula,
seù defectus, aut exceptio etiam minima aut in di-
cto, aut in persona testis, non solum facit, vt non
possit dici omni exceptione maior; Sed etiam im-
pedit torturæ effectus. Bal. cons. 427. lib. 5. Menoch.
de præsumpt. q. 89. nu. 2. Rolan. cons. 7. nu. 3. 10.
& cons. 24. nu. 1. vol. 1. Clar. q. 21. vers. vnus testis,
& q. 22. vers. vnum tamen, post alios, quos allegar.
19 Et quando plures testes non sunt idonei, ac omni
exceptione maiores, loco vnius habentur, & ad in-
quirendum tantum, non autem ad torquendum, &
condemnandum sufficiunt. Ita Prob ad Ioann. Mo-
nac. in c. 1. nu. 3. de test. in sexto. Caualcan. cons.
110. n. 5. seq. Alex. cons. 128. nu. 2. lib. 2. Ob eam-
20 que rem omninò dicitur, quod tam ad torquēdum,
quam ad condemnandum testes requiruntur omni
exceptione maiores, & non sufficiunt inditia etiam
indubitata; licet aliqui DD. dicant, quod ex inditiis
facto proximis, & in facto intrinsecis Reus torque-
ri, & condemnari potest, & hanc adducunt ratio-
nem; quia natura non abhorret, nec repugnat, vt
præsumatur ipsum v.g. vulnerasse, & dicunt, quod
quando non sunt talia, non potest deueniri ad con-
demnationem, seù ad torturam. Ioann. Andr. ad
Spec. tit. de probat. §. fin. in addit.

Ego autem sequor opinionem Boss. qui dicit, quod
ex inditiis etiam indubitatis, & vehementissimis quis
nec torqueri, nec condemnari potest: Et quamuis
dicat, quod potest ad pœnam pecuniariam damna-
ri; tamen ex mea sententia secus est; quoniam, vt
id clarius pateat, dicitur, quod dicta inditia (vt su-
perius dictum est) sufficiunt tantum ad inquirendū,
idest ad assumendas informationes, aut ad captu-
ram, non autem ad reliqua. Idem Boss. tit. de indit.
n. 180. tit. de conuict. n. 46. & 48. tit. de confess. n. 21.
tit. de indit. & considerat. ante tortu. n. 180. cum aliis
adductis per Vulpell. cons. 274. n. 7. Dec. cons. 189.
col. 1. seq. Direct. Inquisit. par. 2. c. 14. pag. mihi 116.
Innoc. & alii c. quia verisimile, de præsumpt. Bal.
in l. fin. in vlt. col. C. de probat. Menoch. q. 94. nu.
2. & q. 16. lib. 1. de præsumpt. Farinac. cons. 75. nu.
104. Qua quidem ex re omninò dicitur, quod sicut
ad condemnandum illa sola requiruntur inditia,
quæ non solum ex dicto testis fide digni, ac omni
exceptione maioris; sed etiam, quod magis est, illa,
quæ per dictum testem super delicto consumato, ac
perfectè præfinito emanant, & semiplenam faciunt
probationem; non autem illa, cuiuscumq; generis
sint, quæ non à dicto teste, nec super facto consu-
mato, ac perfectè præfinito proueniunt; prout in-
ferius dicetur diffusius. Ità etiam ad torquendum,
vbi quod sola Rei confessio desit (vt dictum est)
Alex. cons. 133. nu. 11. seq. vol. 7. Per plures autho-
ritates ostendit etiam Boer. decis. 164. per totam.
Mars. §. diligenter, nu. 152. Dec. cons. 115. nu. 8.
21 vers. præterea. Vbi dicit, quod ex inditiis etiam in-
dubitatis in causis criminalibus secundum DD. opi-
nionem condemnatio fieri non debet, nec tortu a-
potest

potest infligi. Bal. & Imol. quos allegat. Nec id ab
re videri debet; quia (vt superius dictum est) in iu-
diciis etiam enormium delictorum, vt Assasinii, &c.
probationes debent esse liquidissimę, & apertissimę.
l. in testamento. ff. de indit. & demonstrat. quem
Text. singularem affirmat Bal. in c. qualiter Domi-
22 nus à propriet. priuet. Et id pluribus quidem de
causis. Prima causa est, quia dispositio non proce-
dit, nisi verificetur id, super quo fundatur. Glos. in
l. mancipia. in verb. aduocandum. C. de seru. fugit.
vbi not. omnes. Bart. in l. Diuus. ff. de testam. mi-
lit. Et optima ratione certè, quia delictum alicui
23 ascribi non potest, nisi constet fuisse patratum. Ità
24 in propriis terminis Natt. cons. 407. n. 3. Secun-
da Causa est, quia inditiis, præsumptionibus, &c.
non est standum contra alios. Cason. cons. 58. nu.
16. vers. Item prædicta in criminibus grauibus, nam
cum grauissimam causam habeant, grauiores, &
25 efficaciores requirunt probationes. l. vlt C. de
26 ptobat. dec. cons. 429. n. 9. seq. Tertia quia quã-
to crimen est grauius, & atrociùs, tanto inditia, vt
sufficiant ad torturam, debent esse grauiora, & vr-
gentiora. c. vbi periculum. de elect. in 6. Rolan.
27 cons. 361. nu. 23. lib. 3. Quarta qnia criminis
atrocitas non potest facere, vt Iudex possit iura
28 transgredi. Et licet inditia ad torquendum dican-
tur arbitraria; tamen Iudicis arbitrium debet regu-
lari secundum leges, & debet iuri, rationi & æqui-
tati esse consonum. Rom. cons. 376. Alex. cons.
29 217. n. 5. lib. 2. Et æquitati dicitur consonum;
quoniam natura dictat, neminem delinquere velle.
30 Bal. c. Cum in iuuentute. de præsumpt. vbi subdit,
quod omne maleficium pugnat contra naturam.
31 Vltra quod Iudicis arbitrio remittitur, quod à iu-
re non est præfinitum. l. 1. ff. de iur. delib. l. hodie.
32 ff. de pœn. l. 1. ff. de effracto. Et in dubio Iudex
debet arbitrari inditia non esse sufficientia ad tortu-
ram. Boss. tit. de indit. nu. 72. Cacheran. decis. 79.
33 n. 58. seq. Ratio est, quia in criminalibus semper
tenenda est opinio benignior pro Reo. l. interpe-
tratione. ff. de pœn. Ias. in l. 2. nu. 40. in fin. ff. si
34 quis in ius voc. non ierit. Et præsumptio est pro
eo, quod excusat. Bal. l. precibus. col. 7. C. de im-
35 puber. & aliis substit. Vnde illa sola inditia, seu
præsumptiones semper attenduntur, & sunt ample-
ctendæ, quæ tendunt ad exclusionem delicti. Vulg.
l. merito. ff. pro soc. cum his, quæ laté docet Alciat.
tract. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 1. Vulpell.
cons. 38. nu. 4. Fulgos. cons. 198. col. 1. Gram.
cons. ciuil. 59. n. 31. Io: de Amic. cons. 53. nu. 7.
36 Quinta causa est, quia delictum, quod consistit in
facto, non probatur inditiis, præsumptionibus,
coniecturis, &c. quia factum non pręsumitur. l. in
37 bello. verb. facta. ff. de capt. Alciat. cons. 40. n.
6. lib. 6. Et id iure optimo quidem, quia v.g. potest
esse, quod quis maneat cum muliere solus, & nudus
in lecto cum Ostio domus clauso, & non veniat,
aut non possit, vel nolit venire ad consumationem
38 copulę carnalis. Sexta quia tortura non datur ad
liquidandum factum, sed personam. Ità tenet Brun.
tract. de indit. p. 2. q. 5. nu. 10. Clar. q. 4. vers.
39 quando vero. Septima quia probatio delicti per
inditia, præsumptiones, &c. dicitur probatio in ge-
nere; & tamen vt probatio sufficiat ad torturam,
seu ad condemnationem debet esse in specie contra
40 personam inquisiti per testes omni exceptione
maiores emanata; alias delictum non dicitur ido-
neè, & concludenter probatum. Not. in c. Cum
oporteat. de accusat. Cason. de indit. tract. 2. n. 2.
5. Bart. cons. 65. nu. 2. Alex. cons. 3. n. 1. lib. 3.
Crauett. cons. 21. n. 4. Vbi adducit concordantes.
Quibus supradictis additur, quod quamuis aliqui
DD. dicant, quod ad torturam, seu ad condemna-
tionem deueniri potest, quando inditia sunt adeò
indubitata, vt res ponatur ante oculos de visu, nem-
pè quod quis visus fuerit exire v.g. de domo alicuius
cum gladio sanguinolento, vbi repertus fuit mortu-
us; Et similia. Vt latè ostendit Brunor. à Sole tract.
de indit. & tortu. 5. q. 1. n. 4. seq. Ego autem dico,
quod nec etiam in tali casu quis potest torqueri, nec
pœna criminis ordinaria damnari. Veronen. cons.
6. n. 11. & cons. 32. n. 21. Bal. & alii in l. eius. ff. de test.
§. 1. Boer. d. decis. 164. per totam Gram. decis. 42.
loquens in propriis terminis homicidæ; quia tor-
tura, aut pœna criminis ordinaria imponitur, quan-
41 do extant probationes luce meridiana clariores,
Et Iudex torquere, & damnare debet per similes
probationes; quoniam in occultis versatur iudicium
42 Dei. Immò etiam conuicto ex inditiis vehemen-
tissimis, & luce meridiana clarioribus pœna minui-
tur, & temperatur. Boer. d. decis. 164. n. 6. Gram.
d. decis. 42. nu. 1. Clar. q. 20. vers. scias tamen. Ioann.
Andr. in addit. ad Spec. tit. de probat. §. fin. vbi Iu-
43 dex pro inditiis indubitatis non potest imponere
pœnam ordinariam criminis, nec Reus diffinitiuè
damnari debet. Gand. tract. malef. Rubr. de præ-
sumpt. & indit. indubitat. Et Boer. latissimè in d. de-
cis. 164. incip. Alia insuper. dicit, quod etiam in
Tribunali Sanctæ Inquisitionis, & D. Campeggius
apud Zanchinum. c. 11. vel doctrinam hanc dicit,
quod intelligitur pœna criminis ordinaria, sed mi-
tiori arbitrio Iudicis. Director. Inquisit. 2. par. pag.
44 mihi 380. comm. 80. num. 1. Et quando pœna est
arbitraria, aut extraordinaria, vel minuitur, non de-
45 bet intelligi de corporali, sed de pecuniaria. l. qui
ædes, & ibi Glos. ff. de incend. ruin. & naufr. & est
Text. in l. fin. ff. de iniur. Bal. l. data opera. col. 2.
in fin. C. qui accus. non poss. Soc. cons. 10[illegible] 1.
in fin. Boss. tit. de fals. nu. 86. Petr. Caball. co[illegible] 88.
nu. 6. Surd. cons. 132. nu. 14. quos refert, & sequitur
46 Guaz. defens. 33. c. 14. n. 14. Item dico, quod re-
quiritur, vt per dictum testem probetur delictum;
quoniam nunquam reperitur in iure scriptum, quod
inditia, præsumptiones, coniecturæ, suspiciones, ve-
risimilitudines &c. in omnibus casibus sufficiant ad
torquendum, seu condemnandum, quamuis nullam
habeant difficultatem, quin d. delictum fuerit com-
missum. Boss. tit. de indit. ante tortur. nu. 37. Ber-
taz.

far. conf.60.n.8.lib.1. vbi de communi; nisi quando lex ipsa expresse disponit, dd. inditia, præsumptiones &c. haberi loco probationis. Alex. l. licet. de legat. primo. Marf. in l. fin. nu. 4. ad l. Cornel. de Sycar. Et rubr. de probat. n.113, seq. Ratio est, quia (vt superius dictum est) probatio delicti per inditia, præsumptiones,&c. dicitur probatio in genere, & tamen vt faciat inditium ad torturam debet esse in specie, idest quod delictum probetur per testem omni exceptione maiorem, idoneum, ac eti-
47 am luce meridiana clariorem, alias non dicitur probatum. Not. in c. Cum oporteat. de accusat. Cason. de indit. tract. 2. nu. 2. & 5. seq. Bart. conf. 65. n. 2. quia debet concludenter probari. Crauett.
48 conf.21.n.4. Vbi adducit Concordantes. Secundo quod vt possit infligi tortura, opus est, quod vltra d. testem alia concurrant adminicula; cum d. testis de per se non sufficiat. Iaf. post alios in d. l. admonendi. col. 46. n. 186. in fin. de iureiur. Marf. §. diligenter. n. 5. Alex. conf. 89. nu. 9. seq. vol. 3. Fari-
49 nac. conf. 65. nu. 41. Item quod d. Testis directè deponat super maleficio, & non super inditio ad maleficium. Bal. in l. fin. C. famil. hercisc. Alex. conf.5. n.1.& conf.11.n.4.l.fin. ff. de quest. Vulpell. conf. 35. n. 6. Dec. c. tertio loco n. 15. de probat. Gram. vot. 22. Item quod contra ipsum nulla con-
50 traria vrgeat Coniectura. Bal. in l. 2. C. quor. appell. non recip. Cason. de indit. tract. 2. Rubr. de
51 indit. per visum.c. 1.n.5. Item quod reddat rationem, quomodò vidit. Iaf. l. si non speciali: C. de
52 testam. Gram. conf. 58. n.1. Ratio est, quia testium munus est, quod oculis viderunt testificari. Bart.
53 in l. quod tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr. Item quod benè,& clarè concludat, prout necessariò concludere tenetur. Felyn. c. quoties n.7. de test. Gram. conf. 65. nu. 8. Et non præsumptiuè deponat. c. in præsentia. de probat. l. non hoc. C. vnde cognat. Abb. in c. Auditis. in 4. de præsumpt. l. neq; Narales. C. de probat. Bertran. conf.91.n.3.vbi quod testis necessariò concludere debet. In c. quoties.nu. 7. de test. Bart. & Alii in l. si quando in fin. C. vnde
54 vi. l. testium. C. de test. Bertran. conf. 147. nu. 3. vol. 3. Item quod deponat, quod certitudinaliter nouit. c. Relatum. q. 2. c. testes. 3. q. 8. Felyn. d. c. quoties.n.7. de test. Rot. decis. Paleotti 67. in princ. 3. par. nouiter impress. Nouell. tract. de test.n.164. Hyppol.conf.4.n.9.vol.1.Corn.conf.151.vol.1.n.3.
55 Item quod probet delictum per eius depositionē,
56 non autem per inditia, præsumptiones,&c. quia Iudicis iudicium debet conformari cum iudicio Dei.c. 1. de re iudic. lib.6. nec per quamuis aliam causam.
57 c. Nouit. de offic. delegat. Ità, & Iudex debet sequi veritatem,& non quærere condemnare ad mor-
58 tem ex dd. inditiis, præsumptionibus,&c. quę non reddunt rem claram, vt requiritur ad torquendum, & ad exequendum sententiam capitalem: Et ideò iudicare secundum apparentiam extrinsecam non est tutum. Vt scribit Caualcan. in tract. de Brachio regio. in verb. iudicare secundum apparentiam

59 extrinsecam. Item quod probet delictum per eius depositionem, quoniam inditia, præsumptiones, coniecturæ,&c. non currunt, quando delictum consistit in facto; quia factum non præsumitur, sed pro-
59 bandum est. l. in bello. §. facta. ff. de capt. Item quod d. delictum probet per eius depositionē; quia præsumptio, coniectura, &c. est minus quam inditium, quod requiritur ad torturam. Ita ostendit
60 Alex. conf. 89. col. 1. vers. testat ergò. Item quod testis sit de visu, idest quod viderit actum oculis corporeis, cum nō sufficiat, quod v. g. voces audierit l. si vnus, vbi not. C. de testam. Imò dicitur, quod d. testis de visu, licet præferatur omnibus aliis testibus secundū Bal. Rubr. C. ad l. Aquil. Azor. in summa. eo. tit. tamen non est idoneus testis: Ratio est, quia oculus,& manus sæpè falluntur. c. Nec aliqua. 27. q. 1. Franch. March. decis. 078. quem refert Baiard. ad Clar. q. 4. n. 7. vndè vt faciat inditium ad torturā, alia debent concurrere inditia. Iaf. post alios d. l. admonendi. col. 46. vers. 10. n. 186. in fin. de iureiur. Marf. in pract. §. diligenter. n. 5. Alex. conf.
61 89. viso. n. 9. seq. Farinac. conf. 65. nu. 41. Item quod d. Testis sit omni exceptione maior. Plot. in l. si quando. n.87. C. vnde vi Aym. conf. 6. n.12. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. latè Gram. conf. 26. n. 48. Bal. conf. 41. n. 8. lib. 5. Idem Bal. in l. sci-
62 ant cuncti. C. de probat. Et ille dicitur omni exceptione maior, cui nihil potest opponi, & superat etiam omnem friuolam exceptionem, & nullam prorsus patitur maculam, seu defectum; immò, & vndiq; est inuulnerabilis, ac nulla potest exceptione repelli, alias secus. l. 1. §, idem Cornelio. l. maritus. vbi Glos. in verb. illicitè. in fin. ff. de quæst. Glos. notab. in c. 1. in verb. maiores. de consanguinit. & affinit. Alex. conf. 18. n.6. vol. 6. Soc. Iun. conf. 39. vol. 2. n. 59. Glos. in c. 1. in verb. idoneos. de test. Gram. conf. ciuil. 59. nu. 17. Glos. in § Item verborum. instit. tit. de inutil. stipulat. c. licet ex quadam. de test. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 33. nu. 43. seq. Mascard. de probat. conclus. 1360. n. 6. Clar. q. 21. vers. vnus testis. vbi reprehendit Iudices, qui de facili ad depositionem testis inhabilis Reos torquent. Vbi attestatur de communi. Crott. tract. de test. n. 10 Paris. conf. 152. vol. 4. n. 6. Cœpoll. conf. 32. nu. 2. seq. Bursatt. conf.
63 20. n. 22. lib. 1. Item quod vltra d. testem inquisiti adsit diffamatio. Abb. in antiq. c. granis. de opposit. Felyn. l. fin. C famil. hercisc. tradit Andr. de Isterma in Const. Regni. si damna clandestina. col.
64 2, Gram. conf. 15. n. 5. Tamen si dicta diffamatio non præcesserit ante formatam inquisitionem, omnia inde secuta non tenent. c. qualiter. & quando e'l secondo de accusat. c. inquisitionis. eo tit. Hyppol. §. constante. n. 12. & debet probari in specie. Cartar. de execut. sent. capto bannito. nu.
65 148. Item d. testis circa delictum, vt Reo possit infligi tortura, necessariò deponere debet de facto consumato, non autem de circumstantiis d. delicti, siue de inditiis maximè remotis: Ratio est, quia testes

esset contra consocios criminis legitima præ-
sumptio; tunc facit legitimum inditium ad
torturam, & sic dicit debere intelligi. l. qui vl-
timò. in fin. ff. de poen. & C. de custo. Reo. l.
1. in Glos. 4. Ad hoc facit Glos. in d. l. fin. Nã
exigit præsumptionem aliquam prius contra
eum, contra quem interogatur. Et ita etiam
voluit Glos. 15. q. 4. memini. & ibi per Archid.
Quinimò vbi non in specie, sed in genere quis
interogatur de socijs, ità quod contra nemi-
nem esset præsumptio in specie, tunc confessio
criminosi de alio sufficiens ad torturam indi-
tium non faceret secundum Salyc. in d. l. fin.
302 quod est valdè notandum. Quibus non ob-
stantibus ego omninò dico, quod socius crimi-
nis, cum sit omnino infamis, & de se fuerit con-
fessus, nullum contra consocium à se nomina-
tum ad torturam facit inditium. Per ea, quæ
in hoc tractatu de confessione Rei contra so-
cium criminis à me dictum est. Quadragesima
303 causa, quod non nocet, est, quod Confessio
propria nullo modo potest dici mala fama, quæ
requiritur ad torturam infligendam. Glos. ab
omnibus approbata. l. sed. & si possessioni. §.
fin. in verb. probatũ esset, ff. de iureiur. Gram.
304 conf. 30. n. 6. Quadragesima prima causa,
quod non nocet, est, quia confessio facta à Reo
potest reuocari etiam non docto de errore.
Ias. in l. magistratibus. col. 2. ff. de iurisdict.
omn. Iud. Petra santa singul. 67. Brun. tract. de
indit. fol. 3. vers. sed si Confessio. Ioan. de Ar-
non. singul. 49. Et id pluribus rationibus. Pri-
ma ratio est, quia confessio (vt dictum est) non
est probatio, sed delicti relatio, cum nemo pos-
sit probare contra se ipsum. Boss. tit. de con-
uict. n. 8. Vnde non est attendenda; quia in
305 criminalibus Reus non potest renunciare
defensionibus suis. Glos. singul. in l. pactum
306 inter hæred. ff. de pact. Secunda ratio est,
quia d. confessio est nudi facti. l. error. ff. de
iur. & fact. ignor. Et idetiam habet locum in
307 tortura reiterata sine alijs adminiculis de
aliquo graui delicto, quo casu Confitenti non
præiudicat: Non enim verisimile est, quod quis
308 vltrò confiteatur, quod vitam adimat. Et
ideò d. confessio tanquam inuerisimilis non va-
let, nec præiudicat. Ità formaliter scribit Au-
char. d. conf. 24. n. 4. Quadragesima secunda
309 causa, quod non præiudicat, est, quia sola
confessio, quamuis vera non sufficit ad con-
demnandum: Vnde si non sufficit ad condem-
310 nandum, necetiam sufficit ad exequendam
condemnationem per sententiam contuma-
cialem factam; cum maioris præiudicij sit exe-
qui sententiam, quam condemnare. Et ista iu-
ris determinatio est clara, aperta, & indubita-
ta. Vt attendit Alex. conf. 19. col. 1. lib. 7.
311 Boss. tit. de indit. nu. 15. Vbi quod hoc nul-
lam habet difficultatem. Clar. q. 55. vers. po-
test etiam. Quadragesima tertia causa, quod
non nocet, est, quia d. confessio nec ipsi Reo,
311 nec consocijs nocet: Nam Reus confitens
de se ipso non creditur in alios, idest super cri-
mine consociorum. Glos. 2. in c. de confess.
Bal. in l. quoniam liberi. n. 2. C. de test. & per
l. fin. C. de accusat. Sed probat tantum ad in-
quirendum. Gram. conf. 61. post n. 1. decis.
28. post. n. 17. Natt. conf. 298. n. 9. in fin.
312 Prout etiam in crimine hæresis confessus de
se creditur tantum contra consocios quoad
313 præsumptionem faciendam, non autem ad
conuincendum, nisi aliæ adsint præsumptiones;
quia si adsint, valet confessio. d. Glos. 2. Lucer.
314 inquisit. in verb. confessio n. 8. Insuper di-
citur, quod de se confesso non creditur contra
alium. c. 1. de confess. Et id procedit, etiamsi
deposuisset in articulo mortis. Rolan. conf. 16.
in fin. & conf. 173. vol. 1. Vbi quod ità fuit
315 indicatum: Ratio est, quia socius criminis
non facit inditium contra consocium. Alia
quoque adest ratio, quia vltra dictum socij cri-
minis aliæ contra consocium nominatum de-
bent adesse præsumptiones ad hoc vt torturæ
subijciatur. vt tradit Glos. in d. c. de confess.
Et sic vult, quod aliæ concurrant præsumptio-
nes, quæ tamen crimen tangant, ob illam di-
ctionem, aliæ, quæ est relatiua, & repræsenta-
tiua eiusdem qualitatis. Glos. in c. quidam De-
legatus, in verb. amicis, ff. de rebus dub.
316 Nãq; sola nominatio socij criminis facit in-
ditium ad inquirendum tantum, non autem ad
torturam. secundum Bal. & Angel. l. & si cer-
tus ff. ad Syllan. Quadragesima quarta causa,
317 quod non nocet, est, quia Confessus, & con-
uictus potest appellare, quando adducit aliquã
causam, per quam offuscatur ipsius confessio,
seu offuscatur querelantis confessio, & proba-
tio contra ipsum existens. Bal. in l. 2. n. 2. vers.
Item quia. C. quor. appellat. Farinac. q. 101.
num. 143.

Ex quibus omnibus igitur infertur, quod
quando confessio non nocet, nullo modo per
318 Reum est ratificanda, & confirmanda. Cæ-
terum dato quod fuerit ratificata, nè iniustè
vexetur Reus, benè debet aduertere Iudex an
fuerit ratificata absque tormentis, vel in tor-
mentis. Nam si fuit confirmata absque tor-
mentis, si non contineat signa, ex quibus appa-
319 reat, Reum deliquisse ipsi præiudicare nullo
modo potest Franc. Cason. tract. de torment.
c. 20. n. 6. Ratio est, quia confessio ab inqui-
320 sito debet declarari per signa, ex quibus Iu-
dex verificetur, ipsum verè fuisse confessum.
321 Cason. d. tract. c. 2. n. 18. quoniam sine si-
gnis non habet vim veritatis, cum nonnulli
sint tantæ impatientiæ, vt potius mentiri, quam
pati tormenta velint. l. 1. ff. de quæst. Quæ con-
clusio procedit etiam, quando Carcerati fue-
322 runt immoderatè torti, & sunt varij in cir-
cumstantijs; ideò eorum confessiones non ve-
rificatæ

rificatæ non præiudicant. Parif. de Put. tract. de
Scyndic. in verb. confessio, c. 1. & 9.
Si verò fuerit ratificata, seu confirmata in tor-
323 mentis, nec etiã præiudicat, quia dicitur nulla,
l. pen. vbi Glos. & DD. not. ff. de quæst. Et eo magis
quando fuit ratificata nullis antecedentibus indi-
324 tijs de aliquo graui delicto: Ratio est, quia cõfi-
tens delictum, de quo vertitur pœna suæ vitæ, non
solum iudicatur per metum confiteri; sed etiã nõ
videtur in plenitudine, seu rectitudine sui intelle-
ctus; Sed (vt dictũ est) delirare. Ità formaliter scri-
bit Marf. in pract. in §. postquã, n. 2. vltra quod et in-
uerisimile est, quod quis (vt pariter dictũ est) confi-
325 teatur, quod vitã adimit. Et ideò d. confessio tã-
quã inuerisimilis non valet. Ità formaliter scribit
Anchar. in suo celebrato cons. 24. n. 4. Alia quoq;
adest ratio, quia asserta ratificatio, seu confirmatio
326 prouenit ex tortura in eũ iterũ illata, quã multũ
timebat. Vndè vti meticulosa est nulla, & non at-
tendenda, vt post multos, quos allegat, ostendit
Menoch. cons. 1. n. 286. Nec id ab re videri debet;
327 quia metus rerũ omniũ horribiliũ maximè homi
nũ animos pterret, l. nouissimè, in fin. ff. quod fals.
tutor. l. 2. C. quor. appell. non recip. Simanc. En-
328 chirid. tit. 52. de torment. num. 36. Et quando
dictus metus fuit semel illatus, dicitur durare,
Angel. in l. innidiam, C. quod met. caus. Paris.
329 cons. 58. nu. 96. lib. 4. Nec ex internallo pur-
gatur, scripserunt Aret. cons. 14. nu. 17. Cranett.
330 cons. 6. num. 84. Immò non dicitur purgatus,
quousque viuat, qui illum intulit, vt in terminis
tradit idem Aret cons. 1. col. 4. nu. lib. 3. Corn.
cons. 41. col. 2. vers. & debet Iudex, lib. 2. Et eo
331 magis, quando per minas inducitur in confiten-
te, Iodoc. in pract. crim. c. 54. nu. 25. Immò (in-
332 quam) semper dicitur instare, licet quod quis sit
è carceribus per curiam relaxatus, secundum Bal.
in d. l. nouissimè; Quod est valdè notandum, &
menti tenendum, secundum Brun. tract. de indit.
& tortur. q. 6. secundæ par. nu. 17. Et præcipuè
333 dicitur durare in detentis in carcere, l. qui in
carcerem, ff. quod met. caus. Gram. cons. 39. nu. 3.
Rolan. cons. 2. nu. 46. seqq. lib. 1. Marf. cons. 48.
334 nu. 28. Et id etiam quousq; durat eadem Iudicis
potestas, d. Marf. cons. 52. nu. 5.
Et ideò confessio quando est meticulosa nõ est
valida, quãuis ratificata. Boss. tit. de tort. n. 3. Me-
335 noch. post multos, cons. 1. n. 286. Et maximè d.
336 confessio dicitur meticulosa prout eius ratifica-
tio, quando Reus in tortura dixerit hęc, vel similia
verba, antequã eleuetur, vel postea. *Ditemi quello,
che volete, ch'io dica, che lo dirò*. Aut dixerit, *Io nõ
posso negare, perche non posso sopportare tormenti*.
Aut dixerit, *Io non posso più resistere, calatemi giù,
che dirò quanto vi piace*. Nam ista protestatio ani-
mi sui operatur, quod vi, seu metu tormentorũ cõ-
tra veritatẽ fassus fuerit. Ità Bart. in l. non solum,
§. morte, ff. de nou. op. nunciat. Solet enim prote-
statio metum probare, cum declaret protestantis
337 voluntatem, seu intentionem de mentiendo, quę
multum à Iudice attendi debet. Bart. in l. de pupil-
lo, §. si quis ipsi Prętori, n. 2. ff. de nou. op. nunciat.
& cons. 253. n. 5. cum alijs adductis per Ruyn. cõs.
6. n. 1. seq. lib. 4. Ex qua protestatione illud omni-
nò infertur, quod subsecuta delicti perseueratio,
seu ratificatio nullum operatur effectum; quoniã
& ipsa meticulosa iudicatur: Ratio est, quia eadem
timoris causa durare videtur. Ità in terminis ar-
gumentatur Soc. Iun. cons. 77. n. 52. lib. 1. Rolan.
cons. 2. n. 90. lib. 1.
Deniq; vt facilius saluetur Reus, illud quoq; di-
338 cendum videtur, quod in confessione is perseue-
rare dicitur, quando est liber à metu tormentorũ.
Bart. in l. 1. §. [illegible]ius, ff. de quæst. d. l. nouissimè in
princ. ibi si compulsus, vel metu compelleretur. Et
ibi Bart. & Bal. ff. quod fals. tutor. Cœpoll. cons. 39.
339 n. 52. Et tunc Reus est liber à metu tormentorũ,
quando nõ est amplius in carceribus, & sub pote-
state Iudicis quia (vt dictũ est) metus dicitur dura-
340 re in detentis in carcere; quousq; durat Iudicis
potestas. Marf. cons. 52. nu. 5. Vndè dicitur, quod
341 nunquã est habenda fides tormẽtis quę vi, & me-
tu dicere cogunt, quę nõ sunt vera, l. 1. ff. de quęst.
Simanc. Enchirid. d. tit. 52. de torment. n. 34. Idem
342 dicendũ est, si d. confessio fuit facta vi, aut metu
tormentorũ repetitorũ æquiparatur. Quæ cum ità
343 se se habeant, dicitur, quod cõfessio facta in tor-
tura, quãuis perseuerata, si deberet esse præiudicia-
lis, sequeretur, quod Reus esset dominus mẽbrorũ
suorũ, & posset facere se condemnare ad mortem,
& morti tradere, contra l. liber homo, ff. ad l. Aquil.
& l. non tantum, ff. de pœn.
Ex quibus igitur supradictis omnibus benè quę-
sò aduertant Iudices criminales, quod Reus solũ-
modò potest torqueri, seu ad pœnam imputati cri-
minis condemnari, quando in processu contra ip-
sum adsunt super delicto examinati testes integri,
idonei, legales, benè concludẽtes, ac omni excep-
tione maiores, qui deponant super delicto de actu
344 cõsumato: Et illi dicuntur omni exceptione ma-
iores, quibus aut in personis, vel in dictis, seu in fa-
ctis nihil prorsus potest opponi, & superant etiam
omnem friuolam exceptionem, & nullam penitus
patiuntur maculam; immò vndiq; sunt inuulnera-
biles, alijs secus. l. 1. §. idem Cornelio, l. maritus,
vbi Glos. in verb. illicitè, in fin. ff. de quæst. Clar. q.
21. vers. vnus testis. Vbi grauiter reprehendit Iudi-
ces, qui de facili ex depositionibus testium inhabi-
lium Reos torquent. Vbi attestatur de communi.
Ratio est, quia sicut ad cõdemnandum Reum re-
quiruntur testes omni exceptione maiores. l. sciãt
cuncti, vers. testium idoneorũ, C. de probat. Marf.
§. diligenter, n. 8. Foller. post alios, quos allegat
cons. 76. nu. 2. lib. 2. inter cons. crim. diuers. Bal.
in l. fin. col. 2. n. 5. vers. quædã est probatio maior.
C. de probat. Dec. cons. 429. n. 12. Mascard. de pro-
bat. concl. 459. n. 6. & 9. lib. 2. & concl. 496. n. 9. lib.
3. & concl. 1360. n. 4. Farin. q. 61. n. 22. Ità etiã ad
torquendum, l. milites, vers. oportet, C. de quæst.
Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortur. nu. 1.
& 132. Et dicta inditia debent esse benè pro-
bata. Marf. in pract. crim. §. diligenter, & in

l. 1. §. eidem, ff. de quæst. Et est communis opinio, vt attestatur Io: de Amic. conf. 127. nu. 10. Vbi verè addit, quodlibet inditium, seu adminiculum per duos testes esse probandum. Idem tenuit iam ante Bart. in l. fin. nu. 17. ff. de quęst. & Clar. §. fin. q. 22. Direct. Inquisit. 3. par. pag. mihi 593. comm. 110. Immò dicti testes debent esse tales, quod non solum nullam etiam minimam patiantur maculã, sed etiam quod sola Rei confessio deesse videatur. Alex. conf. 133. nu. 11. seq. vol. 7. Nec non in eorum depositionibus debent crimen tangere. Glos. in c. 1. de confess. Ob illam dictionem, Alię, quę est, (vt dictum est) relatiua, & representatiua eiusdem qualitatis. Glos. in l. quidam Relegatus, in verb. amicis, ff. de reb. dub.

DISCEPTATIO II.

De Inditijs.

SVMMARIVM.

Inditia, præsumptiones, coniectura, suspiciones, & verisimilitudines non sufficiunt ad torturam. nu. 1.

In delictis enormibus requiruntur probationes liquidissimæ, & apertissima emanata per testes omni exceptione maiores, & non sufficiunt inditia, præsumptiones &c. nu. 2.

Testes in criminalibus concludenter deponere debent per vnum ex quinque sensibus. nu. 3.

Inditium non est delicti probatio, sed est signum alicuius maleficij. nu. 4.

Inditiũ est adminiculum ad veritatẽ indicandã. nu. 5.

Inditium est minus quam semiplena probatio. nu. 6.

Inditium est argumentum distans à specie veræ probationis. nu. 7.

Inditium est quædam species probationis. nu. 8.

Inditium sufficiens ad torturam est semiplena probatio. nu. 9.

Probatio semiplena solumodò à testibus omni exceptione maioribus oriri potest, & non à quouis inditio. nu. 9.

Testis munus non est iudicare, sed quod oculis vidit, deponere. nu. 10.

Testis debet videre actum oculis corporeis, & nõ sufficit v. g. quod voces audierit. nu. 11.

Probatio vt possit fieri à teste, quæ requiratur. nu. 12.

Testis, vt possit facere semiplenam probationem, debet esse omni exceptione maior. nu. 13.

Probatio semiplena solumodò potest fieri à teste omni exceptione maiori. nu. 13.

Testis quod sit omni exceptione maior per Fiscum probari debet. nu. 14.

Testis sicut ad condemnandum debet esse omni exceptione maior, ità etiam ad torquendum. nu. 15.

Per testes de delicto liquidò constare debet. nu. 16.

Testes ad torturam debent esse tales, vt non solum nullam etiã minimã patiantur maculã, sed ẽt requiritur, quod sola Rei confessio desse videatur. n. 17.

Macula omnis, aut defectus, vel exceptio etiam minima aut in dicto, vel in persona testis non solum facit, vt non possit dici omni exceptione maior, sed impedit torturæ effectum. nu. 18.

Tortura effectus per quæ impediatur. nu. 18.

Testes plures quando non sunt omni exceptione maiores, loco vnius habentur, & ad inquirendum, non autem ad torquendum sufficiunt. nu. 19.

Inditia etiam indubitata, præsũptiones, cõiecturæ, &c. sufficiunt tantum ad inquirendum, idest ad assumendas informationes, seu ad capturam, & non ad reliqua nu. 20.

Ex inditys etiam indubitatis in criminalibus condemnatio fieri non debet. nu. 21.

Dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo fundatur. nu. 22.

Delictum non potest asscribi alicui, nisi constet fuisse commissum. nu. 23.

Inditijs, præsumptionibus, coniecturis &c. non est standum contra Reum. nu. 24.

Delicta grauia, cum grauissimam causam habeant, efficaciores requirunt probationes. nu. 25.

Delictum quanto est grauius, & atrocius, tanto inditia debent esse grauiora, & vrgentiora. nu. 26.

Inditia tanto debent eße grauiora, & vrgentiora, quãto delictum est grauius, & atrocius. nu. 26.

Delicti atrocitas non potest facere, vt Iudex possit iura transgredi. nu. 27.

Inditia quamuis dicantur arbitraria, tamen debent esse iuri, ac rationi consona. nu. 28.

Iudicis arbitriũ regulari debet secũdũ leges. nu. 28.

Natura dictat, neminem delinquere velle. nu. 29.

Maleficium omne pugnat contra naturam. nu. 30.

Arbitrio Iudicis remittitur, quod à iure non est præfinitum. nu. 31.

Inditia non esse sufficiẽtia ad torturam Iudex arbitrari debet. nu. 32.

Opinio benignior in criminalibus sẽper est tenẽda. n. 33

Præsumptio est pro eo, quod excusat. nu. 34.

Inditia illa sunt attendenda, quæ tendunt ad exclusionem delicti. nu. 35.

Per inditia non probatur delictum, quod consistit in facto. nu. 36.

Facta non præsumuntur, sed probanda sunt. nu. 37.

Tortura nõ datur ad liquidãdũ factũ, sed psonã. n. 38.

Inditia probant delictũ in genere, nõ in specie. nu. 39.

Delicti probatio debet esse in specie, nõ in genere. n. 40.

Tortura quando possit Reo infligi. nu. 41.

Ex inditys vehemẽtiss. cõuicto pœna minuitur. n. 42.

Pro inditys indubitatis Iudex non potest imponere pœnam ordinariam. nu. 43.

Reus diffinitiuè damnari non debet ex inditijs indubitatis ad pœnam ordinariam. nu. 44.

Pœna quando est arbitraria, vel extraordinaria, aut quando minuitur, non intelligitur de corporali, sed de mitiori arbitrio Iudicis. nu. 45.

Inditia, præsumptiones, cõiecturæ &c. in omnibus casibus nunquam sufficiunt ad torturam. nu. 47.

Delictum necessariò probari debet per testes omni exceptione maiores, aliàs nõ dicitur probatũ. nu. 48.

Tortura vt possit infligi multa cõcurrere debẽt. n. 49.

Testis de per se non sufficit ad torturam, sed alia plura requiruntur. nu. 50.

Testis vt sufficiat ad torturã directè debet deponere sup maleficio, & nõ sup inditio ad maleficiũ. n. 51.

Testis

Testis debet reddere rationẽ quomodo vidit. nu. 52.
Testis munus est, quod oculis vidit, testificari. n. 53.
Testis benè, & concludenter deponere debet, & non præsumptiuè. nu. 54.
Testis necessariò deponere debet, quod certitudinaliter nouit. nu. 55.
Testis delictum probare debet per eius scientiam, & non per inditia, præsumptiones &c. nu. 56.
Iudicis iudiciũ debet cõformari cũ iudicio Dei. n. 57.
Inditia non reddunt rem claram ad torturam, & cõdemnationem, vt requiritur. nu. 58.
Inditia nõ currũt, quãdo delictũ cõsistit in facto n. 59
Testis non solum debet esse de visu, sed etiam omni exceptione maior. nu. 60.
Testis qui dicatur omni exceptione maior. nu. 60.
Testis licet sit de visu, & ideò præferatur omnibus alijs testibus; Tamen nõ est idoneus testis. nu. 61.
Oculus, & manus sæpè falluntur. nu. 62.
Diffamatio Inquisiti requiritur ad torturam infligendam. nu. 63.
Testis, vt sufficiat ad torturã, debet deponere de facto consumato, & non de circumstantijs. nu. 64.
Testes deponentes super inditijs, & circumstantijs, appendicibus; & non super delicto consumato non faciunt inditium ad torturam. nu. 65.
Testis in suo dicto non concludens facit solum inditium ad inquirendum. nu. 66.
Testis deponens de certa scientia delicti tenetur reddere rationem in causa scientiæ, quia in causa scientiæ stat effectus. nu. 67.
Ratio bona sicut iustificat dictum testis, sic mala elidit. nu. 68.
In delictis carnis testis necessariò deponere debet de actu consumato, & non sufficit, quod deponat de circumstantijs, accessorijs &c. nu. 69.
Sodomiæ crimen quando probetur. nu. 70.
Testis in criminalibus debet omninò deponere de actu consumato, nõ sufficit, quod deponat de inditijs, circumstantijs, attentationibus, accessorijs. nu. 71.
Qualitas aggrauans delictum probari debet. nu. 71.
Seminis pollutio extra vas qua puniatur pœna. n. 72.
Pœna extraordinaria intelligitur de pecuniaria, non de corporali. nu. 73.
Pœna extraord. succedit loco pœnæ ordinariæ. n. 73.
Attentatio delicti quando solumodò fit, intrat pœna extraordinaria. nu. 74.
Sodomiæ crimen &) vt puniri possit requirit con-
Delictum quodlibet } sumationẽ actus, & nõ sufficit
grauissimam,) attẽtatio, seù præparatio. n. 75.
Testis in delicto etiam atrocissimo deponere debet actum fuisse consum tum. nu. 76.
Actum in delicto atrocissimo testis deponere debet fuisse consumatum. nu. 77.
Pœna corporalis, quando venit imponenda, requiritur actus consumatus. nu. 78.
Attentatio delicti non sufficit, etiam quod veniat imponenda pœna corporalis. nu. 79.
Pœna, quæ imponitur ipso iure, vel ipso facto, imponitur pro actu perfecto & consumato. nu. 80.
In attentato etsi deuentum fuerit ad actum facti, ex quo nullus fuerit subsecutus effectus, Reo nec tortura, nec vlla pœna corporalis potest imponi, licet per conantem non steterit. nu. 81.
Delictum quando non perficitur, quia quis non vult, vel non potest, cessat pœna. nu. 82.
Sodomiæ actus non consumatus non est in consideratione, nec punitur. nu. 83.
Delictum non consumatum non est in consideratione, & non punitur. nu. 83.
Delictum non consumatum, non præfinitum, non perfectũ ex cõsuetudine totius Italiæ nõ punitur. n. 84.
Archibusium exonerans non secuta morte pœna mortis non punitur. nu. 85.
Archibusium exoneranti, cum de iure communi nõ sit pœna mortis imposita, nec ex consuetudine imponi debet. nu. 87.
Arbitrium non se extendit ad pœnam vltimi supplicij. nu. 86.
Delictum etiam atrocissimum non punitur pœna ordinaria nisi fuerit consumatum, perfectum, & præfinitum. nu. 88.
Monetam falsam cudens, & non formans vltimo supplicio non subijcitur. nu. 89
Delictum quod fuerit cõsumatum, perfectum, & præfinitum per Fiscum probari debet per duos testes contestes de loco, & tempore. nu. 90.
Coppula carnalis quod fuerit consumata, perfecta, & præfinita per Fiscum probari debet per duos testes contestes de loco, & tempore. nu. 91.
Coppula carnalis necessariò constare debet. nu. 92.
Coitus necessariò constare debet. nu. 92.
Actus obsceni necessariò constare debent. nu. 92.
Inquisitio non potest transmitti, quando non constat de delicto. nu. 93.
Puella debet exhibere interulam, seù camisiam sanguine deturpatã, vel sanguinolentã, quod est corpus delicti alias querela præsumitur calũniosa. nu. 94.
Delictum quando non fuit perfectè consumatũ, à pœna ordinaria recedendum est. nu 95.
Pœna quando imponitur ratione delicti, iura sæpè sæpius loquuntur per verba præteriti tẽporis, ad denotandum, quod requirit perfectionem actus. nu. 96.
Tortura non potest infligi, quando venit imponenda pœna pecuniaria. nu. 97.
Pœnæ pecuniaria quando venit imponenda, tortura non potest infligi. nu. 97.
Ordinatum ad vnum finem debet regulari iuxta naturam illius finis. nu. 98.
Tortura vt possit infligi, opus est, quod per testẽ oriatur delicti probatio ab aliquo nõ offuscata, nec elisa. num. 99.
Probatio delicti) vt tortura infligi possit, opus est,
Delicti probatio) quod per testem oriatur. nu. 100.
Inditium ad torturam sufficiens intelligitur de semiplena probatione ex dicto vnius testis fide digni emanata. nu. 101.
Inditia non pro probatione, sed pro quadam probationis specie habentur. nu. 102.
Probatio semiplena non potest oriri ab inditijs, sed ab vnico teste fide digno. nu. 103.
Probatio semiplena, vel) est præsumptio causata
Inditium semiplenum) ex dicto boni viri, quæ mo

ut animum Iudicis ad aliquid credendum, seù discredendum. nu. 104.

Probatio semiplena necessariò oriri debet ex dicto testis omni exceptione maioris. nu. 105.

Ad probationem semiplenam faciendam non sufficit dictum unius testis omni exceptione maioris, quia requiritur, quod alia concurrant adminicula, aliàs facit inditium tantum. nu. 106.

Probatio semiplena ut fiat, non sufficit, quod oriatur ab unico teste, quamuis de visu. nu. 107.

Probatio semiplena ut sufficiat ad torturam requiretur, quod sit confirmata alijs adminiculis; ideò requiritur plusquam semiplena. nu. 108.

Probatio plusquam semiplena quæ dicatur. nu. 109.

Inditium duplex est. nu. 110.

Inditia singula ut sufficiant ad torturam ex dicto testis omni exceptione maiores emanare debẽt. n. 111.

Inditia ut sufficiant ad torturam, noua non debent superuenire inditia. nu. 112.

Tortura non repetitur ex dictis eorundem testium, nec quando testes variant. nu. 113. 114. 115.

Inditia noua qualia esse debeant. nu. 114.

Inditia ad torturam non debent esse leuia, remota, & obliqua. nu. 116.

Inditia ad torturam debent esse à iure approbata, vel saltim communi voto à magnis DD. recepta. n. 117.

Inditia ad torturam debent esse plura, quia inditium unum non sufficit. nu. 118.

Inditia ad torturam debent esse talia, ut vix possit denegari delictum. nu. 119.

Inditia probari debent per testem idoneum. nu. 120.

Inditia quando militant hinc inde, nempè inter Curiam, & Reum, cessat quæstio. n. 121.

Inditio aliquo existente, quod contradicit intentioni Curiæ, Reus torqueri non potest. nu. 122.

Inditium unum pro Reo tollit omnia alia inditia, ex quibus Reus torqueri possit. nu. 123.

Inditia animi tollunt præsumptiones, quæ inducunt crimen. nu. 124.

Inditium animi quale dicatur. nu. 125.

Inditium unum tollit aliud. nu. 126.

Præsumptio una aliam pellit. nu. 127.

Præsumptiones plures Rei vincũt pauciores Fisci, & quãdo sũt potiores, superat debiliores. n. 128. 129

Probat onum conflictu quando discerni non potest, quæ præsumptiones sint verisimiliores, & potentiores, tunc præsumendum est pro Reo. nu. 130.

Præsumptiones quando sunt pares, attenduntur, quæ sunt pro Reo. nu. 131.

Inter præsũptiones illa attenditur, quæ excludit delictum. nu. 132.

Inditium nullum est adeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrarium, & quin aliquã recipiat dubitationem. nu. 133.

Inditiorum singulorum circumstantiæ sunt plenè probanda per duos testes legales. nu. 134.

Inditia singula etiam leuia debent plenè probari per duos testes. nu. 135.

Inditia, præsumptiones, &c. ut sufficiant ad torturã, debent crimen tangere. nu. 136.

Delictum verisimile est, fuisse commissum ab illo, cõtra quem inquiritur. nu. 137.

Inditium illud tangit crimen, quod oritur ab unico teste super facto consumato. nu. 138.

Inditium non est probatio, quæ requiritur ad torturam. nu. 139.

Inditia, quæ proueniunt à teste fide digno cum alijs adminiculis solumodò faciunt inditium semiplenũ ad torturam. nu. 140.

Inditia singula plenè probari debent per duos testes contestes de loco, & tempore idoneos, ut tortura Reo infligi possit. nu. 141.

Inditia ad torturam debent esse ità probabilia, & verisimilia, ut sola Rei confessio desit. nu. 142.

Inditia non sufficiunt ad torturam, si per Fiscum nõ prætendatur, nõ fuisse sufficiẽter purgata. nu. 143.

Inditia ut sufficiant ad torturam debent esse perfecta in genere suo. nu. 144.

Inditia iunguntur solum ad infligendam torturam, quando sunt perfecta. nu. 145.

Inditia mille imperfecta non possunt facere unum inditium perfectum. nu. 146.

Perfectum non potest oriri à imperfecto, seù à pluribus imperfectis. nu. 147.

Inditia remota non sufficiunt ad torturam. n. 148.

Testis unicus etiam omni exceptione maior non probat inditium remotum. nu. 149.

Inditium remotum quamuis plenè probatum non probat unicus testis omni exceptione maior. n. 140.

Facta non præsumuntur, sed probanda sunt per testes idoneos. nu. 150.

Inditia remota etiam mille, quamuis indubitata non sufficiunt ad torturam, sed testes requiruntur omni exceptione maiores. nu. 151.

Solus cum sola)
Nudus cũ nuda) torqueri non potest. nu. 153.

In coppula carnali solus cum sola, vel nudus cum nuda torqueri non potest. nu. 153.

Actus obsceni constare debent per duos testes contestes de loco, & tempore, qui tamen deponant de actu consumato, perfecto, & præfinito. nu. 153.

In coppula carnali, quamuis adsit Rei confessio, tamen non sufficit, nisi verificetur ex legitimis inditijs. nu. 154.

Delicti qualibet confessio non sufficit ad Reũ condemnandũ, nisi verificetur ex legitimis inditijs. n. 154.

Confessio cuiusuis delicti non sufficit ad Reũ condemnandũ, nisi verificetur ex legitimis inditijs. n. 154.

Sodomiæ criminis confessio nõ sufficit ad Reũ condẽnandũ, nisi verificetur ex legitimis inditijs n. 156.

Coppula carnalis non probatur inditijs, præsũptionibus, præambulis in impubere; quãuis ipse visus fuerit supra fæminam. Idẽ dicitur de sene. nu. 156.

In Coppula carnali) quando Reus fatetur nõ de per-
In sodomia crimine) fectione actus, sed de pollutione extra vas naturale, seù claustra pudoris, nõ ordinaria, sed extraord. pœna punitur citra mortẽ. n. 157.

In coppula carnali) quando semen, seù pollutio
In sodomia crimine) non fuit facta intra vas naturale, seù intra anum pueri subagitati,

non

Inditia ad Torturam non sufficiunt.

OB Inditia si quæ extent in processu contra Reum, nullo modo est ei infligenda Tortura,
1 quia etiam in Iudiciis enormium delictorũ, vt Assa-
2 finii &c. ad hoc vt possit infligi, requiruntur probationes liquidissimæ, & apertissimæ. l. in restamento, ff. de condit. & demonstrat. quem Text. singularem affirmat Bal. in c. qualiter Dominus à propriet. priuet. Nempè emanatæ solum à testibus omni exceptione maioribus, luce meridiana clarioribus, idoneis, legalibus, inconfutabilibus, & ab illis, qui nullam etiam minimã patiuntur maculam. l. qui vltimò. in fin. ff. de pœn. quam allegat Bart. in l cunctos populos. & declarat ibi Ias. num. 51. in fin. Mantua. conf. 67. nu. 37. seq. Marf. conf. 63. nu. 13. seq. Arminen. in Addit. ad Angel. de malef. in verb. Et fama publica, nu. 108. in fin. Vbi secundum Bal. quem allegat in l. 3. §. eiusdem. ff. de test. Farinac. q. 37. nu. 59. & q. 56. nu. 121. Et dicti Te-
3 stes concludenter deponere debent super delicto; nõ autem super inditio ad delictum per vnũ ex quinq; sensibus proprium, non alienum, & in specie per visum. Dec. conf. 189. col. 1. seq. Tradit. Bart. l. 1. cum ibi not. ff. de quæst. num. 1. l. milites, & in l. fin. C. eod. tit. Boss. post alios tit. de indit. nu. 180.

Et haud mirum videri debet, si dicatur, quod ad
torturam Reo infligendã necessariò requiruntur te-
stes, & non sufficiunt Inditia, præsumptiones &c.
4 quia inditium non est delicti probatio, quæ requiri-
tur, vt possit infligi d. tortura; Sed est signum ma-
leficii ad veritatem habendam. Gand. tract. malef.
sub Rubr. de præsumpt. & indit. Ioann. Andr. in
Addit. ad spec. in tit. de probat. in fin. in verb. per
5 Inditia. Aut est Adminiculum demonstratorium ad
veritatem indicandam. Per Text. in l. si quis adulte-
rium. C. de adult. c. præterea, de test. & c. Tua. § adul-
terium: de homic. Bart. in l. 2. ff. de excus. tuto.
6 Vel est minus quam semiplena probatio. Bart. in d.
l. 2. & idem dicit Bal. in l. Cum probatio. ff. de pro-
bat. In Addit. suis dicens nulibi clarius id probari,
7 quam in illa lege. Seù est minima præsumptio boni
viri. Bal. in Rubr. C. de probat. Siue est argumentũ
8 distans à specie veræ probationis. Idẽ Bal. in Rubr.
8 de probat. Aut est pars probationis. Gand. in d.
tract. de malef. Rubr. quæ præcedere debeant quæ-
stionem. in verb. quæ, & qualia debeant esse ista in-
9 ditia. Vel est quædam species probationis. Calep.
de Calep. cons. 52. num. 33. diuers.

Si est signum maleficii non est probatio, quia signũ
indicat, non probat identitatem facti, vt per Bart. &
alios tradit Crauett. cons. 169. n. 4. Si est adminicu-
lum demonstratorium, seù demonstratio rei; vel ad-
miniculum probationis, nõ est probatio; quia admi-
niculũ non probatio, sed vehemens dicitur inditiũ.
c. Cum dilectus. de successſ. ab intestat. Vltra quod
si est demonstratorium, seù demonstratio rei, de-
monstrat tantum maleficium, sed ipsum nõ probat.
l. fin. & l. instrumenta domestica. C. de probat. Et
hoc dicit Gand. in d. tract. de malef. in Rubr. quæ
debeant præcedere quæstionem, in verb. quæro quæ,
& qualia debeant esse inditia. Si est minus quam se-
miplena probatio, delictum non probat, quia in cri-
minalibus, vt probetur, ad minus semiplena requiri-
tur. Clar. in § fin. q. 62. in princ. & Bal in l. ea qui-
dem dicit, quod nec etiam semiplena sufficit; Sed
plusquam semiplena requiritur; quæ nimirum est,
quando duo adsunt testes, vnus integer, alter non,
vel alia adsunt adminicula cum vno teste idoneo.
Vt latè per Bocr. decis. 85. nu. 4. Iosep. Ludouis.
decis. 100. n. 4. seq. Ideo parum, aut nihil habet
probationis. Si est minima præsumptio boni viri.
non est probatio; quia præsumptio est quoddam
medium intellectuale veritatis eliciendæ ex circum-
stantiis insurgens. Adest exemplum in c. ex studiis.
de præsumpt. Vnde si consistit in intellectu, nihil
probat, quia in facto potest aliter se habere; quarè
d. præsumptio non ad torturam, sed ad capturam,
aut ad pœnam pecuniariam tantum sufficit. Boss.
tit. de conuict. nu. 35. & tit. de indit. n. 180. Vltra
quod d. præsumptio est minus quam inditium, quod
requiritur ad torturam. Ità ostendit Alex. cons. 89.
vol. 1. vers. restat ergò lib. 3. Vndè si inditium (vt
dictum est) non probat delictum, multo minus præ-
sumptio. Si est argumentum distans à specie veræ
probationis, non est probatio; nam argumentum
est ratio rei dubiæ fidem faciens. De heret. c. Cum
ex iniuncto. Quarè si est ratio rei dubiæ, non potest
dici probatio; quia probatio nihil commune habet
cum ratione, quæ est certa, & non dubia probatio.
Vltra quod delictum non per rationem rei dubiæ;
nec etiam per quodlibet inditiũ, sed solum per cer-
tos testes probatur: Id quod non potest dici de ar-
gumento, quod non per testes, & tabulas probatur,
sed naturali probatione inducitur, c. forus, de verb.
signif. Si itaque non inducitur per testes, non pro-
bat delictum, quod omninò per eos probari debet,
non autem per naturalem probationem, quæ tan-
tum per immaginationes, suspiciones, & hominum
præsumptiones inducitur. Additur etiam, quod si
dictum argumentum distat à vera probatione, nihil
in probando delictum operatur; quia probatio non
distat, sed semper hæret delicto, & sequitur illud.
Si est pars probationis, non potest dici totalis, inte-
gra, plena, & perfecta probatio, sed quidem imper-
fecta. Riminal. cons. 83. nu. 16. seqq. inter cons.
crim. diuers. lib. 2. Calep. de Calep. cons. 52. decis.
Pedamon. 60. nu. 9. Surd. cons. 173. nu. 166. lib. 2.
& ideò non sufficit ad torturam; quia ad proban-
dum delictum requiruntur probationes integræ, ac
perfectæ; quoniam ex imperfecto, vel ex pluribus
imperfectis in probando delictum non potest oriri
perfectum. Aym. de antiq. temp. vers. testis quid,
in lib. official. nu. 17. 19. Gram. decis. 11. nu. 2. Becc.
cons. 65. num. 70. post alios, quos allegat. l. 1. C.
minor. tutel. Si est species probationis non est ipsa
probatio; nam ex quo remouetur genus, remoue-
tur quoq; quælibet eius species. l. fundi, ff. de fund.
instrum.

Ex quibus igitur infertur, quod quamuis per ali-
quem Iudicem criminalem ex eius ceruice aliquas
DD. authoritates adducentem dicatur, quod indi-
tia sufficiunt ad torturam; tamen quia secus est, ne-
cessariò sciendum est, quod quando DD. loquuntur
de inditio sufficienti ad torturam, intelligunt de in-
ditio semiplenam delicti faciente probationem. Vt
egregiè declarat Soc. Iun. cons. 39. vol. 2. num. 57.
9 Quæ non potest oriri à quolibet inditio, sed solum
ex dicto vnius testis fide digni, ac omni exceptione
maioris. l. qui vltimò, in fin. ff. de pœn. Farinac. q.
37. nu. 58. & q. 56. nu. 121. Dec. cons. 189. col. 1.
seq. Franc. Cason. rubr. de indit. tract. 2. per visum.
c. 1. nu. 5. qui deponat per aliquem sensum corpo-
reum, proprium, non alienum, & præcipuè per vi-
sum, delictum fuisse commissum. Menoch. de præ-
sumpt. q. 89. nu. 7. Cason. d. tract. de indit. in suis
qq. c. 6. rubr. de non loquendo per inditia, nisi legi-
timè probata. nu. 8. Et optima ratione quidem, quia
10 testis munus non est iudicare, sed quod oculis vidit,
deponere, & testimonium ferre. Bart. in l. quod ta-
men §. si arbiter, ff. de arbitr. Curt. Iun. post mul-
tos, quos recenset, latè cons. 165. nu. 17. illis acce-
dit Dec. cons. 459. nu. 10. & cons. 469. nu. 9. Paris.
de Put. cons. 104. nu. 37. lib. 1. Et præcipuè debet
videre

videre actum oculis corporeis, cum non sufficiat, quod voces audierit. l. si vnus, cum ibi not. C. de testam.

Verum vt d. Testis dictam semiplenam possit facere probationem ad torturam sufficientem multa

12 requiruntur. Primò quod sit omni exceptione ma-
13 ior. Plot. in l. si quando. n. 879. C. vnde vi. Ayin. cons. 6. n. 12. Glos. & Bart. in l. maritus. ff. de quaest. in l. fin. C. famil. haercisc. & in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi etiam per Bal. & per eundem in suo notab. cons. quod incipit, statutum prouidetur. Bart. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quaest. Gram. cons. 1. in princ. Rolan. communem dicens cons. 37. n.
14 3. 10. Et quod d. Testis sit omni exceptione maior, per Fiscum articulari, & probari debet. Vbert. Zuccard. in l. fin. n. 83. C. de edict. diui Adrian. tollen. Dec. c. dilecti. col. 6. nu. 14. de appellat.
15 Ratio est, quia sicut ad condemnandum testes requiruntur omni exceptione maiores. Text. est in l. sciant cuncti. quae est final. vers. testium idoneorum. C. de probat. canonizata 2. q. vlt. c. sciāt cuncti. Vbi dum loquitur de probatione test. addit idoneorum, & dum de probatione inditiorum, addit indubitatorum, & luce meridiana clariorum pet dd. testes emanata. Et ibi not. Glos. & communiter DD. Dec. cons. 189. col. 1. qui concludenter deponant super delicto, & non super inditio ad delictum per vnum ex quinque sensibus proprium, non alienum, & in specie per visum. d. Dec. ibidem. tradit Bart. l. 1. cum ibi not. ff. de quaest. not. l. milites. & in l. fin. C. eod. tit. Marf. §. diligenter, n. 8. Foller. post alios, quos allegat cons. 76. nu. 2. lib. 2. inter cons. crim. diuers. Bal. cons. 2. nu. 5. & l. fin. in verb. quaedam est probatio maior. C. de probat. Dec. cons. 429. nu. 12. Mascard. de probat. conclus. 459. nu. 2. 6. 9. conclus. 490. nu. 9. lib. 3. conclus. 1360. nu. 4. Farinac. q. 61. nu. 22. Ità etiam ad torquendum, l. qui vltimò, in fin. ff. de poen. quam allegat Bart. in l. cunctos populos, & declarat ibi Ias. nu. 51. Farinac. q. 37. nu. 58. & q. 56. nu. 121. q. 43. nu. 113. Mantua. cons. 67. nu. 37. seq. Marf. cons. 63. nu. 13. seq. Vnde omninò dicitur, quod opus est, vt per dd. testes liquidè constet de delicto, idest
16 de facti veritate, antequam tortura instigatur. Ariminen. in addit. ad Angel. de malef. in verb. fama publica, nu. 108. in fin. Vbi secundum Bart. quem allegat in l. 3. §. eiusdem, ff. de test. Soc. Iun. de reg. 4[illegible]. nu. 1. Fallenr. Glos. & communiter DD. Et ad[illegible]unt rationem; quia in criminalibus, cum de h[illegible]is salute tractetur, arctior requiritur probatio, [illegible]ui accusare, C. de probat. Boer. decis. 164. n. 1. Dec. cons. 415. Farinac. q. 86. Boss. tit. de conuict. nu. 9. 11. & 13. Vulpell. cons. 12. nu. 8. Quod procedit etiam ad conuincendum haereticum, l. vlt. C. de probat. Oldrad. cons. 210. Anchar. in c. accusatus, in princ. de haeret. lib. 6. Simanc. Enchirid. tit. 34. de probat. nu. 1. Immò dd. testes debent esse ta
17 les, quod non solum nullam etiam minimam patiantur maculam, seu exceptionem; sed etiā quod sola rei confessio deesse videatur. Alex. cons. 133.
18 nu. 11. seq. vol. 7. Ratio est, quia omnis macula, seu defectus, aut exceptio etiam minima aut in dicto, aut in persona testis, non solum facit, vt non possit dici omni exceptione maior; Sed etiam impedit torturae effectus. Bal. cons. 427. lib. 5. Menoch. de praesumpt. q. 89. nu. 2. Rolan. cons. 7. nu. 3. 10. & cons. 24. nu. 1. vol. 1. Clar. q. 21. vers. vnus testis, & q. 22. vers. vnum tamen, post alios, quos allegat.
19 Et quando plures testes non sunt idonei, ac omni exceptione maiores, loco vnius habentur, & ad inquirendum tantum, non autem ad torquendum, & condemnandum sufficiunt. Ità Prob ad Ioann. Monac. in c. 1. nu. 3. de test. in sexto. Caualcan. cons. 110. n. 5. seq. Alex. cons. 128. nu. 2. lib. 2. Ob eam-
20 que rem omninò dicitur, quod tam ad torquēdum, quam ad condemnandum testes requiruntur omni exceptione maiores, & non sufficiunt inditia etiam indubitata; licet aliqui DD. dicant, quod ex inditiis facto proximis, & in facto intrinsecis Reus torqueri, & condemnari potest, & hanc adducunt rationem; quia natura non abhorret, nec repugnat, vt praesumatur ipsum v. g. vulnerasse, & dicunt, quod quando non sunt talia, non potest deueniri ad condemnationem, seu ad torturam. Ioann. Andr. ad Spec. tit. de probat. §. fin. in addit.

Ego autem sequor opinionem Boss. qui dicit, quod ex inditiis etiam indubitatis, & vehementissimis quis nec torqueri, nec condemnari potest: Et quamuis dicat, quod potest ad poenam pecuniariam damnari; tamen ex mea sententia secus est; quoniam, vt id clarius pateat, dicitur, quod dicta inditia (vt superius dictum est) sufficiunt tantum ad inquirendū, idest ad assumendas informationes, aut ad capturam, non autem ad reliqua. Idem Boss. tit. de indit. n. 180. tit. de conuict. n. 46. & 48. tit. de confess. n. 21. tit. de indit. & considerat ante tortu. n. 180. cum aliis adductis per Vulpell. cons. 274. n. 7. Dec. cons. 189. col. 1. seq. Direct. Inquisit. par. 2. c. 14. pag. mihi 116. Innoc. & alii c. quia verisimile, de praesumpt. Bal. in l. fin. in vlt. col. C. de probat. Menoch. q. 94. nu. 2. & q. 16. lib. 1. de praesumpt. Farinac. cons. 75. nu. 104. Qua quidem ex re omninò dicitur, quod sicut ad condemnandum illa sola requiruntur inditia, quae non solum ex dicto testis fide digni, ac omni exceptione maioris; sed etiam, quod magis est, illa, quae per dictum testem super delicto consumato, ac perfectè praefinito emanant, & semiplenam faciunt probationem; non autem illa, cuiuscumq; generis sint, quae non à dicto teste, nec super facto consumato, ac perfectè praefinito proueniunt; prout inferius dicetur diffusius. Ità etiam ad torquendum, vbi quod sola Rei confessio desit (vt dictum est) Alex. cons. 133. nu. 11. seq. vol. 7. Per plures authoritates ostendit etiam Boer. decis. 164. per totam. Marf. §. diligenter, nu. 152. Dec. cons. 115. nu. 8
21 vers. praeterea. Vbi dicit, quod ex inditiis etiam indubitatis in causis criminalibus secundum DD. opinionem condemnatio fieri non debet, nec tortura potest

potest infligi. Bal. & Imol. quos allegat. Nec id ab
re videri debet; quia (vt superius dictum est) in iu-
diciis etiam enormium delictorum, vt Assasinii,&c.
probationes debent esse liquidissimę, & apertissimę.
l. in testamento. ff. de indit. & demonstrat. quem
Text. singularem affirmat Bal. in c. qualiter Domi-
22 nus à propriet. priuet. Et id pluribus quidem de
causis. Prima causa est, quia dispositio non proce-
dit, nisi verificetur id, super quo fundatur. Glos. in
l. mancipia. in verb. aduocaudum. C. de seru.fugit.
vbi not. omnes. Bart. in l. Diuus. ff. de testam. mi-
lit. Et optima ratione certè, quia delictum alicui
23 ascribi non potest,nisi constet fuisse patratum. Ità
24 in propriis terminis Natt. cons. 407. n. 3. Secun-
da Causa est, quia inditiis, præsumptionibus, &c.
non est standum contra alios. Cason. cons. 58. nu.
16. vers. Item prædicta in criminibus grauibus,nam
cum grauissimam causam habeant, grauiores, &
25 efficaciores requirunt probationes. l. vlt C. de
26 probat. dec. cons. 429. n. 9. seq. Tertia quia quā-
to crimen est grauius, & atrocius, tanto inditia, vt
sufficiant ad torturam, debent esse grauiora, & vr-
gentiora. c. vbi periculum. de elect. in 6. Rolan.
27 cons. 361. nu. 23. lib. 3. Quarta quia criminis
atrocitas non potest facere, vt Iudex possit iura
28 transgredi. Et licet inditia ad torquendum dican-
tur arbitraria; tamen Iudicis arbitrium debet regu-
lari secundum leges, & debet iuri, rationi, & æqui-
tati esse consonum. Rom. cons. 376. Alex. cons.
29 217. n. 5. lib. 2. Et æquitati dicitur consonum;
quoniam natura dictat, neminem delinquere velle.
30 Bal. c. Cum in iuuentute. de præsumpt. vbi subdit.
quod omne maleficium pugnat contra naturam.
31 Vltra quod Iudicis arbitrio remittitur, quod à iu-
re non est præfinitum. l. 1. ff. de iur. delib. l. hodie.
32 ff. de pœn. l. 1. ff. de effracto. Et in dubio Iudex
debet arbitrari inditia non esse sufficientia ad tortu-
ram. Boss. tit. de indit. nu. 72. Cacheran. decis. 79.
33 n. 58. seq. Ratio est, quia in criminalibus. semper
tenenda est opinio benignior pro Reo. l. interpe-
tratione. ff. de pœn. Ias. in l. 2. nu. 40. in fin. ff. si
34 quis in ius voc. non ierit. Et præsumptio est pro
eo, quod excusat. Bal. l. precibus. col. 7. C. de im-
35 puber. & aliis subtit. Vnde illa sola inditia, seù
præsumptiones semper attenduntur, & sunt ample-
ctendæ, quæ tendunt ad exclusionem delicti. Vulg.
l. merito. ff. pro soc. cum his, quæ latè docet Alciat.
tract. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 1. Vulpell.
cons. 38. nu. 4. Fulgos. cons. 198. col. 1. Gram.
cons. ciuil. 59. n. 31. Io: de Amic. cons. 53. nu. 7.
36 Quinta causa est, quia delictum, quod consistit in
facto, non probatur inditiis, præsumptionibus,
coniecturis, &c. quia factum non pręsumitur. l. in
37 bello. verb. facta. ff. de capt. Alciat. cons. 40. n.
6. lib. 6. Et id iure optimo quidem, quia v.g. potest
esse; quod quis maneat cum muliere solus, & nudus
in lecto cum Ostio domus clauso, & non veniat,
aut non possit, vel nolit venire ad consumationem
38 coppulę carnalis. Sexta quia tortura non datur ad
liquidandum factum, sed personam. Ità tenet Brun.
tract. de indit. p. 2. q. 5. nu. 10. Clar. q. 4. vers.
39 quando verò. Septima quia probatio delicti per
inditia, præsumptiones, &c. dicitur probatio in ge-
nere; & tamen vt probatio sufficiat ad torturam,
seù ad condemnationem debet esse in specie contra
40 personam inquisiti per testes omni exceptione
maiores emanata; alias delictum non dicitur ido-
neè, & concludenter probatum. Not. in c. Cum
oporteat. de accusat. Cason. de indit. tract. 2. n. 2.
5. Bart. cons. 65. nu. 2. Alex. cons. 3. n. 1. lib. 3.
Crauett. cons. 21. n. 4. Vbi adducit concordantes.

Quibus supradictis additur, quod quamuis aliqui
DD. dicant, quod ad torturam, seù ad condemna-
tionem deueniri potest, quando inditia sunt adeò
indubitata, vt res ponatur ante oculos de visu, nem-
pè quod quis visus fuerit exire v.g. de domo alicuius
cum gladio sanguinolento, vbi repertus fuit mortu-
us; Et similia. Vt latè ostendit Brunor. à Sole tract.
de indit. & tortu. 5. q. 1. n. 4. seq. Ego autem dico,
quod nec etiam in tali casu quis potest torqueri, nec
pœna criminis ordinaria damnari. Veronen. cons.
6. n. 11. & cons. 32. n. 21. Bal. & alii in l. eius. ff. de test.
§. 1. Boer. d. decis. 164. per totam Gram. decis. 42.
loquens in propriis terminis homicidæ; quia tòr-
tura, aut pœna criminis ordinaria imponitur, quàn-
41 do extant probationes luce meridiana clariores,
Et Iudex torquere, & damnare debet per similes
probationes; quoniam in occultis versatur iudicium
42 Dei. Immò etiam conuicto ex inditiis vehemen-
tissimis, & luce meridiana clarioribus pœna minui-
tur, & temperatur. Boer. d. decis. 164. n. 6. Gram.
d. decis. 42. nu. 1. Clar. q. 20. vers. scias tamen. Ioann.
Andr. in addit. ad Spec. tit. de probat. §. fin. vbi Iu-
43 dex pro inditiis indubitatis non potest imponere
pœnam ordinariam criminis, nec Reus diffinitiuè
damnari debet. Gand. tract. malef. Rubr. de præ-
sumpt. & indit. indubitat. Et Boer. latissimè in d. de-
cis. 164. incip. Alia insuper. dicit, quod etiam in
Tribunali Sanctæ Inquisitionis, & D. Campeggius
apud Zanchinum. c. 11. vel doctrinam hanc dicit,
quod intelligitur pœna criminis ordinaria, sed mi-
tiori arbitrio Iudicis. Director. Inquisit. 2. part. pag.
44 mihi 380. comm. 80. num. 1. Et quando pœna est
arbitraria, aut extraordinaria, vel minuitur, non de-
45 bet intelligi de corporali, sed de pecuniaria. l. qui
ædes, & ibi Glos. ff. de incend. ruin. & naufr. & est
Text. in l. fin. ff. de iniur. Bal. l. data opera, col. 2.
in fin. C. qui accus. non poss. Soc. cons. 1[illegible]. 1.
in fin. Boss. tit. de fals. nu. 86. Petr. Caball. co[illegible]488.
nu. 6. Surd. cons. 132. nu. 14. quos refert, & sequitur
46 Guaz. defens. 33. c. 14. n. 14. Item dico, quod re-
quiritur, vt per dictum testem probetur delictum;
quoniam nunquam reperitur in iure scriptum, quod
inditia, præsumptiones, coniecturæ, suspiciones, ve-
risimilitudines &c. in omnibus casibus sufficiant ad
torquendum, seù condemnandum, quamuis nullam
habeant difficultatem, quin d. delictum fuerit com-
missum. Boss. tit. de indit. ante tortur. nu. 37. Ber-

taz.

Far. cons.60.n.8.lib.1. vbi de communi; nisi quando lex ipsa expresse disponit, dd. inditia, præsumptiones &c. haberi loco probationis. Alex. l. licet. de legat. primo. Marſ. in l. fin. nu. 4. ad l. Cornel. de Sycar. Et rubr. de probat. n.113. seq. Ratio est, quia (vt superius dictum est) probatio delicti per inditia, præsumptiones,&c. dicitur probatio in genere, & tamen vt faciat inditium ad torturam debet esse in specie, idest quod delictum probetur per testem omni exceptione maiorem, idoneum, ac eti-
47 am luce meridiana clariorem, alias non dicitur probatum. Not. in c. Cum oporteat. de accusat. Cason. de indit. tract. 1. nu. 2. & 5. seq. Bart. cons. 65. n. 2. quia debet concludenter probari. Crauett.
48 cons.21.n.4. Vbi adducit Concordantes. Secundo quod vt possit infligi tortura, opus est, quod vltra d. testem alia concurrant adminicula; cum d. testis de per se non sufficiat. Ias. post alios in d. l. admonendi. col. 46. n. 186. in fin. de iureiur. Marſ. §. diligenter. n. 5. Alex. cons.89. nu. 9. seq. vol. 3. Fari-
49 nac. cons. 65. nu. 41. Item quod d. Testis directè deponat super maleficio, & non super inditio ad maleficium. Bal. in l. fin. C. famil. hercisc. Alex. cons.5. n.1.& cons.11.n.4.l.fin. ff. de quæst. Vulpell. cons. 35. n. 6. Dec. c. tertio loco n. 15. de probat. Gram. vot. 22. Item quod contra ipsum nulla con-
50 traria vrgeat Coniectura. Bal. in l. 2. C. quor. appell. non recip. Cason. de indit. tract. 2. Rubr, de
51 indit. per visum.c. 1.n.5. Item quod reddat rationem, quomodò vidit. Ias. l. si non speciali: C. de
52 testam. Gram. cons. 58. n. 1. Ratio est, quia testium munus est, quod oculis viderunt testificari. Bart.
53 in l. quod tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr. Item quod benè,& clarè concludat prout necessariò concludere tenetur. Felyn. c. quoties n.7. de test. Gram. cons. 65. nu.8. Et non præsumptiue deponat. c. in præsentia. de probat. l. non hoc. C. vnde cognat. Abb. in c. Auditis. in 4. de præsumpt. l. neq; Natales. C. de probat. Bertran. cons.91.n.3. vbi quod testis necessariò concludere debet. In c. quoties. nu. 7. de test. Bart. & Alii in l. si quando in fin. C. vnde
54 vi. l. testium. C. de test. Bertran. cons. 147. nu. 3. vol. 3. Item quod deponat, quod certitudinaliter nouit. c. Relatum. q. 2. c. testes. 3. q. 8. Felyn. d. c. quoties.n.7. de test. Rot. decis. Paleott. 67. in princ. 3. par. nouiter impress. Nouell. tract. de test.n.164. Hyppol.cons.4.n.9.vol.1.Corn.cons.151.vol.1.n.3.
55 Item quod probet delictum per eius depositionē,
56 non autem per inditia,præsumptiones,&c. quia Iudicis iudicium debet conformari cum iudicio Dei. c. 1. de re iudic. lib.6. nec per quamuis aliam causam.
57 c. Nouit. de offic. delegat. Itā, & Iudex bebet sequi veritatem,& non quærere condemnare ad mor-
58 tem ex dd. inditiis, præsumptionibus,&c. quæ non reddunt rem claram, vt requiritur ad torquendum, & ad exequendum sententiam capitalem: Et ideò iudicare secundum apparentiam extrinsecam non est tutum. Vt scribit Caualcan. in tract. de Brachio regio. in verb. iudicare secundum apparentiam
59 extrinsecam. Item quod probet delictum per eius depositionem, quoniam inditia, præsumptiones, coniecturæ,&c. non currunt, quando delictum consistit in facto; quia factum non præsumitur, sed pro-
59 bandum est. l. in bello. §. facta. ff de capt. Item quod d. delictum probet per eius depositionē; quia præsumptio, coniectura, &c. est minus quam inditium, quod requiritur ad torturam. Ita ostendit
60 Alex. cons.89. col. 1. vers. restat ergò. Item quod testis sit de visu, idest quod viderit actum oculis corporeis, cum nō sufficiat, quod v. g. voces audierit l si vnus, vbi not. C. de testam. Imò dicitur, quod d testis de visu, licet præferatur omnibus aliis testibus secundū Bal. Rubr. C. ad l. Aquil. Azor. in summa. eo. tit. tamen non est idoneus testis: Ratio est, quia oculus,& manus sæpè falluntur. c. Nec aliqua. 27. q. 1. Franch. March. decis. 078. quem refert Baiard. ad Clar. q. 4. n. 7. vnde vt faciat inditium ad torturā, alia debent concurrere inditia. Ias. post alios d. l. admonendi. col. 46. vers. 10. n. 186. in fin. de iureiur. Marſ. in pract. §. diligenter. n. 5. Alex. cons.
61 89. visa.n. 9. seq. Farinac. cons. 65. nu. 41. Item quod d. Testis sit omni exceptione maior. Plot. in l. si quando.n.87. C. vnde vi Aym. cons.6.n.12. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. latè Gram. cons. 26. n. 48. Bal. cons. 41. n. 8. lib 5. Idem Bal. in l. sci-
62 ant cuncti. C. de probat. Et ille dicitur omni exceptione maior, cui nihil potest opponi, & superat etiam omnem friuolam exceptionem, & nullam prorsus patitur maculam, seu defectum; immò, & vndiq; est inuulnerabilis, ac nulla potest exceptione repelli, alias secus. l. 1. §, idem Cornelio. l. maritus. vbi Gloſ. in verb. illicitè. in fin. ff. de quæst. Gloſ. notab. in c. 1. in verb. maiores. de consanguinit. & affinit. Alex. cons. 18. n.6. vol. 6. Soc. Iun. cons. 39. vol. 2. n. 59. Gloſ. in c. 1. in verb. idoneos. de test. Gram. cons. crimi. 59. nu. 17. Gloſ. in § Item verborum. instit. tit. de inutil. stipulat. c. licet ex quadam. de test. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 33. nu. 43. seq. Mascard. de probat. conclus. 1360. n. 6. Clar. q. 21. vers. vnus testis. vbi reprehendit Iudices, qui de facili ad depositionem testis inhabilis Reos torquent. Vbi attestatur de communi. Crott. tract. de test. n. 10 Paris. cons.152. vol. 4. n. 6. Cæpoll. cons. 32. nu. 2. seq. Bursatt. cons.
63 20. n. 22. lib. 1. Item quod vltra d. testem inquisiti adsit diffamatio. Abb. in antiq. c. grauis. de oppos. Felyn. l. fin. C famil. hercisc. tradit Andr. de Isterma in Const. Regni. si damna clandestina. col.
64 2. Gram. cons. 15. n. 5. Tamen si dicta diffamatio non præcesserit ante formatam inquisitionem, omnia inde secuta non tenent. c. qualiter. & quando el secondo de accusat. c. inquisitionis. eo tit. Hyppol. §. constante. n. 12. & debet probari in specie. Cartar. de execut. sent. capto bannito. nu.
65 248. Item d. testis circa delictum, vt Reo possit infligi tortura, necessariò deponere debet de facto consumato, non autem de circumstantiis d. delicti, siue de inditiis maximè remotis: Ratio est, quia testes

testes deponentes super circumstantiis, seù accessorijs, aut appendicibus delicti, & non super delicto consumato non faciunt inditium ad torturam. Clar.
66 q. 21. Rolan. cons. 3. v.g. testis examinatus dicit, Reum habuisse aliquem gladium, quando insecutus fuit Petrum, & non dicens vidisse ipsum cum d. gladio percussisse, non facit inditium ad torturam; quoniam ex hoc dicto non resultat semiplena probatio ad delictum, vt in criminalibus requiritur, ad hoc vt d. Reus possit subiici torturę. Clar. §. fin. q. 6. in princ. vel si dicat vidisse Tamburrum in cubiculo, si non dicat etiam quod intus aderant vestimenta, seù alia bona, prout necessariò requiritur, vt dicatur v.g. constare de furto. Bart. in d. l. si quando. C. vnde vi. Gram. cons. 54. n. 2. Mars. cons. 65. n. 33. l. testium. & l. solam C. de test. Bertran. cons. 147. nu. 3. vol. 3. Aut si dicat vidisse sudarium, & non pecu-
67 niam in eo. Seù vidisse aliquem fugientem, & non dicat, quis fuit ille fugiens; quia non concludit. Et ideò non solum non probat, sed nec etiam ad inquirendum facit inditium. c. in præsentia de probat.
68 & d. l. neq. natales. Immò dicitur, quod si testis deponat de certa scientia delicti, tenetur reddere rationem in causa scientiæ. v.g. quomodo vidit de-
69 lictum fuisse commissum, & consumatum Ratio est quia sicut bona ratio iustificat dictum testis, sic mala elidit; quia in causa scientiæ stat effectus. Bal. in l. 1. ff. si cert. pet. Bart. & alii in l. si seruus legatus. §. quis quis. delegat. Primo Alex. cons. 120. n. 6. lib.
70 5. vbi quod dictum testis à ratione pendet: Sed illud quidem per Iudicem est aduertendum, quod testes in criminalibus debent omnmò deponere de actu consumato (vt dictum est) & non sufficit, quod deponant de circumstantiis, & inditiis, seù attestationibus, vel præludiis. v.g. ad actum venereū. Boss. tit. de conuict. n. 21. vt v.g. testis dicit vidisse Ioannem supra puerum habentem caligas solutas, & nō
71 dicens pollutionem, seù semen ipsius agentis esse immissum in anum dicti pueri patientis, vel saltem membrum in partes pudendas, & intus anum impositum, non intrat pœna ordinaria, sed extraordinaria; cum fiat solummodò attentatio, & sic quædam extraordinaria, & turpissima, seù enormissima pollutio. Clar. §. sodomia. in fin. Soc. Iun. cons. 7. n. 1. vol. 3. quos refert, & sequitur Menoch. de arbitrar. Iud. casu 286. n. 18. Et id haud mirum vi-
72 deri debet, quia qualitas aggrauans delictum constare debet in actis. Angel. in l. 1. §. si quis neget. C. quemadmodum testam. aper. Veronen. cons. 78. cū aliis adductis per Mars. cons. 87. Alias in huiusmodi casu nō erit in propria specie delictum sodomiæ,
73 sed potius quædam extraordinaria pollutio; quæ si esset probata per duos testes contestes de loco, & tempore omni exceptione maiores d. Agens non sodomiæ pœna ordinaria, sed alia mitiori, idest extraordinaria teneretur. Muscatell. in pract. crim.
74 pag. mihi 221. n. 28. Et dicta pœna extraordinaria, semper debet intelligi de pecuniaria, non autē de corporali. l. qui ædes, & ibi Glos. de incend. run. naufrag. Et est text. in l. fin. ff. de iniur. Bal. l. data opera. col. 2. in fin. C. qui accus. non poss. Soc. cons. 104. lib. 1. in fin. Boss. tit. de fals. n. 86. Caball. casu 288. n. 6. Surd. cons. 132. n. 14. quos re-
75 fert, & sequitur Guaz. defens. 33. c. 14. n. 14. quæ pœna extraordinaria succedit loco pœnæ, & propriæ pœnę delicti: Bertaz. cons. 70. n. 6. inter cons. crim. diuers. lib. 2. Hyppol. in l. 1. §. Diuus. ff. de Sicar. & cons. 24. n. 36. & cons. 36. n. 19. Gram. cons. 26. in fin. Bal. in l. addictos. C. de Episcopal.
76 Audien. Et intrat d. pœna extraordinaria, quia fit solummodò attentatio. Clar. §. sodomia, in fin. Soc. Iun. cons. 7. n. 1. quos refert, & sequitur Menoch. de arbitrar. Iud. casu 286. nu. 18. Nec ab re videri
77 debet, quia delictum sodomiæ, & quodlibet aliud etiam grauissimum, vt puniri possit, requirit consumationem actus, & non sufficit præparatio, seù attentatio. Bart. in l. 1. §. Diuus. ff. de Sycar. Crauett. cons. 46. n. 2. Vbi adducit Concordantes. Salyc. in l. is, qui cum telo, in tertio notab. C. de Sycar. Alex.
78 cons. 15. lib. 1. Ratio est, quia etiam in delicto, seù crimine etiam atrocissimo non sufficit, quod testis deponat super actu imperfecto, sed debet deponere super consumato. Not. in d. c. perpetua. de elect. in sexto & tradit Bal. in d. l. data opera C. qui
79 accus. non poss. Vbi ait, quod vbi venit imponenda pœna corporalis, requiritur actus perfectus, & consumatus. Hinc est, quod pœna, quæ imponitur
80 ipso iure, vel ipso facto, nunquam imponitur pro actu imperfecto, sed pro consumato; licet per conantem non steterit. Ioann. Andr. in d. c. perpetua. de elect. in sexto Immò dicitur, quod delicto attentato, & non consumato, etiamsi prætendatur, de-
81 uentum fuisse ad actum facti, ex quo nullus fuit subsecutus effectus, Reo nec tortura, nec vlla alia pœna corporalis potest imponi; etiamsi simus in atrocissimis. Gram. decis. 74. Ioseph. Ludouis. decis.
82 lucen. 15. n. 30. vbi attestatur de communi. Ratio est, quia quando delictum non perficitur, quia quia non vult, aut non potest, cessat pœna. l. qui falsa ff.
83 de fals. Et id, quia delictum non consumatum est inconsiderabile, & impunibile. Bal. & Alii l. quicunq. C. de seru. fugit. Et propterea derogatum est legibus loquentibus de delictis puniendis; quia
84 hodie de totius Italiæ consuetudine non fit delicti punitio non consumati, non perfecti, non præfiniti. Angel. & Castren. l. 1. ff. quod quisq. iur. Afflict. decis. 21. Gram. decis. 21. n 8. 9. 13. & 16. quamuis secundum aliquos DD. delictum attentatum effectu non secuto mitiorem exigat pœnam Spec. tit. de accusatore. §. 1. vers. quod si primò actum fuerit. Bart. l. 1. §. Diuus. ff. de sycar. Bal. c. vlt col. 2. de consuet. vbi dicit hanc consuetudinem esse æquā, & naturalem: AEquitas. n. dictat, propositum pro actu imperfecto mitius puniri, quam cum actu perfecto. l. si fugitiui. C. de seru. fugit. Idem tenet Angel. l. 1. §. fuit iniuria. ff. de var. crim. Ego autem dico, quod id de consuetudine non seruatur; quia requiritur, v.g. quod quis moriatur, vt dicatur homici-

micidium perfectè consumatum. Vnde exonerans
85 v.g. Archibusium animo occidendi, non secuta morte pœna mortis puniri non debet, quamuis grauiter castigari possit. Clar. q. 92. vers. scias ta-
86 men. Non valet, si dicatur, pœnam exonerantis
87 Archibusium in aliquem esse arbitrariam, & ideò posse Iudicem extendere arbitrium ad mortem naturalem. Ad tradit. per Glos. in §. in summa. In-
88 stit. tit. de iniur. quoniam arbitrium non se extendit ad pœnam vltimi supplicij; ideò opinio Glosæ non est vera, immò communiter reprobata. Afflict decis. 276. post num. 6. Gram. cons. 48. n. 9. Boer. decis. 317. n. 3. Et horum præstantissimorum Virorum opinio est tuta, & mitior, & in iudicando ab ipsa non est recedendum. Dixit Clar. q. 83. vers. sed quæro, quando pœna. Vbi citat infinitos dictū Glosæ reprobantes. Et dato, & non concesso quod Glosæ opinio esset vera, procederet, quando qualitas delicti, & circumstantiarum esset talis, quod de iure communi, vel consuetudine pro eo delicto pœna mortis naturalis veniret imponenda, alias secus. Alex. communem dicens vers. 121. in fin. n. 7. Aym. cons. 214. seù 224. post num. 2. Clar. q. 87. vers. sed quæro, quando pœna est à lege. Quarè dicitur, quod de iure communi propter exonera-
89 tionem archibusij, non tamen morte secuta, pœna mortis non sit impòsita exonerantibus archibusia, nec ex consuetudine talis pœna imponatur, sequi-
90 tur inquisitum a pœna mortis esse tutum: Et hoc præcipue est dicendum, quod in enormissimis delictis quis non punitur pœna ordinaria, nisi delicto consumato, perfecto, & præfinito, prout dicitur de eo, qui falsam monetam cudit, sed eam non formauit; vltimo supplicio non subiicitur. l. qui falsam. Et ibi Hyppol. col. 2. C. ad l. Cornel. de fals.
91 Et quod delictum fuerit consumatum, perfectum, & præfinitum a Fisco probari debet per duos testes contestes de loco, & tempore omni exceptione ma-
92 iores. Ratio est, quia v.g. Actus obsceni constare debent; ac etiam illa tam violenta præsumptio, nē-
93 pè quod Vir fuerit repertus cum muliere. Ità DD. & Paris. de Put. tract. de scyndic. in verb. Officialis offensa c. 1. sub n. 2. seq. Foller. in pract. in verb. capiat informationem. n. 13. Mascard. de probat. conclus. 1377. in verb. Stuprum. lib. 3. Et sic non potest transmitti inquisitio, quando non constat, &
94 maximè quando Mulier non exhibuit linterulam, seù camisiam sanguinolentam, vel deturpatam, quod est corpus delicti; quia querela præsumitur calum-
95 niosa. Ità pariter Bal. cons. 37. lib. 1. Et ideò di-
96 cendum videtur, quod quando delictum non fuit perfectè consumatum, à pœna ordinaria recedendum est. Ioan. Andr. in c. in pœnis. de reg. iur. in
97 sexto Ratio est, quia iura, quando pœnam imponunt ratione delicti, sæpè sæpius loquitur per verba præteriti temporis perfecti ad denotandum, quod pœna requirit perfectionem actus. l. 1. in princ. ad l. Cornel. de Sycar. Hyppol. cons. 106. n. 26. Bal. cons. 444. n. 2. vol. 3. alias sequeretur, quod legitima esset comparatio de actu perfecto ad imperfe-
98 ctum, quod haud dicendum est. Et quando pœna pecuniaria venit imponenda, non potest infligi tortura, Clar. q. 64. vers. præterea debet Bursatt. cons. 168. nū. 34. vol. 4. Etiam quod extarent inditia, Gomez. variar. resolut. tom. 3. c. 13. de tortura Reorum n. 2. vbi testatur de communi Vulpell. cons. 24. n. 13. & cons. 95. n. 17. Cartar. in pract. Reorum examinandorum lib. 4. c. 1. n. 17. seq. Peguer. decis. 16. per totam. Boss. tit. de inditin. 91. Ratio
99 est, quia absurdum est, quod ordinatum ad vnum finem non reguletur iuxta naturam illius finis, contra Text. in l. Et si non sint. §. perueniamus. ff. de aur. & argent. legat. Crauett. cons. 337. nu. 10. &
100 12. Item requiritur, quod per d. testem oriatur delicti probatio ab aliquo non offuscata, neq. elisa. Alex. cons. 89. n. 9. vol. 3. Proh. in c. cum quis de sent. excomm. in sexto n. 7. Mantua. cons. 251. n. 15. Et licet per aliquos Iudices dicatur, quod ad torturam sufficit inditium; tamen aberrare mihi videntur; quoniam secus est; nam (vt superius dictū
101 est) quando DD. loquuntur de inditio ad torturam sufficienti, illud semper intelligunt de semiplena probatione ex dicto vnius testis fide digni, ac omni exceptione maioris emanata, & non de mi-
102 nus quam semiplena. Vt egregiè declarat Soc. Iun. cons. 39. vol. 2. nu. 57. Ratio est, quia verè inditia non pro probatione, sed pro quadam probationis specie habentur (vt superius dictum est) Calep. de Calep. cons. 52. n. 33. seq. diuers. lib. 1.
103 Et d. semiplena probatio nullo modo potest oriri ab inditiis, præsumptionibus, &c. Sed à teste, idest ab homine fide digno deponente per visum, vel alium sensum corporeum proprium, non alienum, aliquod delictum fuisse commissum. l. qui vltimò in fin. ff. de pœn. Farinac. q. 37. nu. 58. & q. 56. nu. 21. Dec. cons. 189. col. 1. seq. Menoch. de præsumpt. q. 89. n. 7. Franc. Cason. tract. de indit. in suis q.q. c. 6. Rubr. de non torquendo Reum per
104 inditia, nisi legitimè probata. nu. 8. Ratio est, quia inditium semiplenum secundum Bal. in l. ea quidem nu. 4. de accus. est præsumptio causata ex dicto boni viri, quæ fortiter mouet animum Iudicis ad aliquid credendum, seù discredendum. Et d. Bal. sequuntur omnes Criminalistæ. Ideò, vt menti teneatur ab omnibus, iterum dicitur, quod ad faciendam semiplenam probationem, quæ sola suf-
105 ficit ad torturam, de necessitate præcisa requiritur dictum, seù depositio testis omni exceptione maioris, & non sufficiunt inditia, præsumptiones, &c. Menoch. & Cason. vbi supra. Immò etiam requiritur, quod alia concurrant adminicula, alias fa-
106 ciunt inditium tantum. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortu. nu. 6. non autem semiplenam probationem. Clar. §. fin. q. 62. in princ. quinimò
107 dicitur, quod ad infligendam torturam nec etiam sufficit semiplena probatio orta à d. teste, quamuis de visu: Ratio est, quia (vt dictum est) oculus, & manus sæpè falluntur. c. Nec aliqua. 27. q. 1. Franch. March.

Match. decis. 678. quem refert Baiard. ad clar. q.
108 4. n. 7. Vndè vt d. semiplena probatio faciat in-
ditium ad torturam, requiritur, quod sit confirma-
ta aliis adminiculis; quia secundum Bal. in d. l. ea
quidem nu. 4. de accus. cum d. semiplena probatio
sit solum præsumptio, quæ fortiter mouet animum
Iudicis, requiritur plusquam semiplena. Vt latè per
109 Boet. post multos decis. 85. nu. 4. Et plusquam
semiplena probatio est, quando, vt dictū est, duæ ad-
sunt testes, vnus integer, alter non, vel alia adsunt
adminicula, vel inditia cum vno teste idoneo Boet.
d. decis. Ioseph. Ludouis. decis. 100. nu. 100. seq.
110 Nec ab re videri debet, quoniam inditium dup-
plex est, nempè semiplenum, & dubitatum, & istud
dirigit Iudicem ad viam quæstionis habendæ cum
aliis tamen adminiculis. Aliud est plenum, & indu-
bitatum, & istud dirigit Iudicem in viam condem-
nationis. Ex primo quis nunquam damnatur. l. ab-
sentem in princ. ff. de pœn. quia sanctius est impu-
nitum facinus Nocentis relinquere, quam innocen-
tes condemnare. Vt ibi dicit text. Ex secundo verò
quis potest, & debet condemnari. Vt l. si quis. C.
de adult. & l. fin. C. de probat. Et habetur in l. li-
cet Imperator. ff. de legat. primo quibus sic stanti-
bus dicitur, quod sicut ad condemnandum proba-
tiones debent esse luce meridiana clariores; ità eti-
am debent esse inditia ad torquendum emanata ta-
men super facto consumato ad depositiones testium
idoneorum, & non super inditiis, præsumptioni-
bus, &c.

Cæterum dato, & nullo, ac etiam nullo modo
concesso, quod secundum plurium DD. opinionem
inditia ad torturam sufficiant; tamen quilibet bo-
nus, & christianus Iudex animaduertere debet, quod
111 vt sufficiant non solum singula ex dicto vnius te-
stis omni exceptione maioris necessariò emanare
debent; Sed etiam opus est, vt infrascripta omnia
112 contineant: Nempè quod noua non superueni-
ant inditia; nam si superueniant, & non sint euiden-
tiora, & fortiora primis, Reo non potest infligi tor-
113 tura; quia quando testes non inducunt nouum in-
ditium, sed nouam veteris inditii probationem, ad
torturam maximè repetendam non sufficiunt, quia
114 non repetitur ex dictis eorundem testium. Et no-
ua inditia debent esse maiora, & vrgentiora illis, quę
alias debent regulariter sufficere ad Reum torquen-
dum. Clar. q. 64. vers. Vltimò notandum est pro-
pè fin. Vbi de communi testatur: Nec etiam repe-
titur d. tortura ex superuenientibus, & succedenti-
115 bus inditiis, quando testes variant à præcedenti-
bus dictis, & circa diem. Boss. tit. de tortu. nu. 47.
116 Item quod dicta inditia non sint leuia; quoniam
ob leuia, obliqua, & remota torqueri quis minimè
potest. Glos. in l. fin. in verb. vel inditiis. C. famil.
hercisc. quam sequuntur omnes l. fin. C. de quæst.
Corrad. in pract. tit. de negat. crim. & torment. c.
116 1. n. 8. Bal cons. 515. vol. vlt. ad fin. Item quod
dicta inditia antecedant, antequam infligatur tor-
tura l. milites. vers. oportet. C. de quæst. Boss. tit.
de indit. & considerat. ante tortu. n. 1. & 22. Item
117 quod sint benè probata. Mars. in pract. crim. §.
diligenter, & in l. fin. n. 7. ff. de quæst. Clar. §. fin.
q. 22. director. inquisit. 3. par. pag. mihi 593.
comm. 110. Nec sufficit vnicus testis; qui facit so-
117 lum quale quale inditium. Boss. tit. de indit. &
117 considerat. ante tortu. n. 19. Item quod sint plu-
ra. Boss. tit. de tortu. test. n. 1. Mars. in l. pen. ff. de
quæst. quoniam inditium vnum non sufficit ad tor-
turam. Bart. cons. 136. nu. 1. vol. 3. Marc. Anton.
Eugen cons. 27. nu. 20. vbi testatur de communi
Bursatt. cons. 336. nu. 1. vol. 3. nec dissentit Alex.
cons. 77. nu. 12. lib. 3. quod requiritur etiam in
crimine hæresis. Director. Inquisit. 3 par. pag. mi-
118 hi 592. comm. 110. Item quod sint à iure appro-
bata, vel saltem communi voto à magnis DD. re-
cepta; cùm ex aliis inditiis, inter quæ leuia, remo-
ta, obliqua, & à teste non emanata compræhen-
duntur, tortura nemini possit infligi. Director Inqui-
sit. 3. par. pag. mihi 593. comm. 110. Et id proce-
dit etiam in delicto atrocissimo, occulto, & diffici-
lis probationis Boss. tit. de indit. n. 117. post Bart.
quem allegat Rolan. cons. 12. n 89. lib. 3. Hyppol.
Riminal. cons. 88. nu. 52. lib 1. & cons. 361. nu.
32. seq. lib. 3. Osasc. decis. Pedamon. 79. nu. 55.
119 Vbi quod debent esse talia, vt delictum vix de-
negari possit Foller. in pract crim. in verb. quod
suffocauit vxorem nu. 56. Et probari debent per te-
120 stem idoneum, ac omni exceptione maiorem
alias non sufficiunt, Farinac. de indit. q. 37. nu. 32.
Verum illud per Iudicem est aduertendum, quod
121 vbi hinc indè, nempè inter Curiam, & Reum
militant inditia, præsumptiones, &c. cessat quæstio.
Mars. in pract. §. diligenter n. 190. maximè quan-
122 do Reus habet aliquod inditium pro se. Alex.
cons. 180. vol. 2. nu. 8. seq. quoniam stante aliquo
inditio quod contradicit intentioni Curię, Reus
123 torqueri minimè potest. Boer. dec. 165. in fin.
Vbi quod pluries ità fuit iudicatum. Et vnum indi-
tium pro Reo tollit omnia inditia, ex quibus Reus
torqueri potest. Ias. in l. fin. in fin. C. commun. de-
124 legat. Et signanter vbi pro Reo extant inditia
animi, cessāt præsumptiones, quæ inducunt crimen.
125 Bal. cons. 425. lib. 5. Et animi inditium dicitur
v.g. quando Reus spontè in carceribus se constituit;
nam denotat, Reum non habuisse animum ad cri-
men, nec illud commisisse: Apparentibus igitur
hinc inde inditiis, & probationibus Fisci, & Rei
Curiæ intentio confunditur, & est locus absolutioni
126 Rei, quia vnū inditium tollit aliud, & illud cōfun-
dit l. Diuus. & ibi Bart. ff. de in integr. restit. Et vna
præsumptio pellit aliam c. accedens. de crim. fals.
127 Et probationes Rei, quando sunt verisimiliores,
ac verè proximiores, vt facile ex illorum discursu
comprætenditur, præualere debent. Ruyn. tract. de
indit. n. 7. q. principali n. 11. Paris. cons. 153. vol.
128 4. nu. 33. Immò præsumptiones plures Rei vin-
cunt pauciores Fisci. c. Illud. de præsumpt. Alex.
129 cons. 88. vol. 7. Bello. cons. 10. n. 4. Et quando
sunt

sunt potentiores, superant contrarias debiliores. Soc. Iun. consf.36. num.7. vol.2. Et maximè quando præsumptiones Fisci sunt fundatæ super non verisimili,& pugnant contra naturam, tollunt omnem opinionem delicti. Ità Bal.in l.cum qui,C.de Epilc.
130 & Cler. Quinimò in conflictu probationum hinc inde, etsi discerni non possit, quæ sint potentiores, dicitur quod tunc præsumendum est pro Reo. Ale-
131 xand. consf.24. vol.2. num.28. Et si illæ sunt pares tunc inuicem se confundunt, & quæ sunt pro Reo attenduntur. Brun. tract. de indit. & tortur. quæst. 8. principali num. 11. Alex. consf. 30. vol. 7.
132 num. 1. Et inter præsumptiones illæ attenduntur, quæ tendunt ad exclusionem delicti. Fulgos. consf. 198. col. 2. Gram. consf. ciuil. 59. Ioan. de Amic. consf.53. num.7. Sicque clarè apparet, quod vt possit infligi tortura, non sufficiunt inditia, præsumptiones &c. quia (vt dictum est) de facti veritate, idest de certitudine delicti commissi liquidè constare debet per probationes, idest per testes omni exceptione maiores. Ariminen. in addit. ad Angel. de malef. in verb. Et fama publica, num. 108. in fin. Non autem per præsumptiones, coniecturas, suspiciones, imaginationes &c. Bal. consf. 78.
133 vol. 3. Immò nec etiam per inditia indubitata, & vrgentissima, quamuis nullam habeant difficultatem, quin delictum fuerit commissum: Ratio est, quia nullum inditium est adeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrarium. Boer. de-
134 cis. 165. num. 1. Ideò iure optimo dd. inditia ad torturam non sufficiunt,& eo magis quando ipsa, & eorum singulæ circumstantiæ non sunt plenè proba-
135 tæ per duos testes legales, idoneos, atque de loco, & tempore contestes. Afflict. c. 1. §. sacramenta, de consuet. rec. feu. Gomez. tit. de delict. c.13. num. 18. seq. Bart. & cæteri in l. vlt. ff. de quæst. Gratt. consf.59. num. 34. vol. 2. Hyppol. in pract. §. diligenter, Glos. communiter approbata, & Bart. ff. de quæst. & l. vlt. in verb. vel inditiis, C. famil. hærcisc. Ità etiam voluit Innoc. c. sicut, de Simon. Vbi dicit, quod etiam leuia inditia debent plenè probari per duos testes idoneos. Ità refert Bal. in d. l. fin. C. famil. hærcisc. Brun. tract. de indit. & tortur. quæst. 1. par. 1. Simanc. Enchirid. de torment. tit. 52. num. 6. Clar. q. 22. in princ. Vbi quod ista opinio non solum est communis, sed quod nullam habet difficultatem, & contradictionem. Blanc. de indit. num.205. Carrer. quos allegat Bertazz. consf. 559. Ioseph Ludouis. in suis commun. opin. conclus. 45. vers. inditium autem remotum. Honded. consf.87 num. 120. vol.2. vbi de communi. Natt. consf.6. num.7.& consf.42. num.6. Vbi attestatur de communi. Item quod tam dd. inditia,
136 etiam indubitata, quam præsumptiones etiam vrgentissimæ crimen tangant, Glos. in c. 1. de confess. ob illam dictionem, Aliæ, quæ est relatiua, & repræsentatiua eiusdem qualitatis. Glos. in l. quidam Relegatus, in verb. Amicis, ff. de rebus
136 dub. Et tunc dicuntur crimen tangere, quando fuerunt emanatæ super delicto, & non super indi-
137 tio ad delictum. Nec non etiam opus est, quod omninò verisimile sit, delictum fuisse commissum ab illo, contra quem inquiritur. Angel. l. conditionaliter, C. de quæst. Vbi dicit esse notandum à criminalistis,quem refert,& sequitur Veronen. consf.
138 39 n.38. Sed quia nec inditia,nec præsumptiones &c.tangunt crimen,& maximè remotæ,sed solum illæ,quę oriuntur ab vnico teste omni exceptione maiori deponente super facto consumato, non autem
139 attentato: Vnde inditium, seu pręsumptio &c. nullo modo est, nec dici potest delicti probatio,quæ requiritur ad torquendum; sed est tantum signum alicuius maleficii ad veritatem habendam (vt superius dictum est) Gand. tract. malef. sub rubr. de præsumpt. & indit. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de probat. §. fin. in verb. item per inditia. Item
140 quod dd. inditia proueniant ab vnico teste fide digno, ac omni exceptione maiori, qui solus cum aliquibus aliis inditiis, seu adminiculis semiplenam facit delicti probationē ad torturam sufficientem; non autem inditia etiam indubitata, & vrgentissima, quando non oricentur ex depositione dicti testis. Clar. §. fin. q. 62. in princ. l. qui vltimò in fin.ff.de pœn. Farinac. q. 37. n. 58. Et. q. 56. nu. 121.Dec. consf. 189. vol. 1. seq. Qua quidem ex re omninò sciat Iudex, quod quando inditia, præsumptiones,
140 &c. non fuerunt emanatè à d. Teste Reus solumodò inquiri, aut capturari, vel ad pœnam pecuniariam damnari potest. Immò dicitur, quod vt ipse ad d. inquisitionem, aut capturam, seu pœnam pecuniariam deueuire valeat, infrascripta omnia
141 seruare debet. Primò quod singula inditia plenè probentur per duos testes contestes de loco, & tempore idoneos, ac fide dignos. Ità refert Bal. & Glos. in l. fin. C. famil. hæreisc. Afflict. c. 1. §. Sacramenta, de consuet. rec. feud. Gomez. tit. de delict. c.13. nu.18. seq. Bart. & cæteri, in l. vlt. ff. de quęst. Gram.consf.59.nu.34.vol.2. Hyppol.in pract. §.diligenter, Glos. communiter approbata, & Bart. in d.l.fin. ff.de quæst. & in l.vlt. in verb. vel inditiis, C. famil. hercisc. Ità etiam voluit Innoc. in c. sicut, de Simon. Clar. q. 22. in princ. Vbi quod ista non solum est communis, sed etiam quod nullam habet difficultatem,& controuersiā. Blanc.de indit.n.206. Natt.consf.6. nu.7. & consf.42. nu. 6. vbi de comm. Bertaz.consf.559. Brun. tract.de indit.& tortur. q.1. primę par. Glos.quę reputatur singularis,in l. fin. ff. de quęst. Ità pariter voluit Innoc. vbi supra. Verum captura non debet fieri de aliquo, nisi eius fama alibi læsa sit. De accusat. c. cum oporteat. Immò requiritur, quod fiat contra præsentes. eod. tit. c. illa prepositorum. Immò non debet fieri non prędente diffamatione, aliàs potest appellari.Glos.in c.1. de accus. lib.6. Immò non debet fieri captura, nisi ad veritatem facti deueniatur, & diligenter circumstantiæ inquirantur. 23. quęst. 8. occidi

D Et illud

Et illud est omninò aduertendum, quod Indici magis est necessaria leuis delicti inquisitio, quam atrox
142 punitio. 23. q. 5. cap. 1. in fin. Secundò quod dd. indicia fint ità verisimilia, & probabilia, vt cadat in consideratione intellectus omnibus sapientibus, quod sola Rei confessio deesse videatur. Alex. conf. 133. vol. 7. nu. 11. seq. Ioan. de Amic. conf. 137. nu. 12.
143 Tertiò quod pro parte Fisci non prætendatur, dd. indicia non fuisse sufficienter purgata: Aliàs Reus nec torqueri, nec pœna criminis ordinaria damnari potest, sed solum pecuniaria, vel alia non corporali; Etiamsi dd. indicia essent vrgentissima, & indubitata; Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de probat. §. videndum, Gand. tract. malef. tit. de præsumpt. & indit. num. 1. & 9. Vbi quod omnes DD. tempore suo ità tenuerunt. Refert, & sequitur Castrens. conf. 197. col. vlt. Cœpoll. conf. 32. nu. 20.
144 Quartò quod indicia sint perfecta in genere suo; nam quando sunt plura, & imperfecta, non iunguntur ad faciendum vnum inditium ad torturam. Ità Brunor. in suo vnico conf. nu. 79. vers. vltimo obiectum. Mars. conf. 20. nu. 47. Non facit, si per Fi-
145 scum dicatur, quod possunt iungi; quia secus est; cum iungantur solum, quando sunt perfecta. Alex. conf. 13. nu. 19. vers. & ideò, lib. 1. & conf. 180. n. 6. lib. 10. & conf. 24. vol. 2. col. 14. & in aliis conf. infinitis relatis per Caball. casu 200. nu. 139. Immò quamuis essent mille imperfecta, non possunt vnum inditium perfectum facere. Hyppol. conf. 50. n. 48. conf. 88. nu. 22. post alios, quos allegat. Ratio est,
146 quia ex pluribus imperfectis non potest vnum perfectum resultare (vt dictum est) l. 1. C. minor. tutel. Galeotr. Maluaticen. conf. 110. nu. 10. lib. 1. conf.
147 crim. Gabriel. conclus. 147. in princ. Ias. in l. admonendi, nu. 253. ff. de iureiur. Thesaur. decis. 53. nu. 11. Laurent. ab Oua conf. 60. nu. 64. lib. 2. conf. crim. diuers. Natt. conf. 298. nu. 10. lib. 2. & id quāuis per duos testes probata. Hyppol. conf. 118. nu. 18. lib. 1. Bal. in l si quis ex argentariis, ff. de eden. Quintò quod dd. indicia non sint à crimine remota;
148 nam quando sunt à crimine remota, nullo modo ad torturam sufficiunt. Bal. conf. 115. nu. 2. vol. 5. Glos. in d. l. fin. C. famil. hercisc. Bertazz. conf. 60. vbi de communi. Gram. conf. 3. Osasc. decis. Pedamon. 79. nu. 55. Bursatt. communem dicens conf. 29. nu. 43. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortur. num. 17. DD. & omnes in l. fin. ff. de quæst. Gand. de malef. tit. de quæst. vers. sed quæro finaliter. Et ità tenet Apostill. ad Angel. de malef. vers. fama publica, & vers. quæro, si reperiatur. Paris. Put. de Scyndic. Constit. Prouinc. March. G. A. nu. 79. fol. 243. Ioseph Ludouis. in suis commun. opin. conclus. 45. vers. inditium autem remotum. Vbi quod
149 vnus testis, quamuis omni exceptione maior non probat inditium remotum. Mars. §. plurium, nu. 93. Directot. Inquisit. ibidem pag. mihi 594. comm. 110. Immò quamuis sit plenè probatum, non sufficit ad torturam. Gramm. vot. 6. col. pen. Boer. decis. 163. col. fin. Ratio est; quia delictum probari debet per duos testes; quoniam inditium, & præsumptio, coniectura non currunt, quando de-
150 lictum consistit in facto; quia facta non præsumuntur, sed probanda sunt per dictos duos testes.
151 l. in bello, §. facta, ff. de capt. Et Iudices id semper menti tenere debent, quod non inditia remota, quamuis mille, nec etiam quæuis alia etiam indubitata, & vrgentissima, sed solumodò testes omni exceptione maiores, idonei, legales, inconfutabiles, fide digni, ac omni exceptione maiores ad torturam sufficiunt; qui tamen deponant directè super maleficio, & non super inditio ad maleficium (vt dictum est) Bald. d. conf. 515. num. 2. vol. 5. Glos. in dicta l. fin. C. famil. hercisc. Bertazz. conf. 60. vbi de communi. Gram. conf. 3. decis. Pedamon. 79. nu. 55.

Inditia remota sunt infrascripta.

PERIVRIVM in Inquisito, odium, auxilium, pallor, paupertas, pecunia, expensæ factæ vltra solitum, periti iudicium, pollutio extra vas naturale, postribulum, præludia, seù præparatoria ad coitum, vel ad amorem, præsumptio, coniectura, proditio, pudor, inditium, receptatio alicuius in domo, recognitio hominis ad vocem, assistentia in rixa, fama mala, famis necessitas, familiaritas, phisionomia mala, formido, fuga, gaudium de malo alterius, prægnantia mulieris, iactantia, improperatio, seù improperium, opprobrium, imputatio delicti, inflammatio in natura puellæ, ingressus in domum alterius; inimicitia, iniuria, inopia, insidiæ, instigatio, iocus, ira, lamentatio, lis, litteræ amatoriæ, transactio, transitus per aliquem locum, vacillatio, variatio in Reo, venditio rerum derobatarum, venenum, seù arma existentia in domo, verba iniuriosa, seù minatoria, verecundia, vestium similitudo, vicinitas, vindicta, vita mala, verba blanda, & lasciuia, dicta Amasiæ, absentia, seù discessus à patria, affectus, accessus ad mulieres impudicas, acclamatio, seù vociferatio propter aduentum furis, accusatio, seù querela data, admonitio facta à Superiore, vel ab amico, adunantia hominum, sollicitatio ad malum, consilium, consuetudo, seù practica; conuicia, correctio, criminis inculpatio, osculum, seù deosculatio, deuiatio mulieris, non causa discessus, diffamatio, dona, seù munera, dormitio, emptio alicuius rei, euaginatio ensis, falsa moneta reperta apud aliquem, affinitas, seù consanguinitas cum delinquente, allocutio secreta facta ad aures, altercatio facta cum aliquo, colloquium, seù Amor cū muliere, amicitia cum delinquente, amplexus mulieris, apertura domus ostii, seù capsæ, armorū delatio, armata facta in cāpanea tribus non cōcurrentibus, locus indecēs, male-

maledicentia, mammillarum tactus, mendacium in Reo, mendicitas, metus, minæ, molestia, mutatio nominis, necessitas, obliuio, obstetricis dictum, occultatio rei, assistentia in delicto, associatio in delicto, associatio delinquentis, attentatum, cadauer repertum iuxta domum alicuius, carceratio, choreæ, cohabitatio cum delinquente, clamor mulieris, condemnatio de aliquo delicto, conditio mala personæ, conquestus de aliquo damno, salutationes, seu colloquium non factum secundum solitum, scissio vestium, sermo incertus, seruitus, societas, solus cum sola, terror, timor, titubatio, tractatus simplex tribus non concurrentibus. Et similia &c.

Et nemini mirum esse debet, si dicatur, quod ad torturam infligendam non sufficiunt inditia remota, quia (vt superius dictum est) nec etiam sufficiunt indubitata, vrgentissima, facto proxima, & in facto intrinseca: Nec ab re videri debet, quia etiam in quauis coppula carnali, nempè fornicatione, adulterio, stupro, incestu &c. etiam illa tam violenta præsumptio; solus cum sola, nudus cum nuda, ac etiam omnes actus obsceni constare debent non per dd. inditia, præsumptiones &c. sed per duos
153 testes contestes de loco, & tempore idoneos, ac omni exceptione maiores, qui deponant super actu consumato, ac perfectè præfinito dictę coppulæ carnalis. Adden. ad Bart. in l. capite quinto, num.2. Nota ergò, ff. de adult. Mattheus singul. num.119. Corn. cons. 19. in fin. lib. 4. Aym. cons. 205. num.20. seq. Mascard. de probat. conclus. 59. num.10. & 20. lib. 1. Farinac. cons. 80 num. 16. & 52. vbi allegat Glos. in cap. veniens, el primo, vbi Abb. num. 4. & Dec. num. 8. de test. Alciat. cons. 2. num. 41. tom. 1. lib. 1. Natt. cons. 299. num. 19. in fin. vers. quia respondet, lib. 2. Et Rot. in illa Firman. Cappellaniæ die 7. Maii 1572. vers. effectuatio non obstat coram Sanctissimo D. N. Clemente Octauo tunc Rotæ auditore. Et in vna Tollen. Parochialis die 28. Maii 1593. coram R. P. D. Seraphino. Et in alia Clausitana confidentiæ die 25. Iunii 1593. coram R. P. D. Pamphilio. Cæterum quando adest confessio Rei in dicta coppula carna-
154 li, & in quibusuis aliis delictis, quorum post factum nulla remanent vestigia, prout est insultus, percussio facta cum manu vacua, adulterium, seu alia fornicatio &c. dicta sola confessio non sufficit ad torquendum, seu condemnandum, nisi confessatum delictum, seu carnalis coppula verificetur saltim ex legitimis inditiis, præsumptionibus &c. scripserunt Boss. tit. de delict. num. 19. & 23. in fin. Vbi generaliter loquitur in omni casu damnabili. Plot. cons. crim. diuers. 1321 num. 22. lib. 1. Vbi in terminis loquitur in stupro commisso in puerum. Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem,
155 num. 2. Vbi in specie loquitur in crimine sodomiæ. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 830. nu. 7.
156 Additur etiam, quod coppula carnalis non probatur inditiis, præsumptionibus, præambulis &c. in impubere, nec quia quis visus fuerit supra fœminam.
157 Boss. tit. de delict. nu. 27. Et in d. coppula carnali quando reus fatetur non de perfectione actus carnalis, sed de pollutione extra vas naturale, seu claustra pudoris non ordinaria, sed extraordinaria pœna puniri debet citra mortem, vt dicit Afflict. in Constit. Regni legum asperitate, sub rubr. 42. de adult. & lenoc. col. fin. habetur per Clar. in §. sodomia, vers. quæro nunquid, cum simil. DD. dicunt,
158 quod quando in coppula carnali semen, seu pollutio non fuit immissa intra vas mulieris, vel intra anum pueri subagitati, non intrat pœna ordinaria, sed extraordinaria, cum fiat solumodo attentatio. Clar. d. §. sodomia, in fin. Soc. Inn. cons. 7. num. 1. vol. 3. quod refert, & sequitur Menoch. de arbitrar.
159 iud. casu 286. nu. 18. Et qualitas aggrauans delictum (vt dictum est) constare debet in actis. Angel. in l. 1. §. si quis neget, ff. quemadmod. testam. aper. Veronen. cons. 58. cum aliis adductis per
160 Marf. cons. 87. Verum quando Reus dicit, quod nō immisit membrū, seu semen intra pudenda, sed solum delectationis causa extra vas delictum attentauit, non punitur, prout dicitur in furto, quod
161 non dicitur commissum, quando quis accepit bona animo restituendi valorem. Alex. cons. 135. col. 2. vol. 1. Marf. in pract. §. constante, num. 36. seq. & cons. 58. num. 17. Nam præsumitur quis, potius animo satisfaciendi, quam furandi accepisse. Marf. cons. 21. num. 14. & cons. 35. nu. 9. & cons. 40. per totum. Et id maximè procedit, quando nulla violentia, vel fractura interuenit. Alex. d. cons. 35. Nec dissentit Petr. Calefact. cons. 106. nu. 3. diuers. lib. 1. Veronen. cons. 26. in secundo dub. Et quod Reus huiusmodi animo; nempè delectationis causa dictum actum carnalem fecerit, ipsius iuramento
162 est standum; prout in dicto furto est standum iuramento furis, nempè quod animo restituendi bona adduxerit. Vt per Glos. in cap. significasti, de homic. & ibi Felyn. num. 2. cum aliis adductis per
163 Mascard. de probat. conclus. 94. n. 5. Idq; maximè est credendum, quando inquisitus in tortura dixit. Alber. in l. edictum, nu. 9. C. de quæst.

Tamen ad hoc propositum Iudex illud scire debet, quod quādo agitur de delictis carnis nec infrascripta
164 sufficiunt. Primò, inquam, non sufficiunt inditia, præsumptiones, præparatoria, præludia, &c. Secundò
165 Non sufficiunt testes singulares. Scripserunt Gratt. cons. 50. n. 10. vol. 2. Ioan. de Amic. in cons. 127. n. 6. Clar. q. 53. vers. dixit tamen. Nec dissentiunt Io. Andr. in c. ve officium, §. heret. lib. 6. Alex. cons. 147. col. vlt. vol. 2. Alber. in l. turpia, de legat. primo. Tertiò non
166 sufficit dictum puellæ stupratę, seu mulieris carnaliter cognitę, quamuis in tortura confirmatū, & maximè quando adest longum silentium in querelādo, & non fuerunt exhibitę linteulæ sanguinolentæ, seu camisia, quę sunt corpus delicti, ideò præsumitur querela calumniosa, vt per Bald. cons. 37. lib. 1.
167 Quartò nō sufficit dictū puellę, quādo nō probatur aliqua vis illata, & maximè puellæ doli capacis, quia

tunc cessat præsumptio violentiæ; cum dicta vis pro-
168 banda sit pro parte puellæ stupratæ; quod dicitur
etiam de muliere, quando dicit se carnaliter co-
gnitam. Ità scripserunt Boss. tit. de coitu damna-
to, & punib. num.68. Per Caball. casu 30. num.9.
169 Ratio est, quia in criminalibus dictæ Puellæ non
creditur, nec etiam d. mulieri, quando dicit se car-
naliter cognitam. Rossell. cons. 12. per totum, di.
170 uers. lib.2. Quintò Non creditur, quando Puella
est vilis conditionis, maximè quando vadit causa
victus v. g. ad vindemias, vel ad alia opera serui-
lia cum aliis vilibus mulieribus, quia ob dictam eius
vilitatem datur solum actio iniuriarum, non autem
stupri, l. quæ adulterium, C. de adult. Paul. Ghir-
land. tract. de pœn. omn. coit. nu. 7. principali q.
num. 4. in 2. Fallent. Alex. cons. 13. num.6. vol.7.
171 Et vilitas in isto casu consideratur respectu puellæ
carnaliter cognitæ, non autem viri. Salyc. in l.cum
172 qui duas, num. 2. C. de adult. Vbi quod pœna
adulterii non procedit in stupratore Ancillæ. Sextò
173 non creditur puellæ, quia non potest esse testis in
causa propria, l. nullus, ff. de test. namque seque-
174 retur absurdum, quod d. Puella semper posset di-
cere, fui stuprata, ad hoc vt dotetur, vel in vxorem
175 accipiatur. Idq; eo magis, quando tractat de eius
inhonestate, & dedecore euitando. Alex. cons.86.
nu.9. vol.2. Ruyn. cons.153. nu. 12. vol.1. & cons.
176 105. nu.6. vol.4. Et idem quando ex sua deposi-
tione sperat consequi, aut accipit aliquod commo-
dum. Ruyn. d.cons.105. nu.6. per Text. in l.omni-
bus, C. de test. Nec facit, quod stuprata suum di-
ctum confirmauerit in tortura; quia tortura purgat
177 vnum tantumodò defectum, non autem plures.
Fab. Turrett. cons.15. nu.52. Vbi alios refert; quia
178 tunc quis non habetur pro examinato. Rolan.
cons.3. nu.49. lib.3. Riminal. Iun. cons.75. num.8.
179 lib.2. qui defectus simul iuncti prosternunt in to-
tum dictum stupratæ, vt post Crauett. & Mars. quos
allegat Menoch. cons.98. nu.15. vol.1. Septimò nõ
180 creditur puellæ, quia iuxta Text. in c. 1. & 2. de
adult. ad hoc vt stuprum credatur commissum, tria
concurrere debent, nempè stupratorem seduxisse
stupratam: Item stuprasse: Item stupratam fuisse vir-
ginem. Ità declarat Gratt. viden. cons. 43. nu. 31.
vers. his tamen non obstantibus, vol. 2. Et prædicta
sunt probanda aliunde, quam ex dicto stupratæ: Ra-
tio est, quia iura prædicta loquuntur, si seduxerit:
181 Dictio, si, denotat conditionem, & importat for-
182 mam; Et ideò qui se fundat in dd. iuribus, quali-
tates in eis requisitas probare debet. Gratt. d. cons.
43. nu.32. 35. Et quando ciuiliter agitur, licet for-
san staretur dicto stupratæ, quod erat virgo; tamen
183 quando agitur criminaliter, sibi in præiudicium
alterius non creditur. Franc. Rossell. cons. 12. per
184 totum, diuers. lib.2. Et ideò mulieri dicenti se
vim passam non creditur. Boer. decis.319. num.7.
vol. 2. Gratt. cons. 57. num. 28. lib. 2. Octauò
185 Non creditur, quia est socia criminis, & parti-
186 ceps criminis non parit inditium contra conso-
cium nominatum; quoniam de se confesso non
creditur contra alium, cap.1. de conf. ff. Et id pro-
cedit, etiamsi deposuisset in articulo mortis. Ro-
lan. cons.16. in fin. & cons. 173. vol. 1. Vbi quod
ità fuit iudicatum. Additur etiam, quod vltra di-
ctum socii criminis debent aliæ adesse præsumptio-
187 nes contra consocium nominatum, ad hoc, vt
torturæ subiiciatur. Glos. in cap.1. de confess. quæ
tangant crimen. Glos. in l. quidam relegatus, in
188 verb. amicis, ff. de reb. dub. Et dd. præsum-
ptiones intelligantur de semiplena probatione, quæ
189 non potest oriri nisi ad depositionem vnius testis
fide digni, ac omni exceptione maioris (vt supe-
190 rius dictum est) Nam sola nominatio socii cri-
minis facit inditium ad inquirendum, & non ad
tortura, secundum Bald. & Angel. in l. etsi certus,
ff. ad Syllan. Non obstat, si dicatur, quod socius
191 criminis admittitur in subsidium; quia id proce-
dit, quando sunt plures, & non sunt periuri. Ità
Bal. in l. quoniam liberi, C. de test. Butr. in cap.
tertio loco, de probat. Alex. cons. 64. lib. 1. Vbi
dicit, quod tunc non potest dici deponere in sub-
192 sidium. Et quando per DD. dicitur, quod vnus
socius criminis, vel plures, tam in ciuilibus, quam
in criminalibus admittuntur ad probandum, intel-
ligitur quoad præsumptionem tantum. Quod pro-
cedit etiam quando dicitur, quod iuuenis fuit re-
pertus cum virgine nuda, vel saltem vnus ipsorum
iuxta lectum, & solus cum sola in thalamo. Item
quando deponitur tactus mammillarum, & oscula-
tio. Item quando deponitur, quod iuuenis reper-
tus fuit in actibus venereis cum virgine, vel mulie-
re. Item quando deponitur, quod adest rumor, &
fama in vicinia. Item quando deponitur, quod
fuerunt reperta linteamina sanguine deturpata, vel
camisia; quoniam non huiusmodi inditia, præ-
sumptiones, coniecturæ &c. sed testes idonei, ac
omni exceptione maiores requiruntur ad proban-
dum. Soc. de reg. 425. in prima fallent. Farinac.
193 q. 43. lib. 115. Et quod socio criminis reperto
non credatur. Est Text. in l. quoniam liberi, C. de
quæst. ibi si socii, & participes criminis non dican-
194 tur. Et ibi præcipuè Salyc. num. C. de test. &
in c. personas, extra de test. & in c. veniens, ibi eo
quod ille, qui eodem met infectus crimine, inde
contra eum testificari non posse, nulli de se con-
195 fesso aduersus alium in eodem crimine fit creden-
dum. extra eodem. Et in c.1. de confess. ibi de rea-
tu proprio confitentis periculosa confessio non est
aduersus quemlibet admittenda. Et in c. nemini,
15. q. 2. Cuius verba sunt clara, dum ibi dicitur,
Nemini præterquam in crimine læsæ maiestatis de
se confesso credi potest super crimen alienũ; quo-
niam eius, atq; omnis Rei confessio periculosa est,
& admitti aduersus quemlibet non debet. Ità etiam
tenet Spec. tit. de test. §.1. vers. item quod est socius
criminis, n.37. Bal. cons.95. Regula lib.1. Farin. q.43
196 n.8. Et prædicta maximè procedunt, quãdo socius
criminis est infamis, criminosus, & plures patitur
defectus,

defectus, & exceptiones. Vt puta, quia est vilis, abiectus, pauper, luxor, & similis, quia tunc nec etiam in exceptis inditium facit ad torturam; immo nec etiam ad inquirendum, nec etiam in crimine læsæ maiestatis. Vide plura de socio criminis in discept. 8. num. 40. seqq. Nonò Non creditur puellæ, quia
197 deponit turpitudinem suam. cap. inter dilectos, de donat. Hyppol. in terminis sodomiæ, conf. 18. col. fin. Prout in simili nec mulieri creditur, dicen-
198 ti se ab aliquo fuisse carnaliter cognitam, quia est socia criminis. Alex. conf. 157. in princ. col. 5.
199 Decimò Non creditur puellæ, quia dicit se offensam, nam offenso nec ad inquirendum creditur. Clar. q. 7. vers. habes. Natt. conf. 47. conf.
200. 407. num. 6. Quod procedit, etiamsi offensus suum dictum confirmaret in tortura, l. 1. vbi Marf. ff. de quæst. Alex. conf. 174. col. 5. vol. 1. Ratio est, quia tortura purgat vnum tantummodò defectum, non autem plures, vt vilitatem puellæ, & delictum commissum. Fab. Turrett conf. 15. num. 52. Vbi alios refert; quoniam (vt dictum est) tunc quis non habetur pro examinato, Rolan. conf. 3. num. 49. lib. 3. Riminal. Iun. conf. 75. num. 8. lib. 2. Qui defectus simul iuncti prosternunt in totum dictum puellæ. Vt post Crauett. & Marf. quos allegat Menoch. conf. 89. num. 15. vol. 1. Vndecimò
201 Non creditur dictæ puellæ, quando adsunt testes, qui deponunt de nonnullis actibus obscenis ipsius. Ita in terminis scribit Parif. conf. 160. per totum, vol. 4. Duodecimò d. Puellæ non creditur, quando
202 testes dicunt vidisse ipsam in aliquo publico loco, & inhonesto cum prætenso Stupratore. Non valet, si per Fiscum dicatur, quod in casu deflorationis puellæ sunt attendendæ coniecturæ, quæ proueniunt ex dictis aliarum mulierum. Menoch. conf. 81. nu. 155. lib. 1. Immò nec etiam hominum; quia in probanda suppositione personæ non sufficiunt. Bal. conf. 21. col. 2. lib. 4. Ratio est, quia coniectura non intrat, seù non currit, in delictis, quę consistunt in facto, quia factum non præsumitur, nec coniecturatur, l. in bello, §. facta, ff. de capt.

DISCEPTATIO III.

De Præsumptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptiones etiam violenta in quibusuis casibus criminalibus, quamuis grauissimis, sufficiunt ad inquirendum tantum, idest ad assumendas informationes, seù ad capturam, & non ad reliqua.*
2 *Inditia etiam indubitata, & vehementissima non sufficiunt ad torturam.*
3 *Delictum, vt puniri possit consumationem actus requirit.*
3 *Præsumptionibus*) *Non est standum contra aliquem.*
4 *Coniecturis*)
4 *Probationes requiruntur efficaciores in criminibus grauibus.*
5 *Criminis atrocitas non potest facere, vt Iudex possit iura transgredi.*
6 *Inditia licet dicantur arbitraria; tamen Iudicis arbitrium debet regulari secundum leges.*
7 *Arbitrium Iudicis æquitati debet esse consonum.*
8 *Natura dictat, neminem delinquere velle.*
9 *Maleficium omne pugnat contra naturam.*
10 *Arbitrio Iudicis remittitur, quod à iure non est præfinitum.*
11 *Inditia non esse sufficientia ad torturam, Iudex arbitrari debet.*
12 *Opinio benignior in criminalibus semper est tenenda.*
13 *Præsumptio semper est pro eo, quod excusat.*
14 *Opinio, quæ tendit ad exclusionem delicti, semper est amplectenda.*
15 *Delictum, quod consistit in facto non probatur præsumptionibus.*
16 *Tortura non datur ad liquidandum factum, sed personam, quia factum probari debet per testes.*
17 *Probatio del icti per præsumptiones, inditia &c. dicitur probatio in genere; & tamen vt possit infligi tortura, debet esse in specie.*
18 *Ex præsumptionibus*) *non potest procedi ad aliquam*
Ex inditiis) *pœnam.*
19 *Præsumptio iuris, & de iure vbi non est, non oritur inditium adeò indubitatum, quin sollicitam quandam recipiat dubitationem.*
20 *Præsumptio iuris est, delictum non fuisse commissum.*
21 *Delictum non fuisse commissum, præsumptio iuris est.*
22 *Delictum vt excludatur, omnis interpretatio capi debet.*
23 *Præsumptiones fauorabiles, & delictum excludentes semper sunt amplectenda.*
24 *Præsumptio illa attenditur, quæ tendit ad exclusionem delicti.*
25 *Præsumptio illa attenditur, quæ est pro eo, quod excusat.*
26 *Delictum probandi onus*) *transfertur in Fiscum.*
Probationis delicti onus)
27 *Natura instituit cognationem quandam inter homines.*
28 *Delictum nunquam præsumitur commissum ab aliquo sine causa.*
29 *Præsumptiones Fisci, quia fundata sunt contra naturam, reiicienda sunt.*
30 *Præsumptionum conflictu quando discerni non potest, quæ sunt potentiores, tunc pronunciandum est pro Reo.*
31 *Præsumptiones quando sunt hinc inde pares, tunc se confundunt, & quæ sunt pro Reo attenduntur.*
32 *Præsumptionibus hinc inde apparentibus, nempè Fisci, & Rei intentio Fisci confunditur, & est locus absolutioni Rei.*
33 *Inditium vnum aliud tollit.*

34 *Præsumptiones, inditia, &c. cum in criminalibus sufficiant ad inquirendum, seu ad capturam tantum, & non ad reliqua; ideò ad delictum probandum requiruntur testes omni exceptione maiores.*

35 *Testes necessario requiruntur ad probandum delictum, & non sufficiunt præsumptiones, inditia, &c.*

36 *Testes ad torquendum, & condemnandum deponere debent super delicto per vnum ex quinq. sensibus, & non super indit o ad delictum.*

37 *Per testes de delicto) liquidè constare debet antequam De delicto per testes) tortura infligatur.*

38 *Tortura antequam infligatur per testes de delicto constare debet.*

39 *Solus cum sola) Nudus cum nuda) Non sufficit ad torturam.*

40 *Præsumptio illa solus cum sola, nudus, cum nuda non sufficit ad torturam, quia d. præsumptio non probat copulam carnalem.*

41 *Publicè quæ fiunt carent omni suspicione mali.*

41 *Suspicione mali carent, quæ publicè fiunt.*

42 *Coppula carnalis, Sodomiæ crimen, Adulterium, Stuprum, Incestus, Coitus — Cum consistāt in facto, per testes, non autem per præsumptiones, inditia, &c. probari debent.*

43 *Iudicis iudicium conformari debet cum iudicio Dei.*

44 *Iudex tenetur sequi veritatem, & non iudicare, & condemnare ex præsumptionibus, inditiis, &c.*

45 *Præsumptiones, inditia, &c. non reddunt rem claram.*

46 *Iudicare secundum apparentiam extrinsecam non est tutum.*

47 *De delicto constare debet per testes, & probationes liquidissimas, alias non dicitur idoneè, & concludenter probatum.*

Præsumptiones ad Reum torquendum, & condemnandum non sufficiunt.

PRæsumptiones etiam violentæ in quibuscunq; casibus criminalibus, licèt grauibus, occultis, & difficilis probationis sufficiunt tantum ad inquirendum, idest ad assumendas informationes patrati
1 criminis, seu ad capturam, non autem ad torturam, & condemnationem. Boss. tit. de conuict. n. 46. & 48. tit. de confess. n. 21. tit. de indit. n. 180. & tit. de indit. & considerat. ante tortu. n. 180. Vulpell. cons. 274. nu. 7. Dec. cons. 189. col. 1. seq. Director. Inquisit. par. 2. c. 14. pag. mihi 116. Innoc. & Alii in c. quia verisimile. de præsumpt. Bal. in l. fin. in vult. col. C. de probat. Menoch. q. 94. n. 2. & q. 97. n. 16. lib. 1. de præsumpt. Farinac. cons.
2 7. n. 104. Et ea ratione quidem quia ad condemnandum ille præsumptiones, inditia, &c. requiruntur, quæ ex dictis testium fide digna, ac omni exceptione maiorum super delicto consumato, ac perfectè præfinito emanant, ac plenam delicti faciunt probationem; Et id optima ratione quidem, quia
3 delictum vt puniri possit, consumationem actus requirit, & non sufficit præparatio, seu attentatio. Bart. in l. 1. §. Diuus. ff. de Sicar. Crauett. cons. 46. n. 2. Vbi adducit concordantes. Salyc. in l. is, qui cum telo. in tertio notab. C. de Sycar. Alex. cons. 15. lib. 1. Quod procedit, etiamsi ageretur de delicto atrocissimo, seu crimine, in quo non sufficit actus imperfectus, nisi delictum fuerit consumatum. Not. in c. perpetua. de elect. in sexto. Et tradit Bal. in l. data opera. C. qui accus. non poss. Vbi ait, quod vbi imponitur pœna corporalis, requiritur actus consumatus. Hinc est, quod pœna, quæ imponitur ipso iure, vel ipso facto, nunquam imponitur pro actu imperfecto, sed pro consumato, licet per conantem non steterit. Ioan. Andr. in d. c. perpetua. de elect. in sexto. Immò dicitur, quod delicto attentato, & non consumato, etsi prætendatur deuentum fuisse ad actum facti, ex quo nullus fuit subsecutus effectus, Reo nulla pœna potest imponi; etiamsi simus in atrocissimis. Gram. decis. 74. Ioseph. Ludouic. decis. lucen. 15. nu. 30. Vbi attestatur de communi. Immò delictum quando non perficitur, quia quis non vult, cessat pœna, l. qui falsa. ff. de fals. Immò delictum non consumatum est inconsiderabile, & impunibile. Bal. & alii l. quicunq; C. de seru. fugit. Quibus quoq; additur, quod delictum attentatum non secuto effectu de consuetudine totius Italiæ mitiorem pœnam exigit. Spec. tit. de Accusator. §. 1. vers. quod si primò actum fuerit. Bart. l. 1. §. Diuus. ff. de Sycar. Bal. c. vlt. col. 2. de consuet. Vbi dicit hanc consuetudinem esse æquam, & naturalem. Æquitas enim dictat propositum cum actu imperfecto mitius puniri, quam cum actu perfecto. l. si fugitiui. C. de seru. fugit. Idem tenet Angel. l. 1. §. fuit iniuria. ff. de var. crim. Immò dicitur, quod si delictum non fuit consumatum, & præfinitum executio pœnæ impositæ non fit. Angel. & Castren. l. 1. ff. quod quisque iur. Afflict. decis. 21. Quibus quoque additur, quod in delictis quantumcunque grauibus, & in quibus pœna mortis specialiter est imposita, si delictum fuerit attentatum per actum facti adeò proximum, vt illo magis proximum non detur, non sequuta morte naturali eius, contra quem delictum fuit attentatum per actum facti proximum; non propterea attentans dictum delictum punitur pœna vltimi supplicii, sed mitiori, vt in casu veneni præparati, dixit Gram. decis. 2. n. 7. seq. Et ità concludit esse faciendum maximè in cunctanda pœna mortis. Clar. q. 92. vers. scias tamen. Et hoc magis videtur dicendum; quia in delictis, & pœnis imponendis non attenditur initium, sed finis, aut euentus, ff. de pœn. Vbi vulnerans animo occidendi, non secuta morte non tenetur lege Cornelia, de Sycar. Sed leuiori pœna; quia verum est, quod ex euentu hominem interemptum non fuisse, sed vulneratum; Et ibi superest grauius delictum à Reo committendum, grauior pœna reseruanda est. l. respiciēdum, ff. de pœn. l. sancimus, C. eod. tit. Nam v. g. durum

durum eſſet, quod pro ſimplici exoneratione archibuſii quis puniretur pœna mortis, cum ſi occidiſſet, eadem teneretur pœna; ex euentu enim facta penſantur, & puniuntur. Et diſpoſitio iuris, & ratio naturalis fuerunt à generali conſuetudine, & conſtitutione delictum attentatum non ſecuto effectu puniatur eadem lege, ſed non eadem pœna. Spec. tit. de accuſat. §. 1. Et propterea derogatum eſt legibus loquentibus de delictis puniendis; & hodie non fit punitio delicti, niſi delictum fuerit conſumatum perfectum, & præfinitum. Angel. & Caſtren. l. 1. ff. quod quiſq; iuris. Affl. ct. deciſ. 21. Gram. deciſ. 21. nu. 8. 9. 13. & 16. quia requiritur, vt quis moriatur, vt delictum dicatur perfecte conſumatum. Ideò exonerans v.g. Archibuſium animo occidendi, non ſecuta morte, pœna mortis puniri non debet, quamuis grauiter caſtigari poſſit. Clar. q. 92. verſ. ſcias tamen. Non valet, ſi dicatur, pœnam exonerantis Archibuſium in aliquem eſſe arbitrariam, & ideò poſſe Iudicem extendere arbitrium ad mortem naturalem, ad tradit. per Gloſ. in §. in ſumma, inſtit. tit. de iniur. quia arbitriũ non ſe extendit ad pœnam vltimi ſupplicii: Ideò opinio Gloſæ non eſt vera, immò communiter reprobata. Affl. ct. deciſ. 276. poſt numerũ ſextum, Gram. conſ. 48. nu. 9. Boer. deciſ. 317. n. 3. Et horum præſtantiſſimorum virorum opinio eſt tuta, & mitior, & in iudicando ab ipſa minimè eſt recedendum. Dixit Clar. q. 83. verſ. ſed quæro, quando pœna. Vbi citat infinitos dictum Gloſæ reprobantes. Et dato & non conceſſo quod eſſet vera opinio Gloſæ, procederet, quando qualitas delicti, & circumſtantiarum eſſet talis, quæ de iure communi, vel conſuetudine pro eo delicto pœna mortis naturalis veniret imponenda, alias ſecus. Alex. communem dicens conſ. 121. in fin. lib. 7. Aym. conſ. 214. 224. poſt num. 2. Clar. q. 87. verſ. ſed quæro, quando pœna eſt à lege. Vnde dicitur, quod cum de iure communi propter exonerationem Archibuſii, non tamen morte ſecuta, pœna mortis non ſit impoſita exonerantibus Archibuſium, nec de conſuetudine talis pœna imponatur, ſequitur Inquiſitum à pœna mortis eſſe tutum. Et hoc præcipuè eſt omninò dicendum, quod etiam in enormiſſimis delictis, quis non punitur pœna ordinaria, niſi effectu perfectè conſumato, prout dicitur de eo, qui falſam monetã cudit, ſi eam non formauit, vltimo ſupplicio nõ ſubiicitur, l. qui falſam, & ibi Hyppol. col. 2. ff. ad l. Cornel. de falſ. Et ideo concludendum eſt, quod cũ delictum non fuit perfectè conſumatum, à pœna ordinaria recedendum eſt. Ioan. Andr. in c. in pęnis, de reg. iur. in ſexto. Ratio eſt, quia iura, quando pęnam imponunt ratione delicti, ſæpè ſępius loquũtur per verba temporis præteriti perfecti, ad denotandum, quod pęna requirit perfectionem actus, l. 1. in princ. ff. ad l. Cornel. de Sycar. Hyppol. conſ. 106. nu. 26. Bal. conſ. 444. nu. 2. vol. 1. alias ſequeretur, quod legitima eſſet comparatio de actu perfecto ad imperfectum, quod minimè eſt dicendum. Ex quibus infertur, quod illæ præſumptiones, inditia &c.

non ſufficiunt ad Reum torquendum, & condemnandum, quę à dicto teſte fide digno non proueniũt. Alex conſ. 133. nu. 11. ſeq. vol. 7. Quod præcipuè
3 dicitur de inditiis indubitatis, & vehementiſſimis.
Vt per plures authoritates oſtendit Boer. deciſ. 164. per rotam, Marſ. §. diligenter, nu. 152. nu. 8. verſ. præterea, qui dicit, quod ex inditiis indubitatis in cauſis criminalibus ſecundum communem DD. opinionem condemnatio fieri non debet. Bal. & Imol. quos allegat: Ratio eſt, quia in iudiciis enormium delictorum, vt Aſſaſinii &c. probationes debent eſſe liquidiſſimæ, & apertiſſimæ, l. in teſtamento, ff. de condit. & demonſtrat. quem text. ſingularem affirmat Bal. in c. qualiter Dominus à propriet. priuet. Et plures adducit rationes. Prima Ratio eſt, quia diſpoſitio non procedit, niſi verificetur id, ſuper quo fundatur. Gloſ. in l. mancipia, in verb. aduocandũ, C. de ſeru. fugit. vbi notant omnes. Bart. in l. Diuus, ff. de teſtam. milit. Et optima ratione quidem, quia non poteſt alicui aſcribi delictum, niſi conſtet fuiſſe patratum. Ità in propriis terminis Natt. conſ. 407.
4 nu. 3. Secunda ratio eſt, quia præſumptionibus, & coniecturis non eſt ſtandum contra alios. Caſſan. conſ. 58. nu. 16. verſ. item prædicta in criminibus grauibus, nam cum grauiſſimam cauſam habeant efficaciores requirunt probationes, l. vlt. C. de probat. Dec. conſ. 429. nu. 9. ſeq. Immò dicitur, quod ex præſumptionibus quantumuis violentibus Reus nunquam poteſt damnari, l. ſinguli, C. de accuſat. & l. qui ſcientia, C. de pœn. Dec. conſ. 415. nu. 1.
5 par. 3. Boſſ. tit. de confeſſ. nu. 31. Tertia cauſa eſt, quia quanto crimen eſt grauius, & atrocius, tanto præſumptiones, inditia &c. vt ſufficiãt ad torturam, debent eſſe grauiora, & vrgentiora, c. vbi periculum. de elect. in ſexto. Rolan. conſ. 361. nu. 23. lib. 3.
6 Quarta cauſa eſt, quia delicti, ſeù criminis atrocitas non poteſt facere, vt Iudex poſſit iura tranſgredi, licet præſumptiones, & in ſpecie inditia ad tor-
7 quendum dicantur arbitraria, quia Iudicis arbitrium debet regulari ſecundum leges, & debet iuri, rationi, & æquitati eſſe conſonum. Rom. conſ. 376.
8 Alex. conſ. 217. nu. 5. lib. 2. Et æquitati dicitur conſonum; quoniam natura dictat, neminem delinquere velle, Bal. c. cum in iuuentute. de præſumpt. vbi
9 ſubdit, quod omne maleficium pugnat contra na-
10 turam. Vltra quod Iudicis arbitrio remittitur, quod à iure non eſt pręfinitum, l. 1. ff. de iur. delib. l. hodie, ff. de pęn. l. 1. ff. de effracto. Et in dubio Iu-
11 dex arbitrari debet, inditia non eſſe ſufficientia ad torturam. Boſſ. tit. de indit. nu. 72. Cacheran. de-
12 ciſ. 79. nu. 58 ſeq. Ratio eſt, quia in criminalibus ſemper pro Reo benignior eſt tenenda opinio. l. interpretatione, ff. de pęn. Iaſ. in l. 2. nu. 40. in fin.
13 ff. ſi quis in ius voc. non ierit. Et præſumptio eſt pro eo, quod excuſat. Bal. l. precibus, col. 7. C. de impuber. & aliis ſubſtit. Vnde illa ſola attenditur,
14 quæ tendit ad excluſionem delicti. vul. l. merito. ff. pro ſoc. cum his, quæ latè docet Alciat. tract. de præſumpt. Reg. 3. præſum. 1. Vulpell. conſ. 38. n. 4.

Fulgoſ.

Fulgos. conſ. 198. col. 2. Gram. conſ. ciuil. 59. n.
31. Ioann. de Amic. conſ. 53. n. 7. Secunda cauſa
15 eſt, quia delictum, quod conſiſtit in facto non
probatur præſumptionibus, inditiis, &c. quia fa-
ctum non præſumitur, ſed probandum eſt per teſtes
omni exceptione maiores. l. in bello. §. facta. ff. de
capt. Alciat. conſ. 40. nu. 6. lib. 6. Et id iure qui-
dem, quia v.g. poteſt eſſe, quod quis maneat cum
muliere ſolus, & nudus in lecto cum oſtio domus
aperto, & non veniat, aut non poſſit, vel nolit ve-
nire ad conſumationem coppulæ carnalis. Sexta
cauſa eſt, quia tortura non datur ad liquidandum
16 factum ſed perſonam. Ità tenet Brun. tract. de in-
dit. par. 2. q. 5. nu. 10. Clat. q. 4. verſ. quando ve-
17 rò. Septima cauſa eſt, quia probatio delicti per præ-
ſumptiones, inditia, &c. dicitur probatio, in gene-
18 re, & tamen vt probatio ſufficiat ad torturam, ſeù
condemnationem debet eſſe in ſpecie contra per-
ſonam inquiſiti per dd. teſtes omni exceptione ma-
19 iores, alias delictum non dicitur idonee, & con-
cludenter probatum. Not. in c. cum oporteat. de
accuſat. Caſon. de indit. tract. 2. nu. 25. q. Bart.
conſ. 65. nu. 2. Alex. conſ. 3. n. 1. lib. 3. Crauett.
20 conſ. 21. n. 4. Vbi adducit concordantes. Et ideò
dicitur, quod ex præſumptionibus, inditiis, &c.
non poteſt procedi in pœnam aliquam, niſi in caſu,
in quo lex ipſa præſumit, & ſuper præſumpto diſpo-
nit. Vt de communi teſtatur Boſſ. tit. de coniect. n.
34. verſ. veritas tamen eſt. Et eſt communis opinio,
de qua ìte ipſum teſtatur Gand. in tit. de præſumpt.
21 & indic. §. nunc reſtat. ſub n. 12. in fin. Ratio eſt
quia vbi non eſt præſumptio iuris, & de iure non
oritur inditium adeò indubitatum, quin quandam
ſollicitam recipiat dubitationem. Vt poſt Gand.
tradit. Boſſ. ibidem. n. 45. Nec mirum videri debet,
22 quia præſumptio iuris eſt, delictum non fuiſſe cō-
miſſum, quia præſumit neminem delinquere velle. l.
23 meritò. ff. pro ſoc. Et omnis interpretatio capi de-
bet, vt delictum excludatur. Dec. conſ. 175. col. 4.
24 verſ. quibus tamen non obſtantibus. Vnde præ-
ſumptio fauorabilis, & delictum excludens ſemper
eſt amplectenda. Bal. in c. ſi dno. de pac. tenen.
25 Et præſumptio illa attenditur, quæ tendit ad ex-
cluſionem delicti. Fulgoſ. conſ. 198. col. 2. Gram.
conſ. ciuil. 59. n. 31. Ioann. de Amic. conſ. 53. &
26 55. nu. 7. Immò illa attenditur, quæ eſt pro eo,
quod excuſat (vt dictum eſt) Bal. l. præcibus. col. 7.
C. de impuber. & aliis ſubſtit. vulg. l. meritò. ff. pro
ſoc. cū aliis, quę late docet Alciat. tract. de præſump.
27 reg. 3. præſūpt. 1. Vulpell. conſ. 38. nu 4. Et ſtante d.
iuris præſumptione delictū probandi onus transfer-
28 tur in Fiſcum. Ratio eſt, quia Natura inſtituit co-
gnationem quandam inter homines. c. charitas. c. l
29 ſecondo de pœnit. diſtin. 2. Quarè nunquam præ-
ſumitur, delictum ab aliquo fuiſſe commiſſum; quā-
do non adeſt cauſa. Ità Bart. conſ. 8. nu 8. inter
conſ. crim. diuerſ. lib. 1. Vbi quod ſufficit hanc na-
turalem rationem pro lege allegare. l. Cum ratio. ff.
30 de bon. damnat. Et præſumptiones Fiſci, quia

fundatę ſunt contra naturam reiciendę ſunt. Bal. in
31 l. fin. vlt. notab. C. de hęred. inſtit. Illudque per
Iudicem eſt omninò aduertendum, quod præſum-
ptionum conflictu, nemine quando diſcerni non po-
teſt, quæ ſint potentiores, pronunciandum eſt pro
32 Reo. Alex. conſ. 24. vol. 2. n. 28. Vel ſi dican-
tur hinc inde pares, tunc. ſe confundunt, & quæ
ſunt pro Reo attenduntur. Brū. tract. de indit. q. 8.
principali notab. 11. Alex. conſ. 30. vol. 7. n. 12.
33 Ioan. de Amic. conſ. 127. n. 29. Immo præſum-
ptionibus, & probationibus hinc inde a parentibus
Fiſci, & Rei, intentio Fiſci confunditur, & eſt lo-
34 cus abſolutioni Rei, quia vnum inditium aliud tol-
lit. l. Diuus. & ibi Bart. ff. de in integr. reſtit.

Quæ cum ità ſint ſecundum Boſſ. tit. de indit. n.
180. omninò dicendum eſt, quod cum præſumptio-
nes, inditia, &c. in criminalibus ſufficiant ad in-
quirendum, ideſt ad aſſumendas informationes, ſeù
35 ad capturam tantum, non autem ad reliqua, ideo
36 ad probandum delictum neceſſariò requiruntur
teſtes omni exceptione maiores, luce meridiana
clariores, idonei, legales, inconfutabiles, op-
timè concludentes, & quod nullam etiam minimā
patiantur maculam. text. eſt in l. ſciant cuncti, quæ
eſt Final. C. de probat. canonizata 2. q. vlt. c. ſci-
ant cuncti. Vbi dum loquitur de probat. teſt. addit
idoneorum, & dum de probat. inditiorum addit in-
dubitatorum, & luce meridiana clariorum. Et ibi
not. Gloſ. & communiter DD. Dec. conſ. 189. col. 1.
37 Itaq; ſicut ad probandum delictum, ſeù ad con-
demnandum inquiſitum teſtes requiruntur omni
exceptione maiores, qui deponant concludenter ſu-
per delicto per vnum ex quinq; ſenſibus proprium,
non alienum, & non ſuper inditio ad delictum Dec.
d. conſ. 189. col. 1. ſeq. tradit Bart. l. 1. cum ibi
not. ff. de quæſt. not. l. milites & in l. fin. C. eo. tit.
(vt ſuperius dictum eſt) Ità pariter ad torquendum.
l. qui vltimò. in fin. ff. de pœn. quam allegat Bart.
in l. cunctos populos, & declarat ibi Iaſ. nu. 51. in
fin. Farinac. q. 37. n. 58. & q. 56. nu. 121. Man-
tua. conſ. 67. n. 37. ſeq. Marſ. conſ. 63. n. 13. ſeq.
Quarè omninò dicitur, quod opus eſt, vt per di-
38 ctos teſtes liquidè conſtet de delicto, ideſt de facti
veritate, antequam tortura infligatur. Ariminen in
Addit. ad Angel. de malef. in verb. fama publica
nu. 108. in fin. vbi ſecundum Bal. quem allegat in
l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſt.

Quibus ſupradictis omnibus ſic ſtantibus Iudici
haud ab re videri debet, cum ego dicam, quod prę-
ſumptiones, inditia, &c. non ſufficiunt ad torturam,
39 quoniam nec etiam illa tam violenta præſumptio
ſufficit, nempè ſolus cum ſola, nudus cum nuda,
in thalamo clauſo repertus, & vir habeat caligas
ſolutas, & mulier recuſet aperire oſtium clauſum,
& reperiatur d. vir dormire cum d. muliere in eodē
40 lecto. Et ſicut d. præſumptio cum omnibus præ-
ludiis, & præparatoriis non probat coppulam car-
nalem Adden. ad Bart. in l. Capite quinto. n. 2. no-
ta ergò. ff. de Adult. Mattheus ſingul. 119. Corn.
conſ.

conf. 191. in fin. lib. 4. Aym. conf. 205. n. 20. seq. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 159. nu. 10. & 20. seq. Farinac. cons. 80. n. 10. 52. Rot. in illa Firman. Cappellaniæ die 7. Maii 1572. vers. effectuatio non obstat, coram S. D. N. Clemente Octauo tunc Rotæ Auditore. Et in vna Tollen. Parochialis, die 28. Maii 1593. coram R. P. D. Panphilio: Sic etiam non fuit inditium coppulæ carnalis consumatæ. Ità Boss. in terminis tit. de opposit. contra testes. nu. 96. Matthesila. notab. 119. Corn. cons. 192. in fin. lib. 4. Crauett. d. cons. 205. n. 20. Vbi post Anton. Rolell. dicit, Adulterium non probari ex eo, quod quis solus cum sola, nudus cum nuda, &c. Gram. cons. 205. n. 10. Cum aliis adductis per Menoch. q. 31. n. 6. seq. lib. 1. Et si quidam frater, qui per biennium in eodem lecto cum sorore sua iacuerat, fuit defēsus à Crauet. in suo aureo cōs. 321. prout refert Clar. in §. incestus. in prin. multo magis cessat præsumptio, seu suspicio coitus, quando adest casus, quod vir, & mulier iacēt in lecto cū vestibus de die, & ostio aperto. Auth. multo magis. C. de sa-
41 crosanct. Eccles. Ratio est, quia quæ publicè fiunt, carent omni suspicione mali Clar. q. 21. in fin. Cessat (inquam) dicta præsumptio; quia Coitus, seù
42 coppula carnalis, cum consistat in facto, per testes, & non per præsumptiones, inditia, &c. probari debet: Ratio est, quia delictum, quod consistit in facto, non probatur præsumptionibus; quia factum non præsumitur, sed probandum est. l. in bello. §. facti. ff de Capt. Alciat. cons. 40. nu. 6. lib. 6. Et iure optimo quidem, quoniam (vt dictum est) potest esse, quod quis cum muliere maneat in eodem lecto cum ostio domus etiam clauso, & non veniat, vel non possit, aut nolit venire ad consumationem coppulæ carnalis, vel propter impotentiam ad coitum, vel quia delectatur solum in eam amplectendo, tangendo, deosculando, & alios similes actus carnales faciendo. Qua quidem ex re Iudex christianus ex præsumptionibus, inditiis, &c. Reum torquere, seù ad pœnam aliquam corpora-
43 lem damnare non debet; quoniam ipsius iudicium debet conformari cum iudicio Dei. c. de re iudic. lib. 6. Sed Deus non fallit per præsumptiones. c. Nouit. de offic. Delegat. Ità etiam Iudex tenetur sequi
44 veritatem, & non iudicare, & condemnare ex
45 præsumptionibus, inditiis, &c. quæ non reddunt
46 rem claram, vt requiritur. Et ideò iudicare secundum apparentiam extrinsecam non est tutum. Vt scribit Caualcan. in tract. de Brachio regio, in verb. iudicare secundum apparentiam extrinsecam. Non
46 facit si per Fiscum dicatur, quod quando adsunt tam violentæ præsumptiones, inditia, &c. potest per Iudicem deueniri ad torturam, quoniam ad ipsam infligendam requiruntur testes omni exceptione maiores; & non sufficiunt inditia, præsumptiones, &c. quæ sufficiunt tantum ad inquirendum, idest ad assumendas informationes; seù ad capturam, & non ad reliqua. Brunor. in suo aureo cons.
47 nu. 209. Vbi quod de delicto commisso constare debet per testes, & probationes liquidissimas, alias delictum non dicitur idoneè, & concludenter probatum. Not. in c. cum oporteat. de accusat. Cason. de indit. tract. 2. nu. 25. seq. Bart. cons. 65. nu. 2. Alex. cons. 3. nu. 1. lib. 3. Crauett. cons. 21. n. 4. vbi adducit Concordantes. Vide etiam Discept. 192. nu. 15. vsq; ad nu. 54.

DISCEPTATIO IIII.

De Coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Coniecturæ sufficiunt tantum ad inquirendum, idest ad assumendas informationes; seù ad capturam.*

2 *Dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo fundatur.*

3 *Delictum non potest ascribi alicui, nisi constet illud fuisse commissum.*

4 *De delicto quando solum constat per coniecturas, inditia, præsumptiones, & non per rei euidentiam, idest liquidò, ad aliquam delicti pœnam non potest agi.*

5 *De delicto constare debet per testes, & probationes liquidissimas.*

5 *Coniecturæ solum sufficiunt ad torquendum, & condemnandum, quando lex expressè disponit, eas haberi loco plenæ probationis.*

6 *Probatio per coniecturas, inditia, præsumptiones, &c. dicitur probatio in genere, & vt sufficiat ad torturam, debet esse in specie, idest contra personam inquisiti per testes omni exceptione maiores emanata.*

7 *Coniecturæ qualibet non sufficiunt, vt procedi possit contra aliquem, maximè illæ, quæ non fuerunt legitimè probatæ.*

8 *Per coniecturas quando procedi possit.*

9 *Coniecturæ quæ dicantur indubitatæ.*

11 *Coniecturæ hominum, præsumptiones, inditia, &c. nō faciunt præsumi suppositum personæ in aliquo actu.*

12 *Ex coniecturis, inditiis, præsumptionibus, &c. nemo torqueri, & ad pœnam capitalem condemnari potest.*

13 *Coniecturæ non sunt adeò indubitatæ, quin aduersus eas possit probari contrarium.*

14 *Coniecturæ quando non sunt iuris, non sunt attendendæ.*

15 *Coniectura non intrat in delictis, quæ consistunt in facto.*

15 *Factum non coniecturatur, sed probandum est.*

15 *Delictum non coniecturatur, sed probandum est.*

16 *Coniecturæ pluries quando adsunt, illa est eligenda, quæ excludit delictum.*

17 *Coniectura illa est eligenda, quæ excludit delictum.*

17 *Inditium vnum innocentiæ Rei tollit omnia alia inditia, ex quibus Reus torqueri possit.*

18 *Coniectura non sumitur ex dissimilibus.*

19 *Ex coniecturis, inditiis, præsumptionibus, &c. Reus nunquam criminaliter damnari potest.*

Con-

Coniecturæ non sufficiunt ad torquēdum, nec ad condemnandum Reum.

QVoad coniecturas dicitur, quod nullo modo suf-
ficiunt ad torturam, quia ad eam infligendam
(vt toties dictum est) requiruntur testes idonei, le-
gales, inconfutabiles, ac omni exceptione maio-
res. l. qui vltimò. in fin. ff. de pœn. quam allegat
Bart. in l. cunctos populos, & declarat ibi Ias. nu.
51. in fin. Mantua. cons. 67. num. 37. seq. Mars.
cons. 63. nu. 13. seq. Ariminen. in Addit. ad An-
gel. de males. in verb. Et fama publica nu. 108. in
fin. Farinac. q. 37. nu. 59. & q. 56. nu. 121. Boss.
1 tit. de indit. nu. 180. Sed sufficiunt tantum ad in-
quirendum, idest ad assumendas informationes, seù
ad capturam. Boss. tit. de indit. & considerat. ante
tortu. nu. 180. cum aliis adductis per Vulpell. cons.
2 174. nu. 7. Et id ex pluribus. Primò quia dispositio
non procedit, nisi verificetur id, super quo funda-
tur Glos. in l. mancipia. in verb. ad notandum. C.
de seru. fugit. Vbi not. omnes Bart. in l. Diuus. ff.
3 de testam. milit. Ideo delictum non potest ascribi
alicui, nisi verificetur illud fuisse commissum. Ità
in proprijs terminis Natt. cons. 407. num. 3. prout
4 nec etiam ad aliquam pœnam potest agi, quando
de ipso tantum constat per coniecturas, præsum-
ptiones, &c. non autem per rei euidentiam, & li-
quido. Boss. tit. de delict. nu 15. seq. in fin. Gand.
tit. de præsumpt. & indit. indubitat. col. 2. nu. 6.
Vnde dicitur, quod de delicto constare debet per
testes, & probationes liquidissimas. Brunor. à sole
in suo aureo, & vnico cons. nu. 20. Ratio est, quia
coniecturę, inditia, pręsumptiones, &c. sufficiunt
5 solum ad torquendum, & condemnandum, quan-
do lex expresse disponit, eas haberi loco plenæ pro-
bationis. Alex. l. licet. de legat. primo Mars. in l.
fin. n. 4. ad l. Cornel. de Sycar. Et Rubr. de probat.
6 num. 113. seq. Ratio est, quia probatio delicti per
coniecturas, inditia, præsumptiones, &c. dicitur
probatio in genere; & tamen vt probatio sufficiat
ad torturam, seù condemnationem, debet esse in
specie contra personam inquisiti per testes omni ex-
ceptione maiores emanata; alias delictum non di-
citur idoneè, & concludenter probatum. Not. in c.
Cum oporteat. de accusat. Cason. de indit. tract. 2.
nu. 2. 5. seq. Bart. cons. 65. nu. 2. Alex. cons. 3. n.
1. lib. 3. Crauett. cons. 21. nu. 4. Vbi adducit Con-
7 cordantes. Secundò quia quælibet coniecturæ, ma-
ximè illæ, quæ non fuerunt legitimè probatæ, non
sufficiunt, vt procedi possit contra aliquem. Bart l.
vlt. nu. 7. de quæst. Mars. cons. 20. nu. 44. Gram.
cons. 17. nu. 18. & cons. 21. nu. 12. in crim. Ias.
cons. 143. in fin. lib. 2. quoniam vt procedi possit,
8 requiritur, quod sint indubitatæ. Et indubitatæ di-
cuntur, quando v.g. quis nudus cum nuda repertus
9 fuit, & amplexarentur se ad inuicem. Angel. de
malef. in verb *Ch' hai adulterato la Donna mia* nu. 9.
Et Augustin. de Arimin. in Addit. n. 78. in fin. Ac
etiam quando quis repertus est solus cum sola in
Camera cum verbis blandis, vel cum tactu mam-
10 millarum. Vt per Glos. & Bart. in l. 1. ff. de var.
& extraord. crim. Et quando præludia ista non cur-
runt in casu, nulli dubium est, quod cessare debet
omnis suspicio coitus carnalis. Vt per Bertaz. cons.
285. num. 4. col. 2. Vbi cumulat plures concor-
dantes. Tertiò quia coniecturæ hominum, præsum-
ptiones, inditia, &c. non faciunt præsumi supposi-
11 tum personæ in aliquo actu; Et ideò coppula car-
nalis dilucidis probationibus probari debet l. si ma-
ritus. §. fin. ff. qui, et à quibus Castren. cons. 388.
col. 2. lib. 1. Bal. cons. 21. col. 2. lib. 4. Vbi in
probanda suppositione personæ coniecturæ homi-
num non sufficiunt. Et ideò per Iudicem est omni-
nò sciendum, quod vbi agitur de vita hominis, nu-
12 libi in iure reperitur scriptum, quod ex coniectu-
ris, inditiis, præsumptionibus, &c. possit torqueri,
seù ad pœnam capitalem damnari: Ratio est, quia
coniecturæ non sunt adeò indubitatæ, quin aduer-
13 sus eas possit probari contrarium; Et ideò debent
esse perspicue. l. dolo. C. de dolo: Immò quando
dictæ coniecturæ sunt mulierum pauperrimarum,
aut vilium personarum; non autem iuris, non sunt
14 attendendæ. Vt per Menoch. cons. 82. nu. 155.
15 lib. 1. Quartò quia coniectura non intrat, seù non
currit in delictis, quæ consistunt in facto; quia fa-
ctum non coniecturatur, sed probandum est. l. in
bello. § facta. ff. de capt.

Cæterū vltra supradicta in huiusmodi materia duo
potissimum sunt consideranda: Vnum quod quando
16 plures adsunt coniecturę, illa est eligenda, quæ
excludit delictum. Foller. in tract. in verb. Dantur
capitula. nu. 47. Et maximè quando contrarię sunt;
quia tunc illa est eligenda, quę excludit delictum;
17 quia vnum inditium innocentię pro Reo tollit
omnia alia inditia, ex quibus ipse Reus torqueri
posset. Vt per Ias. in l. fin. in fin. C. commun. de
legat. Alterum quod coniecturę non sumuntur ex
18 dissimilitudinibus. l. Spadonum. §. qui cum multa.
ff. de accusat. tutor. Gram. cons. 45. nu. 31. Rolan.
cons. 46. nu. 35. Clar. q. 21. vers. fama sola propè
fin. Vbi testatur de communi. Ex pract. Cason. fol.
16. nu. 5. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 831.
19 nu. 10. in fin. Quibus sic stantibus illud per Iudi-
cem est omninò aduertendum, quod ex coniecturis,
inditiis, pręsumptionibus, &c. Reus nunquam cri-
minaliter potest damnari. l. singuli. C. de accusat. l.
qui scientia. C. de pœn. Dec. cons. 415. nu. 1. par.
3. Boss. tit. de confess. num. 21.

DISCEPTATIO V.

De Suspicione.

SVMMARIVM.

1 *Suspiciones præsumptiones, inditia, &c. ad torturam non sufficiunt.*

2 *Suspiciones, præsumptiones, inditia &c. in criminalibus sufficiunt ad inquirendum tantum, seù ad capturam.*

3 *Suſpicio in iudicio eſt modica virtutis.*
4 *Suſpicionis arbitrio Iudex iudicare non debet.*
5 *Diſpoſitio non procedit, niſi verificetur id ſuper quo fundatur.*
6 *Delictum non poteſt aſcribi alicui, niſi conſtet illud fuiſſe patratum.*
7 *Delictum fuiſſe commiſſum nullo modo eſt ſuſpicĩdum.*
8 *Ob ſuſpiciones etiam in cauſa hæreſis periculoſum eſt honeſtum hominem in iudicium trahere, & de fide interogare.*
9 *Ex ſuſpicionibus leuibus aduerſus viles, & improbos tantum procedi poteſt, ſed contra bonos non itâ facile.*
10 *Ex ſuſpicionibus leuibus poteſt inquiſitor procedere in crimine hæreſis.*
11 *Suſpicio prouenit ex ſignis exterioribus operum, ſeù ſermonum.*
12 *Ex ſuſpicione non facile debet Iudex moueri ad aliquid grauis momenti.*
13 *Signia leuia non debent mouere animum iuri conſtantis ad ſuſpicandum graue delictum.*
13 *Delictum graue non debet ſuſpicari de facili.*
14 *Pro ſuſpicione leui) nemo eſt de hæreſi inquirendus, nemo eſt de hæreſi condemnandus.*
Pro ſuſpione vehementi)
15 *Ex ſuſpicionibus, præſumptionibus, & inditiis etiam indubitatis in criminalibus nemo damnari debet.*
16 *Suſpicio vehemens eſt præſumptio iuris tantum.*
16 *Præſumptio iuris eſt probabilis coniectura ex certo ſigno proueniens, quæ alio non adducto pro veritate habetur.*
17 *Suſpectus vehementer non poteſt condemnari vt hæreticus.*
18 *Suſpiciones) ſingula ſunt plenè probanda per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore.*
Præſumptiones)
19 *Suſpicio quando oritur ex leuibus ſignis, dd. ſigna debent plenè probari.*
20. 21. *Ex ſuſpicionibus ſolis nemo ad pœnam corporalem condemnari debet.*
22 *Suſpicio eſt potius repellenda, quam approbanda, & recipienda.*
23 *Suſpicionis arbitrio nemo iudicare debet.*
24 *Suſpicio vna ſola non inducit præſumptionem, quia plures requiruntur.*

Suſpiciones nec ad torquendum, nec ad condemnandum ſufficiunt.

SVſpiciones, præſumptiones, inditia, &c. ad torturam non ſufficiunt; cum ad eam infligendam de
1 neceſſitate requirantur teſtes omni exceptione maiores. Tradit Bart. in l. 1. cum ibi not. ff. de quæſt. not. l. milites. & l. fin. C. eo tit. Boſſ. tit. dé indit.
2 nu. 180. Vbi ait, quod dictæ ſuſpiciones, præſumptiones, inditia, &c. in criminalibus ſufficiunt ad inquirendum tantum, ſeù ad capturam, & non ad reliqua Dec. conſ. 189. col. 1. ſeq. Boſſ. tit. de indit. & conſiderat. ante tortu. nu. 180. cum aliis adductis
3 per Vulpell. conſ. 174. nu. 7. Ratio eſt, quia ſuſpicio in iudicio eſt modicæ virtutis. Bal. Rubr. C. de
4 probat. col. 2. Vnde Iudex ſuſpicionis arbitrio iudicare non debet. 2. q. 1. Director. Inquiſit. 2. par. pag. mihi 200. Nec id d. Iudici nouum videri debet;
5 quia diſpoſitio non procedit (vt dictum eſt) niſi verificetur id, ſuper quo fundantur. Gloſ. in l. mancipia. in verb. aduocandum. C. de ſeru. fugit. Vbi not. omnes. Bart. in l. Diuus. ff. de teſtam. milit.
6 quia delictum non poteſt aſcribi alicui, niſi conſtet, illud fuiſſe patratum. Itâ in propriis terminis Natt.
7 conſ. 407. nu. 3. Quarè omninò dicendum eſt, quod nullo modo eſt ſuſpicandum d. delictum fuiſſe commiſſum ab aliquo. Boer. deciſ. 167. nu. 24. & 29. Marſ. in ſua prax. §. Conſtante. nu. 55. cum aliis,
8 de quibus Farinac. q. 170. nu. 7. Qua quidem ex re ob leues ſuſpiciones etiam in cauſa hæreſis periculoſum eſt honeſtum, & probum hominem in iudicium trahere, ac de fide interogare. Simanc. de
9 cathol. inſtit. tit. 50. nu. 28. Ideò ſemper à Iudice perſonarum eſt habenda ratio; namq; ex leuibus, & probabilibus ſuſpicionibus aduerſus viles, & im-
10 probos tantum procedi poteſt; Sed contra probos, & honeſtos non itâ facile. Et itâ crederem intelligendam communem innocentii ſententiam. in c. ſicut. de ſimon. Ioan. Andr. in c. Vt officium. §. 1. Ancharani in c. Accuſatus. in princ. de hæret. lib. 6. Felyn. in c. litteras de præſumpt. & aliorum aſſerẽtiũ, ex leuibus ſuſpicionibus poſſe inquiſitores procedere in hoc crimine hæreſis. Dicit Petr. Goffred. in lib. 2. C. de hæret. §. hæreticorum autem. Et Gerſon. tract. de proteſtatione, conſideratione 12. qui dicit eam prouenire ex ſignis exterioribus operum,
11 ſeù verborum; Ex quibus capitur coniectura, quæ concludi poteſt, non frequenter, ſed raro, ſeù caſu quod dicens, vel faciens hæreticus ſit: Quod deducitur ex leui conſequentia: Vt ſi quis argumentatur, Petrus deierat frequenter, ergò non benè cre-
12 dit in Deum: Tamen ex hac ſuſpicione non facilè debent Inquiſitores moueri ad aliquid grauius momenti; quoniam vt dicit Simanc. De cathol. Inſtit.
13 tit. 50. nu. 28. Signa leuia non debent mouere animum Viri conſtantis ad ſuſpicandum tam graue crimen; Sed potius interpetranda ſunt in benigniorem parten. Director. Inquiſit. 2. par. pag. mihi 379. comm. 80. col. 1.

Quibus additur, quod pro leui ſuſpicione non ſolum nemo eſt inquirendus de hæreſi; ſed nec etiam
14 pro vehementi eſt condemnandus; quia ex ſuſpicionibus, præſumptionibus, inditiis etiam indubi-
15 tatis in criminalibus diffinitiuè damnari non debet. Gand. tract. malef. in Rubr. de Præſumpt. & Indit. indubitat. Et Boer. latiſſimè in d. deciſ. 164. incip. Alia inſuper. Quod in Tribunali ſanctæ Inquiſitionis obſeruari dicit D. Campegius apud Zanchin. c. 11. Vel doctrinam hanc Director. Inquiſit. 2. par. pag. mihi 380. comm. 80. nu. 1. Sed intelligitur pœna criminis ordinaria, ſed alia mitiori Iudicis arbitrio. Boer. deciſ. 164. nu. 5. ſeq. Quod in d. ſanctæ Inquiſitionis Tribunali obſeruatur. Director.

Inqui-

Inquisit. ibidem. Nec ab re videri debet, quia suspi-
16 cio vehemens est præsumptio iuris tantum, quam Alciat. tract. de præsumpt. in princ. par. 3. ita diffiniebat. Præsumptio iuris est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, quæ alio non adducto pro veritate habetur, dixit alio non adducto, quia contra hanc præsumptionem probatio in contrarium admittitur; Sed si nihil in contrarium probetur, pro plena probatione haberi solet; Et de hac præsumptione est sermo in c. litteras. de præsumpt. Director. Inquisit. 2. pat. pag. mihi 379. comm. 80. col. 1.

Cæterum ob hanc vehementem præsumptionem nemo condemnari debet vt conuictus de hæresi;
17 quamuis vehementer suspectus habeatur, & propterea sit acrius puniendus. Dixit etiam Alciat. ex certo signo prouenientes, quia hæc vehemens suspicio, seu præsumptio sumitur ex signis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus capitur Argumentum concludens frequenter, & vt in pluribus, quod qui talia dicit, vel facit, hæreticus est. Vt si quis diebus prohibitis absquè necessitate, & superioris facultate carnibus vesceretur, aut diceret propositiones fidei contrarias ab his, quæ explicitè scire debet, quamuis hæc interdum à voracitate, & ab ignorantia absq; vllo mentis errore prodire possint. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 379. comm. 80.
18 col. 1. Illud tamen est omninò aduertendum, quod suspiciones, præsumptiones, &c. singulæ sunt plenè probandæ per duos testes contestes de loco, & tempore idoneos, & legales Afflict. c. 1. §. sacramenta. de consuet. rec. feud. Gomez tract. de delict. c. 13. nu. 18. seq. Bart. & cæteri in l. vlt. C. de quæst. Gratt. cons. 59. nu. 34. vol. 2. Hyppol. in pract. §. diligenter. Glos. communiter approbata, & Bart. in d. l. fin. ff. de quæst. & in l. vlt. in verb. vel inditiis. C. famil. hercisc. Ità etiam voluit Innoc. in d. c. sicut. de simon. Clar. q. 22. in princ. Vbi quod ista opinio non solum est communis. sed etiam quod nullam habet difficultatem, & controuersiam. Blanc. de indit. nu. 206. Carrer. quos allegat Bertaz. cons. 559. Natt. cons. 6. nu. 7. & cons. 48. n. 6. Vbi testatur de communi.

Illud quoq; est aduertendum, quod suspicio, quando oritur ex leuibus signis, dicta signa debent etiam
19 plenè probari. Oldrad. cons. 120. in princ. Nec mirum videri debet, quia in criminalibus ex solis
20 suspicionibus nemo condemnari debet ad pœnam corporalem; immò nec etiam in quamuis aliam, quando non agitur fauore fidei. l. absentem. vers.
21 non debet quis. ff. de pœn. Butr. in l. admonendi. nu. 21. quoniam regulariter omnis suspicio est potius repellenda, quam approbanda, & recipienda. 6.
22 q. 1. omnis. in fin. Et optima ratione quidem, quia nemo iudicare debet suspicionis arbitrio. 2. q. 1. primò die vt ibi not. Director. Inquisit. 2. par.
23 pag. mihi 200. col. 2. quia suspicio nunquam parit, seu facit condemnationem. Boss. tit. de conuict. num. 54. Et illud præcipuè est sciendum, quod vna sola suspicio non inducit præsumptionem, quia
24 plures requiruntur suspiciones. Vt benè notauit Franc. Brun. tract. de indit. & tortu q. 8. par. 2. num. 4. Et facit quod not. Glos. in lib. 2. §. Aetas. ff. de excusat. tutor. Direct. Inquisit. 2. pat. pag. mihi 378. comm. 80. col. 2.

DISCEPTATIO VI.

De Verisimilitudine.

SVMMARIVM.

1 *Verisimilitudo est aliquale simile, seu signum, aut quid demostratorium veritatis.*
2. 10. *Tortura non potest infligi ob verisimilitudines.*
3 *Verisimilitudo constare debet per probationes, non per præsumptiones.*
4 *Verisimilitudo vt appareat, causa grauis præcedere debet.*
5 *Index omninò perquirere debet causam v.g. offensionis, vt de verisimilitudine appareat.*
6 *Verisimilitudines nunquam sufficiunt ad torturam.*
7 *Verisimilitudo dicitur probatio in genere, non in specie.*
8 *Verisimilitudo non sufficit ad pœnam corporalem.*
9 *Verisimilitudo non currit, quando delictum consistit in facto.*
10 *Verisimilitudines in criminalibus sufficiunt tantum ad inquirendum, seu ad capturam.*

Verisimilitudo nunquam ad torturam facit inditium.

Verisimilitudo, quia non est ipsa veritas, sicut simile non est idem, cui est simile. l. actionis verbo. §. 1. cum Glos. de act. & obligat. Bart. & alii. l. quod Nerua. ff. depos. Albet. Rubr. de duobus Reis
1 num. 14. Sed est aliquale simile, seu signum, aut quid demonstratorum veritatis; ideò non potest ob ipsam infligi tortura; quoniam ad ipsam infligen-
2 dam (vt dictum est) liquidè constare debet de facti veritate. Ariminen. in Addit. ad Angel. de malef. in verb. Et fama publica. nu. 18. in fin. Vbi secundum Bal. quem allegat, in l. 3. §. eiusdem. ff. de test. dicit, quod tortura, vt iuridicè possit infligi, requirit testes, qui directè deponant super maleficio, & non super inditio ad maleficium. Bal. l. fin. C. famil. hæreisc. l. fin. ff. de quæst. Alex. cons. 5. nu. 1. cons. 11. nu. 4. Dec. c. tertio loco. nu. 15. de pro-
3 bar. Gram. voc. 22. Vulpell. cons. 35. nu. 6. Quæ quidem ex re per Iudicem est omninò aduertendũ, quod quando delictum constat per verisimilitudinem, infrascripta requiruntur; nempè quod de ipsa cõstet per probationes, non aũt per præsumptiones, coniecturas, &c. quamuis nec etiam sufficiant dictæ
4 probationes. Vt per Bal. cons. 78. n. 3. Item quod cum ipsa concurrat Inquisiti diffamatio, seu alia suspicio. Marf. in l. repeti. nu. 19. ad fin. ff. de quæst. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 35. n. 18. Item quod

quod causa gratis præcesserit, quæ Reum mouerit ad delinquendum. Bal. in c. 1. per Glos. de confess.
5 Vbi quod Iudex omnino perquirere debet causam v.g. offensionis. Nec dissentit Gram. decis. 2.n. 47.
6 Item quod d. verisimilitudo sit tanto potentior,quãto ipsa Tortura auget fidem contrariæ depositionis. Gram. vot. 3. nu. 7. Aym. cons. 75. nu. 17. in fin. Aliter d. verisimilitudo non est attendenda; quia nunquam reperitur in iure scriptum verisimilitudines, præsumptiones, coniecturæ, inditia, &c. in omnibus casibus sufficiant ad torturam, seu condẽnationem, nisi solum (vt dictum est) nisi quando lex ipsa expressè disponit, ea haberi loco probationis. Alex. l. licet. de legat. primò Mar. in l. fin. nu. 4. ad l.Cornel.de Sycar.& in Rubr.de probat.n.113.
7 seq. Ratio est, quia probatio delicti per verisimilitudines, præsumptiones, coniecturas, &c. vt toties superius (dictum est) dicitur probatio in genere; & tamen vt probatio faciat inditium ad torturã debet esse in specie, ideſt per testes omni exceptione maiores contra inquisitum,alias(vt pariter dictum est) delictum non dicitur idoneè, & concludenter probatum.Not.in c. Cum oporteat. de accusat. Cason. de indit. tract. 2. nu. 2. & 5. seq. Bart. cons. 65. n. 2. Alex. cons. 3. nu. 1. lib. 3. Ratio est, quia concludenter probari debet. Crauett. cons. 21. n.4.vbi adducit concordantes. Nec ab re videri debet;quia Iudicis iudicium debet conformari cum iudicio Dei c. 1. de re iudic. lib. 6. Sed Deus non fallit per verisimilitudines, præsumptiones, coniecturas, indi-
8 tia, &c. Neuit. de offic.delegat. Itã Iudex debet sequi veritatem; & non querere condemnare ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem ex dd. verisimilitudinibus, inditiis,præsumptionibus, coniecturis,&c. quæ non reddunt rem claram ad torquendũ, & condemnandum, vt requiritur,nec etiam ad exequendam sententiam capitalem; quoniam iudicare secundum apparentiam non est tutum. Vt scribit Caualcan. in tract. de brachio regio.in verb. iudicare secundum apparentiam extrinsecam: Ratio est, quia dd. verisimilitudinẽs,inditia, presumptiones, &c. non currunt,quando delictum consistit in facto,
9 quia facta non præsumuntur, sed probanda sunt per dd. testes. l. in bello. §. facta. ff. de capt. vnde per eas nemo torqueri potest. Natt. cons. 362. num. 2. vbi ait, hanc esse communem scribentium opinionem in vtroquè iure.

Non valet, si per Fiscum dicatur, quod in criminalibus valdè est attendenda verisimilitudo, quoniam ad torturam infligendam non potest se fidare super facti verisimilitudine, quę quamuis sit valdè attendenda in probationibus. l. 2. vers. tu magis. ff. de test. Bal. in l.testium sub nu. 5.C. eod.tit. Siluester Aldobrandinus cons. 127. nu. 2. lib. 2 Crauett. cons. 61. nu. 9. cons. 75. nu. 2. & cons. 135. n.37.
10 Tamen tortura non potest infligi per dictas verisimilitudines, inditia, &c sed solum per depositionem vnius testis idonei, legalis, ac omni exceptione maioris. Ideò errare valdè mihi videntur, qui aliter sentiunt. Bart. in l. 1. cum ibi not ff. de quæst. not. l. milites. & in l. fin. C. eod. tit. Boss.tit. de in-
11 dit. nu. 180. Vbi ait dictas verisimilitudines, præsumptiones, inditia, &c. in criminalibus sufficiunt ad inquirendum tantum, seu ad capturam, & non ad reliqua. Dec. cons. 189. col. 1. seq. 8.

DISCEPTATIO VII.

De Tortura.

SVMMARIVM.

1 *Inditium dupplex est, nempè semiplenum, vel dubitatum. Et plenum, seu indubitatum.*
2 *Inditium semiplenum, vel dubitatum non est probatio.*
3 *Inditium plenum, aut indubitatum non est probatio.*
4 *Inditium duplex est facti, & iuris.*
5 *Inditium facti dirigit Iudicem in viam præsumptionis, nempè in viam habendæ quæstionis.*
6 *Inditium iuris habet aliquem effectum iuris, sed non totum, quod instruit tantum Iudicem in viam condemnationis.*
7 *Inditia non sufficiunt ad torturam.*
8 *Inditium non est probatio, sed est signum alicuius malefitii.*
9 *Inditium est adminiculum demonstratorium, vel adminiculum probationis ad veritatem indicandam.*
10 *Inditium est minus, quam semiplena probatio.*
11 *Inditium est minima præsumptio boni viri.*
12 *Inditium est argumentum distans à specie veræ probationis.*
13 *Inditium est pars probationis.*
14 *Inditium est quadam species probationis.*
15 *Inditium sufficiens ad torturam intelligitur de semiplena probatione.*
16 *Probatio semiplena oritur tãtũ ab vnico teste fide digno.*
17 *Testis munus nõ est indicare, sed quæ oculis vidit deponere*
18 *Testis debet videre actum oculis corporeis, & non sufficit, quod voces audierit.*
19 *Testis vnius semiplenam non facit probationem, nisi alia concurrant adminicula.*
20 *Vox vnius, vox nullius.*
21 *Testis vnicus dicitur singularis, ideo non probat.*
22 *Singularitas testis vbi est,ibi est varietas, & cõtrarietas.*
23 *Ex singularitate arguitur dolus.*
24 *Inditia debent esse talia, quod continere debeant semiplenam probationem.*
25 *Probatio semiplena non sufficit ad torturam.*
26 *Probatio plusquam semiplena quæ dicatur.*
27 *Tortura vt possit infligi de facti veritate, & de certitudine delicti per testes omni exceptione maiores constare debet.*
28 *Delictum non debet constare per coniecturas, aut verisimilitudines.*
29 *Per inditia etiã indubitata nõ debet constare de delicto.*
30 *Inditia indubitata sufficiunt tantum ad pœnam pecuniariam.*

Tortura rarò potest de iure infligi Reo.

AD torturam Reo infligendam aliqui DD. dicunt, quod requiruntur inditia verisimilia, probabilia, grauia, vigentia, propinqua, certa, & luce meridiana clariora, & talia, quod Iudex sit quasi certus non solum de delinquente, sed vt sibi nihil aliud desit, quam delinquentis confessio. Iuxta text. in l. prima, in princ. de quæst. & in l. milites, §. oportet, C. de quæst. Bal. cons. 259. num. 4. vol. 1. & cons. 515. num. 4. lib. 5. Idem Bal. in l. prima nu. 10. & 16. Ias. sub num. 3. vers. quintò mirabiliter limita, C. de seru. fugit. Anan. cons. 59. num. 2. verb. intellige tribus concurrentibus. Corn. cons. 101. Aym. cons. 6. num. 12. cons. 9. num. 11. consil. 99. num. 1. Soc. Iun. cons. 6. incip. viso, & diligenter, num. 8. Idem cons. 37. num. 25. Idque etiam dicunt procedere in delicto occulto, atrocissimo, ac difficilis probationis, quando agitur criminaliter. Boss. tit. de indic. num. 177. per Bart. quem allegat, Rolan. cons. 12. num. 89. lib. 3. Hyppol. Riminal. cons. 361. num. 32. seq lib. 3. Osasc. decis. Pedamon. 79. num. 55. Vbi quod debent esse talia, vt vix delictum denegari possit. Foller. in pract. crim. in verb. quod suffocauit vxorem, num. 581. Rolan. vbi supra. Hyppol. cons. 88. num. 53. lib. 1. & latius in cons. 361. num. 32. seq. lib. 5.

Aliqui alii DD. dicunt, quod d. Iudex ad torturam deuenire potest, quando inditia sunt talia, quod omninò verisimile sit delictum fuisse commissum ab illis, contra quos inquiritur, Quod maxime in criminalibus est notandum à Criminalistis. Angel. l. conditionaliter, C. de quæst. sequitur Veronen. cons. 39. num. 38. Et quod constare debent per probationes, non autem per imaginationes, & debent esse tam certa, clara, & talia, vt vix delictum denegari possit. Osasc. decis. 79. num. 55. seq. d. l. milites, vers. oportet, C. de quæst.

Aliqui alii dicunt, quod Iudex ad torturam deuenire potest, quando inditia ex probabilibus, & verisimilibus argumentis oriuntur. Vt Diocletian. & Maximian. Impp. rescripserunt in d. l. milites, C. de quæst. Ità vt sola Rei confessio desit. Alex. cons. 133. num. 10. lib. 7. Et adeò clara, vt Iudex sit ferè certus, vt qui Equleo supponitur, delictum perpetrauerit. Aym. cons. 6. & cons. 99. Vulpell. cons. 141. n. 1.

Aliqui alii dicunt, quod Iudex ad torturam deuenire potest, quando inditia sunt indubitata. Per id, quod habetur in l. 4. §. in bonis, ff. de priuileg. credit. Et id iam fuit de mente Bal. per illum text. in l. 1. C. si quis Imperat. male fuit etiam de mente Dyn. in suo tract. de quæst. De inimico viso exire de domo occisi cum gladio sanguinolento. Ità dixit Bal. de Bartolmis in l. licet Imperator, ff. de legat. primo. Verum de inditiis indubitatis videndus est omninò Gand. in opere malefic. rubr. de indic. & præsumpt. indubitatis, ex quibus deueniri possit ad torturam, qui ponit multa exempla. Vt de illo, qui exiuit de camera cum gladio sanguinolẽto pallidus. Item de capitali inimico. Item quod vnus vidit admenare. Item quod fugit &c.

Ego autẽ contra tot insignium DD. opiniones omninò dicere audeo, quod inditia quælibet, etiam indubitata, prout ex infradicendis, nullo modo sufficiunt ad torturam; & id optima ratione quidem;
1 quia inditium dupplex est, nempè semiplenum, vel
2 dubitatum: Et plenum, seù indubitatum. Inditium
semiplenum, vel dubitatum non est probatio, sed
est præsumptio fortiter mouens animum Iudicis ad
aliquid credendum, seù discredendum. Et de isto
3 habetur in l. cum probatio, ff. de probat. Inditium
verò plenum, seù indubitatum nec etiam est probatio, sed est demonstratio rei per signa sufficientia, per quæ animus Iudicis in aliquo tanquam existente vero quæsiuit, & plus inuestigare non curat. Quod probatur in l. inditia, C. de probat. Abb. Sicul. c. tertio loco, extra de probat. approbat diffinitionem Ioan. Andr. supra relati. Item dicitur, quod dictum inditium est dupplex secundum Bal. in l. seruos, C. de test. nempè facti, & iuris, quod nec etiam

probat;

4 probat; quoniam inditium facti solum dirigit Iudi-
5 cem in viam præsumptionis. Inditium verò Iuris
6 est illud, quod habet aliquem effectum iuris, sed non totum. Et hoc etiam est dupplex, quoddam est, quod etiam dirigit Iudicem in viam habendæ quæstionis, idest torturæ. Quoddam est, quod instruit tantum Iudicem cum aliis in viam condemnationis.

Quæ cum ità sint, omninò dicitur, quod cum ad tortura inditia non sufficiant; ideò ad ipsam infligendam necessariò testis fide digni, ac omni exceptione maioris requiritur dictum, seù probatio, l. sciát cuncti, de probat. l. qui sententiam, ff. de pœn. Director. Inquisit. 2. par. num. 5. pag. mihi 205. Nec
7 id Iudici mirum videri debet; quia si illa tam violenta, & indubitata præsumptio; nempè cum quis solus cum sola, & nudus cum nuda repertus sit &c. non sufficit ad torturam. Matthesil. notab. 119. Corn. consl. 19. in fin. lib. 4. Crauett. consl. 205. nu. 20. Vbi post Anton. Rosell. dicit Adulterium non probari ex eo, quod quis solus cum sola in thalamo clauso repertus sit, & vit habeat caligas solutas, & mulier recus, & aperire ostium clausum. Auth. multo magis, C. de Sacrosanct. Eccles. Et si quidam frater, qui per biennium in eodem lecto cum sorore sua iacuerat fuit defensus à Crauetta in suo aureo consl. 321. prout refert Clar. in §. incestus, in princ. multo minus sufficiunt dicta inditia. Nec id quidem
8 Iudici ab re, seù mirum videri debet, vt superius dictum est, quia inditium non est probatio, sed est signum alicuius maleficii, vel alterius rei, de qua agitur. Gand. tract. de malef. sub rubr. de præsumpt. & indit. §. videmus. Quæ diffinitio secundum eum colligitur ex ll. tractantibus de indit. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de probat. §. fin. in verb. Item per inditia, dicit quod inditium est notabile signum maleficii, vel alterius rei ad ipsius rei veritatem habendam.

Vel est adminiculum demonstratorium, vel ad-
9 miniculum probationis ad veritatem indicandam, secundum Paul. de Lyza. in c. grauius, de opposit. in vlt. charta. Et est text. in l. si quis adulterium, C. de adult. &c. præterea, de test. & c. tua, §. adulterium, de homic. Bart. in l. 2. ff. de excus. tutor. diffiniendo quid sit inditium.

Aut est minus quam semiplena probatio. Bart.
10 in d. l. 2. & idem dicit Bal. in l. cum probatio, ff. de probat. in addit. suis dicens nullibi clarius id probari, quam in illa lege.

11 Siue est minima præsumptio boni viri, Bal. in rubr. C. de probat.

12 Seù est argumentum distans à specie veræ probationis. Idem Bal. in d. rubr. de probat.

13 Vel est pars probationis. Gand. in dicto tract. malefic. Rubr. quæ debeant præcedere quæstionem. In verb. quæ, & qualia debeant esse ista inditia.

14 Aut est quædam species probationis. Calep. de Calep. consl. 52. nu. 33. diuers.

Ex quibus dicitur, quod si inditium est signum maleficii, non est probatio; quia signum indicat, non probat identitatem facti. Vt post Bart. & alios tradit Crauett. consl. 169. num. 4. Et tamen de delicto constare debet per probationes; non autem per signa, inditia, præsumptiones, coniecturas, suspiciones, imaginationes &c. Bald. dicto consl. 78. vol. 3.

Si est adminiculum demonstratorium, seù demonstratio rei, vel adminiculum probationis, non est probatio; quia adminiculum dicitur vehemens inditium, c. cum dilectus, de success. ab intestat. Vltra quod si est demonstratorium, vel demonstratio rei, demonstrat tantum maleficium, sed ipsum non probat, l. fin. & l. instrumenta domestica, C. de probat. Et hoc dicit Gand. in d. tract. malef. in rubr. quæ debeant præcedere quæstionem, in verb. quæro, quæ, & qualia debeant esse inditia.

Si est minus quam semiplena probatio, non est probatio; quoniam cum sit minus, quam semiplena, parum, aut nihil in se habet probationis; & ideò non sufficit ad torturam; quia in criminalibus ad minus requiritur semiplena secundum Clar. in §. fin. q. 62. in princ. quamuis Bal. in d. l. ea quidem. dicat, quod nec etiam sufficit semiplena, sed plusquam semiplena requiritur: Quæ nimirum est, quando duo adsunt testes vnus integer, alter non; Vel alia adsunt adminicula cum vno teste idoneo. Vt latè per Boer. decis. 85. nu. 4. Ioseph Ludouis. decis. 100. num. 4. seq.

Si est minima præsumptio boni viri, non est probatio; quia præsumptio non sufficit ad torturam, sed ad pœnam pecuniariam tantum, seù ad capturam secundum Boss. tit. de conuict. num. 35. & tit. de indit. num. 180. Ideò dicitur probatio in genere, & tamen vt probatio sufficiat ad torturam, debet esse in specie contra personam inquisiti, idest per testes omni exceptione maiores. Farinac. de indit. quæst. 37. aliàs maleficium non dicitur idoneè, & concludenter probatum. Not. in cap. cum oporteat, de accusat. Cason. de indit. tract. 2. num. 25. seq. Bart. consl. 65. num. 2. Alex. consl. 3. num. 1. lib. 3. Crauett. consl. 21. vbi adducit concordantes.

Si est argumentum distans à specie veræ probationis; non est probatio; nanque argumentum est ratio rei dubiæ fidem faciens. De hæret. cap. cum ex iniuncto. Et dicitur quasi arguens mentem, vel quasi argutè inuentum. Vt not. Boer. in cap. forus, de verborum significat. Vnde si est ratio rei dubiæ, non potest dici probatio, quia probatio nihil commune habet cum ratione, quæ est certa, & non dubia in probando delictum. Vltra quod delictum non per rationem rei dubiæ, sed solum per testes certos probatur. Item argumentum non per testes, vel tabulas, sed naturali probatione inducitur. d. cap. forus, de verbor. significat. Vnde si non inducitur per testes, non probat delictum; quoniam omninò

E 2 probari

probari debet per testes idoneos, fide dignos, ac
omni exceptione maiores, & non per naturalem
probationem, quæ inducitur per imaginationes, su-
spiciones, & hominum præsumptiones. Item si ar-
gumentum distat à vera probatione, nihil in probã-
do delictum operatur, quia probatio non distat, sed
semper hæret delicto, & sequitur illud.

Si est pars probationis, non potest dici totalis, in-
tegra, plena, ac perfecta probatio, sed quidẽ imper-
fecta. Rimin. cons. 83. nu. 16. seqq. inter cons. crim.
diuers. lib. 2. Calep. de Calep. cons. 52. decis. Peda-
mon. 60. nu. 9. Surd. cons. 173. nu. 166. lib. 2. Et ideò
non sufficit ad torturam; quoniam ad probandum
delictum requiruntur probationes integræ, perfectæ,
ac luce meridiana clariores. Vltra quod ex imper-
fecto, vel ex pluribus imperfectis non potest oriri, &
resultare perfectum in probando delictum. Aym. de
antiq. temp. vers. testis quid, in lib. officialis, nu. 17.
& 19. Gram. decis. 11. nu. 2. Becc. cons. 85. num. 70.
post alios, quos allegat, l. 1. C. minor. tutel.

Si est quædam species probationis, non est ipsa
probatio, & ideo non sufficit ad torturam; nam ex
quo remouetur genus remouetur quoque quælibet
eius species, l. fundi, ff. de fund. instrum.

Ex quibus Iudices criminales scire debent, quod
quando DD. loquuntur de inditio sufficienti ad tor-
turam, non intelligunt de inditiis remotis, quæ v.g.
15 sunt discessus à patria, adunatio hominum, solli-
citatio ad malum, apertura domus, ingressus in do-
mum alicuius, mala conditio hominis, minæ, oscu-
la, assistentia in rixa, timor, titubatio, trepidatio,
transitus per aliquem locum, risus, verecundia, &
alia huiusmodi: Sed intelligunt tantum de semiple-
na probatione; prout doctè, & egregiè declarat Soc.
Iun. cons. 39. nu. 57. vol. 2. Quæ nullo modo potest
oriri à quibusuis inditiis; sed solum à dicto, seù de-
16 positione testis, idest hominis fide digni, ac omni
exceptione maioris, l. qui vltimò, in fin. ff. de pœn.
Farinac. q. 37. nu 58. & 121. Dec. cons. 189. col. 1.
seq. deponentis per visum, vel alium sensum corpo-
reum proprium, non alienum aliquod delictum fuis-
se commissum. Menoch. de præsumpt. q. 89. nu. 7.
Cason. tract. de indit. in suis qq. c. 6. rubr. de non
torquendo per inditia nisi legitimè probata, nu. 8.
17 Ratio est, quia testis munus non est iudicare, sed
quod oculis vidit deponere, & testimonium ferre.
Bart. in l. quod tamen, §. si arbiter, ff. de arbitr.
Curt. Iun. post multos, quos recenset, latè cons. 165.
num. 17. quibus accedit Dec. cons. 459. num. 10. &
cons. 469. nu 9. Paris. cons. 104. nu. 37. lib. 1. Nec
18 mirum, quia debet videre actum oculis corporeis,
cum non sufficiat v.g quod voces audierit, l. si vnus,
19 cum ibi not. C. de testam. Immò dicitur, quod d.
testis d. semiplenam probationem non facit, nisi alia
concurrant adminicula; nam aliàs secundum Boss.
tit. de indit. & considerat. ante tortur. facit inditium
tantum, non autem semiplenam probationem, quæ
ad minus requiritur, vt possit infligi tortura. Clar. §.
20 fin. q. 62. in princ. Ratio est, quia vox vnius vox
nullius. Boss. tit. de opposit. contra testes. Et est
21 etiam singularis, l. iusiurandi, C. de test. cap. ve-
22 niens, in fin. cap. licet, in fin. eod. tit. Et vbi est
singularitas, ibi est varietas, & contrarietas, quia
quilibet est solus. Bal. rubr. de controuers. inuestit.
num. 2. Aym. cons. 41. num. 7. Vltra quod ex sin-
23 gularitate arguitur dolus, & falsitas. Bal. in l. ius-
iurandi, col. 3 nu. 4. vers. deindè nota rationem. C.
de test. Vnde dicitur, quod inditia per testes ema-
24 nata debent esse etiam talia, vt ex ipsis ad fauorem
Curiæ post sublatas probationes, & præsumptiones
Rei d. semiplena remaneat probatio; cum dd. in-
ditia, vt sufficiant ad torturam, debeant facere, &
continere dictam semiplenam probationem ab ali-
quo non offuscatam, neque elisam, quam nimi-
rum solummodò faciunt testes omni exceptione
maiores.

25 Quinimò etiam dicitur, quod nec etiam d. semi-
plena probatio sufficit ad torturam, nisi sit confir-
mata aliis adminiculis; nanq; secundum Bal. in l. ea
25 quidem, nu. 4. de accus. cum d. semiplena proba-
tio sit solum præsumptio, quæ fortiter mouet animũ
Iudicis, ideò requiritur plusquã semiplena: Et d. plus-
26 quam semiplena dicitur, quando duo adsunt testes
(vt dictum est) vnus integer, alter non, vel cum d.
teste integro alia adsunt adminicula. Vt d. Boer. ibi-
dem, & Ioseph Ludouis. dec. 100. nu. 4. seqq. Sicque
clarè apparet, quod ad torturam nullo modo suffi-
27 ciunt inditia. Et optima ratione quidem quia, vt
possit infligi tortura, de facti veritate, idest de cer-
titudine delicti commissi liquidè constare debet per
probationes, nempè per testes omni exceptione ma-
iores. Ariminen. in addit. ad Angel. de malef. in
verb. fama publica. num. 108. in fin. non autem per
28 præsumptiones, coniecturas, imaginationes, suspi-
29 ciones, verisimilitudines &c. Bal cons. 78. vol. 3. Im-
mò nec etiam per inditia indubitata, quamuis nullã
habeãt dubitationem, quin delictum fuerit commis-
30 sum: Ratio est, quia ad torquendum requiruntur
testes, non autem inditia etiam indubitata, quæ re
vera sufficiunt tantum ad pœnam pecuniariam, se-
cundum Boss. tit. de conuict. nu. 35. vide plura in
31 cons. 1. sub nu. 39. vsque ad num. 49. Nec ab re vi-
deri debet, quia inditia non sunt adeò indubitata,
quin quandam sollicitam recipiant dubitationem.
32 Boss. d. tit. nu. 45. Et inditia indubitata secundum
DD. dicuntur, vbicunque ex qualitate, & multitudi-
ne inditiorum inducitur veritas oculis Iudicis, sicut
clara lux ostendit veritatem oculis corporeis: Aut
sunt talia, quæ inducunt quasi notorium, vel mani-
festè ponit factum ante oculos Iudicis ità clarè, vt
non sit possibile, quod aliter res se se habeat. Clar. in
§. fin. q. 20. in fin. & alii, quos accumulat Farinac. q.
86. nu. 67. Datur exemplum in eo, qui intrauit domũ
alicuius mulieris, auditus fuit d. mulieris clamor, vi-
sus fuit ille, qui intrauit domum exire cum gladio
sanguinolento, & mulier in facie vulnerata. Item
possunt etiam dici indubitata ob multa alia.
Primò quando concurrit præcedens inimicitia.

Secun-

Secundò quando concurrunt minæ. Tertiò percussio
sequens. Quartò quod sine magno interuallo secu-
ta v.g. fuerit mors. Aliqui DD. dicunt, quod ex istis
inditiis facto proximis, & in facto intrinsecis Reus
damnari potest, & hanc adducunt rationem, quoniã
natura non repugnat, vt præsumatur, ipsum vulne-
rasse, & dicunt, quod quando non sunt talia, non
potest deueniri ad condemnationem, sed ad tortu-
ram tantum. Ego autem omninò sequor opinionem
33 Boss. qui dicit, quod ex inditiis etiam indubitatis,
& violentissimis, non potest quis torqueri; sed be-
nè potest ad pœnam pecuniariam damnari: Ratio
est, quia inditium etiam indubitatum, non pro pro-
batione, sed pro quadam probationis specie habe-
tur (vt dictum est) Calep. de Calep. d. cons. 52. di-
uers. lib. 1. Immò ego dico, quod Reus nec etiam
ex præsumptionibus, & inditiis etiam indubitatis
potest criminaliter damnari. Vt per plures autho-
ritates ostendit Boer. d. cons. 164. per totum. Mar-
sil. §. diligenter, num. 152. Dec. cons. 175. num. 8.
vers. præterea, qui dicit, quod ex inditiis indubi-
tatis in causis criminalibus condemnatio secundum
communem opinionem ad pœnam ordinariam cri-
minis fieri nõ potest. Bal. & Imol. quos allegat Vero-
nen. cons. 6. n. 11. & cons. 32. n. 21. Bal. & alii in l. eius,
ff. de testam. §. 1. Boer. d. dec. Gram. dec. 42. loquens
34 in propriis terminis homicidæ. Et quando pœna or-
dinaria criminis nõ est imponenda, semper extraor-
dinaria, aut arbitraria, idest pecuniaria, vel alia non
corporalis intelligi debet, etiamsi inditia essent vrgẽ-
tissima, & indubitata. Io. Andr in addit. ad Spec. tit. de
probat. §. videndum. Gand. tract. de malef. tit. de
præsumpt. & indit. nu. 1. & 9. Vbi quod omnes DD.
tempore suo ità tenuerunt. Refert, & sequitur Ca-
stren. cons. 19. col. vlt. Cæpol. cons. 52. num. 20.

Qua quidem ex re dicitur, quod de iure ex præ-
sumptionibus, & inditiis etiam indubitatis in nullo
35 casu potest ad torturam procedi, nisi in casu, in quo
lex ipsa præsumit, & super præsumpto disponit. De
comm. testatur Boss. in tit. de indit. n. 34. vers. veritas
tamen est, & cõmunis opinio, de qua ante ipsum te-
statur Gand. in tit. de pręsumpt. & indit. §. nunc restat,
n. 12. in fin. Et optima ratione quidem, quia vbi non
est præsumptio iuris, & de iure, non oritur inditium
adeò indubitatũ; quin aduersus illud (vt dictum est)
possit probari contrarium. Boer. decis. 165. nu. 1.

Ex quibus igitur infertur, quod ex dd. inditiis,
36 præsumptionibus &c. non potest infligi tortura;
sed omninò requiritur dictum, seu depositio vnius
testis super maleficio commisso: Immò dicitur,
quod nec etiam sufficit vnicus testis, quamuis de vi-
su, sed etiam requiritur, quod sit omni exceptio-
ne maior. Bart. in d. l. maritus, ff. de quæst. in l.
fin. C. famil. hercisc. & in l. admonendi, de iure-
iur. vbi etiam per Bal. & per eundem in suo notab.
cons. quod incipit per statutum prouidetur. Plot. in
l. si quando, num. 879. C. vnde vi. Aym. cons. 6.
num. 12. Et quod d. testis sit omni exceptione ma-
37 ior, per Fiscum articulari, & probari debet de ne-
cessitate præcisa, aliàs probatio non releuat; quia
lex hoc præsumit. Vbert. Zuccard. l. fin. num. 83.
C. de Edict. Diu. Adrian. tollen. Alciat. de præ-
sumpt. in 3. reg. præsumpt. 2. vers. & idem puto.
Dec. c. dilecti, col. 6. num. 14. de appellat. Paris.
38 cons. 152. vol. 4. num. 7. Item quod infrascripta
etiam coppulatiuè concurrant. Primò quod dictus
testis deponat directè, & immediatè super malefi-
cio, & non super inditio ad maleficium. Bart. in
d. l. fin. C. famil. hercisc. Alex. cons. 5. num. 1.
cons. 11. num. 4. Dec. cap. tertio loco, num. 15.
de probat. Gram. vol. 2. Vulpell. cons. 35. num. 6.
39 Secundò quod alia concurrant adminicula, cum de
per se non sufficiat. Ias. post alios in d. l. admo-
nendi, col. 46. num. 186. in fin. ff. de iureiurand.
Mars. in pract. §. diligenter. Alex. d. cons. 89. viso
num. 19. seq. vol. 4. Farinac. cons. 65. num. 39.
40 Tertiò quod sit talis, quod non solum nullam etiam
minimam patiatur maculam, aut exceptionem;
sed etiam quod vndique sit inuulnerabilis, & quod
sola Rei confessio deesse videatur. Alex. cons. 133.
41 num. 11. seq. vol. 7. Quartò quod in eius deposi-
tione crimen tangat. Glos. in cap. 1. de confess. ob
illam dictionem, Aliæ, quæ est relatiua, & repræ-
sentatiua eiusdẽ qualitatis. Glos. in l. quidã relegatus,
in verb. Amicis, ff. de reb. dub. Quintò quod con-
42 tra ipsum nulla contraria vrgeat coniectura. Bal.
in l. 2. C. quor. appellat. non recip. Cason. d. tract.
de indit. per visum, c. 1. num. 5. Sextò quod reddat
43 rationem, quomodo v. g. vidit. Crott. tract. de
test. num. 175. & num. 352. Ias. l. si non speciali,
C. de testam. Gram. cons. 58. num. 1. Ratio est, quia
testium munus est, quod oculis viderunt, testificari.
Bart. in l. quod tamen, §. si arbiter, ff. de arbitr.
44 Septimò quod benè, & clarè concludat, & non
præsumptiuè deponat, c. in præsentia, de probat. Ber-
tran. cons. 91. n. 3. Vbi quod testis debet necessariò
concludere, & nõ pręsũptiuè deponere, & cons. 147.
n. 2. vol. 3. Bart. & alii, in d. l. si quãdo, in fin. C. ũde vi.
45 Octauò quod deponat illud, quod certitudinaliter
nouit, c. Relatum, q. 2. c. testes. 3. q. 8. Felin. cap.
quoties, num. 7. de test. Rot. decis. Paleott. 67. in
princ. 3. par. Hyppol. cons. 4. num. 9. vol. 1. Corn.
46 cons. 151. vol. 1. num. 3. Nonò quod deponat
de facto consumato; nanque non sufficit, quod
deponat de circumstantiis delicti, siue de inditiis
remotis. Boss. tit. de conuict. num. 21. Clar. quæst.
21. vers. mendacium. Rolan. cons. 3. num. 53.
47 vol. 3. Ratio est, quia testes deponentes super cir-
cũstantiis, seu accessoriis, aut appendicibus delicti, &
nõ super delicto, seu facto consumato non faciũt in-
ditium ad torturam. Clar. d. q. 21. Rolan. d. cons. 3.
v.g. Testis examinatus dicit Reum habuisse aliquem
gladium, quando insecutus fuit Petrum, & nõ dicens
vidisse ipsum cũ gladio percusisse, non facit inditium
ad torturam; quoniam ex hoc dicto non resultat se-
miplena probatio ad delictum, vt requiritur in cri-
minalibus, cum in suo dicto non concludat super
percussione, vt ipse Reus possit subiici torturę. Clar.

in §. fin. q. 62. in princ. Quinimò quod magis est, dicitur, quod quamuis dd. præsumptiones, circum-
48 stantiæ, indicia, &c. adsint; Tamen ipsa sunt singula plenè probanda per duos testes contestes de loco, & tempore idoneos, atque legales. Afflict. c. 1. §. sacramenta, de consuet. rec. Feud. Gomez.tit. de delict. 1. 3. nu. 18. seq. Bart. & cæteri. in l. vlt. ff. de quæst. Gratt. cons. 59. nu. 34. vol.2. Hyppol. in pract. §. diligenter. Glos. communiter approbata. & Bart. in l. fin. ff. de quæst. & in l. vlt. in verb. vel inditiis. C. famil. hercisc. Ità etiam voluit Innoc. in c. licut. de simon. Clar. q. 22. in princ. Vbi quod ista opinio non solum est communis, sed quod nullam habet difficultatem, & controuersiam. Blanc. de indit. num. 106. Carrer. quos allegat. Bertazz. cons. 159. Natt. cons. 6. nu. 7. & cons. 42. nu. 6.
49 Vbi testatur de communi. Quibus additur, quod d. testis deponens de certa scientia delicti, tenetur reddere rationem in causa scientię, v g. quomodo vidit d. delictum fuisse commissum, aut consuma-
50 tum: Ratio est, quia sicut bona ratio iustificat dictum testis, sic mala elidit; cum in causa scientiæ stet effectus. Bal. in l. 1. ff. si cert. pet. Bart. & alii l. si seruus legatus. §. quis quis. de legat. primo Alex.
51 cons. 120. nu. 6. lib. 5. Vbi quod dictum testis à ratione pendet. Crauett. cons. 249. nu. 4. Vbi non est credendum testi affirmanti quod verè nescit.

Ex quibus supradictis omnibus omninò concluditur, quod in quibus suis casibus ad Reum torquen-
52 dum non inditia etiam indubitata (vt dictum est) sed quidem requiruntur testes omni exceptione maiores, luce meridiana clariores, integri, indubitati, legales, idonei, inconfutabiles, inuulnerabiles, & qui prorsus nullam etiam minimam patiuntur maculam, seu defectum, aut exceptionem. l. qui vltimò in fin. ff. de pœn. quam allegat Bart. in l. cunctos populos, & declarat ibi Ias. nu. 51. Farinac. q. 43. nu. 115. & q. 56. num. 121. Soc. Iun. de Reg. 425. in 1. fallent Mant. cons. 67. nu. 37. seq. Mars. cons. 63. nu. 13. seq. Bal. in Marg. vers. inditium. seq. & cons. 41. nu. 5. & 8. Alex. cons. 14. num. 2. lib. 3. & cons. 18. nu. 3. lib. 2. Ruyn. cons. 14. nu. 3. lib. 5. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tort. nu. 10. Prob. ad Ioan. Monac. in c. 1. nu. 3. & 6. de test. Calcan. cons. 120. num. 5. seq. Alex. cons. 128. nu. 2. lib. 2. Rolan. cons. 361. vol. 3. Vbi red-
53 dit rationem; quia quanto crimen est grauius, & atrocius, tanto probationes debent esse grauiores, & vrgentiores. c. Vbi periculum. de elect. in sexto.
54 Et quando non sunt omni exceptione maiores, & fide digni, nec ad formandam inquisitionem faciunt inditium. c. Qualiter, & quando e'l secondo Farinac. d. q. 56. nu. 188. Quod procedit etiam in occultis & difficilis probationis. Clar. q. 64. vers. dixi etiam in fin.

Quinimò testes in criminalibus non solum debet
55 esse omni exceptione maiores, sed etiam boni viri, probatæ vitæ, & conditionis, quos verisimile fit non deierare. Ità dicit text. c. in litteris. cum ibi not. de test. Hyppol. §. principium. nu. 10. Et tales etiam debent esse, non solum quando sunt plures, & concordes, sed etiam quando sunt singulares in eorum depositionibus, & cum ipsi alia concurrunt adminicula, seu inditia etiam indubitata. Quæ etiam omnia, & singula sunt plenè probanda (vt superius dictū est) per duos testes contestes de loco, & tempore idoneos. Et quando non sunt tales, & dicta non concurrunt adminicula, quamuis plures sint, tamen loco vnius habentur, & solum ad inquirendum faciunt inditium. Ità d. Prob. ad Ioan. Monac. in c. 1. nu. 3. de test. nu. 6. Caualcan. d. cons. 110. nu. 5. seq. Alex. d. cons. 128. nu. 2. lib. 2. Nec mi-
56 rum videri debet, quia in criminalibus agitur de vita hominis, quæ cunctis rebus est præferenda. l.
57 sancimus. C. de sacrosanct. Eccles. Et sic de magno præiudicio tractatur; ideò cautius est agendum. l. 1. §. si quis. ff. de Carb. Edict.

Et illi dicuntur omni exceptione maiores, quibus
58 nihil prorsus potest opponi, & superant etiam omnem friuolam exceptionem, & nullam prorsus patiuntur maculam; immò vndique sunt inuulnerabiles, alias secus. l. 1. §. idem Cornelio l. maritus. Vbi Glos. in verb. illicitè. in fin. ff. de quæst. Clar. q. 21. vers. vnus testis. Vbi grauiter repræhendit Iudices, qui de facili ex depositionibus inhabilium testium Reos torquent: Vbi attestatur de communi: Ratio est, quia sicut ad condemnandum Reum requiruntur testes omni exceptione maiores, l. sciant cuncti vers. testium idoneorum. C. de probat. Mars. §. diligenter. num. 8. Follet. post alios, quos allegat cons. 76. col. 2. num. 5. verb. quædam est probatio maior. C. de probat. Mascard. de probat. conclus. 459. num. 6. & 9. lib. 2. conclus. 496. num. 9. lib. 2. conclus. 1360. num. 4. Farinac. q. 61. nu. 22. Ità etiam ad torquendum, alias secus. Et opti-
59 ma ratione quidem, vt dictum est, quia omnis macula, seu defectus, aut exceptio etiam minima aut in dicto, aut in persona testis, non solum facit, vt non possit dici omni exceptione maior; sed etiam impedit torturæ effectum. Bal. cons. 427. lib. 5. Menoch. de præsumpt. q. 89. nu. 2. Rolan. cons. 7. nu. 3. & 10. & cons. 24. nu. 2. vol. 1. Clar. q. 21. vers. vnus testis. & q. 22. vers. vnum tamen post alios, quos allegat.

DISCEPTATIO VIII.

De Hæresis Crimine.

SVMMARIVM.

Hæresis ratione pertinaciæ est species peccati in Spiritum Sanctum.

1 *Hæresis vehementer infamat.*
2 *Hæresis crimine Iuuenes difficilius malitia peccant, quam in alijs criminibus.*
3 *Iuuenis) delinquens, si propter teneram æta-*
4 *Adolescens) tem aut mittus, aut nullo modo punitus venit, effectus maior non potest amplius de eo-*

de eodem delicto puniri.
5 *Suspicio leuis quæ dicatur.*
6 *Suspicio vehemens quæ dicatur.*
7 *Suspicio violenta quæ dicatur.*
8 *Suspecto leuiter leuis inducenda est purgatio.*
9 *Suspectus vehementer potest condemnari arbitrio Iudicis pœnis pecuniarijs.*
10 *Suspectus vehementer non est hæreticus.*
11 *Suspectus violenter potest condemnari vt hæreticus.*
12 *Hæresis crimen grauissimum est delictum.*
13 *Ad hæreticum conuincendum probationes requiruntur luce meridiana clariores.*
14 *Hæresis vt constituatur, necessaria est contraria veritatis scientia.*
15 *Hæresis est electio eius falsæ doctrinæ, quam quis putat meliorem.*
16 *Hæreticus verè, & propriè is dici non potest, qui ignorans catholicam veritatem eius contrarium profitetur.*
17 *Hæreticus est, qui sciens, vel sufficienter admonitus illud esse catholicum Dogma, deliberatè sciens, & volens contrarium amplectitur.*
18 *Hæresis consumatur errore intellectus cum consensu voluntatis.*
19 *Hæreticus nemo censeri potest, qui admonitus diceret, se ab hæresi recedere velle.*
20 *Hæreticum facit pertinacia, & verus consensus contrarius catholicæ veritati cognitæ.*
21 *Hæreticus pertinax est, qui legibus vetantibus, & Iudicium admonitionibus contradicit.*
22 *Hæreticus est, qui impudenter, & impiè tenet contrarium eius, quod scit, & sacris litteris, aut Ecclesiast. doctrina contineri.*
23 *Hæresis vt consumata dicatur, tria requiruntur.*
24 *Hæresis crimine duo potissimum sunt necessaria.*
25 *Hæresis vt puniri possit, quid requiratur.*
26 *Deus solus est scrutator cordium.*
27 *Hæresis crimen efficaciores, & benè concludentes requirit probationes.*
28 *Hæresis crimine qualibet Rei confessio nō sufficit.*
28 *Confessio qualibet Rei in crimine hæresis non sufficit.*
28 *Confessio Rei contra ipsum non probat.*
29 *Confessio spontanea Rei ipsi non præiudicat.*
30 *Confessio metu tormentorum emanata Reum non afficit.*
31 *Confessio per torturam extorta nullum contra Reum facit inditium.*
32 *Confessiones Reorum pro exploratis facinoribus non sunt habendæ.*
33 *Per confessionem suam Reus non potest torqueri, nec condemnari.*
34 *Ex confessione Rei Fiscus non ptest sumere probationem.*
35 *Confessio sola Rei non sufficit ad ipsum condemnandum.*
36 *Confessio iuditialis etiam in crimine hæresis non est sumenda ex ore Rei, nec contra ipsum procedendum.*
37 *Ex confessione Rei Fiscus non potest sumere delicti probationem.*
38 *Natura abhorret, quod vitam adimit.*
39 *Reus non est dominus membrorum suorum.*
40 *Cum confessione sua nemo potest facere se condemnare, & necare.*
41 *Cum confessione sua nemo potest facere delictum vbi non est delictum.*
42 *Confessionibus Reorum nullo modo est standum siue sponte, siue metu tormentorum, siue per torturam emanatis, si per testes idoneos non sunt omninò verificatæ.*
43 *Confessio Rei per testes fide dignos verificari debet.*
34 *Confessiones Reorum non verificatæ per testes omni exceptione maiores nullius sunt momenti.*
45 *Delictum per testes idoneos non verificatum non dicitur probatum.*
46 *Testes quando dicantur idonei, & contestes.*
47 *Hæresis, quæ solo animo, seù corde retenta est, sicut non punitur, ità non est delictum in foro fori, vt in sui forma cognosci, & puniri possit.*
48 *Hæresis vt puniri possit, requiritur principium, & complementum.*
49 *Hæresis non est crimen priuilegiatum quoad torturam inferendam.*
50 *Hæresis crimine talia inditia requiruntur, qualia requiruntur in alijs criminibus.*
51 *Hæresis crimen saltem probari debet per vnum testem omni exceptione maiorem.*
52 *In hæresis crimine non sufficiunt testes singulares.*
53 *In hæresis crimine debent examinari testes per publicum Notarium, aliàs non probant.*
54 *Hæresis crimine vbi testium qualitas deficit, numerus supplere non potest.*
55 *Testium numerus in hæresis crimine supplere non potest, vbi qualitas ipsorum deficit.*
56 *Hæresis crimine requiruntur duo testes, immò*
57 *tres testes integri.*
58 *Hæresis crimine non sufficiunt duo testes.*
59 *Hæresis crimine videtur absurdum, Reum de delicto tam graui ad dicta duorum testium condemnari.*
60 *Hæresis crimine quando tres sunt testes, vnus de tribus potest nunciare, & sic non tota vicinia, sed vnus ex vicinia.*
61 *Testes duo licet de iuris rigore sufficiant; tamen opus est, vt sint irrefragabiles, ac omni exceptione maiores.*
62 *Hæresis crimine licet admittantur testes inhabiles, non tamen sunt omni exceptione maiores, vt requiritur.*
63 *Hæresis crimine testes non omni exceptione maiores non faciunt plenam probationem.*
64 *Hæresis crimine quamuis testes minus idonei admittantur; non tamen duobus solis plena habetur fides, quia alia concurrere debent.*
65 *Probationes leuiores sufficiunt tantum ad præsumendum; non autem ad condemnandum.*

66 Obsu-

128 Ha-

186 *Schis-*

Hære-

1 HAERESIS ratione pertinaciæ est species pec-
cati in spiritum sanctum, scilicet impugnatio
veritatis. secundum B. Thom. 4. sed dist. 13. q. 2.
art. 2. Et quia vehementer infamat, ideò à quoli-
bet christiano, & benigno Iudice infrascripta om-
2 nia sunt menti tenenda, & obseruanda. Primo quod
si in aliis Tribunalibus, vbi non est tantæ misericor-
diæ locus, ætati parcitur, & multum de crimine
condonatur; multo magis in hoc misericordiæ, &
benignitatis sanctæ Inquisitionis Trono fieri, &
3 obseruari debet. Secundò quod Iuuenes difficilius
malitia in hoc hæresis crimine peccant, quam in
aliis, veluti homicidiis, adulteriis, furtis, & simi-
libus; quoniam hæresis crimen, cum sit spirituale,
quod mente, & intellectu concipitur, & perficitur;
non ità facile, credendum est, ab illis patrari, qui
non dum intellectus ratiocinationem, nec etiam
ità comperta christianę fidei dogmata habent: quod
tunc maximè locum sibi vindicaret, cum ab aliis
veluti parentibus, aut magistris decepti forent. Vn-
de illud, quod est valde singulare, per Iudicem est
omninò aduertendum, quod si quis delinquens
4 propter teneram ætatem, aut mitius, aut nullo mo-
do punitus venit, effectus maior, non poterit am-
plius de eodem ipso delicto puniri. Ità Hyppol.
Mars. in l. infans. ff. de sicar. & in l. de minore. in
princ. vers. Et an minor. ff. de quæst. quem sequitur
Tiraquel. tract. de pœn. temperan. aut remitten.
causa. 7. nu. 8. Quod verissimum puto. Director.
Inquisit. par. 1. comm. 13. pag. mihi 40. Quæ cum
ita sint, Iudex benignus, & christianus ad excusan-
dum Reum infrascripta omnia aduertere, & menti
tenere debet; Nempe, quod Reus de tanto crimi-
5 ne aut est leuiter, vel vehementer, seù violenter su-
spectus. Suspicio leuis secundum Simanc. in Enchi-
rid. tit. 41. nu. 2. 3. & 4. prouenit ex signis exte-
rioribus operum, seù verborum, ex quibus capitur
coniectura, qua concludi potest, non quidem fre-
quenter, sed raro, aut casu quod aliqua dicens, vel
faciens hæreticus sit; idque deducitur ex leui con-
sequentia, vt si argumentemur, aliquis peierat fre-
6 quenter, ergò non bene credit in Deum. Suspicio
vehemens sumitur ex signis exterioribus operum,
aut verborum, ex quibus sumitur argumentum con-
cludens frequenter, & vt plurimum quod talia di-
cens, vel faciens hæreticus est v.g. si quis neget ex-
plicitè aliquas fidei præpositiones, quas tenetur ex
officio scire, is vehementer est suspectus; quamuis
fieri possit, vt talis negatio ex ignorantia, vel ani-
7 mi leuitate sit orta. Suspicio violenta est, quæ pro-
uenit ex signis exterioribus, ex quibus concludi so-
let efficaciter, & ferè semper, quod aliqua dicens,
vel faciēs hæreticus est. Vt si quis propositiones hæ-
reticas publicè asserat, vel cæremonias impiorum
faciat; nam etsi possibile sit, quod isthæc sine intelle-
ctus errore, aut sine pertinacia fiant; Ecclesia ta-
men, quæ iudicat exteriora huiusmodi homines
præsumit esse violenter hæreticos. Denique hi om-
nes de hęresi possunt esse suspecti; eo quia de ipsis
indicia aliqua extant, quod malè de fide catholica
sentiunt. Gerson. de protestatione, consideratione
8 vltima. Veniunt certè acriter puniendi: Tamen de
hæresi leuiter suspecto leuis indicenda est purgatio.
Boss. tit. de heret. nu. 21. Et si suscepta purgatione
incidat in hæresim non subiacet pœnis ordinariis,
9 sed aliis licet grauibus. d. Boss. d. tit. num. 25. De
hæresi vehementer suspectus potest condemnari ar-
bitrio Iudicis pœnis pecuniariis. Simanc. Enchirid.
de pœnis. tit. 67. nu. 10. Non autem vt hæreticus.
Glos. in c. contingit. de sent. excomm. constit. Pro-
10 uinc. March. Glos. A. nu. 2. fol. 278. Ratio est,
quia de hæresi vehementer suspectus nullatenus est
hæreticus, nec potest condemnari vt hæreticus.
11 Pegna Director. Inquisit. lib. 3. in tertia par. De
hæresi violenter suspectus condemnatur vt hęreticus
12 pœnis ordinariis: Ratio est, quia hæresis crimen
grauissimum est delictum; & ideò cautius in eius
probatione agendum est, quam in cæteris crimini-
bus; prȩsertim cum defensionum facultas manca
13 quodamodò Reo concedi soleat; quo fit, vt pro-
bationes ad conuincendum hęreticum luce meri-
diana clariores sint necessarię. l. vlt. C. de probat.
Oldrad. cons. 110. Anchar. in c. Accusatus. in
princ. de hęret. lib. 6. Simanc. Enchirid. tit. 34. n. 1.
14 de probat. Et illud per Inquisitorem est sciendum,
quod vt hæresis constituatur, necessaria est contra-
15 riæ veritatis scientia. Nam cum hæresis sit electio
eius doctrinæ, quam quis putat meliorem. c. hære-
sis. 24. q. 3. Et electio sit operatio voluntatis, &
nemo ignorat, quæ eligit. Vt lib. 1. Rethoric. c. 10.
Author est Aristot. fit, vt ea, quę eligimus, delibe-
ratio antecedat id, quod sine notitia, & scientia
eius rei, quam eligimus, contingere non potest.
Quare vt firmiter aliquid amplecti dicamur, noti-
16 tiam eius prius habere debemus. Inde fit, vt verè,
& propriè is hęreticus dici non possit, qui ignorans
catholicam veritatem eius contrarium profitetur.
17 Erit autem tunc hæreticus, cum sciens, vel suffi-
cienter admonitus illud esse catholicum Dogma de-
liberatè sciens, & volens contrarium amplectitur.
Caiet. apud S. Thom. 22. q. 11. art. 2. Turrecrem.
in summa. de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 13. Siluest.
verb. Hęresis. q. 2. vers. Quinto vt quis errorem.
Simanc. de Cathol. instit. tit. 31. de hęreticis. nu.
10. Et alii communiter. Director. Inquisit. par. 2.
comm. 1. pag. mihi 82.

Ex quibus infertur, quod hæresis consumatur er-
18 rore intellectus cum consensu voluntatis; alioqnin
19 nemo hæreticus censeri posset, qui admonitus di-
ceret, se ab hęresi recedere velle, quàmuis consta-
ret, eum longo tempore in hæresi perstitisse; quia
20 pertinacia, quæ consumatum facit hęreticum, non
est obstinatio sola, vt quidam existimanit; sed qui-
libet etiam verus consensus contrarius catholicę ve-
ritati cognitę hęreticum facit. Et hęc sententia est
magno Theologorum consensu recepta; quia sacra
scriptura, & Ecclesiastica diffinitio, quibus fide ca-
tholica continetur, plus operatur, & potest, quam
mille

mille Iudicum monitiones, & quam omnes iuris hu-
21 mani probationes: Sed qui legibus vetantibus, &
Iudicum admonitionibus contradicit, hęreticus per-
tinax est, & multo magis qui impudenter, & impiè
22 tenet contrarium eius, quod scit, & sacris litteris,
aut Ecclesiæ doctrina contineri. Gerson. Alphabeto
14. ad fin. Caieta, & Victoria in 2. q. 12. Dried.
lib. 1. de libert. christiana. Alphonsus Castrus lib.
12. de locis catholicis. c. 9. Simanc. Enchirid. tit. 29.
23 de confess. nu. 13. Denique vt hæresis consumata
dicatur, tria concurrere debent: Nempè falsa cre-
dulitas, error contra fidem catholicam, & pertina-
cia. Quorum si aliquid desit, hæresis consumata
non erit. c. in quibus 22. q. 2. S. Thom. 2. 2. q. 2.
Simanc. Enchirid. tit. 2. nu. 3. Muscatello in pract.
crim. pag. mihi 28. nu. 18. dicit, quod hæresis cri-
24 mine duo potissimum sunt necessaria. Primum re-
spiciens hæresis initium, hoc est error in ratione
circa ea, quæ sunt fidei. Secundum respiciens com-
plementum, idest pertinacia in voluntate. Cæte-
25 rum illud per Inquisitorem est omninò sciendum,
quod hæresis, quæ sola mentis cogitatione perfici-
tur, puniri non potest, nisi subsequatur inquisiti
confessio, qua illa mentis excogitatio detegatur, &
26 probetur; cum alias solus Deus sit scrutator cordi-
um Muscatell. in pract. crim. pag. mihi 26. num. 5.
27 Quibus ego addo, quod hæresis crimen tam pri-
uilegiatum, cum grauissimam causam habeat, ne-
cessario requirit probationes efficaciores, & benè
concludentes. l. vlt. C. de probat. Dec. cons. 429.
nu. 9. seq. & cons. 458. nu. 4. Paris. cons. 2. 101.
28 lib. 4. Ias. cons. 167. nu. 6. lib. 4. Immò dicitur,
quod nec quęlibet rei confessio sufficit, cum Reus
non possit probare, & esse testis contra se ipsum. l.
liber homo. ff. ad l. Aquil. Boss. tit. de conuict.
29 num. 8. Non sufficit (inquam) vt alibi dictum est,
confessio spontanea. Vt l. generaliter. C. de non
numer. pec. & Argum. l. fin. de Arbitr. Tutel. Claud.
ad Bertaz. cons. 29. in littera. C. vbi adducit Con-
30 cordantes. Non sufficit confessio metu tormento-
rum emanata. Prout patet. 15. q. 6. c. 1. Glos. Hyppol.
& alii. l. §. Diuus Seuerus. ff. de quęst. Simanc. En-
31 chirid. tit. 52. de torment. num. 34. Non sufficit
confessio per torturam extorta. Prout patet in d. l. 1.
32 §. Diuus Seuerus. Vbi adducitur ratio, quia con-
fessiones Reorum pro exploratis facinoribus non
sunt habendæ. Si itaquè Reus per quamlibet eius
confessionem non potest torqueri, nec etiam si fue-
rit tortus, & confessus potest per Iudicem condem-
33 nari. Et si secus Iudex faceret, d. condemnatio
nihil Reo noceret. Ratio est, quia quicquid ex in-
iuria Iudicis manat, iniustum est, & iniusticia cau-
sæ permanet in eius effectu; non enim ex iniuria ius
nasci potest. Glos. & Cæteri in l. pen. ff. de quæst.
& in c. Cum in contemplatione. de Reg. iur. Hyppol.
in pract. §. Secunda quæstio. Simanc. Enchirid. de
34 torment. tit. 52. nu. 34. Ex quibus infertur, quod
Fiscus ad fundandã eius intentionem non potest su-
mere delicti probationem ex ore ipsius rei. l. de mi-
nore. §. tormenta. ff. de quæst. Itaq; omninò dici-
35 citur, quod confessio sola rei non sufficit ad ipsum
condemnandum. Muscatell. in tract. crim. pag.
mihi 27. 28. nu. 10. & 26. Immò dicitur, quod in
crimine prorsus occulto hæresis iudicialis nõ est su-
menda confessio à d. Reo, nec contra ipsum pro-
cedendum. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 410.
36 col. 1. Qua quidem ex re omninò dicitur, quod
Fiscus ad fundandam eius intentionem non potest
sumere delicti probationem ex ore ipsius rei, d. l.
37 de minore. §. tormenta. ff de quæst. Nec ab re di-
citur, quia natura abhorret, quod vitam adimit.
38 Boss. tit. de mandat. ad homic. nu. 27. Et tit. de
conuict. nu. 1. Et conseruari desiderat, mortem
verò deuiat. Ità formaliter scribit Anchar. in suo
39 celebrat. cons. 24. nu. 4. Etsi aliter diceretur, esset
absurdum, quia esset Dominus membrorum suorũ,
& posset confiteri maria, & montes, & cum sua
confessione facere se condemnare ad mortem, &
40 necare, quod non potest facere etiam in delictis
occultis, & difficilis probationis. d. l. liber homo.
& l. non tantum. ff. de pœn. Bal. in Auth. sed nouo
iure. col. 2. in fin. vers. sed pone, qui confitetur.
Gram. decis. 48. loquens de Mariolis, qui multa
confitentur commisisse delicta; quæ non sunt vera:
41 Et optima ratione quidem, quia non est in pote-
state hominis cum sua confessione facere delictum,
vbi non est delictum. Aym. cons. 82. nu. 110. vol. 1.
& cons. 262. nu. 3. seq. vol. 2. Mars. in l. 1. §. 1.
col. fin. nu. 33. ff. ad l. Cornel. de Sycar. Gram.
cons. 36. num. 4.

Ex quibus igitur infertur, quod in omnibus casi-
bus nullo modo est standum cõfessionibus Reorum
42 siue spontè, siue metu tormentorum, vel per tor-
turam emanatis; si per testes idoneos non sunt om-
ninò vereficatæ. scripsit Bun. tract. de indit. q. 6. se-
cundæ par n. 13. quem refert., & sequitur Cason.
tract. de torment. c. 20. Vbi quod exemplo perni-
ciosum est, quem condemnare non verificata con-
fessione per testes fide dignos: Et dicit etiam quod
malè facit Iudex, si ex sola confessione, non veri-
ficato aliter facto condemnet. Et Gabriel. conclus.
17. num. 2. lib. 7. nec non etiam Clar. q. 55. vers.
quomodò autem dicunt quod aliter non potest quis
ad mortem damnari. Et hanc adducunt rationem,
quia confessiones Reorum etiam in tormẽtis extor-
tę per dd. testes idoneos, luce meridiana clariores,
legales, & optimè concludentes etiam in delictis
enormium delictorum, vt Assasinii, &c. sunt omni-
nò verificandæ, alias nullius sunt momenti. l. sciant
cuncti. vers. testium idoneorum. C. de probat. cano-
nizata in c. sciant cuncti. Vbi dum loquitur de pro-
batione testium addit idoneorum. l. in testamento.
ff. de condit. & demonstrat. quem text. singularem
affirmat Bal. in c. Qualiter Dominus à propriet.
priuet. Felyn. in c. tertio loco. in fin. d. Bal. ibidem.
extra de probat. sequitur Diaz. in Reg. 752. incip.
testis valdè dignus. in 2. limitat. Director. Inquisit.
tertia par. q. 71. Ariminen. in Addit. ad Angel. de
malef.

malef. in verb. & fama publica, num. 108. Mantua. conf.67. num.37. seq. Marl. conf.63. num. 13. seq. l. qui vltimo, in fin. ff. de pœn. quam allegat Bart. in l. cunctos populos, & declarat ibi Ias. nu. 15. in fin. Brun. conf. 115. tom.2. inter conf. crim. diuers. Farinac. quæst.37. & quæst.56. num.121. Director.
45 Inquisitor. 2. par. pag. mihi 205. Aliàs delictum non dicitur probatum. Not. in c. cum oporteat, de accusat. Cason. de indit. tract. 2. num. 5. seq. Bart. conf.65. Alex. conf.3. num. 1. lib.3. Crauett. conf. 2. num.4. vbi adducit concordantes. Et illi dicun-
45 tur omni exceptione maiores, ac fide digni, quibus nihil prorsus potest opponi, & superant et omnem friuolam exceptionem, & vndiquè sunt inuulnerabiles, l. 1. §. idem Cornelio, l. maritus, vbi Glos. in verb. illicitè, in fin. ff. de quæst. Clar.q.21.
45 vers. vnus testis. Et nè dicantur omni exceptione maiores, & fide digni, sufficit quilibet defectus, aut macula, seu exceptio etiam minima, aut in dictis, vel in personis. Mascard. de probat. in præfatione, lib. 1. q. 6. num.6. seq. Ias. in l. si quis, ff. si quis caut. ex quibus impeditur torturæ effectus. Rolan. conf. 7. num. 3. & 10. & conf. 24. num. 2. vol.1. Bal. conf. 427. lib. 5. Menoch. de præsumpt. q.89. num.2. Clar. q.21. vers. vnus testis, & q. 22. vers. vnum tamen, post alios quos allegat. Et d. l. 1. §. 2. Idem Cornelio.

Nec supradicta in crimine hæresis, ac etiam in quouis alio crimine quoad testes idoneos dixisse sufficit, quia etiam adminicula, seu signa, ex quibus
46 ad huiusmodi infertur delictum sunt plenè probanda. Innoc. c sicut, de Simon. Ioan. Andr. cap. vt officium, lib. 1. de hæret. in sexto. Oldrad. conf. 210. Paris. conf.2. num.90. lib.4. Felyn. c. litteras,
46 num.22. Et tunc dicuntur plene probari, quando dd. testes sunt etiam contestes. Bal. l. fin. num.22. C. famil. hærcisc. post multos ostendit etiam Bertaz. conf.250. num.33. Farinac. q. 37. nu. 14. seq. loquens in fortioribus terminis in crimine læsæ Ma-
46 iestatis: Et aliundè sunt probanda quam ex dictis sociorum criminis. Calcan. conf. 110. vol. 2. Immò (inquam) adminicula quælibet, etiam leuia, & minima plenè sunt probanda. Glos. l. fin. C. famil. hærcisc. Boss. tit. de indit. n. 15.18.22. Clar. q.22. in prin.

Et id semper Inquisitor menti tenere debet, quod hæresis, quæ solo animo, & mente, seu corde re-
47 tenta est, sicut non punitur, ità nec etiam est delictum in foro fori, vt in sua forma cognosci, & puniri possit. Muscatell. in pract. crim. pag. mihi 26. n.3.
48 Ratio est, quia vt possit puniri, requiritur principium, & complementum expressum, & patens. Idem Muscatel. nu.4. Et illud est omninò sciendum,
49 quod non est crimen priuilegiatum quoad torturam inferendam; nam qualia inditia requiruntur in aliis
50 criminibus, talia etiam in crimine hæresis, & quod
51 saltem probentur per vnicum testem omni exceptione maiorem. Muscatell. pag. mihi 33. n. 39. Immò
52 dicitur, quod ad conuincendum, seu ad condemnandum non sufficiunt testes singulares. Muscatell.
53 in pract. crim. pag. mihi 32.33. Et debent testes examinari per publicum Notarium, alias non probant.
54 Idem Muscatell. pag. 35. nu.46. Et vbi qualitas te-
55 stium deficit, numerus supplere non potest; quia
56 requiruntur duo testes integri. Muscatell. pag. mihi
57 31. nu.31. Immò dicitur, quod requiruntur tres testes. Eymeric. 2. par. q 71. Gondis de test. Placius Rub. in alleg. de hæret. §. 13. Io: Roias de hæret. 2.
58 par. asser. 4. quasi iste sit casus specialis, in quo non sufficiunt duo testes. Adnot. 2. q. 4. in princ. Cum
59 videatur absurdum, quem de tam graui crimine ad dicta duorum testium condemnari, maximè cum defensionis trucetur ordo circa notitiam testiū, quoad interogatoria, quæ dari solent: Sed veriùs videtur, ideò de tribus hic dici, quia quanto pluribus committitur inquisitio, tanto facilius fit nunciatio: Non
60 quod omnes tres debeant nunciare, sed vnus de tribus, nec tota vicinia, sed vnus ex vicinia. Direct. Inquisit. 2. par. pag. mihi 180. nu. 2. seq. & 2. par.
61 pag. mihi 205. num.4. Et testes duo licet de iuris rigore sufficiant ad plenè probandum hæresim, quia locus est regulæ præuulgatæ, In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum. Vt Felyn. de communi in c. Excommunicamus, de hæret. nu 27. Domin. & Franc. in c. vt officium, eod. tit. lib.6. Siuest. verb. hæresis. 2. q. 4. Albertin. in c. 1. de hæret.
62 lib.6. q.16. Et licet etiā testes natura inhabiles speciali iure admittantur, non tamen sunt omni exceptione maiores. Alex. conf. 11. nu. 1. Boss. tit. de indit.
63 ante tortur. n. 15. Vulpell. conf. 12. nu. 16. Tamen opus est, vt illi duo testes sint irrefragabiles, ac omni exceptione maiores, alioquin non faciunt plenam probationem; nam quamuis testes quoque minus
64 idonei in fauorem fidei recipiantur; nō ideò tamen duobus solis plena habetur fides; sed necesse est, vt alia multa concurrant. c. in fidei fauorem, de hæret. lib.6. Lupus in allegat. §. vlt. Brun. lib.4. de hæret. c.9. Simanc. Enchirid. tit.34. de probat. nu.5. Ra-
65 tio est, quia probationes leuiores non ad condemnandum, seu ad præsumendum sufficiunt, Eymeric. q.71. Director. Inquisit. pag. mihi 614. col. 1. Et
66 quod solum sufficiant ad suspicionem, & non ad condemnationem patet in l. 2. de præsumpt. litteras, §. nos verò, in princ. Director. Inquisitor. 2. par. pag. mihi 197. nu. 7. Et Innocentii sententia est falsa, qui secus tenet. Placius Rubius in allegat de hæret. §. 12. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 205. num. 7. Et eorum opinio refellitur, qui dicunt in hæresis crimine ad condemnandum leuio-
67 res sufficere probationes; quoniam ob graue delictum non debet quisquam pœna ordinaria puniri etiam ob vehementem præsumptionem. Innoc. c. quia verisimile, de præsumpt. Butrius Cardinalis, & alii in c. afferte, eod. tit. Placius Rubius in allegat. de hæresi, §. 11. in Clem. 1. de hæret. Peratinus in c. accusatus, de hæret. lib. 6. Oldrad.
68 consil. 210. incip. Regularis habet traditio. Ioan. Roias sing. 165. Simanc. de cathol. Instit. tit.51. num.11. Director. Inquisit. par.2. pag. mihi

117. Et licet testis natura inhabilis admittatur ad
testificandum, tamen non est omni exceptione
maior. Alex. cons. 11. num. 1. Boss. tit. de in-
dit. ante tortur. num. 15. Vulpell. cons. 12. n. 16.
Cęterum vt in hęresis crimine securius per In-
quisitorem procedatur, vltra supradicta infrascripta
68 omnia menti tenere debet. Primò quod Laicus
Clericum de hæresis crimine accusare potest prout
etiam de aliis criminibus exceptis, quæ sunt crimen
læsæ maiestatis, crimen Simoniæ, crimen sacrilegii,
69 crimen falsificationis monetę, crimen assasinii, in
casu difficilis probationis, & in quo veritas aliter ha-
beri non potest. Verum duo in homini accusatione
necesse est, vt concurrant, vt optimè scribit Gid. Nē-
70 pe quod laicus bono zelo accuset. Iuxta text. in
71 c. licet Hely. extr. de Simon. Secundò quod Cle-
ricus accusatus de crimine accusato fuerit suspe-
ctus. Iuxta text. in c. In primis 2. quęst. 1. Fari-
72 nac. quęst. 12. num. 13. Et accusare potest, quan-
do suam, vel suorum prosequitur iniuriam. 4. q. 6.
c. omnibus. Polyant. in verb. laycus. Tamen il-
lud per Iudicem est omninò sciendum, quod licet
d. laycus d. clericum in causa criminali per supra-
73 dicta possit accusare; tamen non potest contra
ipsum testimonium ferre, & si ferat, non probat.
Text. in c. de cætero, extr. de test. De cætero ibi
inquit text. laycos in accusationem contra Cleri-
cos in causa criminali non esse aliquatenus admit-
tendos censura sacrorum canonum manifestius edo-
cet. Ioan. Andr. in summario. Anan. num. 1. Bal.
in summario Monticell. in suo repertorio test. verb.
laycus contra Clericum. fol. 47. col. 1. vers. 2.
seq. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 962 nu. 1.
74 Et hoc tribus de causis. Prima causa est propter
reuerentiam, quam laycus debet Clerico, qui Dei
legatione fungitur. c. Accusari in fin. 2. quæst. 7.
c. quis dubitet et c. duo sunt. 96. distin. Secũda pro-
pter generalē inimicitiā, quæ intercedit inter laycos
& Clericos. Prout Boss. in tit. de opposit contra test.
n. 91. cũ layci Clericis sint infesti. c. layci & c. laycus
2. quęst. 7. Tertia quia sicut Clericus contra lay-
cum testimonium ferre non potest, ità ratione
æqualitatis seruandæ nec id laycus poterit contra
Clericum, & multo magis contra Sacerdotem.
Oldrad. cons. 145. numer. 3. Vbi de communi.
Clar. q. 24. vers. præterea quæro. Vbi de communi
Farinac. cons. 78. num. 8. Et in praxi crim. tit. de
opposit. contra person. quæst. 61. num. 98. seqq.
Nec etiam contra Clericos primæ tonsuræ. text. in
c. De cætero, in verb. Clericum, extr. de test. iun-
cto c. Clericos, & ibi Glos. in verb. Psalmistas.
22. distin. Felyn. in dict. c. De cætero. in princ.
vers. Et procedit etiam Mascard. de probat. lib. 2.
conclus. 962. num. 1. lib. 3. conclus. 1358. n. 45.
75 Farinac. dict. quæst. num. 101. Immò dicitur,
quod laycus in causa criminali etiamsi fuisset con-
frontatus nullum cõtra Præsbiterum parit inditium.
c. testimonium. 2. q. 1. c. veniens, de test. Spec. tit.
de test. §. 1. vers. Item quod est laycus. Mars. §.
expedita. num. 80. Immò nec ad accusandum,
nec ad testificandum admittitur, & hoc regulare
est, nisi suam, vel suorum prosequatur iniuriam.
4. quęst. 6. c. omnibus, nec tunc ad testimonium;
quia in facto suo nemo potest esse testis idoneus,
de test. c. de cætero, & 2. quæst. 1. c. prohiben-
tur, & 4. quæst. 3. §. Item omnibus in rebus; &
hoc verum est, nisi in criminibus exceptis, quæ
tria sunt, hæresis, læsę maiestatis, & simoniæ.
De simon. c. tanta, & 2. quæst. 7. c. Sacerdotes. c.
ones. 15. quæst. 3. c. sanè. ex Glos. c. Cum P.
76 Manconella, de accusat., ratio est, quia lay-
77 cus gradu, & dignitate non est par Clerico; Et
ista ratio respicit reuerentiam, qua laycus Cleri-
cum prosequi debet. Tradit Aret. c. Cum de
78 cætero. de test. Et vbi quis repellitur à testimo-
nio ob reuerentiam, examinatus nullum parit in-
ditium. Allegat. text. in l. 1. §. Diuus e'l primò,
ff. de quæst. sequitur Dec. c. atsi Clerici. num. 67.
de test. Sed in criminibus difficilis probationis, ad-
79 mittuntur. Quæ sunt fraus, simulatio, partus
suppositus, incendium, adulterium, sodomia,
dolus, furtum, tractatus, mandatum, conspira-
80 tio, venenatio, falsitas, falsa moneta, hæresis,
crimen læsæ maiestatis, conspirationes contra
Episcopum, & his similia. Farinac. quæst 86.
81 num. 35. Et admittitur d. laycus, quando est
omni exceptione maior. Sed Inquisitor, nè erret,
82 menti tenere debet, quod hæresis delictum per
pœnitentiam, & abiurationem purgatur. Dire-
ctor. Inquisit. 2. par. comm. 73. col. 1. pag. mi-
83 hi 364. Item si quis per linguę lubricum incon-
sideratè hęresim profert, nec hęreticus est, nec
84 puniendus videtur, quia linguę lubricum haud
facilè ad pœnam est trahendum l. famosi, ff. ad l.
85 Iul. maiest. Imol. l. fin. ff. de hæred. instit. Vbi il-
lud vulgare dictum refert: Sepè minas faciunt ho-
mines, qui magna minantur; Et experientia nos
docet, cum multi reperiantur, qui ex consuetu-
86 dine verba minatoria proferuntur, & nil aliud
faciunt, nisi se terribilis verbis ostendere. l. 1.
C. si quis Imperat. maled. 22. quęst. 2. c. Quod
autem aīt. Zanchin. tract. de heret. c. 2. num. 9.
87 Et maximè si proferens statim correxit, quia
per linguę lubricum temerè effutiuit: Reprehen-
dendus tamen est grauiter, & admonendus, vt præ-
caueat in futurum: Director. Inquisitor. 3. par.
pag. mihi 420. comm. 17. & par. 2. pag. mihi 195.
68 Immò linguæ lapsu si aliquid impium quis dixe-
rit, hæreticus non dicitur, præsertim cum incon-
tinenti se correxit. Eccles. cap. 19. hominis 22.
quæst. 2. d. l. famosi. l. Stichus. Immò Pamphi-
lius de manu testam. Simanc. Enchirid. tit. 47.
89 defens. num. 16. Item quod crimine prorsus oc-
culto hæresis à Reo non est iudicialis sumenda
Confessio, nec procedendum, sed secretè iniuncta
sibi aliqua salutari pœnitentia absoluendus est. Di-
rectorum Inquisitorum 3. par. pag. mihi 410.
90 col. 1. Item quod hæresis leuioribus, aut semiplenè
argu-

Argumentis, ſeù probationibus non poteſt probari.
Simanc. Enchirid. tit. 34. de probat. num. 6. ſeq.
91 Item quod ſi Ruſticus in manifeſtam incidat hę-
reſim, eius tamen crimini detrahitur ob ſimplicita-
92 tem; nanque Ruſticus potius ex ſimplicitate
93 puniri non debet. Bal. conſ. 229. ad fin. lib. 5.
94 Immò ruſticitas prodeſt ad excuſandum. l. 2. §. vlt.
ff. ſi quis in ius voc. non ierit Rip. tract. de peſte,
in tit. de remed. pręſeruat. num. 229. Ratio eſt,
95 quia vera contumacia dolum requirit, qui dolus
96 in ruſtico non pręſumitur. Curt. Iun. l. 2. §. vlt.
97 num. 6. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. Menoch.
de arbitrar. caſu 194. num. 49. ſeq. Item quod alio-
rum hęreſes narrans, niſi dolo malo id fecerit, pu-
niendus non eſt: dolus nanquè in dubio non pręſu-
98 mitur, ſed circumſtantię nonnunquam efficiunt,
99 vt mala mens hęretici appareat. l. qui iniuriam,
ff. de fur. l. obligationum ſubſtantia. De action &
obligat. Simanc. Enchirid. tit. 47. de defenſio. n. 14.
100 Item quod hęreſim per facetiam dicens non eſt
puniendus vt hęreticus, niſi ex circumſtantiis aliud
conſtiterit; puniri tamen debet vti irreligioſus, ac
temerarius, quia peſſimi exempli eſt cum rebus fi-
101 dei iocari, nec id caret ſuſpicione hęreſis. Vt re-
ctè dicit Gerſon. addito verſiculo memorabili Non
patitur ludum fama, fides, oculus, &c. par. 2.
tract. vlt. Simanc. Enchirid. tit. 47. de defenſio.
102 num. 18. Item dicitur, quod verba hæreticalia
ſi quis dixerit amoris furore, aut zelotipia, aut de-
ſperatione correptus, defendi nunquam poterit, nè
hæreticus eſſe credatur, excuſandus tamen eſt, quod
talia dixerit potius vt ebrius, & non vt hęreticus;
103 Idem qui nimio inſaniens amore ſuæ Amaſiæ
imaginem adoret, aut aliqua emitteret verba, quæ
idolatriam ſonent: Eſt enim propriè illius, qui ve-
hementer amat, vt horreat, & metuat, ac etiam
ſuam inſpiciens dilectam eam tanquam Deum ado-
ret, & niſi vereretur ſe inſanum apparere eidem
Amatæ non aliter quam Deo ſtatuam faceret, ſi-
cut legitur apud Platonem in Thedro. Simanc. de
cathol. inſtit. tit. 17. rubr. defenſ. reorum. n. 42.
ſeq. Franc. Menoch. conſ. 101. num. 11. Farinac.
104 quæſt. 97. num. 83. Tamen hæreticalia verba
conſideranda ſunt ad euitandam ignis pœnam quo-
niam ſit prolata. Boſſ. tit. de defenſ. reorum n. 44.
105 Quoniam Amor cæcus eſt, & exoculatus, ho-
mines cæcos facit, neſciunt diſcrimen recti, praui-
què, nec quid album, quiduè nigrum, ac iudicium
humanum peruertit, c. quatuor 11. q. 3. c. 1. de
ſent. excomm. in 6. Clar. quæſt. 60. verſ. Et Amor
eſt. Vbi ponit plura exempla minorationis pœnæ
ob delicta capitalia cauſa vehementis Amoris com-
106 miſſa. Et ego etiam non temerè contendo, eum
leuiter puniendum nè dicam impunitum relinquen-
dum, qui prę nimio, ardentioriquè amore quinquè
delinquerit, veluti non ex animi ſententia, ſed fu-
rore concitatus ad ipſam admiſerit. In qua ſenten-
tia nè id nouiter dixiſſe videar, fuit Oldrad. conſ.
210 regularis habet traditio. col. 2. verſ. tertia
conſideratio. Vbi aliquem quodamodo excuſat ti-
quam furioſum, qui vt aliqua Muliere potiretur
quam deperditè amabat, magicas artes ad eam rem
vt ipſe putabat, accomodatas confecerat, Demo-
neſq; inuocauerat, quod grauiſſimum eſt delictum.
Vt not. in c. 2. de ſortil. citatquè teſtimonium Ari-
ſtotelis, qui lib. 7. Ethicorum. c. 2. ſcribit, ho.
venereorum appetitus nonnullos in furorem, & in-
ſaniam adigere, & ſicut ebrius delinquens mitiu.
punitur. Salyc. in l Diuus. C. ad l. Cornel. de Sycar
Bal. in l. 1. n. 45. C. vnde vi. Et ſecundum hanc
ſententiam Ioſephus lib. antiquitatum. 18. c. 6. &
Aegeſippus lib. 2. rerum Iudaicarum. c. 4 hiſto-
riam referunt huic loco non parum accommodatā,
& conuenientem. Paulina Romana ſpectatiſſimi ge-
neris fœmina in templo Iſidis à iuuene quodam no-
mine Mundo, qui illam miſerè deperibat, mirò
commento conſtuprata eſt Sacerdotum Iſiacorum
fraude, qui d. Mundum amatorem Paulinę com-
plexibus coppulauerunt: quo facinore comperto
Tiberius Imperator Mundum in exilium tantum
damnauit, dignum eum, maiori pœna non iudi-
cans, quod Amoris vehementia formæquè ſupera-
tus gratia deliquiſſet. Tiraquell. cauſa 4. num. 3.
107 ſeq. Qua quidam ex re Amoris furore delinquens
108 excuſandus eſt, nanquè nullus eſt vehementior
quam Amoris furor. Ita Bal. in l. præcibus. col. 6.
verſ. quid ergò. C. de impuber, & aliis ſubſtit. Vbi
ait philoſophicum eſſe non muliebre talem affectum
intra terminos, ſeù debitos limites coercere, re-
fert, & ſequitur Franc. Curt. Sen. conſ. 61. col. 3.
verſ. tranſeo ad Secundum additur etiam, quod
Amor cæcat homines, & facit illos inſanire.
109 Vt per plures authoritates oſtendit Tiraquell. de
pœn. temperan. cauſa ſi. num. 81. Calou. de indit.
110 tract. 2. c. 3. num. 11. Vbi quod Amaſius cauſa
amoris præſumitur deliquiſſe, & non ob aliam cau-
ſam: Et ideò in omnibus cauſa primordialis atten-
ditur. Crauett. conſ. 131. num. 15. Et ideò male-
111 ficia ad amorem facta non ſunt hæreticalia. Vt
tradit Albert. de rubr. C. de hæret. num. 12. verſ.
ſecunda conſideratio. Clar. §. hęreſis verſ. ſucceſ-
ſiue quæro. Menoch. de arbitrar. caſu 328. n. 2.
112 Sortilegia ſimplicia non ſapiunt hęreſim manife-
113 ſtam; ſecus eſt, ſi cum rebus ſacris fiant. Imagi-
nes ſimpliciter conſtituere ad prouocandum mulie-
res ad libidem ſuperſtitioſum quiddam eſt; ſed ſi il-
la admiſceantur, quę Gloſ. commemorat. in c. Ac-
114 cuſatus. §. ſanè verb. ſaperent de hæret. lib 6.
aut illis ſimilia hęreſim ſaperent manifeſtam. Lu-
cerna Inquiſit. in verb. Imagines. num. 1. Sorti-
115 legi meri, & diuinatores meri ſunt, qui ex manus
lineamentis diuinant, & iudicant de effectibus na-
turalibus, & conditionalibus hominum, vel qui ex
qualitate, & inequalitate feſtucarū aliquid pręſens,
vel abſconſū ab eis diuinādo iudicant, & conſimiles:
Et iſti cadunt in tit. de ſortil. & diuinat. Et de iſtis
non ſe habet intromittere Inquiſitor. Per frequen-
ter allegatum c. Accuſatus. Et de his loquitur. c.

ex tuarum extra de sortil. Vbi dicitur, quod Vultro-
cus presbiter cum quodam infami, hoc est diuina-
tore (vt ait Glos.) ad secretum locum perrexit,
non ea intentione, vt Demones inuocaret, quasi
dicat, quod hoc fecisset hæreticum, sed vt cum
inspectione astrolabii furtum quoddam inueniret,
quasi dicat, quod est merè diuinatio, vel sortile-
gium. Director. Inquisitor. 2. par. pag. mihi 330.
num. 2. & 42. Tamen diuinator, quando v. g. con-
sultus dicit, quod quis commisit tale furtum, an
ex hoc ille talis, qui censetur commisisse furtum
possit poni ad torturam. Brun. tit. de indit. & tor-
tur. quęst. 3. primę par. dicit, quod ipse vidit fie-
ri incantationem in quadam fiala, vel cum forpi-
cibus, & cribro, & dicit quod talibus non est ha-
benda fides. Vt l. Item apud labeonem. §. si quis.
Astrologus. Et ibi hoc tenet Angel. ff. de iniur.
facit l. verbum. C. de infam. Dixit tamen Bal. in
quodam suo cons. incipiente In nomine Dei Amen,
quia quæstio ista de tortura quod licet ars malefi-
ciorum sit reprobata. Vt l. nemo. C. de malefic.
& math. tamen quandoquè permittitur, quod ma-
leficium per aliud maleficium soluatur si alio modo
non potest, quam per incantationem etiam Demo-
num. Vt not. in summ. Confessorum per Magistrum
Ioan. de Ripa sub rubr. de impedimento ligaminis;
quod mihi non placet; quia non debet recedere à
Deo, quicquid reproferatur secundum opinionem
multorum Theologorum: Et dicit, quod licitum
est, aliquando de aqua turbida bibere, vbi fluuius
stagnantis aquę deficit: medicinę enim omnes su-
muntur non ratione delectationis, quia sunt hor-
ridę, sed solum ratione sanitatis recuperandę, re-
tinendę, vel adipiscendę, sicut arte, & natura
manifestum est, & sępe vulnus vulneri additur, vt
vtrunquè curetur. Bal. ad litteram in d. cons. Et
secundum aliquos hoc videtur, quod quamuis di-
uinandi ars sit reprobata, tamen vbi magnum ex
delicto immineret scandalum, fortè Deo, nec ho-
minibus reprehensibilis videretur, dummodò ani-
mus à recto non recedat. Id quod iterum dico,
quod non laudo, nec probo, quia non sunt facien-
da mala, vt veniant bona: Non dico tamen quod
ex supradictis ad torturam procedi possit; sed ad in-
quisitionem; nam si diuinator aliquem inculpat,
poterit Iudex pro alio mittere, & videre qua con-
stantia, aut trepidatione, & quo rubore, & pallo-
re loquatur, & ex hoc sumere inditium veritatis.
Vt l. de minore. §. tormenta. ff. de quęst. Nec id ab
re à me dicitur, quia diuinare, seù facere intelle-
ctum diuinatorium alicui rei à iure omninò dam-
116 natur, & sic diuinatori nihil creditur. Glos. in
117 l. filium quem habentem. C. famil. hercisc. Ra-
tio est, quia diuinare nemo debet suspicionis arbi-
trio. 2. quęst. 1. primò dic vt ibi. Director. In-
quisit. 2. par. pag. mihi 200. Sed Boss. tit. de homic.
118 n. 19. dicit, quod incantationes, & experimen-
ta, quę fiunt ad furta inuenienda ad torturam
non sufficiunt, cuius opinionem ego non sequor.

119 Item quod furiosus si quidpiã hæreticum dixerit,
non ideò impius censetur, nam cũ hęresis intelle-
120 ctus errorem, & pertinaciam includat, vbi ea
121 deficit, hęresis esse desierit. Vnde Furiosus, cum
mente sit motus, & furiis, siue Demonibus agita-
tus, impius non est censendus. l. Diuus. ff. de of-
fic. Præsid. l. vlt. de administ. tot. c. Alii, quos. cum
seqq. 15. quæst. 1. Simanc. Enchirid. tit. 47. De
122 defens. n. 9. Item quod hæreticus nemo fit ex
sola nominatione, sed ex operibus contra fidem.
123 Aym. cons. 262. num. 5. Item quod Hæreticus
non punitur pœna mortis, si abiurauerit hæresim,
sed deponitur, & in perpetuum carcerem detrudi-
tur, vel iubetur ire per mundum toto tempore vitę,
& etiam remanet confiscatio bonorum. Boss. tit.
de hæret. n 17. licet hæretici pœna possit etiam es-
124 se pecuniaria. Boss. tit. de hæret. num. 36. ratio
est, quia Ecclesia nunquam claudit gremium re-
125 deuntibus. Muscatell. pag. mihi 36. num. 55.
126 Item quod hæretici pertinaces, si ante sententię
executionem pœnituerint, & ad Sacrosanctæ Rom.
Ecclesiæ gremium redire voluerint, mortis pœnam,
ac bonorum confiscationem euitabunt, & loco
ipsius succedit pœna perpetui carceris, vel alia ar-
bitraria. Muscatell. in pract. crim. pag. mihi 36.
127 num. 51. Item quod hæreticus per Iudicem secu-
larem non est damnandus, cum sit crimen Eccle-
siasticum. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 182.
128 num. 3. Item quod nullus hæreticus sine perti-
nacia, & qui paratus est corrigi, hæreticus non est
iudicandus. c. 9. Dixit Apostolus. et c. in Eccle-
sia, & q. 1. c. hæc est. Vbi de hoc. Et not. etiam
c. 9. quæ dignior. in Glos. vlt. & 17. distin. nec li-
cuit, & 21. distin. nunc autem. in Glos. Sed videa-
tur. in fin. Vnde scripsit Hug. in prin. eod. c. Nunc
autem, quod sicut Papa condemnari potest de hæ-
resi, cum pertinax fuerit, aliter non. Director. In-
quisit. 2. par. pag. mihi 193. n. 2. & pag. mihi 321.
129. comm. 57. col. 1. Item quod si quis vult defen-
dere hæreticum post mortem, admittitur. Dire-
ctor. Inquit. 2. par. pag. mihi 197. num. 3. Item
130 quod hæretici pœnitentes, & reincorporati hæ-
redes ad eius bonorum successionem admittuntur.
In Auth. vt cum de appellat. cog. 53. generaliter.
vers. si verò, & vers. seq. coll. 9. Et hoc videtur fie-
ri de sola misericordia, supra eo. Vergentis. Quæ
sicut æquitas præferenda est rigori. C. de iudiciis.
placuit. supra eod. lib. de rerum permut. c. 1. Glos.
in c. suam, de pœn. not. l. 1. C. de leg. & l. placuit.
C. de indic. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 203.
131 n. 5. Item quod hæretici possunt appellare in pro-
cessu causę, cum iniustè grauantur; quoniam nemi-
132 ni iusta est deneganda defensio. Director. Inqui-
sit. 2. par. pag. mihi 212. n. 8. Sed non à diffini-
133 tiua sententia. Vt ibidem n. 7. Nam omnis op-
134 pressus, seù grauatus liberè appellat. 2. q. 6. c. Non
135 ità. in fin. Et oppressus præuaricatus dicitur ante
sententiam. Vt eadem q. 5. oppressi. Director.
Inquisi. 2. par. pag. mihi 203. nu. 9. seq. col. 2.

Et

136 Et appellationis remedium non est denegandum
his, quos non constat esse hæreticos. Director. In-
137 quisit. ibidem. num. 13. Item quod hereticis
carceratis est concedendus Confessarius. Director.
Inquisit. secunda par. pag. mihi 227. col. 2. Et
178 quid cum eis obseruandum. Vide ibidem. Item
quod Hereticus morti propinquus, si pœniteat,
est absoluendus. Director. Inquisit. 2. par. pag.
139 mihi 228. col. 1. Item quod Hæretici banniti,
& diffidati possunt a quolibet interfici, & propria
authoritate spoliari. Auth. Gazzarios. C. de
140 hæret. ibi diffidamus, atque bannimus. Hæc
enim verba diffidare, atque bannire significant
statuere, vel pręcipere, vt impunè possint inter-
fici. c. fœlicis. de pœn. lib. 6. Angel. de Peru-
sio cons. 13. quem sequitur Geminian. c. 1. de
homic. lib. 6. circa fin. vers. quęro quid importent.
Goffredus in Auth. Gazzaros. C. de heret. verb.
diffidamus. Roias in singul. fidei. 5. num. 31. in
8. Ampliatione. Director. Inquisit. par. 3. pag.
141 mihi 472. comm. 36. Item quod quilibet hęre-
ticos propria authoritate capere, & spoliare po-
test; quando verè sunt heretici; sed non quando
sunt suspecti de heresi; sed tutius, & melius est id
facere Iudicis authoritate. Director. Inquisit. ibi-
142 dem. Item quod Hereticus non potest impunè
occidi ante declarationem. Boss. tit. de defens.
143 Reorum num. 61. Item vide An hereticus sit,
qui metu compulsus aliquid hereticale committit.
Director. Inquisit. par 1. pag mihi 67. comm. 24.
144 Item quod hereticus iudicandus non est; qui ita
dubitaret, vt magis ad veritatem fidei, quam ad
oppositam partem declinaret, si ex infirmitate
quadam dubitaret, sicut contingit in primis moti-
bus, & in illis, qui natura hoc habent, vt sint qui-
libet ancipites, & dubii assiduis conscientiæ scru-
pulis vrgentur. Vt ait Alfonsus Castrus. lib. 1 c.
7. De iusta hereticorum punitione. Director. In-
145 quisit. par. 2. comm. 1. pag. mihi 85. Item
quod Heretici priusquam denuntientur, debent
charitatiuè admoneri, vt ab erroribus desistant,
146 & resipiscant? Ratio videtur esse, quia in deli-
ctis, cum proceditur per denunciationem, chari-
tatiua debet pręcedere monitio. c. qualiter, &
quando. e'l secondo de accusat. c. licet Hely. de
Simon. director. Inquisit. par. 2. comm. 2. pag.
147 mihi 89. Item quod Heretico fame pereunti
148 pietatis causa cibus dari potest; quia de nemine
dum viuit, non est desperandum. De pœn. distin.
7. nemo 12. q. 2. Ancillam. Director. Inquisit. 2.
149 par. pag. mihi 147. Item quod Hereticus pœ-
nitens non relapsus, recipitur misericordię, Cu-
rię sęculari non est tradendus, nec si est Clericus
degradandus. iuxta c. ad abolendam. §. pręsenti
extrà de heret. sed abiurata prius heretica prauitate
est in perpetuum carcerem detrudendus. iuxta. c.
Ex communicamus. 2. §. si quis. Et multa alia in
simili casu reperiès in Director. Inquisit. tertia par.
150 pag. mihi 503. Item quod Hæreticus ab vno
tantum Inquisitore puniendus est. Angel. in l. si
pluribus. in princ. vers. præterea dixit. ff. de legat.
Primo Guid. de Suzzaria in l. si quis postea. ff. de
151 iuo. Carret. tract. de heret. num. 94. in fin. Ne-
que enim iustum est pro eodem delicto quempiam
pluribus pœnis affici, cum ab vno legitimo Iudice
sufficienter fuerit punitus. Director. Inquisit. 3.
152 par. pag. mihi 577. comm. 93. col. 3. Item quod
Hæreticus, qui alicui fideli, qui pro vero fideli, &
catholico reputatur, crimen hæresis imponit, seù
dicat eum esse socium criminis, siue non; quamuis
Inquisitores ipsius contemnere non debeant, tamen
non est omni exceptione maior, & ipsi non est ple-
na adhibenda fides, qualis testibus integris, & om-
153 ni exceptione maioribus. Hoc enim certum est
in hæresis casu ipsius dictum semiplenam non face-
154 re probationem, ita vt ad capturam deueniri
possit, sed ad inquirendum tantum facit inditium,
quod si cum aliis coniecturis verisimilibus, & ad-
miniculis coniungantur, tunc ad cætera parabit vi-
am. Et ab hac sententia, credo, non receden-
dum. Director. Inquisit. tertia par. pag. mihi 611.
155 comm. 117. col. 1. & 2. Item quod hæretici, si
quandoque ex verisimilibus coniecturis aliquem ex-
cusantes vera dicere videanrur in fauorem veritatis,
non putarem omninò iniquum esse eorum voces
156 audire: Veritatis enim fauor magnus est, eique
semper debèt esse locus l. Imperatores. ff. de probat.
157 Et veritas opinioni est præferenda. Bart. & Aret.
in l. is, qui putat. ff. de acquir. hæredit. quamo-
brem de Reorum innocentia concurrentibus conie-
158 cturis non essent contemnendæ hæreticorum ex-
cusationes, quibus quanta sit adhibenda fides, Iu-
dex magis scire poterit consideratis omnibus cir-
159 cumstantiis. l. 3. ff. de test. Et ad pœnæ quidem
diminutionem horum solæ excusationes prodesse
possunt, non autem ad integram absolutionem. Di-
rector. Inquisit. tertia par. pag. mihi 612. comm. 118.
160 col. 2. Item quod vt quis propriè hæreticus dici
possit, tria sunt necessaria, vnum, quod fuerit chri-
stianus. Alterum, quod erret, in fide catholi-
ca. Tertium quod sciens erret, eligens errore con-
trarium catholicæ veritati; Et in ea electione inclu-
datur pertinacia. c. Dixit Apostolus. 24. q. 3. Tur-
recrem. lib. 4. de Ecclesia par. 2. c. 23. Simanc.
161 Enchirid. tit. 3. de heret. num. 2. Item quod vt
hæreticus dici possit alia quatuor requiruntur. Pri-
mum est error in intellectu, ità quod malè sentiant
de veritate; Vnde si aliquis conculcet corpus Chri-
sti, credens tamen ibi esse verum corpus Christi,
& quod hoc sit malum, sed hoc facit, vt placeat
Diabolo, iste non dicitur hereticus, quia non
habet errorem in intellectu, nec male sentit de
Sacramento Altaris. Secundum est, quod talis
error sit circa ea, quæ pertinent ad fidem, vel
contra determinationem Ecclesiæ in his, quæ perti-
nent ad fidem, & bonos mores, & necessaria sunt
ad consecutionem vitæ æternæ. Tertium est, quod
talis errans sit professus catholicam veritatem, &

habeat baptismum; Vnde Iudeus, vel Paganus non potest dici hæreticus, licet habeat opinionem contra fidem catholicam. Quartum est, quod talis errans teneat talem errorem cum pertinacia, & obstinata voluntate: Vnde si quis habeat aliquem errorem circa ea, quæ sunt fidei, esset tamen paratus corrigi, & emendari, quando ostenderetur sibi, esse falsum illud, quod ipse putat esse, verum, talis non diceretur hæreticus. Vt habetur 24. q. 4. c. Dicit Apostolus. Colliguntur ista ex dictis B. Thomæ in 4. sent. dist. 13. quæst. 2. art. primo, & in 2. 2. quæst. 11. art. 2. Et diffusius à B. Antonino in 2. par. summæ. tit. 12. c. 5. §. 1. Et in 4. par. eiusdem. tit. 12. c. 4. §. penult. lucer. Inquisit. in verb. hæresis. nu. 21.

162 Et illud quidem semper est menti tenendum, quod Hæretici contra catholicos testificari nullo modo possunt, quia sunt excommunicati, & infames; ac etiam quia in fide catholica perfidi sunt, multo magis in testimonio humano suspecti esse debent. c. Apostoli. Carrer. canone 74. c. non potest. 2. q. 7. l. quoniam. C. de hæret. Simanc. Enchirid. tit. 35.
163 de test. nu. 21. Item quod hæretici morientes, si pœniteant, absolui possunt à quolibet Sacerdote, si Episcopi, & Inquisitores desint. c. his, qui tempore. cum seq. 26. q. 6. Conc. Trident. sess. 14. c. 7.
164 Simanc. Enchirid. tit. 51. de absolut. nu. 6. Item quod spontè dicitur confiteri, & ad sinum Ecclesiæ
165 redire, vt veniam petit ante sententiam. Et spontè redire dicitur, si veniam petat alio ipsum impel-
166 lente nulla vi adhibita in carcere. Et spontè dicitur confiteri qui coniectus in carcerem, & manifestè depræhensus in hæresi asseueratione sua pertina-
167 ci, vel testibus, aut scriptis confitetur errores. Et spontè etiam dicitur confiteri, quamuis vi adhibita, idest tormentis extorquetur, tamen postea suam erroris confessionem ratam habet. Simanc. Enchirid. tit. 57. de carcere perpetuo. num. 12. 13. & 14.
168 Item quod Hæreticus ante sententiam errores suos plenè confessus recipi potest ad sinum Ecclesiæ c. vt officium. §. 1. de hæret. lib. 6. c. mora. ff. de vsur. l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. Simanc. Enchirid. tit. 57. num. 17.

Cæterum illud potissimum per Inquisitorem est aduertendum, quod pœnitenti, & desitenti parcitur. l. Papinianus. §. meminisse vbi. Castren. per il-
169 lum text. ff. de inoffic. testam. Et pariter recipi debet, cum integrè confitetur, & de contrario plenè non constat. c. litteras. de præsumpt. et c. Nabucdonosor. 23. q. 4. Simanc. Enchirid. tit. 57. de car-
170 cere perpetuo. num. 18. Et pœnitenti ante sententiam vita, & bona relinquuntur. Archid. Io: Monach. q. vlt. in illis is quas fecit ad Inquisitores. Directtor. Inquisit. tettia parf. pag. mihi 655. seq. vol. 1.
171 Simanc. Enchirid. tit. 57. nu. 5. & 6. Item quod Redeuntes spontè ad gratiam, scil ad gremium Ecclesiæ dicuntur qui infra tempus gratiæ veniunt, licet in generali sint moniti: neque enim coacti videntur, qui à nemine sunt præuenti. Et facit benè ad hoc. l. 1. §. si ea sit mater. ff. ad Tertull. cum. seq. verb. certè. Et post tempus gratiæ, si res est integra, hoc est, si non est corporaliter requisitus, nec probationes contra eum receptæ. Ad hoc. ff. de opt. leg. Municipiorum: Nam si post tempus gratiæ requiritur personaliter, & auditur, quamuis errorem suum detegat, indignus est venia. Et sic loquitur Canon. in suo casu. 24. distin. c. vlt. cum similibus. Et circa hoc videas l. vlt. C. de his, qui latro. occult. Hic tamen non loquitur de talibus obedientibus, quia non incarcerarentur. Et adde quod not. in summa hostiens. eod. tit. §. qualiter depræhendantur, vers. aduerte tamen. Director. Inquisit. 2. par.
172 pag. mihi 108. nu. 13. Et redeuntes sponte qui dicantur. Vide Director. Inquisit. tertia par. pag.
173 mihi. 411. col. 1. Et redeuntes spontè habent impunitatem mortis, immutationis exilii, & confiscationis bonorum. Simanc. de Cathol. instit. tit. 44.
174 num. 3. Sed redeuntes spontè post tempus gratiæ mitius sunt puniendi, quamuis non consequantur tantam indulgentiam. Director. Inquisit. tertia par.
175 pag. mihi 412. comm. 12. col. 1. Et redeuntes spontè ad gratiam secundum Archid. sunt, qui veniunt infra tempus gratiæ licet fuerint moniti, non enim videntur coacti, ex quo à nemine sunt præuenti. Benè facit. l. 1. §. mater cum seqq. ff. ad Tertull.
176 Et idem si post tempus gratiæ re integra, quia non personaliter requisiti, nec probationes contra eos sunt receptæ. Argum. De præben. si tibi absen-
177 ti. lib. 6. cum Concord. Et redeuntes spontè ad fidem, spontè errore abiurato sunt recipiendi. Dire-
178 ctor. Inquisit. par. 2. pag. mihi 149. Quibus additur, quod suspectis de hæresi redeuntibus non imponuntur vestes crucibus signatæ. Zanchin. tract. de hæret. c. 20. verb. patet crucem. Repert. Inquisit. verb. crux. verb. qualiter. Director. Inquisit.
179 tertia par. pag. mihi 495. comm. 41. Item quod suspecti de hæresi Redeuntes non immurantur. Zanchin. tract. de hæret. c. 20. Conc. Bitterens. c. 23. seq. locatus in opere iudiciali. verb. suspicio. num. 31. verb. suspectus. de hæret. Director. Inquisit. tertia par. pag. mihi 495. comm. 41.

Quibus quoq; additur, quod receptans hæreticum
180 ignoranter, & coactè non est puniendus; quia culpa caret. l. prima. C. deserto, & occultato. lib. 12. l. 3. ff. De incend. ruin. naufrag. Bart. in l. 1. §. vlt. ff. de receptat. Simanc. Enchirid. tit. 16. De rece-
181 ptat. num. 3. Et illud est omninò sciendum, quod Receptator hæreticorum nemo dicitur, nisi
182 scienter receptet: Ratio est, quia ignorantia eum excusat, quæ in illo præsumitur, nisi probetur scientia. Petrus Gudofretus in l. 4. C. de hæret. Et propterea non in pœnas receptatorum incidit. l. 1. C. deserto. lib. 12. Et plura vide in Director. Inquisit.
183 par. 2. pag. mihi 369. Comm. 76. Item quod Impenitentes, & non confitentes omne tempus errorum, nec participes prodentes non facilè damnādi sunt propter tales defectus, nisi liquidò constet, scienter ab eis occultari, quia qui se hæreticum fuisse fatetur, iam quod præcipuè facere debebat, fe-

cit;

cit; nec verisimile est, vt ea tegat, quæ tanti momenti non sunt. Adde, quod tormentis adigi potest, vt alios hæreticos manifestet. Simanc. Enchirid. tit. 61. De impœnitentibus. n. 5. Quoad Schis-
184 maticos dicitur, quod Schismatici vulgò dicuntur, qui ab obedientia Summi Pontificis se ipsos separant, & ab Ecclesiæ vnitate discedunt. c. Schismat. 24. q. Simanc. Enchirid. tit. 5. De Schismati-
185 cis. nu. 1. Et dd. Schismatici sunt in triplici differentia, Quidam sunt Hæretici consumati, qui non solum discedunt à Summo Pontifice, sed etiam id licere credunt, & qui alias hæreses sibi contingunt. Quidam sunt Hæreticis affines, qui nullam hæresim tenent. De quibus D. Augustin. contra Gram. scribit, Schismaticos esse eadem opinantes, ac eodem ritu colentes, quo cæteri; sed solo Congregationis hi delectantur desiderio, seq; separant. c. Denique 7. q. 1. Alii sunt, qui iusta ignorãtia ducti putãt aliquẽ esse Summum Pontificem, qui rectè non est electus, & hi omni culpa carere poßũt, nec Schismatici sunt. Illi autem Schismatici, qui nullam hæresim tenent; tamen tanquam Heretici puniendi sunt; quia hoc solo, quod à capite discedunt, videntur credere, quod Ecclesiæ vnitas scindi potest; & quod Summo Pontifici non est parendum. Extrauag. Ad certitudinem. De sent. Excomm. c. pudenda. c. Schismat. 24. q. 1. Simanc. Enchirid. tit. 5. De Schisma-
186 ticis. 1. 2. seq. q. 9. Et Schismatici redeuntes ad vnitatem Ecclesiæ puro corde benignè excipiendi sunt, schismate prius abiurato. c. Clericos. 24. q. 3. c. quoties. 1. q. 7. Simanc. Enchirid. tit. 5. De Schis-
187 maticis. Et Schismaticus, vide in verb. Hæreticis. Ad hæc dicitur, quod suspectus de hæresi vehementer, si ad mandatum sui Iudicis non consenserit abiurare, nequaquam tradetur secularis arbitrio Potestatis animaduersione debita puniendus. Per c. Ad ablendum. §. præsenti verò. quia illud c. & §. expressè loquuntur non in suspectis, sed in depræhensis manifestè in hæresi, & conuictis: Sed proceditur contra talem per c. Excommunicamus, & §. qui vero sola suspicione. In qua excommunicatione si per annum steterit, est vt hereticus condemnandus, per c. allegatum. Director. Inquisit. 2. par. pag.
188 mihi 378. q. 46. n. 15. col. 1. Item quod suspectus leuiter non abiuret hæresim generaliter. Dire-
189 ctor. Inquisit. 3. par. pag. mihi 501. Item quod suspectorum morientium hæredibus nil iniungendũ;
190 quia crimen morte extinctum est. Director. In-
191 quisit pag. mihi 678. comm. 165. col. 1. Item quod suspecto de hæresi moriente Iudices causam peragere debent, non autem condemnare hæredes pœna pecuniaria propter solam suspicionem. l. 1. C. de delict. defunct. & ibi Bal. c. Accusatus. §. porrò. De hæret. lib. 6. Aegid. Bellamera decis. 677. & 680. Anania in c. si quis Episcopus, de hæret. Simanc.
192 Enchirid. tit. 62. de mortuis n. 6. Item quod suspectus ex uehementi suspicione non condemnatur. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 194. n. 7. seq.
193 Item quod maleficia ad amorem facta non sunt hæreticalia, vt tradit Albert. de Rubr. C. de hæret. n. 12. vers. Secunda Consideratio. Glar. §. Heresis
194 vers. successiue quæro. Menoch de Arbitrar. casu 328. n. 2. Item quod sortilegi meri, & diuinatores meri sunt qui merè aguni ex arte v. g. Chiromantię, qui ex manus lineamentis diuinant, & iudicant de effectibus naturalibus, & conditionalibus hominis, vel qui ex æqualitate, vel inæqualitate festucarum aliquid præterea, vel absconditum ab eis iudicant diuinando, & consimiles. Et isti cadunt in tit. de sortil. & diuinat. Et de istis non se habet intromittere Inquisitor. Per frequenter allegata in c. Accusatus. Et de his loquitur c. ex tuarum extra de sortil. Vbi dicitur, quod Vitricus presbiter cum quodam Infami, hoc est Diuinatore (dicit Glos.) ad secretum locum perrexit non ea intentione vt Demonem inuocaret, quasi dicat, quod hoc fecisset hereticum, sed vt cum inspectione Astrolabii furtum quoddam inueniret, quasi dicat, quod est merè diuinatio, vel sortilegium. Director. Inquisit. 2.
195 par. pag. mihi 336. n. 2. vel 42. Item quod pœnitentia conuersorum hereticorum murari potest. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 507. Immò etiã procedit. c. Ad abolendam. de heret. l. 4. C. eod. tit. l. qui ea mente. ff. de furt. Simanc. Enchirid.
196 tit. 57. de carcere perpetuo. nu. 1. Item quod Incantamenta, seu incantationes, quę fiunt ad furta inuenienda non sufficiunt ad torturam. Bosl. tit.
197 de homic. num. 19. Item quod Hęretici relapsi, qui post abiuratas hereses iterum in hereses incidisse conuincuntur, traduntur Curię seculari, non autem illi, qui in eundem errorem iterum; atque iterum labuntur nulla pœnitentia sollemni interueniẽte, aut abiuratione, cannonicaue purgatione iudicialiter facta. Si quis enim iterum, atque iterum laboratur, etsi vere relapsus dici posit, priusquam illas abiuraret tamen puniri non debet veluti relapsus, ità vt tradat. Curię sęculari, dummodo velit vere pœnitere: Nam iure pontificio is hæreticus verè relapsus accipiendus est, qui post sollemnem, iudicialemque hęresum abiurationem relapsus fuerit. c. Accusatus, & ibi Anchar. de hęret. lib. 6. Alfonsus Castrus. lib. 2. c. 2. de iusta hęret. punit. Simanc. de Cathol. instit. tit. 57. num. 2. seq. Director. Inquisit. 2. par. pag mihi 386. comm. 83.
198 col. 2. Item quod Hęretici relapsi, si pęnituerint, mortis pœnam, & concremationis euitent, & in perpetuos carceres detrudantur. Et hodie seruandum. Prout in c. pen. § fin. infra eodem, & ad Text. in cap. ad abolendum. §. illos quoque, & in c. super eo de hęret. in 6. Et quamuis in dictis iuribus
199 dicatur, relapsis pœnitus audientiam denegari, intelligendum est quoad bona. Vt hęc sit differentia inter hereticos pertinaces prima vice pœnitentes, & relapsos pœniteates, scilicet vt per pœnitentiam nẽ dum mortis pœnam euitant; sed etiam bona recu-
200 perant: relapsi verò mortis pœnam tantum euitab int, sed bona non recuperabunt. Hęc opinio, licet litterę dd. iurium repugnare videantur; tamen

201 men Ecclesię clementię, & pietati cōuenire videtur: Nunquā enim Ecclesia redeuntibus suum claudit gremium. Vt habetur in Epistola inter claras. De summa Trinitate, & fide catholica. circa fin. Muscatell. dicit, quod hanc opinionem reperiit fuisse secutum Bonifatium de Vital. in suo tract. & in rubr. de heresi. n. 12. referentem verba Christi, qui est caput Ecclesię c. vergentis, de heret. quod Deus non vult mortem peccatoris, &c. Et quacunquè hora conuersus fuerit peccator ad me, non despiciam. Et facit illud Matthei 18. c. Vbi Iesus respondit Petro interogāti. Quoties peccabit in me frater meus, dimittat ei vsquè septies, dicens illi non dico tibi septies, sed vsquè septuagies septies, idest toties quoties peccabit secundum sacros Ecclesiasticos Interpetres. Vt refert Afflict. in Allegat. Constit. n. 65. Et hęc dicta sint referendo tantum DD. opiniones: Cęterum ego me conformo cum opinione Sanctę Romanę Ecclesię circa eam opinionem, quam ipsa vt nostra pia mater veriorem existimat in praxi circa pœnas relapsorum. Et supradictas authoritates, ex quibus fundari posset opinio Vital. credo procedere in foro poli, sed secus in foro fori. Muscatell. in pract. crim. pag. mihi 36. n. 53. 54. 55. Item quod Hęretici prima vice pœnitentes, & relapsi pœnitentes differunt: Nam Heretici pœnitentes prima vice per pœnitentiam nè dum mortis pœnam euitant, sed etiam bona recuperant: relapsi verò pœnitentes mortis pœnam euitabunt, sed bona non recuperabunt. Muscatell. in prax. crim. pag. mihi 36. n. 54. Cęterum (vt supra dictum est) me conformo cum opinione Sanctę Matris Ecclesię circa istam opinionem: Sed (vt dixi) hęc dicta sint referendo tantum DD. opiniones. Item quod Hęreticus relapsus, si statim spontè redire voluerit, audiendus, & recipiendus secundum quosdam; ità tamen quod in perpetuum carcerem detrudatur. Vt legitur & notatur supra in §. pręsenti. Et facit pro relapso, quod Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. 26. q. 6. Et in Auth. vt non luxur. contra naturam. Responso. 1. collat 6. Vnde & Ecclesia nemini volenti redire gremium suum claudit. 1. q. 7. si quis omnem. C. de summ. Trinit. l. fin. ante fin. & Argum. C. eod. tit. l. Manicheos, & de pœn. distin. 3. Adhuc. Alii tamen dicunt, quod hic est casus specialis in fauorem fidei: Et quia omninò se reddidit indignum audientia, ex quo abusus est prima gratia sicut facta. Et hoc credo veriqs de rigore, & ex mente Argum. supra de post. prael. c. 2. cum suis concor. 11. q. 3. priuilegium. 25. q. 2. Ità nos. ff. de seru. cor. Inde hæreticus. C. de Episcopal. Audien. l. 3. ad fin. Vbi hoc videtur expressum: Vnde & talem interli. Fecit hic. d. enim Audictia, quasi dicat, non proderit eis, si dicant, se velle hæresim abiurare, acsi diceret, nullo modo amplius reconciliabuntur, audientur; tamen defendendo se super aliis criminibus accusati. Vt not. infra eod. si aduersus responso. 1. Prima tamen opinio de exuberante æquitate, & benignitate tollerari potest: Quod totum finaliter dicimus ad arbitrium boni, & benigni Iudicis redigendum. Argum in eo, quod legitur, & not. supra de transact. c. fin. ad fin. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 150. Nec id mirum videri debet, quoniam misericordia nulli homini est deneganda, seu claudenda. 42. distin. quiescamus. 16. q. 1. Si cupis. 86. distin. qui clementiam, et c. Non satis. Hinc est, quod Romana Ecclesia dicitur liberalis. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 197. n. 1. Et quando quis semel fuit absolutus de aliquo crimine, non debet de eodem crimine amplius queri; quia nec etiam Deus bis iudicat in idipsum. 81. distin. Præsbiter. 13. q. 2. quęsitum. 22. q. 5. Quid ergò. De pœnit. distin. 3. §. Authoritas, & dic in idipsum, idest per eandem causam, vel propter idem factum; dummodò diuerię causæ non subsint: Nam benè punitur quis bis, puta, quando ex diuerso facto diuersæ oriuntur actiones, puta Actio l. Aquiliæ; Et iniuriarum. Vbi intentata vna intentantur, & alia in id, quod reliquum est. ff. de act. & obligat. qui seruum. Et sic colligitur ex præmissis, quod illud, quod primò dicitur, super eodem in prin. locum habet quoad salutem animæ, quia Deus non vult mortem peccatoris, scilicet quoad animam, quam creauit. De pœnit. distin. 1. c. quia diuinitatis. Ad idem Argum. ead. dist. sicut primè. in fin. 3. q. 4. Hi, qui 23. q. 8. His, à quibus in fin. Alia verò authoritas locum habet quoad corpus; nam, & mortem corporis propter peccatum homini Deus inflixit. Vt in præalleg. c. sicut primi. in fin. Et sic patet, quod istud quod diximus de misericordia nulli homini deneganda, loquitur de eo, qui Ecclesiæ sacramenta cum instantia petit. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 198. num. 3.

Ex quibus dicitur, quod misericordia sequitur pœnitentiam, & potest dici quod habetur 50 di-
201 stin. ponderet. ver. Et Dominus vbi dicit. Peccator in quacunque hora conuersus fuerit, & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Excehiel. 18. Et alibi dicitur, cum conuersus fuerit, & ingemuerit, tunc saluus erit. 26. q. 6. Is, qui. c. Cognouimus. §. ecce. Vbi post peccatum secuta est pœnitentia, ibi datur misericordia. Vt 50. distin. quia in fin. Vnde non debet despici in eo quod fuit, quia iam incipit esse, quod non fuit. Ea distin. ferrum. Et idem de pœnit. distin. 1. quantumlibet. c. quamobrem. vers. Neque enim, &c. & 32. q. 1. Quod autem. in fin. 56. distin. nunquam. Sed argum. contra. 56. distin. illud quoque Direcrector. Inquisit. 2. par. pag. mihi 197. 198. nu. 2.
202 Item quod receptans ignoranter, & coactè hæreticum non est puniendus, quia culpa caret. l. desertto, & occultato. lib. 12. l. 3. ff. de incend. ruin. naufrag. Bart. in l. 1. §. vlt. ff. de receptat. Simanc. Enchirid. d. tit. 16. de receptat. num. 3. Sed receptator hæreticorum non dicitur, nisi scienter rece-
203 ptet; Ratio est, quia ignorantia cum excusat, quæ in illo præsumitur, nisi probetur scientia: Petrus Gosfre-

Goffredus in l. 4. C. de hæret. lib. 12. Et plura vide
in Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 369. comm. 36.
204 Illud quoque est omnino sciendum, quod receptator non dicitur, qui vna tantum vice receptauit.
Parif. Put. tract. de ludo. num. 46. in fin. post Iacob. Aret. in l. 1. ff. de Alea lux, & aleat. Vbi receptator aleatorum non dicitur, qui semel tantum
205 Aleatores receptauit in domo. Item quod Hæreticus non dicitur relapsus, qui fugit è carcere perpetuo, sed Impœnitens. Simanc. de cathol. instit.
206 tit. 16. num. 25. Et id quidem ex pluribus. Primò quia non est relapsus, nisi qui in hæresim labitur; quia qui fugit e carcere nullam fuga committit
206 hæresim. Secundo quia Iudices neminem fingere debent relapsum, quem lex nominatim relapsum non dicit; nam fuga à legibus non ponitur inter culpas, in quas qui incidunt, relapsi videantur. c. accusatus de hæret. lib. 6. Director. Inquisit. lib. 1.
207 pag. mihi 644. comm. 146. Item quod relapsus, vt condemnari possit, necesse est, vt saltem semel de hæresi relapsi constet. Alfonf. Castren. lib. 2. c. 2. de iusta hæret. punit. Simanc. de cathol. instit. tit. 52. de relapsis nu. 5. Director. Inquisit. 3. par. pag.
208 mihi 444. comm. 86. Item quod quis ex solis suspicionibus relapsus iudicari non debet. §. Ille quoque. Et ibi Domini. c. litteras de præsumpt. Alfonf. lib. 2. de iusta hæret. punit. c. 2. Simanc. En-
209 chirid. tit. 60. de relapsis. nu. 3. Item quod relapsus non dicitur abiurans de leui, nec punitur pœna relapsorum, licet grauius sit puniendus, quam si nō in antea abiurasset. iuxta c. accusatus, in princ. de hæret. lib. 6. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 486. col. 1. Sed si publice habetur suspectus abiurabit, publicè in Ecclesia, si non abiuret in Palatio Episcopali, vel in Capitulo Conuentus fratrum, Vbi Inquisitor moram trahit. Vide plura in Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 502. comm. 43. col. 2.
210 Itē quod relapsus spontè cōfitens se fuisse relapsū, an vti relapsus puniri debeat: sunt qui putant non esse puniendum tanquam relapsum eum, qui non accusatus spontè fatetur se fuisse relapsum, quorum opinio æquissima est, sed ego non planè dispicio, quo iure Inquisitores pœnam legum ei condonare queant, nisi fortè Summum Pontificem consulant. Alberti. de Assertio. cathol. q. 25. n. 25. Alfonf. lib. 2. de iusta hæret. punit. c. 2. l. 1. ff. ad Turpill. lactantius lib. de ira Dec. c. 19. Simanc. Enchirid. tit. 60. de relapsis. num. 6. Et d. Simanc. Enchirid. tit. 61. de Impœnitentibus. num. 8. dicit, quod multi errant, dicentes pœnitentem illum esse relapsum, qui non facit ea, quæ illi præcepta sunt, vel facit, illi prohibita, quando pœnitentiæ actus contrarius est suæ culpæ. v. g. si præceptum sunt, vt abiuret, vel aduersus errores prius prædicet, aut quippiam simile: Nam in prioribus exemplis impœnitens est, non relapsus: In posteriore tum demum relapsus erit, cum errores prius abiurauerat. Illud autem verum est, quod idem aiunt, quod pænitentem illum, qui pœnitentiam impositam non peragit, quæ ad culpæ purgationem tendit. Vt puta, non ieiunat, non orat, non facit pia, quæ ei præcepta fuere, puniri posse pœnis arbitrariis. Fedetic. conf. 156. Simancen. de
211 fid. cathol. c. 19. relata de hæresi. notab. 30. Itē quod pro relapso quis non est habendus ob solam fugam è carcere, in quem coniectus est ad agendam pœnitentiam. Director. Inquisit. 3. par. super
212 q. 97. Item quod relapsus, seu negatiuus per duos testes Inhabiles conuictus, vt sunt excommunicati, socii criminis, periuri, infames, & alii minus digni minus tradendus est curiæ sæculari. Quod non videtur indicari in c. in fidei fauorem dum ait, ex numero testium, quasi diceret, ex multitudine testium. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 603.
213 comm 113. col. 2. Item quod relapsus an sit, qui in iniunctam pœnitentiam no adimplet. Director.
214 Inquisit. 3. par. pag. mihi 645. seq. Item quod relapsus pœnitens, qui si se ipsum defert, & accusat coram Iudicibus fidei, an misericordia sit dignus. Director. Inquisit. 3. par. de sermone generali ha-
215 bendo. nu. 56. §. sed quid si relapsus. Item quod relapsis verè contritis Sacramenta pœnitentiæ, & eucharistiæ concedantur. Director. Inquisit. 3. par.
216 pag. mihi 647. comm. 150. Item quod relapsus non dicitur, qui propter leuem suspicionem hęreses abiurauit, si post abiurationem in hæresim incidit.
217 Simanch. Enchirid. de abiuratione. nu. 5. Item quod relapsus non dicitur, qui de leui abiurauit. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 386. comm. 83.
218 nu. 4. Item quod relapsus non dicitur, qui propter vehementem suspicionem abiurauit, & postea communicationem cum hęreticis habet; quia de nullo eius lapsu plene constat; & ex solis suspicioni-
219 bus quis relapsus iudicari non debet. §. Ille quoque & ibi Domini. c. litteras de præsumption. Alfonf. de iusta hæret. punit. c. 2. Simanc. Enchirid. tit. 60.
220 de relapsis nu. 3. Item quod relapsis spontè venientibus ex mea sententia ex pluribus parcendum censeo. Primò quia cessat illa suspicio, quod fuerint fictè conuersi pœnitendo deferant, & veniam postulent. Secundo quod non sunt censendi incorrigibiles, cum spontè crimen fateantur, & errati veni-
221 am deprecentur. Tertio quia verè nullus potest dici relapsus, nisi bis fuerit de hæresi conuictus. Quarto quia Conc. Bitterense spontè venientibus mortis, exilii, & bonorum confiscationis impunitatem esse concedendam videtur sentire; quia verba in hoc nullo modo possunt competere, nisi relapsis: Nam quicunque alius delinquens spontè conuersus, quamuis grauiter delinquerit, mortis pœnā euitat. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 412.
222 comm. 12. col. 1. Item quod Hæretici non dicuntur relapsi, si vnam tantum hæresis speciem abiurarunt, si in aliam incidant. Ioan. Andr. in c. accusatus, de hæret. lib. 6. sed hodie omnes hæreses abiurantur in genere. Director. Inquisit. 2. par. pag.
223 mihi 332. comm. 65 col. 2. Item quod relapsi, qui post abiuratas hæreses iterum in hęreses incidisse conuincuntur, traduntur curiæ sæculari; non tamē ille,

ille, qui iterum, atquè iterum nulla pœnitentia sollemni interueniente, aut abiuratione canonica, vel purgatione sollemni facta in eundem errorem labuntur. Si quis enim iterum, atquè iterum labatur; etsi verè relapsus dici possit, priusquam illas abiurauit; at puniri non debet veluti relapsus, ità vt tradatur curiæ sæculari; dumodò velit verè pœnitere. Nam iure pontificio is verè Hæreticus, relapsus accipiendus est, qui post sollemnem, iudicialemquè hæresum abiurationem relapsus fuerit. c. accusatus, & ibi Anchar. de heret. lib. 6. Alfonsus Castrus lib. 2. c. 2. de iusta heret. punit. Simanc. de cathol. instit. tit. 57. nu. 2. seq. Director. Inquisit. 2.
226 par. pag. mihi 386. comm. 83. col. 2. Et vt relapsus vti relapsus puniri possit, necesse est, vt in iudicio constet ad minus de vno lapsu in manifestā hæresim. Quod apertissimè colligitur ex d. c. accusatus. §. ille quoque. Vbi sunt illa verba constiterat, vel nunc constet, quæ nullo modo suspicioni etiam vehementi possunt accommodari. Cum itaq; qui prius abiurauit de vehementi, de nulla heresi fuerit conuictus, nec postea de heresi conuincatur; ob id quia receptet, aut deducat hereticos: Hec enim facta heresis suspicionem, non expressam heresim preseferunt; relinquitur omninò, vt hic nullo modo debeat censeri relapsus. Et hanc sententiam sequitur Alfonsus Castrus lib. 2. de iusta heret. punit. c. 2. Et Gemini. in d. c. accusatus. §. ille quoq; vers. quæro an sufficiat; quos laudat Simanc. de cathol. instit. tit. 57. nu. 5. Et hoc est contra Eymerie. Et his subscribit Penna Director. Inquisit. 2. par.
227 pag. mihi 383. comm. 81. col. 1. Item hereticus dicitur ille, qui incidit in Apostasiam perfidiæ nempè quando quis recedit à fide catholica. Vt fuit Iulianus Apostata. Vt. 2. q. 7. c. non potest. Et talis Apostata pro hæretico habetur, & punitur vt hæreticus.

Cæterum illud ad Inquisitore est aduertendum, quod ignorātia excusat ab Hæresi, & per consequēs
228 à pœnis in hæreticos latis secundum B. Thom. 1. Corinth. c. 11. lect. 4. & 22. art. 7. ad secundum argum. & alibi sæpè. Et hanc sententiam, quod ignorantia excusat ab hæresi, communiter DD. amplexantur. De quo articulo dubio, & perdifficili agit latè Alfonsus Castrus lib. 1. c. 9. de locis theologicis. Simanc. de cathol. instit. tit. 26. Idem ibidem tit. 28. nu. 12. seqq. Idem in Enchirid. violat. Relig. tit. 48. & 49. Ioann. Roias. tract. de hæret. par. 1. nu. 64. seqq. Et par. 2. Assertio. 26. Nauar. in Manciali. præludio. 1. nu. 16. Et c. 11. num. 22. Albertin. tract. de Agnoscen. assert. q. 11. num. 4. & q. 23. nu. 26. Placius Rubius in allegatione de heresi §. 4. Ioan. Imol. Panormitan. & ali in Rubr. extra de Summ. Trinit. & fid. catol. Innoc. & Anton. Butr. & alii in c. firmiter de summ. Trinit. Ioan. Anania in c. firmissimè nu. 8. extra de heret. Panor. & Felyn. in c. 1. nu. 2. de heret. Paulus Castren. Bals. & Ias. in Rubr. C. de summ. Trinit. Repertor. Inquisit. verb. ignorantia, & verb. excusari, & verb.
229 Heresis. §. ex supradictis. Et verb. Hereticus. §. Item non est Hæreticus Director. Inquisit. par. 1. comm. 22. pag. mihi 63. Item ignorantia probabili qui errat in his, quæ fidei sunt, præsertim in his, quæ explicitè credere non tenetur, qualia sunt, quæ ad fidem spectant. Item quales sunt multæ fidei subtilitates, ab heresi, & hereticorum pœnis excusatur, donec admonitus sit legitimè: Nam si post legitimā admonitionem perseueraret, non excusaretur. Hanc assertionem, seù regulam tenent omnes illi, quos initio sui Commentarii citauit Penna, & preterea Zanchinus tract. de heret. c. 2. nu. 2. seq. Vbi D. Campegius, & Albertin. tract. de agnoscen. assertio. q. 36. nu. 6. Horum frequens exemplum est illud innocentii c. firmiter. De summ. Trinit. & fid. cathol. Vt si quis Rusticus quadam naturali ratione motus dixisset, quod in diuinis Pater est maior filio, quoniam in humanis est maior; creditque Ecclesiam ità tenere: Re vera hic non est hereticus, nisi admonitus ita persistat. Idem iudicatur de eo, qui asserit Patrem, & filium duos esse Deos, quem ità defendebat Placius Rubius in allegatione de heresi: Ratio verò potissima huius regulę est, quoniam Rusticus, aut Idiota, qui ità falso opinatur, opinionem suam credit veram, aut verius Ecclesię veritatem, nec ea opinio est fides sua, eum ipse fidem Ecclesię teneat. Et hoc est diligenter aduertendum, & hac causa ad excusandos Rusticos, & Idiotas, qui sepè in hos errores facile labuntur. Adieci etiam in Regula fidei subtilitates, & Plebei facile labuntur, tamen absque heresis periculo, in quibus inquit B. Thom. non esse simplices homines examinandos, nisi cum timeatur, nè in eis fint ab hereticis deprauati. 2. 2. q. 2. art. 6. in responsione ad secundum argumentum. Director. Inquisit. par. 1. comm. 22.
230 pag mihi 64. Item ignorantia inuincibili qui errant, ab heresi excusantur. Ioannes minor. lib. 2. sent. distin. 22. q. 2. Simanc. de cathol. instit. tit. 26. nu. 6. Et pauci quidem alii. Voco autem inuincibilem, seù insuperabilem ignorantiam eam, quam homo superare non potuit, postquam diligentem adhibuit sollicitudinem in veritate inuestiganda. Sed vt ingenuè fateor, quid sentio hodie post tam apertam christianę religionis notitiam, & tam latè patentem Euangelii promulgationem, & tot Conciliorum, & sacrorum DD. lucem, vix in his, quę fidei sunt, ignorantia inuincibilis, seù insuperabilis esse potest. Director. Inquisit. par. 1. comm. 22. pag.
231 mihi 64. Item ignorantia qui errat in his, quę fidei sunt; quę tamen ipse credere explicitè non tenetur, deceptus ab aliquo Viro Docto, quem pium, atque catholicum esse credit, & talis ab aliis communiter habetur; ab hæresi, ac ab hereticorum pœnis, ac etiam à peccato videtur excusandus; quia putat eam doctrinam sanam esse. Ità intelligendum est id, quod dicit Magister sententiarum lib. 4. distin. 30. c. 1. vers. si quis hereticus. dub. 2. Director. Inquisit. par. 1. comm. 22. pag. mihi 64.
232 Item ignorantia si filii errant in fide seducti à Parentibus, & in errore nutriti excusandi sunt Item disci-

discipuli à Preceptoribus, & Magistris; subditi ab
Episcopis, & Parochis, aut aliis similibus, prefer-
tim si non dum iuditii compotes erant, quæ expli-
citè scire non tenentur. Nam & hi etiam ab heresi,
& hereticorum pœnis excusabuntur. Ioannes Lupus
Decanus Sagoniensis tract. de heret. quem refert, &
sequitur Montaluus in l. 1. tit. 26. partite 7. q. 14.
Et hæc planè regula videtur apertissime in c. Dixit
Apostolus. 24. q. 3. in hæc verba. Sed qui sententi-
am, &c. tales ergò mitissimè sunt tractandi, & le-
uissimè etiam pœnitentiæ eis iniungende. Director.
233 Inquisit. par. 1. comm. 22. pag. mihi 64. Item
ignorantia facti vnumquenque excusat. Director.
234 Inquisit. 2. par. pag. mihi 195. nu. 22. Item igno-
rantia quandoque excusat. Director. Inquisit. 2. par.
234 comm. 75. col. 2. pag. mihi 367. Item ignoran-
tia qui errat, excusari potest ab heresi. Simanc. En-
235 chirid. tit. 49. de ignorantia nu. 1. Item ignorã-
tia qui errat, non est puniendus hæreticorum pœ-
nis. sed errores reuocare debet arbitrio Iudicis sim-
pliciter, & sine conditione. Extrau. Vas electionis.
in fin. de heret. Gerson. de protestat. considerat. 11.
lupus allegat. de hæresi. §. 4. Simanc. ibidem. nu. 6.
236 Item ignorantia in facto alieno presumitur, &
qui scientiam allegat, probare debet, & maximè
236 in hæresi, quæ occulta esse solet: Et in dubio
crimen præsumendum non est. §. verius. ff. de pro-
bat. l. merito. ff. pro Soc. Simanc. Enchirid. tit. 46.
237 de receptat. nu. 5 seq. Immò in facto alieno pre-
sumitur, quando v. g. quis non expediuit litteras
Apostolicas, sed alius, qui eas falsificauit. Et hoc
casu intrat probabilis ignorantia. c. fin. de confess.
Capic. decis. 67. refert, & sequitur Cabal. casu 144.
238 per totum. Item ignorantia qui errat, potest ex-
cusari ab heresi. Simanc. Enchirid. tit. 49. de igno-
rantia. num. 1.

Quibus omnibus quoad ignorantiam additur,
quod ignorantie species sunt quatuor. Vna Affecta-
239 ta. Altera crassa. Tertia probabilis. Quarta in-
superabilis. Simanc. ibidem. num. 1.

240 Ignorantia affectata qui errat, non caret mali-
tia, quia pertinax esse presumitur, presertim cum
errat in eo, quod expliciter scire tenetur. c. Excel-
lentissimus. 11. q. 3. Dauid. Psalm. 36. Noluit in-
telligere, vt benè ageret: Instin. Martir. q. Simanc.
ibidem num. 1.

241 Ignorantia crassa errans est, qui ignorat ea,
quę cunctis diuulgata sunt, & is ab heresi vix excu-
sari potest, & fortasse nè vix quidem excepto si stu-
pidus, vel stolidus esset. l. latè culpe. ff. de verb. si-
gnif. l. nec supina. de iur. & fact. ignorantia. l. si ti-
tius. ff. de fideiussor. l. 4. quod vi, aut clam. Canus
lib. 12. de locis theologiæ c. 10. Simanc. ibidem
num. 2.

242 Ignorantia probabilis excusat ab hæresi, cum
caret malitia, & pertinacia. c. Dixit Apostolus. 24.
q. 3. c. 1. 29. q. 1. Tradunt omnes. c. 1. de summ.
Trinit. Et in Rubr. C. eod. tit. lupus allegat. de hæ-
resi. §. 5. Albert. de Assertion. Catholic. q. 36. Simanc.
242 ibidem. num. 3. Sed ignorantia probabili errans
excusatur protestatione apud Deum, & homines.
Alber. in Rubr. C. de hæret. Gerson. considerat. 5.
Alfons. c. 11. Alber. de Assertio. cathol. q. 12. Si-
manc. Enchirid. tit. 50. de protestat. nu. 9.

243 Ignorantia insuperabili qui errat, quam supe-
rare non potuit faciens quicquid in se fuit, is omni
culpa caret; Nè dum hæreticus non est, sicut & ille,
qui quærens veritatem in quæstionibus difficillimis
imbecillitate ingenii bona fide aberrauerat. De quo
errore accipienda sunt verba D. Augustin. lib. 1. de
Trinit. errare possum, sed hæreticus non ero. Vinc.
litinen. aduersus hæreses. post prin. Maio. lib. 5. dist.
22. Simac. ibidem. nu. 4.

Vltra supradicta vt infamatus de hæresi facilius
244 possit defendi, pro nunc restat dicẽdum, quod pro
infamia de hæresi licet duo testes boni, & graues
sufficiant ad pœnam ordinariam imponendam, quæ
est Canonica portio; Tamen si testes fuerint viles,
& infames, licet contemnendi non sint, ad hoc vt
ex dictis eorum ad inquirendum procedatur; duo
tamen ex illis non videntur sufficientes ad hoc vt d.
infamato pœna ordinaria imponatur, sed mitius est
tractandus, nec ad purgationem subeundam erit
cogendus, nisi plenior probatio accedat, & alia
inditia, & adminicula, simul cum diffamatione con-
currant: Ratio est, quia duo testes solum minus ido-
nei in causis, in quibus ad testificandum admittun-
tur, nunquam sufficiunt ad hoc, vt ex dictis eorum
pœna ordinaria imponatur. Director. Inquisit. 2.
par. pag. mihi 384. comm. 82. Immò dicitur quod
in crimine hæresis, & in quouis alio grauissimo cri-
mine tales testes non solum ad condemnandum, sed
245 nec etiam ad torquendum sufficiunt, quia requi-
runtur testes omni exceptione maiores, integri, in-
dubitati, fide digni, concludentes, & luce (vt aiunt)
meridiana clariores. l. sciant cuncti, quæ est final.
C. de probat. canonizata 2. q. vlt. c. sciant cuncti.
Vbi dum loquitur de probat. test. addit idoneorum,
& dum de probatione inditiorum addit indubitato-
rum, ac etiam luce meridiana clariorum. Et ibi not.
Glos. & communiter DD. Vt notatur supra de test.
c. veniens. §. in Glos. sed eum crimen. Boss. tit. de
conuict. nu. 9. Bal. in l. fin. col. 2. C. de probat.
Gram. cons. ciuil. 59. nu. 18. Mars. §. diligenter.
nu. 8. Foller. post alios, quos allegat. cons. 76. nu.
2. lib. 2. inter cons. crim. diuers. Et hanc adducunt
rationem; quia cum in criminalibus de hominis sa-
246 lute tractetur, ideò arctior requiritur delicti pro-
batio. Bal. in l. fin. num. 4. Boer. decis. 164. nu. 1.
Dec. cons. 189. col. 1. seq. cons. 415. numero. &
cons. 429. nu. 12. Farinac. q. 86. nu. 6. emanata
quidem à testibus sine vlla macula. Clar. post alios
per eum adductos q. 21. vers. vnus testis. Vbi de
247 communi. Quod procedit etiam in quolibet deli-
cto etiam excepto. Alex. cons. 11. nu. 1. seq. vol. 1.
248 Paris. cons. 169. nu. 64. seq. vol. 4. Cum testes
tantum idonei, ac omni exceptione maiores Reum
conuincant. Tradit. Boss. d. tit. de conuict. num. 9.

Et

248 Et dupplici ratione quidem. Prima ratio est,
quia absurdum est dicere, quod quis conuincatur ex
249 dicto infamis, seù inhabilis. Alia ratio est, quia
durum videtur, hominem bonæ famæ, & opinionis
etiam in crimine hæresis ad voces infamium con-
demnare; cum ei ordo legitimæ defensionis dene-
getur non publicatis testium nominibus. Albert.
250 tract. de aguoscen. assert. q. 18. c. 2. nu. 5. Ta-
bien. in summ. verb. Inquisitor. §. 37 Corrad. Brun.
lib. 4. de hæret. c. 9. Roias tract. de hæret. assert. 4.
nu. 103. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 615.
251 comm. 120. col. 1. Et quamuis dicatur, quod te-
stibus duobus plenè est credendum; tamen opus est,
vt sint irrefragabiles, & irrefutabiles, ac omni ex-
ceptione maiores, alioquin plenam non facerent
252 probationem; cum nec etiam duobus solis plena
sit adhibenda fides, nisi multa alia concurrant. Si-
253 manc. Enchirid. de probat. test. tit. 34. nu. 5. Et
quando non sunt integri, inconfutabiles, fide digni,
omni exceptione maiores, & (vt aiunt) luce meri-
diana clariores, licet sint multi tamen non possunt
cum eorum numero coniungi, & fatere supplemen-
254 tum; quoniam cum nullus ipsorum sit integer,
fide dignus, &c. alterum supplere non potest. Gram.
decis. 11. nu. 2. Rolan. cons. 98. nu. 34. Dec. cons.
133. col. pen. propè fin. Mars. cons. 288. num. 22.
Natt. cons. 394. nu. 18. & cons. 298. lib. 2. Bertaz.
cons. 41. nu. 20. Gabriel. tit. de test. conclus. 7. n. 8.
255 Ratio est, quia quod nihil est supplementum nō
256 recipit. l. sed si manente. ff. de precar. Nam sup-
plementum fit, quando testis est integræ fidei. Aym.
cons. 99. nu. 10. Becc. cons. 85. nu. 20. post alios,
257 quos allegat. Et ex pluribus imperfectis non po-
test vnum perfectum resultare. l. 1. C. qui mino. tu-
tel. Corn. in l. 1. nu. 35. vers. tu dicas. C. de testam.
Aym. de antiq. temp. sed quid in lib. officialis. n. 17.
258 in fin. & nu. 19. Vltra quod testium integritas nō
supplet vitium alterius testis, qui sit inhabilis in cri-
minalibus, quamuis testibus duobus fide dignis ma-
259 gis credatur, quam mille scelestis. Boss. tit de op-
260 posit. contra test. nu. 152. Sed testes duo non
261 omni exceptione maiores loco vnius habentur,
& non ad condemnandum, sed ad inquirendum
tantum faciunt inditium. Ità Prob. ad Ioan. Monac.
c. 1. nu. 3. de test. in sexto Calcan. cons. 110. nu. 5.
262 seq. Alex. cons. 128. nu. 2. lib. 2. Ex quibus om-
nibus igitur infertur, quod sicut ad condemnandum
263 requiruntur testes omni exceptione maiores; ità
etiam ad torquendum. l. qui vltimo. in fin ff. de
pœn. quam allegat Bart. in l. cunctos populos, &
declarat ibi Ias. nu. 51. in fin. Farinac. q. 56. num.
121. & q. 37. nu. 58. Mantua. cons. 67. nu. 37. seq.
Mars. cons. 63. nu. 13. seq. Quod procedit etiam in
occultis, & difficilis probationis. Clar. q. 64. vers.
264 dixi etiam. in fin. Rolan. cons. 361. nu. 3. Vbi
reddit rationem, quoniam quanto crimen est gra-
uius, & atrocius, tanto inditia debent esse grauio-
ra, & vrgentiora. c. vbi periculum. de elect. in sexto.
265 Ratio est, quia criminis atrocitas non debet mo-
uere Iudicem ad torquendum, seù condemnandum,
nisi legitima adsint inditia. Rolan. cons. 7. num. 38.
266 seqq. lib. 1. Ob eamq; rem valde aberrare mihi
videntur Iudices, qui tenent, quod tortura potest
infligi per præsumptiones, suspiciones, imaginatio-
nes, coniecturas, verisimilitudines, & inditia semi-
plenam ad minus probationem non facientia: cum
supradicti testes idonei, legales, ac omni exceptio-
ne maiores de necessitate requirantur. Tradit Bart.
in l. 1. cum ibi not. ff. de quæst. not. l. milites, & in
266 l. fin. C. eod. tit. Boss. tit. de indic. nu. 180. Vbi
ait dd. præsumptiones suspiciones, imaginationes,
coniecturas, verisimilitudines, & inditia in crimi-
nalibus sufficere ad inquirendum tantum, seù ad
capturam, & non ad reliqua. Dec. d. cons. 189. col.
1. seq. prout ego etiam dico de inditiis crimen non
267 tangentibus. Immò dicitur, quod ad infligendam
torturam necessariò requiruntur testes, qui directè
deponant super maleficio, idest super facto consu-
mato, & non super inditio ad maleficium. Bal. in l.
fin. C. famil. hercisc. l. fin. ff. de quæst. Alex. cons.
5. nu. 1. cons. 11. nu. 4. Dec. c. tertio loco nu. 15.
de probat. Gram. vot. 22. Vulpell. cons. 35. nu. 6.
268 Ratio est, quia vt possit infligi tortura, liquidè
debet constare de facti veritate per testes idoneos,
ac omni exceptione maiores. Ariminen. in Addit.
ad Angel. de malef. in verb. Et fama publica. n. 108.
269 in fin. Nec mirum videri debet, quia in crimina-
libus, vbi agitur de pœna capitali, debent esse ta-
les. Bal. in Marg. vers. inditium, & cons. 41. nu. 8.
in 5. Alex. cons. 14. nu. 2. lib. 3. & 5. Dec. cons.
429 nu. 12. Mascard. de probat. conclus. 459. nu.
6. & 9. lib. 2. Et conclus. 496. num. 9. lib. 3. Et
conclus. 1360: nu. 4. Farinac. q. 61. nu. 32. Boss.
tit. de indit. & considerat. ante tortu. nu. 10. & 197.
270 Verum hoc omninò est per Iudicem aduerten-
dum, quod vnicus testis, quamuis omni exceptio-
ne maior, non facit inditium ad torturam, quoniam
necesse est etiam quod alia concurrant adminicula,
seù inditia. Vt fama, contumacia, præcedens ini-
micitia, vel alia inditia remota. Vt per Cyn. in l.
fin. C. de quæst. Ias. in repet. l. admonendi. num.
187. ff. de iureiur. alleg. Alex. cons. 353. incip. vi-
so Themate antescriptæ Inquisitionis. col. 2. Mars.
in sing. suis. nu. 242. incip. Quando testis omni ex-
ceptione maior. Quod not. Nouell. in pract. crim.
car. 77. nu. 49. Et maximè vbi alia repugnant. Boss.
tit. de indit. & considerat. ante tortu. nu. 87. Et illi
dicuntur omni exceptione maiores, vt sæpius dictū
271 est, quibus nihil prorsus potest opponi, & supe-
rant etiam omnem friuolam exceptionem, & nullā
prorsus patiuntur maculam, seù defectum; immò,
& vndique sunt inuulnerabiles, nec vlla possunt ex-
ceptione repelli; alias secus. l. 1. §. Idem Cornelio.
l. maritus. Vbi Glos. in verb. illicitè. in fin. ff. de
quæst. Glos. notab. in c. 1. in verb. maiores de con-
sanguinit. & affinit. Alex. cons. 180. col. 6. vol. 6.
Soc. Iun. cons. 39. vol. 2. nu. 59. Glos. in c. 1. in
verb. idoneos de test. Gram. cons. ciuil. 59. nu. 17.

Glos. in §. item verborum, Instit. tit. de inutil. stipulat. cap. licet ex quadam, de testib. Franc. Curt. Pap. in tract. de testib. conclus. 34. num. 73. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 33. num. 43. seq. Mascard. de probat. conclus. 1360. num. 6. Clar. quæst. 21. vers. vnus testis. Vbi reprehendit Iudices, qui de facili ad depositionem testis inhabilis Reos torquent. Vbi attestatur de communi. Crot. tract. de test. num. 80. Paris. cons. 152. vol. 4. num. 6. Copol. cons. 52. num. 2. seq. loquens in propriis terminis. Bursatt. cons. 20. num. 22. lib. 1. Vbi quod
272 mulieribus in criminalibus plena non est adhibenda fides ob magnitudinem præiudicii. Cephal. cons 233. num. 23. lib. 2. Bald. in l. fin. num. 5. verb. quædam est probatio maior. Dec. d. cons. 429. num. 12. vers. quarto in criminalibus. Mascard. de probat. conclus. 459. num. 6. & 9. & conclus. 496. num. 9. lib. 3. & conclus. 1360. num. 4.
273 Farinac. q. 61. nu. 22. Et testis, vt dicatur omni exceptione maior, debet esse 20. annorum. Berträd.
274 cons. 113. nu. 1, vol. 1. Sed vt non dicatur omni exceptione maior, sufficit quilibet defectus quælibet macula, & quælibet exceptio etiam minima aut in dicto, aut in persona ipsius. Vt post multos, quos allegat, scribit Mascard. lib. 1. in præfatione de probat. q. 6. num. 68. seq. & lib. 2. conclus. 855 num. 10. Aret. in c. litteris. col 6. vers. sed quæritur de
275 test. Ias. in l. si quis. col. 1. ff. si quis caut. Et vbi requiritur testis omni exceptione maior, de necessitate per Fiscum articulari, & probari debet ipsum esse talem; alias probatio non releuat, quia ex hoc non præsumit. Vrbert. Zuccard. l. fin. num 83. C. de edict. D. Adrian. tollen. Alciat. de præsumpt. in 3. reg. præsumpt. 2. vers. & idem puto. Dec. c. dilecti. c. l. 6. nu. 14. de appellat. Paris. d. cons. 152.
276 vol. 4. num. 7. Quibus additur, quod an testis sit fide dignus, & omni exceptione maior, Iudex considerare debet, si forte natura sit vanus, si leuis, si cum ignominia, si spe, si metu, si iracundia, si misericordia impulsus, si odio compulsus, si amicitia adductus, si premio, si gratia motus testimoni-
277 um perhibeat. Item ipsius conditio, dignitas, diuitiæ, paupertas, amicitia, inimicitia, sexus, ætas, numerus, & id genus alia. Et his omnibus benè perpensis Iudex scire poterit, quanta sit testi adhibenda fides. l. 2. cum seq. ff. de test. Simanc.
278 Enchirid. tit. 35. num. 1. seq. Nam quando testis non est fide dignus nec etiam ad formandam inquisitionem facit inditium. c. qualiter, & quando
279 c. 1 2. Farinac. d. q. 56. num. 188. Immò quando non est integer, & fide dignus, & est vnicus sine tortura nullum prorsus facit inditium. Not. l. ob carmen. §. si ea Rei conditio. ff. de test. Boss. tit. de part. suppos. n. 19.

DISCEPTATIO IX.

De Reo.

SVMMARIVM.

1 *Reus malæ conditionis, & fama si probauerit se per triennium benè vixisse, & esse bonæ vocis, & famæ, illa mala fama nihil ei noceret.*
2 *Reus per trienni lapsum de malo præsumitur effectus bonus, & emendatus de crimine.*
3 *Reus quando per triennium stetit, quod non commisit delictum, & benè vixit, cessat illa præsumptio, semel malus semper præsumitur malus.*
4 *Reus quotiescunq; per triennium benè vixit post primum delictum vltimum non attenditur.*
5 *Vita bona per plures annos post aliquod delictum facit, quod priora, & vltima delicta non sint attendenda.*
5 *Delicta priora, & vltima non sunt attendenda, quando fuit probata bona vita, & fama Rei per plures annos.*
6 *Reus quando est suspectus de crimine, & argumentis verisimilibus vrgetur, non potest condemnari, nisi multa alia concurrant.*
7 *Inditia sunt plenè probanda per duos testes contestes de loco, & tempore.*
8 *Reo quando non venit imponenda pœna corporalis, sub fideiussione est relaxandus.*
9 *Reus sub fideiussione relaxari potest, si pendente processu apparet, ipsum non esse culpabilem.*
10 *Reus, quãdo nõ inuenit aliquẽ, qui pro ipso fideiubeat, sub eius fideiussione iuratoria relaxari potest.*
11 *Reus etiam in causis sanctæ fidei ex infirmitate, vel alia causa habilitatur arbitrio Iudicis.*
12 *Reus etiam de delictis exceptis habilitatur in festis Pascalibus, & Natiuitatis Domini.*
13 *Reus si moriatur antequam terminetur causa criminalis, in d. causa non est amplius procedendũ.*
14 *Causa criminalis morte extinguitur nu. 26.*
15 *Morte criminatio extinguitur.*
16 *Causa principali extincta extinguitur accessoria.*
17 *Accusari possunt tantum viui, nõ autem mortui.*
18 *Reo mortuo criminatio extinguitur.*
19 *Reus si crimẽ commisit in Ciuitate post eius mortem memoria eius non potest damnari.*
20 *Rei memoria quando post mortẽ possit damnari.*
21 *Mortuum accusans repellitur.*
22 *Reus si appellatione pendente moriatur, quoad pœnam personalem omnia sunt extincta.*
23 *Latronis famosi corpus potest puniri ipso mortuo.*
24 *Reus si moriatur pendente accusatione non potest procedi in causa.*
25 *Crimen morte extinguitur. Fallit tamen in aliquibus casibus.*
26 *Processus) prima causa Reo mortuo non Accusa) valet in secunda.*
27 *Reus captus pro vno crimine nullo modo potest interogari super alijs, de quibus non extant inditia.*

28 Per examen Rei) Fiscus non debet sumere Per confessionem Rei) probationem delicti ex ore ipsius ad fundandam suam intentionem.

29 Confessio Rei de aliquo crimine per prius ab ipso confessato, quamvis tangat causam, de qua agitur, non est attendenda.

30 Reus captus pro uno crimine non potest per Iudicem interogari super aliquo alio prætenso crimine, de quo nullum extat inditium.

30 Interogari non potest Reus à Iudice super delicto, de quo nullum extat inditium.

30 De delicto non potest à Iudice interogari Reus, de quo nullus extat inditium.

31 Ex confessione Rei probationis cuiusuis delicti inditium non potest sumi.

31 Confessionem delicti, quando inditia non præcedunt, ex ore Rei, Fiscus, & Curia extorquere non possunt.

32 Confessus se ab uno fuisse subagitatum, non potest interogari, an fuerit subagitatus ab alio, quando non extant inditia.

33 Delicta plura si Reus commisit siue incontinenti, & eodem tempore, siue ex interuallo, unica tantum pœna afficiendus est.

34 Delicta plura incontinenti commissa, & ad eundem finem facta confunduntur.

35 Delicta diuersa quandoq; quantum ad initium pro uno habentur.

36 Delicta plura eiusdem generis commissa cõtinuato tempore pro uno tantum habentur.

37 Delicta plura commissa ab uno cum aliquo, quãuis ex interuallo, & diuersis temporibus pro uno habentur, quando sunt eiusdem generis, & una tantum persona offenditur.

38 Delictum dicitur patratum incontinenti, quando fit eodem die.

39 Delicta plura si aliàs fuerunt à Reo commissa ex reiteratione pœna non extenditur ad capitalẽ.

40 Delicta plura quando sunt expressa in processu.

41 Rei quando sunt plures accusati de eodem delicto, & v.g. duo aufugiunt, alius verò non, omnis præsumptio resoluitur contra fugientes.

42 Reus quando est imputatus de aliquo delicto, si per prius de aliquo alio delicto nunquam fuit inquisitus, mitius cum eo agendum est.

43 Reus quando est persona honesta pro primo delicto pœna minui debet.

43 Pro delicto primo pœna minui debet.

44 Reus si per quinquennium post primum delictum benè vixit, amplius vltimum delictum non attenditur.

45 Rei merita faciunt minuere pœnam.

46 Reus quando quid vtile pro Republica egit, Princeps ei potest minuere pœnam.

47 De Rei innocentia vt appareat, pater, & Procurator admittuntur.

47 Pater, &) vt de Rei innocentia appareat, ad- Procurator) mittuntur.

48 Absens vbicunque damnari potest, quisuis eius innocentiã etiã in capitalibus excusans auditur.

49 Innocentia Rei satis dicitur probata, quando non probatur nocentia.

50 De viro bono bonum præsumitur.

51 Innocentia Rei per testes de auditu, & bonam famam dicitur, liquidissimis probationibus probata.

52 Bonus quisque iuris præsumptione reputatur, & præsumitur.

53 In causa ad reportandam victoriam, in qua liquidissimæ requiruntur probationes, sufficit per præsumptionem.

54 Delictum à nemine fuisse commissum iuris, & naturæ præsumptio est.

54 Præsumptio iuris à & naturæ est neminem delinquere velle.

55 Delictum omne pugnat contra naturam.

56 Testes deponentes id, quod est magis naturæ, & iuri naturali conforme, quod est, quòd non committatur delictum, præferuntur.

57 Testibus pro Reo magis creditur, quam testibus Fisci.

58 Testes Rei habent iuris præsumptionem pro se.

59 Cum testibus Rei concurrit præsumptio naturæ.

60 Probationum concursu) illa probatio prævalet, Testium conflictu) eiq; magis creditur, cui qua est pro Reo aliqua præsumptio iuncta.

61 Probationis fides ex coniecturis augetur, & qui habet meliores coniecturas, fides coniecturæ vincit.

61 Coniecturas meliores qui habet, fides coniecturæ vincit.

62 Innocentia Rei) ex consanguineorum testimo- Rei innocentia) nijs arguitur.

63 Consanguinei, Affines, Fratres, Vxor, Testes inhabiles } ad innocentiam Rei probandã, in subsidium admittuntur.

64 Pater ad docendum de innocẽtia filij absentis admittitur, & est audiendus.

65 Innocentiæ inditia) Inditia innocentiæ) quæ sint.

66 Instructior causæ pro innocentia Rei est quilibet admittendus.

67 Iudex debet quemlibet admittere, qui velit demonstrare de innocentia Rei, & ità debet, vt non possit eum repellere.

68 Iudex debet perquirere de innocentia Rei.

68 De innocentia Rei Iudex perquirere debet.

69 Iudex ad defensam Rei testes admittere debet, quos scit non ignaros veritatis.

70 Reus si probauerit, se per triennium benè vixisse, ac fuisse bonæ vocis, & famæ, illa mala fama in totum censetur purgata.

71 Fama mala trienni spatio per bonam famam dicitur purgata.

72 Reus si per triennium benè vixit pro nouo homine habetur.

73 Reus per trienij lapsum de malo præsumitur effectus bonus.

74 Reus

129 *Reus semel inquisitus, & postea è carceribus relaxatus, iterum inquiri non potest.*

130 *Diuina elementia non patitur dimissa peccata iterum in vltionem redire.*

131 *Reus relaxatus sub fideiussione non potest pro eodem delicto denuo carcerari alijs non superuenientibus inditijs.*

132 *E carceribus relaxatio habet vim tacitæ absolutionis.*

133 *Reus absolutus de aliquo crimine non potest amplius pro eodem crimine detineri, & molestari.*

134 *De delicto nemo bis quæri potest.*

135 *Reus absolutus) semel ab aliquo crimine non*
Absolutus) debet de eodem crimine amplius quæri.

136 *Deus non iudicat bis in idipsum.*

137 *Reus non est retinendus in carcere, quando non est locus torturæ.*

138 *Tormenta plerunque cogunt ad mentiendum.*

139 *Tortura est res fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat.*

140 *Ante torturam si Reus protestetur factum extare sic, & postea in tormentis secus dicit, habetur vi tormentorum contra veritatem dixisse.*

141 *Reus quando est vir simplex, & fatuus, licet aliquando faciat aliqua signa prudentiæ, non desinit esse stultus.*

142 *Reus idiota, si crediderit aliquid viro sapienti, excusandus est.*

143 *Reus corporaliter puniri non debet, nisi concurrat dolus.*

144 *In tortura si Reus nominet aliquem) postquam*
145 *Reus si in tortura nominet aliquem)*
fuit ipse de se confessus, nihil facit; quia vti criminosus, & infamis nullum parit inditium.

146 *Reus si distet à loco delicti per 20. passus cessat omnis præsumptio auxilij, & associationis.*

146 *Auxilij) suspicio cessat, si Reus distet per*
Associationis) 20. passus à loco delicti.

147 *Distantia à loco delicti præstat inditium innocentiæ.*

148 *Delicti loco) si quis assistet. Vide sub num.*
Loco delicti) 147. 148.

149 *Præsentia)*
Assistentia) in loco delicti arguit suspicionem.

150 *Reus est remittendus ad Iudicem loci delicti.*

150 *Ad Iudicem loci delicti Reus remittendus est.*

151 *Reus non videtur satis punitus, nisi etiam in loco delicti puniatur.*

152 *Reus condemnatus in aliquo loco, adhuc in loco delicti condemnari potest.*

153 *Reus in respondendo non dicitur contumax, si ad iam dicta se refert.*

154 *Reus aliàs examinatus si petat primum dictum sibi legi, exaudiendus est.*

155 *Reus comparens in termino banni) totum ban-*
In banni termino Reus comparens)
num, & eius virtus annullatur.

156 *Reo conuicto, & condemnato si ab illa condemnatione appellauerit, & illa pendente moriatur, in causa non est amplius procedendum.*

157 *Appellatione pendente si Reus moriatur, in causa non est amplius procedendum.*

157 *Appellatio quoad bona est perficienda.*

158 *Criminatio)*
Morte criminatio) morte extinguitur.

159 *Bona si tacitè in sententia fuerunt adempta, quid agendum.*

160 *Reus non potest examinari) de alijs prætensis*
Examinari non potest Reus) sis delictis, si de ipsis non fuerit accusatus.

160 *Torqueri non potest Reus, nisi extent inditia.*

161 *Reus quando torqueri possit de consuetudine.*
Torqueri quando possit Reus de consuetudine.

162 *Reus si in examine neget) delictum, quod po-*
In examine si Reus neget) stea probatur, si dicat fecisse ad sui defensionem.

163 *Reus si moriatur pendente accusatione, regulariter non potest contra eum procedi.*

164 *Accusa) primæ causa non valet in secunda*
Processus) causa.

165 *Accusatio quibus casibus recipiatur propter enormitatem delicti.*

166 *Reus si de furto fuerit accusatus) quid agen-*
De furto si Reus fuerit accusatus) dum.

167 *Sine inditijs nemo est torquendus.*

167 *Torqueri nemo potest sine inditijs.*

168 *Iudex potest inquirere.*

169 *Reus si vexit absoluendus ante sententiam potest relaxari.*

170 *Reus spontè confessus mitius est puniendus.*

171 *Confessus spontè quis dicatur.*

172 *Confitens spontè delictum mitiùs punitur.*

173 *Confessus metu probationum quis dicatur.*

174 *Confessus spontè quis dicatur.*

175 *Reus non potest interogari de socijs.*

176 *Cum Reo negatiuo quid agendum.*

177 *Reus negatiuus in crimine hæresis) quando nõ*
Hæresis crimine Reus negatiuus) est tradendus Curiæ sæculari.

178 *Reus in crimine hæresis) ab vno tantù Inqui-*
In crimine hæresis Reus) sitore puniendus est.

179 *Reus pro vno delicto) pluribus pœnis non est*
Pro delicto vnico Reus) afficiendus.

Reus varians
190 *Varians Reus*
Vacillans Reus } *in sua depositione in crimine hæresis sibi ad torturam non facit inditium.*

191 *Pro inditio vno nemo est torquendus.*

192 *Variatio)*
Vacillatio) est vnum tantum inditium.

193 *Ob inditia à crimine remota nemo est torquẽdus.*

194 *Variacio)*
Vacillatio) est inditium remotum.

195 *Variatio*
196 *Vacillatio*
197 *Mendacium*
198 *Pallor*
Titubatio
200 *Trepidatio* } *Non faciunt inditium ad torturam. Et quando faciant inditiũ ad torturam vide num. 200.*

201 *Reus potest variare, & mendacia proferre ad sui salutem.*
202 *Sanguinem suum vnicuiquè licet redimere quoquo modo.*
203 *Mendacium) citra metum periurÿ potest fieri à Reo. Variatio)*
204 *Reus non debet se ipsum prodere.*
204 *Confessio rei ipsi non praeiudicat, quia nemo debet se ipsum prodere.*
205 *Reus respondens inquisitioni contra veritatem non tenetur de periurio.*
205 *De periurio non tenetur Reus respondens inquisitioni contra veritatem.*
206 *Mendacium non est sufficiens ad torturam.*
207 *Praesumptio est minus quam inditium, quod requiritur ad torturam.*
208 *Ex mendacio nudo sine alÿs adminiculis non potest torqueri Reus.*
208 *Reus non potest torqueri ex eius mendacio.*
209 *Reus quamuis dicat habere testes pro ritè, & rectè examinatis, tamen ratificandi sunt.*
210 *Reus defensionibus suis) non potest renunciare. Defensionibus suis Reus)*
211 *Iudices fauorabiliores esse debent, & proni ad nocentes absoluendum, quam ad condemnandum.*
212 *Reus negans se esse haereticum, audiendus est. Haereticum se esse si Reus neget, audiendus est.*
213 *Defensio prima Rei est negare crimina ei obiecta esse falsa.*
214 *Accusatore non probante Reus absoluitur.*
215 *Reus diluens obiecta crimina absoluendus est.*
216 *Reus punitus in foro Ecclesiastico non potest puniri in ciuili, quando crimen est merè Ecclesiasticum.*
217 *Iudex laycus non incidat in foro Ecclesiastico.*
218 *Iudex Ecclesiasticus non potest impedire poenam Iudicis saecularis, quando poena est mixti fori.*
219 *Reus sine accusatore non damnatur.*
219 *Sine accusatore Reus non damnatur.*
220 *Reus relaxatus sub fideiussione alÿs non concurrentibus pro eodem delicto denuò rem potest carcerari.*
220 *Rei relaxatio è carcere) sub fideiussione non potest pro eodem delicto denuo carcerari. Relaxatio Rei è carcere)*
221 *Relaxatio è carcere) habet vim tacitæ absolutionis. Excarceratio Rei)*
222 *Reus relaxatus) sub fideiussione, & nolens se repraesentare, eius bona non erunt adnotata. Relaxatus)*
223 *Reo relaxato } sub fideiussione, & nolenti se repraesentare imponitur poena pecuniaria. Relaxato è carcere }*
224 *Reus quando teneatur de auxilio alteri praestito.*
224 *De auxilio alteri praestito quando Reus teneatur.*
225 *Tractatum praecedentem Fiscus probare tenetur.*
226 *Ad auxilium praestandum non sufficit praesentia cum armis & ense euaginato.*
227 *Auxiliator verus nunquam punitur eadem poena, qua principalis.*
228 *Agentes, &) pari poena puniuntur, quando omnes eiusdem animi fuerunt v. g. ad occidendum, & dederunt causam mortis. Consentientes)*
229 *Reus dicens non recordari) non est torquendus, quando obliuio est alicuius facti ante tres annos. Non recordari Reus dicens)*
230 *Obliuio praesumitur post cursum trium annorum.*
231 *Memoria hominis est labilis, & non diuturna.*
232 *Reus dicens non recordari, & postea dicit recordari impossibile, seu falsum non dicit.*
233 *Testis) qui heri dixit non credo, hodie potest credere. Reus)*
234 *Tortura non potest infligi Reo super praecisa responsione habenda.*
235 *Tortura infligitur Reo, quando concurrit verisimilitudo, & cursus modici temporis.*
236 *Tortura Reo non potest infligi à Iudice super praecisa responsione, contra quem super delicto principali nulla adsunt inditia.*
237 *{ Reus captus ab vno Iudice non potest arrestari ab alio / Arrestari non potest Reus captus ab vno Iudice ab alio Iudice } etiã quod habeat aliam causam.*
238 *Causa vbi capta est, ibi fieri debet.*
239 *Reus quando, & quomodo conuinci potest.*
240 *Sententia est nulla, quando Reus non est legitimè citatus.*
240. 243 *Reus quando non est legitimè citatus sententia est nulla.*
240 *Processus est nullus, quando reus non fuit legitimè citatus.*
241 *Citatio apparere debet in processu, & penes acta.*
242 *Citatio de iure personaliter fieri debet, si citandus reperiri potest, sin autem ad domum, aliàs sententia est nulla.*
243
244 *Reus de eodem delicto saepius quari non potest.*
245 *Reus non potest torqueri) ob solam contumaciam. Torqueri non potest reus)*
246 *Ad socÿ criminis dictum de consuetudine non potest torqueri reus.*
247 *Romae non quod fit, sed quod de iure fieri debet, seruandum est.*
248 *Ad socÿ criminis dictum sine alÿs adminiculis, & praesumptionibus tortura infligi non potest.*

249 Socij criminis sola nominatio aliqualem facit præsumptionem.

250 Socius criminis non facit inditium, quamuis in tortura deposuerit.

251 Socius criminis, qui plures patitur exceptiones nec in exceptis ad torturam facit inditium.

252 Socius criminis nec ad inquirendum facit inditium.

253 Tortura supplet vnum tantumodo defectum non duos, vel plures.

254 Socius contra consocium nullum ad torturam facit inditium.

255 Socius criminis quamuis in tortura emanauerit, non conuincit consocios.

256 Testibus de se confessis non creditur in alios.

257 Testis nemo potest esse in causa propria.

258 Reus non præsumitur deliquisse sine causa.

259 Reus, quando non est secuta mors, mitius puniri debet.

260 Rei merita) faciunt minuere pœnam.
Merita Rei)

261 Reo, quando est vtilis Reipublica, Princeps potest dare impunitatem.

262 Reus mitius puniendus est, quando adest diuturnitas temporis commissi delicti.

262 Delicti commissi quando adest diuturnitas temporis, mitius puniri debet.

263 Reo ob diuturnitatem temporis pœna alleuianda est.

264 Reus si deliquisset, verisimile est quod aufugisset.

265 Fuga sicut præstat inditium ad delictum, ità non fuga debet operari præsumptionem ad non delictum.

266 Reus non potest torqueri, si bona eius fama probata fuerit.

266 Fama bona quando per testes ad defensam examinatos probata fuit, Reus torqueri non potest.

266 Torqueri Reus non potest, quando per testes ad defensam examinatos bona eius fama probata fuit.

267 Inditium vnum Rei tollit aliud Fisci.

268 Coniecturæ si sunt inter ipsas contrariæ, illa est eligenda, quæ excludit delictum.

269 Inditium vnum innocentiæ Rei tollit omnia alia inditia, ex quibus ipse torqueri possit.

270 Probatio Rei in criminalibus) quamuis dubia,
In criminalibus probatio Rei) & imperfecta, & non plena taliter offuscat, & debilitat probationem instigatoris, quod sequi debet absolutio.

271 Fama bona Rei tollit inditia ad torturam contra ipsum resultantia ex dicto socij criminis.

271 Inditia tolluntur per bonam famam Rei.

272 Clericus, quando non constat, quod sit incorrigibilis, non potest puniri pœna mortis naturalis.

273 Verba, quando sunt prægnantia, comprehendunt omne grauissimum crimen.

274 Reus producens testem ipsius personam approbat.

275 Reus docens de gratia sibi facta à Principe, illa potiri debet.

276 Reus quãdo à Principe ad nouas defensiones fuit admissus, quid agendum.

277 Reus, qui se tenet in tormẽtis) beatus est, &
In tormentis qui se tenet) melior reputatur, quam ante accusationem erat.

278 Tortura sustinens non potest condemnari, sed absolui debet.

279 Torturam si Reus vincit, eo ipso purgat, & diluit antecedentia inditia, & est supplicio liberandus.

280 Reus absolutus de aliquo crimine, pro eodem crimine detineri, & molestari non debet.

281 De delicto nemo bis quæri potest.
Reus de delicto bis quæri non potest.

282 Absolutus) semel ab aliquo crimine non
Reus absolutus) debet contra eum de eodem crimine amplius queri.

283 Deus non iudicat bis in idipsum.

284 Reus nominans socium criminis) nulla præ-
Socium criminis si Reus nominet) cedente interogatione de socijs nullum contra ipsum facit inditium.

285 Testis vltrò se offerens suspectus à iure reputatur.

286 A socio criminis nominatio spontè facta suspecta reputatur.

286 Nominatio consocij spontè facta à socio criminis suspecta reputatur.

287 Reus gratiatus de delicto, & postea captus nulla pœna puniendus est.

288 Reus, quando prætenditur, inditia non fuisse sufficienter purgata, in pœnam pecuniariam condemnari debet.

288 Inditia quando pro parte Fisci prætenditur, non fuisse sufficienter purgata, Reus in pœnam pecuniariam condemnari debet.

289 Reo sub prætextu quod sit solitus delinquere, pœna non est augenda ad mortem.

290 Infamis vt quis dicatur ob delictum, sententia condemnatoria requiritur.

291 Reus ob carnalem coppulam) pœna extraordi-
Ob coppulam carnalem Reus) naria puniri debet citra mortem; quando non fatetur de perfectione actus, sed de pollutione extra claustra.

292 Coppulam carnalem) quando v. g. Reus
Delicta quorum post factũ) fatetur non tamen
nulla remanent vestigia) perfectione actus, sed de pollutione extra vas, eius confessio non sufficit ad condemnandum pœna ordinaria.

293 Reus multa fatetur non vera propter metum torturæ.

294 Reus quando dicatur solitus delinquere.
Solitus delinquere quando Reus dicatur.

295 Reus vt possit dici solitus delinquere) requiri-
296 Solitus delinquere vt Reus dici possit) tur, quod per tres vices deliquerit in eodem genere delicti.

297 De-

349 Reus

397 Re-

441 Reus

248 Et dupplici ratione quidem. Prima ratio eſt,
quia abſurdum eſt dicere, quod quis conuincatur ex
249 dicto infamis, ſeu inhabilis. Alia ratio eſt, quia
durum videtur, hominem bonæ famæ, & opinionis
etiam in crimine hæreſis ad voces infamium con-
demnare; cum ei ordo legitimæ defenſionis dene-
getur non publicatis teſtium nominibus. Albert.
250 tract. de aguoicen. aſſert. q. 18. c. 2. nu. 5. Ta-
bien. in ſumm. verb. Inquiſitor. §. 37 Corrad. Brun.
lib. 4. de hæret. c. 9. Roias tract. de hæret. aſſert. 4.
nu. 103. Director. Inquiſit. 3. par. pag. mihi 615.
251 comm. 120. col. 1. Et quamuis dicatur, quod te-
ſtibus duobas plenè eſt credendum; tamen opus eſt,
vt ſint irrefragabiles, & irrefutabiles, ac omni ex-
ceptione maiores, alioquin plenam non facerent
252 probationem; cum nec etiam duobus ſolis plena
ſit adhibenda fides, niſi multa alia concurrant. Si-
253 manc. Enchirid. de probat. teſt. tit. 34. nu. 5. Et
quando non ſunt integri, inconfutabiles, fide digni,
omni exceptione maiores, & (vt aiunt) luce meri-
diana clariores, licet ſint multi tamen non poſſunt
cum eorum numero coniungi, & fatere ſupplemen-
254 tum; quoniam cum nullus ipſorum ſit integer,
fide dignus, &c. alterum ſupplere non poteſt. Gram.
deciſ. 11. nu. 2. Rolan. conſ. 98. nu. 34. Dec. conſ.
133. col. pen. propè fin. Marſ. conſ. 288. num. 22.
Natt. conſ. 394. nu. 18. & conſ. 298. lib. 2. Bertaz.
conſ. 41. nu. 20. Gabriel. tit. de teſt. concluſ. 7. n. 8.
255 Ratio eſt, quia quod nihil eſt ſupplementum nõ
256 recipit. l. ſed ſi manente. ff. de precar. Nam ſup-
plementum ſit, quando teſtis eſt integræ fidei. Aym.
conſ. 99. nu. 10. Becc. conſ. 85. nu. 20. poſt alios,
257 quos allegat. Et ex pluribus imperfectis non po-
teſt vnum perfectum reſultare. l. 1. C. qui mino. tu-
tel. Corn. in l. 1. nu. 35. verſ. tu dicas. C. de teſtam.
Aym. de antiq. temp. ſed quid in lib. officialis. n. 17.
258 in fin. & nu. 19. Vltra quod teſtium integritas nõ
ſupplet vitium alterius teſtis, qui ſit inhabilis in cri-
minalibus, quamuis teſtibus duobus fide dignis ma-
259 gis credatur, quam mille ſceleſtis. Boſſ. tit de op-
260 poſit. contra teſt. nu. 152. Sed teſtes duo non
261 omni exceptione maiores loco vnius habentur,
& non ad condemnandum, ſed ad inquirendum
tantum faciunt inditium. Ità Prob. ad Ioan. Monac.
c. 1. nu. 3. de teſt. in ſexto Calcan. conſ. 110. nu. 5.
262 ſeq. Alex. conſ. 128. nu. 2. lib. 2. Ex quibus om-
nibus igitur infertur, quod ſicut ad condemnandum
263 requiruntur teſtes omni exceptione maiores; ità
etiam ad torquendum. l. qui vltimo. in fin ff. de
poen. quam allegat Bart. in l. cunctos populos, &
declarat ibi Iaſ. nu. 51. in fin. Farinac. q. 56. num.
121. & q. 37. nu. 58. Mantua. conſ. 67. nu. 37. ſeq.
Marſ. conſ. 63. nu. 13. ſeq. Quod procedit etiam in
occultis, & difficilis probationis. Clar. q. 64. verſ.
264 dixi etiam. in fin. Rolan. conſ. 361. nu. 3. Vbi
reddit rationem, quoniam quanto crimen eſt gra-
uius, & atrocius, tanto inditia debent eſſe grauio-
ra, & vrgentiora. c. vbi periculum. de elect. in ſexto.
265 Ratio eſt, quia criminis atrocitas non debet mo-
uere Iudicem ad torquendum, ſeu condemnandum,
niſi legitima adſint inditia. Rolan. conſ. 7. num. 38.
266 ſeqq. lib. 1. Ob eamq; rem valde aberrare mihi
videntur Iudices, qui tenent, quod tortura poteſt
infligi per præſumptiones, ſuſpiciones, imaginatio-
nes, coniecturas, veriſimilitudines, & inditia ſemi-
plenam ad minus probationem non facientia; cum
ſupradicti teſtes idonei, legales, ac omni exceptio-
ne maiores de neceſſitate requirantur. Tradit Bart.
in l. 1. cum ibi not. ff. de quæſt. not. l. milites, & in
266 l. fin. C. eod. tit. Boſſ. tit. de indit. nu. 180. Vbi
ait dd. præſumptiones ſuſpiciones, imaginationes,
coniecturas, veriſimilitudines, & inditia in crimi-
nalibus ſufficere ad inquirendum tantum, ſeu ad
capturam, & non ad reliqua. Dec. d. conſ. 189. col.
1. ſeq. prout ego etiam dico de inditiis crimen non
267 tangentibus. Immò dicitur, quod ad infligendam
torturam neceſſariò requiruntur teſtes, qui directè
deponant ſuper maleficio, ideſt ſuper facto conſu-
mato, & non ſuper inditio ad maleficium. Bal. in l.
fin. C. famil. hærciſc. l. fin. ff. de quæſt. Alex. conſ.
5. nu. 1. conſ. 11. nu. 4. Dec. c. tertio loco nu. 15.
de probat. Gram. vot. 22. Vulpell. conſ. 35. nu. 6.
268 Ratio eſt, quia vt poſſit infligi tortura, liquidè
debet conſtare de facti veritate per teſtes idoneos,
ac omni exceptione maiores. Ariminen. in Addit.
ad Angel. de maleſ. in verb. Et fama publica. n. 108.
269 in fin. Nec mirum videri debet, quia in crimina-
libus, vbi agitur de pœna capitali, debent eſſe ta-
les. Bal. in Marg. verſ. inditium, & conſ. 41. nu. 8.
in 5. Alex. conſ. 14. nu. 2. lib. 3. & 5. Dec. conſ.
429 nu. 12. Maſcard. de probat. concluſ. 459. nu.
6. & 9. lib. 2. Et concluſ. 496. num. 9. lib. 3. Et
concluſ. 1360: nu. 4. Farinac. q. 61. nu. 22. Boſſ.
tit. de indit. & conſiderat. ante tortu. nu. 10. & 197.
270 Verum hoc omninò eſt per Iudicem aduerten-
dum, quod vnicus teſtis, quamuis omni exceptio-
ne maior, non facit inditium ad torturam, quoniam
neceſſe eſt etiam quod alia concurrant adminicula,
ſeu inditia. Vt fama, contumacia, præcedens ini-
micitia, vel alia inditia remota. Vt per Cyn. in l.
fin. C. de quæſt. Iaſ. in repet. l. admonendi. num.
187. ff. de iureiur. alleg. Alex. conſ. 353. incip. vi-
ſo Themate anteſcriptæ Inquiſitionis. col. 2. Marſ.
in ſing. ſuis. nu. 242. incip. Quando teſtis omni ex-
ceptione maior. Quod not. Nouell. in pract. crim.
car. 77. nu. 49. Et maximè vbi alia repugnant. Boſſ.
tit. de indit. & conſiderat. ante tortu. nu. 87. Et illi
dicuntur omni exceptione maiores, vt ſæpius dictũ
271 eſt, quibus nihil prorſus poteſt opponi, & ſupe-
rant etiam omnem friuolam exceptionem, & nullã
prorſus patiuntur maculam, ſeu defectum; immò,
& vndique ſunt inuulnerabiles, nec vlla poſſunt ex-
ceptione repelli; alias ſecus. l. 1. §. Idem Cornelio.
l. maritus. Vbi Gloſ. in verb. illicitè. in fin. ff. de
quæſt. Gloſ. notab. in c. 1. in verb. maiores de con-
ſanguinit. & affinit. Alex. conſ. 180. col. 6. vol. 6.
Soc. Iun. conſ. 39. vol. 2. nu. 59. Gloſ. in c. 1. in
verb. idoneos de teſt. Gram. conſ. ciuil. 59. nu. 17.

Gloſ.

Glos. in §. item verborum, Instit. tit. de inutil. stipulat. cap. licet ex quadam, de testib. Franc. Curt. Pap. in tract. de testib. conclus. 34. num. 73. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 33. num. 43. seq. Mascard. de probat. conclus. 1360. num. 6. Clar. quæst. 21. vers. vnus testis. Vbi reprehendit Iudices, qui de facili ad depositionem testis inhabilis Reos torquent. Vbi attestatur de communi. Crot. tract. de test. num. 80. Paris. cons. 152. vol. 4. num. 6. Corpol. cons. 52. num. 2. seq. loquens in propriis terminis. Bursatt. cons. 20. num. 22. lib. 1. Vbi quod
272 mulieribus in criminalibus plena non est adhibenda fides ob magnitudinem præiudicii. Cæphal. cons 233. num. 13. lib. 2. Bald. in l. fin. num. 5. verb. quædam est probatio maior. Dec. d. cons. 429. num. 12. vers. quarto in criminalibus. Mascard. de probat. conclus. 459. num. 6. & 9. & conclus. 496. num. 9. lib. 3. & conclus. 1360. num. 4.
273 Farinac. q. 61. nu. 22. Et testis, vt dicatur omni exceptione maior, debet esse 20. annorum. Bertrãd.
274 cons. 114. nu. 1. vol. 1. Sed vt non dicatur omni exceptione maior, sufficit quilibet defectus quælibet macula, & quælibet exceptio etiam minima aut in dicto, aut in persona ipsius. Vt post multos, quos allegat, scribit Mascard. lib. 1. in præfatione de probat. q. 6. num. 68. seq. & lib. 2. conclus. 855. num. 10. Aret. in c. litteris. col 6. vers. sed quæritur de
275 test. Ias. in l. si quis. col. 1. ff. si quis caut. Et vbi requiritur testis omni exceptione maior, de necessitate per Fiscum articulari, & probari debet ipsum esse talem; alias probatio non releuat, quia ex hoc non præsumit. Vrbert. Zuccard. l. fin. num 83. C. de edict. D. Adrian. tollen. Alciat. de præsumpt. in 3. reg. præsumpt. 2. vers. & idem puto. Dec. c. dilecti. c. l. 6. nu. 14. de appellat. Paris. d. cons. 152.
276 vol. 4. num. 7. Quibus additur, quod an testis sit fide dignus, & omni exceptione maior, Iudex considerare debet, si forte natura sit vanus, si leuis, si cum ignominia, si spe, si metu, si iracundia, si misericordia impulsus, si odio compulsus, si amicitia adductus, si premio, si gratia motus testimoni-
277 um perhibeat. Item ipsius conditio, dignitas, diuitiæ, paupertas, amicitia, inimicitia, sexus, ætas, numerus, & id genus alia. Et his omnibus benè perpensis Iudex scire poterit, quanta sit testi adhibenda fides. l. 2. cum seq. ff. de test. Simanc.
278 Enchirid. tit. 35. num. 1. seq. Nam quando testis non est fide dignus nec etiam ad formandum inquisitionem facit inditium. c. qualiter, & quando
279 c. l. 2. Farinac. d. q. 56. num. 188. Immò quando non est integer, & fide dignus, & est vnicus sine tortura nullum prorsus facit inditium. Not. l. ob carmen. §. si ea Rei conditio. ff. de test. Boss. tit. de part. suppos. n. 19.

DISCEPTATIO IX.

De Reo.

SVMMARIVM.

1 *Reus malæ conditionis, & famæ si probauerit se per triennium benè vixisse, & esse bonæ vocis, & famæ, illa mala fama nihil ei noceret.*
2 *Reus per trienni lapsum de malo præsumitur effectus bonus, & emendatus de crimine.*
3 *Reus quando per triennium stetit, quod non commisit delictum, & benè vixit, cessat illa præsumptio, semel malus semper præsumitur malus.*
4 *Reus quotiescunq; per triennium benè vixit post primum delictum vltimum non attenditur.*
5 *Vita bona per plures annos post aliquod delictum facit, quod priora, & vltima delicta non sint attendenda.*
5 *Delicta priora, & vltima non sunt attendenda, quando fuit probata bona vita, & fama Rei per plures annos.*
6 *Reus quando est suspectus de crimine, & argumentis verisimilibus vrgetur, non potest condemnari, nisi multa alia concurrant.*
7 *Inditia sunt plenè probanda per duos testes contestes de loco, & tempore.*
8 *Reo quando non venit imponenda pœna corporalis, sub fideiussione est relaxandus.*
9 *Reus sub fideiussione relaxari potest, si pendente processu apparet, ipsum non esse culpabilem.*
10 *Reus, quãdo nõ inuenit aliquẽ, qui pro ipso fideiubeat, sub eius fideiussione iuratoria relaxari potest.*
11 *Reus etiam in causis sanctæ fidei ex infirmitate, vel alia causa habilitatur arbitrio Iudicis.*
12 *Reus etiam de delictis exceptis habilitatur in festis Pascalibus, & Natiuitatis Domini.*
13 *Reus si moriatur antequam terminetur causa criminalis, in d. causa non est amplius procedendum.*
14 *Causa criminalis morte extinguitur nu. 26.*
15 *Morte criminatio extinguitur.*
16 *Causa principali extincta extinguitur accessoria.*
17 *Accusari possunt tantum viui, nõ autem mortui.*
18 *Reo mortuo criminatio extinguitur.*
19 *Reus si crimẽ commisit in Ciuitate post eius mortem memoria eius non potest damnari.*
20 *Rei memoria quando post mortẽ possit damnari.*
21 *Mortuum accusans repellitur.*
22 *Reus si appellatione pendente moriatur, quoad pœnam personalem omnia sunt extincta.*
23 *Latronis famosi corpus potest puniri ipso mortuo.*
24 *Reus si moriatur pendente accusatione non potest procedi in causa.*
25 *Crimen morte extinguitur. Fallit tamen in aliquibus casibus.*
26 *Processus } primæ causæ Reo mortuo non*
Accusa } valet in secunda.
27 *Reus captus pro vno crimine nullo modo potest interrogari super aliis, de quibus non extant inditia.*

28 Per examen Rei) Fiscus non debet sumere
Per confessionem Rei) probationem delicti ex ore ipsius ad fundandam suam intentionem.

29 Confessio Rei de aliquo crimine per prius ab ipso confessato, quamuis tangat causam, de qua agitur, non est attendenda.

30 Reus captus pro vno crimine non potest per Iudicem interogari super aliquo alio pretenso crimine, de quo nullum extat inditium.

30 Interogari non potest Reus à Iudice super delicto, de quo nullum extat inditium.

30 De delicto non potest à Iudice interogari Reus, de quo nullus extat inditium.

31 Ex confessione Rei probationis cuiusuis delicti inditium non potest sumi.

31 Confessionem delicti, quando inditia non precedunt, ex ore Rei, Fiscus, & Curia extorquere non possunt.

32 Confessus se ab vno fuisse subagitatum, non potest interogari, an fuerit subagitatus ab alio, quando non extant inditia.

33 Delicta plura si Reus commisit siue incontinenti, & eodem tempore, siue ex interuallo, vnica tantum pœna afficiendus est.

34 Delicta plura incontinenti commissa, & ad eundem finem facta confunduntur.

35 Delicta diuersa quandoq; quantum ad initium pro vno habentur.

36 Delicta plura eiusdem generis commissa cõtinuato tempore pro vno tantum habentur.

37 Delicta plura commissa ab vno cum aliquo, quãuis ex interuallo, & diuersis temporibus pro vno habentur, quando sunt eiusdem generis, & vna tantum persona offenditur.

38 Delictum dicitur patratum incontinenti, quando fit eodem die.

39 Delicta plura si aliàs fuerunt à Reo commissa ex reiteratione pœna non extenditur ad capitalẽ.

40 Delicta plura quando sunt expressa in processu.

41 Rei quando sunt plures accusati de eodem delicto, & v. g. duo aufugiunt, alius verò non, omnis præsumptio resoluitur contra fugientes.

42 Reus quando est imputatus de aliquo delicto, si per prius de aliquo alio delicto nunquam fuit inquisitus, mitius cum eo agendum est.

43 Reus quando est persona honesta pro primo delicto pœna minui debet.

43 Pro delicto primo pœna minui debet.

44 Reus si per quinquennium post primum delictum benè vixit, amplius vltimum delictum non attenditur.

45 Rei merita faciunt minuere pœnam.

46 Reus quando quid vtile pro Republica egit, Princeps ei potest minuere pœnam.

47 De Rei innocentia vt appareat, pater, & Procurator admittuntur.

47 Pater, &) vt de Rei innocentia appareat, ad-
Procurator) mittuntur.

48 Absens vbicunque damnari potest, quisuis eius innocentiã etiã in capitalibus excusans auditur.

49 Innocentia Rei satis dicitur probata, quando non probatur nocentia.

50 De viro bono bonum præsumitur.

51 Innocentia Rei per testes de auditu, & bonam famam dicitur, liquidissimis probationibus probata.

52 Bonus quisque iuris præsumptione reputatur, & præsumitur.

53 In causa ad reportandam victoriam, in qua liquidissimæ requiruntur probationes, sufficit per præsumptionem.

54 Delictum à nemine fuisse commissum iuris, & naturæ præsumptio est.

54 Præsumptio iuris, & naturæ est neminem delinquere velle.

55 Delictum omne pugnat contra naturam.

56 Testes deponentes id, quod est magis naturæ, & iuri naturali conforme, quod est, quod non committatur delictum, præferuntur.

57 Testibus pro Reo magis creditur, quam testibus Fisci.

58 Testes Rei habent iuris præsumptionem pro se.

59 Cum testibus Rei concurrit præsumptio naturæ.

60 Probationum concursu) illa probatio præualet,
Testium conflictu) eiq; magis creditur, cũ qua est pro Reo aliqua præsumptio iuncta.

61 Probationis fides ex coniecturis augetur, & qui habet meliores coniecturas, fides coniecturæ vincit.

61 Coniecturas meliores qui habet, fides coniecturæ vincit.

62 Innocentia Rei) ex consanguineorum testimo-
Rei innocentia) nijs arguitur.

63 Consanguinei / Affines / Fratres / Vxor / Testes inhabiles } ad innocentiam Rei probandã in subsidium admittuntur.

64 Pater ad docendum de innocẽtia filij absentis admittitur, & est audiendus.

65 Innocentiæ inditia) quæ sint.
Inditia innocentiæ)

66 Instructor causæ pro innocentia Rei est quilibet admittendus.

67 Iudex debet quemlibet admittere, qui velit demonstrare de innocentia Rei, & ità debet, vt non possit eum repellere.

68 Iudex debet perquirere de innocentia Rei.

68 De innocentia Rei Iudex perquirere debet.

69 Iudex ad defensam Rei testes admittere debet, quos scit non ignaros veritatis.

70 Reus si probauerit, se per triennium benè vixisse, ac fuisse bonæ vocis, & famæ, illa mala fama in totum censetur purgata.

71 Fama mala triennij spatio per bonam famam dicitur purgata.

72 Reus si per triennium benè vixit pro nouo homine habetur.

73 Reus per trienij lapsum de malo præsumitur effectus bonus.

74 *Reus præstita per ipsum fideiussione è carceribus relaxari potest.*
76 *Mulier quando non sit necesse eam in carcere ponere, committitur fideiussoribus, vel per ipsam cautio iuratoria præstari debet.*
77 *Mulier si de delicto grauissimo accusatur, in Monasterium detruditur, vel mulieribus traditur, per quas cus odiatur.*
78 *Reus si est in casu absolutionis non est diligenter custodiendus, sicut condemnandus.*
79 *Reus non potest interrogari de socijs criminis.*
80 *Reus eundo ad Dominum, vel ad amicum Domini pro implorando auxilio, non dicitur aufugisse.*
81 *Reo prodest exculpatio offensi.*
82 *Offensi exculpatio Reo prodest.*
83 *Exculpationi offensi est standum.*
84 *Reus ad socij criminis dictum non potest torqueri.*
84 *Socij criminis dictum non sufficit ad torturam contra consocium.*
85 *Socij criminis nominatio non sufficit ad torturā.*
86 *Socij criminis nominatio nec in exceptis facit inditium ad torturam contra consocium.*
87 *Socij criminis dictum etiam in tortura emanatum parit inditium ad inquirendum tantum.*
88 *Dictum verisimilius attenditur, quamuis sit factum in tormentis.*
89 90 *Socij criminis dictum, quamuis per torturam sanatum contra consocium ad torturam non facit inditium, sed ad inquirendum tantum.*
90 *Socius criminis contra consocium admittitur, si fuerit tortus.*
91 *Particeps criminis nullum contra consocium parit inditium.*
92 *Socius criminis vi concurrente non facit inditiū.*
93 *Adminicula ad delictum inseruitia plenè sunt probanda etiam in crimine lesæ Maiestatis.*
94 *Socius criminis tortus in caput Inquisiti non est audiendus.*
95 *Mulieri dicenti se fuisse carnaliter cognitam non creditur.*
96 *Testes quando dicuntur admitti tam in ciuilibus, quam in criminalibus, intelligitur quoad præsumptionem faciendam tantum.*
97 *Testes ad probandum debent esse omni exceptione maiores.*
98 *Confessio de se non est credendum contra alium.*
99 *Confessio Rei aduersus quemlibet admitti non debet.*
100 *Confessio Rei præterquam in crimine lesæ maiestatis aduersus quemlibet admitti non debet.*
101 *Socius criminis nulla Iudicis præcedente interrogatione aduersus quemlibet admitti non debet.*
102 *Testis vltrò se offerens reputatur suspectus.*
103 *Socij criminis nominatio spontè facta censetur suspecta, & facit solum aliqualem præsumptionē.*
104 *Socius criminis nec etiā in occultis admittitur, nec dicitur testis omni exceptione maior.*
105 *Socius criminis, quamuis in tortura deposuerit, contra consocium non admittitur.*
106 *Socius criminis cōtra cōsociū nullū facit inditiū.*
107 *Socij criminis, quando contra consocios admittuntur, requiritur, quod aliàs sint omni exceptione maiores.*
108 *Socius criminis si aliquem patitur defectum, non admittitur.*
109 *Socij criminis sola depositio etiam in tortura emanata, nisi alia concurrant inditia, non sufficit ad torturam.*
110 *Tortura pro inditio non sufficit, idest non est inditium, sed purgat inditium.*
111 *Ad torturam vltra adminicula pro inditio etiam requiritur, quod appareat vel ex numero testium, vel ex persona deponentis, verisimile sit, socium criminis non mentiri.*
112 *Tortura in socio criminis purgat solum infamia resultantem ex eo, quod facit se socium criminis, non tamen alios defectus.*
112 *In socio criminis tortura purgat solum infamiam resultantem ex eo, quod facit se socium criminis, non tamen alios defectus.*
113 *Socius criminis quando plures patitur defectus, maximè quando est seruus, & pauper, non admittitur contra consocium.*
114 *Socius criminis requiritur, quod aliàs sit omni exceptione maior.*
115 *Reus si iurauit dicere veritatem, & postea dicit mendacium, iure potest facere.*
116 *Sanguinem suum) vnicuique licet redimere*
Vitam suam) quoquo modo.
117 *Reus non tenetur de periurio.*
117 *De periurio non tenetur Reus.*
118 *Mendacium) contra principalem nullum ad*
Variatio) torturam parit inditium.
119 *Reus potest variare, & mendacia proferre propter sui salutem.*
120 *In carcere qui spontè se constituit, maximum præstat suæ innocentiæ inditium.*
121 *Reus quando de mendacio fuit conuictus) nihil*
De mendacio quando Reus fuit conuictus) releuat, nec operatur contra ipsum.
122 *Mendacium Rei) non infert ad delictum.*
Rei mendacium)
123 *Nemo debet) se ipsum prodere.*
Reus non debet)
124 *Mendacium non est sufficiens ad torturam.*
125 *Mendacium est maxima præsumptio cōtra Reū.*
Præsumptio est minus quam inditium, quod requiritur ad torturam.
126 *Ex mendacio sine alijs adminiculis nō potest torqueri Reus.*
126 *Tortura non potest infligi ex mendacio sine alijs adminiculis.*
127 *Mendacium Rei quamuis probatū non releuat.*
128 *Reus captus pro vno crimine) non potest inte-*
Captus pro vno crimine) rogari super alijs
de quibus non extant inditia.
128 *Interrogari non potest Reus captus pro crimine super alijs, de quibus non extant inditia.*

129 *Reus semel inquisitus, & postea è carceribus relaxatus, iterum inquiri non potest.*
130 *Diuina clementia non patitur dimissa peccata iterum in vltionem redire.*
131 *Reus relaxatus sub fideiussione non potest pro eodem delicto denuo carcerari alijs non superuenientibus inditijs.*
132 *E carceribus relaxatio habet vim tacitæ absolutionis.*
133 *Reus absolutus de aliquo crimine non potest amplius pro eodem crimine detineri, & molestari.*
134 *De delicto nemo bis quæri potest.*
135 *Reus absolutus) semel ab aliquo crimine non Absolutus) debet de eodem crimine amplius quæri.*
136 *Deus non iudicat bis in idipsum.*
137 *Reus non est retinendus in carcere, quando non est locus torturæ.*
138 *Tormenta plerunque cogunt ad mentiendum.*
139 *Tortura est res fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat.*
140 *Ante torturam si Reus protestetur factum extare sic, & postea in tormentis secus dicit, habetur vi tormentorum contra veritatem dixisse.*
141 *Reus quando est vir simplex, & fatuus, licet aliquando faciat aliqua signa prudentiæ, non desinit esse stultus.*
142 *Reus idiota, si crediderit aliquid viro sapienti, excusandus est.*
143 *Reus corporaliter puniri non debet, nisi concurrat dolus.*
144 *In tortura si Reus nominet aliquem) postquam*
145 *Reus si in tortura nominet aliquem) fuit ipse de se confessus, nihil facit; quia vti criminosus, & infamis nullum parit inditium.*
146 *Reus si distet à loco delicti per 20. passus cessat omnis præsumptio auxilij, & associationis.*
146 *Auxilij) suspicio cessat, si Reus distet per Associationis) 20. passus à loco delicti.*
147 *Distantia à loco delicti præstat inditium innocentiæ.*
148 *Delicti loco) si quis assistet. Vide sub num. Loco delicti) 147. 148.*
149 *Præsentia) Assistentia) in loco delicti arguit suspicionem.*
150 *Reus est remittendus ad Iudicem loci delicti.*
150 *Ad Iudicem loci delicti Reus remittendus est.*
151 *Reus non videtur satis punitus, nisi etiam in loco delicti puniatur.*
152 *Reus condemnatus in aliquo loco, adhuc in loco delicti condemnari potest.*
153 *Reus in respondendo non dicitur contumax, si ad iam dicta se refert.*
154 *Reus aliàs examinatus si petat primum dictum sibi legi, exaudiendus est.*
155 *Reus comparens in termino banni) totum banIn banni termino Reus comparens) num, & eius virtus annullatur.*
156 *Reo conuicto, & condemnato si ab illa condemnatione appellauerit, & illa pendente moriatur, in causa non est amplius procedendum.*
157 *Appellatione pendente si Reus moriatur, in causa non est amplius procedendum.*
157 *Appellatio quoad bona est perficienda.*
158 *Criminatio) Morte criminatio) morte extinguitur.*
159 *Bona si tacitè in sententia fuerunt adempta, quid agendum.*
160 *Reus non potest examinari) de alijs prætenExaminari non potest Reus) sis delictis, si de ipsis non fuerit accusatus.*
160 *Torqueri non potest Reus, nisi extent inditia.*
161 *Reus quando torqueri possit de consuetudine. Torqueri quando possit Reus de consuetudine.*
162 *Reus si in examine neget) delictum, quod poIn examine si Reus neget) stea probatur, si dicat fecisse ad sui defensionem.*
163 *Reus si moriatur pendente accusatione, regulariter non potest contra eum procedi.*
164 *Accusa) prima causa non valet in secunda Processus) causa.*
165 *Accusatio quibus casibus recipiatur propter enormitatem delicti.*
166 *Reus si de furto fuerit accusatus) quid agenDe furto si Reus fuerit accusatus) dum.*
167 *Sine inditijs nemo est torquendus.*
167 *Torqueri nemo potest sine inditijs.*
168 *Iudex potest inquirere.*
169 *Reus si vellit absoluendus ante sententiam potest relaxari.*
170 *Reus sponte confessus mitius est puniendus.*
171 *Confessus sponte quis dicatur.*
172 *Confitens sponte delictum mitius punitur.*
173 *Confessus metu probationum quis dicatur.*
174 *Confessus sponte quis dicatur.*
175 *Reus non potest interogari de socijs.*
176 *Cum Reo negatiuo quid agendum.*
177 *Reus negatiuus in crimine hæresis) quando nõ Hæresis crimine Reus negatiuus) est tradendus Curiæ sæculari.*
178 *Reus in crimine hæresis) ab vno tantũ InquiIn crimine hæresis Reus) sitore puniendus est.*
179 *Reus pro vno delicto) pluribus pœnis non est Pro delicto vnico Reus) afficiendus.*
190 *Reus varians, Varians Reus, Vacillans Reus } in sua depositione in crimine hæresis sibi ad torturam non facit inditium.*
191 *Pro inditio vno nemo est torquendus.*
192 *Variatio) Vacillatio) est vnum tantum inditium.*
193 *Ob inditia à crimine remota nemo est torquẽdus.*
194 *Variatio) Vacillatio) est inditium remotum.*
195 *Variatio*
196 *Vacillatio*
197 *Mendacium*
198 *Pallor*
Titubatio
200 *Trepidatio*
Non faciunt inditium ad torturam. Et quando faciant inditiũ ad torturam vide num. 200.

201 *Reus*

201 *Reus potest variare, & mendacia proferre ad sui salutem.*
202 *Sanguinem suum vnicuiquè licet redimere quoquo modo.*
203 *Mendacium) citra metum periurij potest fieri à Reo.*
Variatio)
204 *Reus non debet se ipsum prodere.*
204 *Confessio rei ipsi non praeiudicat, quia nemo debet se ipsum prodere.*
205 *Reus respondens inquisitioni contra veritatem non tenetur de periurio.*
205 *De periurio non tenetur Reus respondens inquisitioni contra veritatem.*
206 *Mendacium non est sufficiens ad torturam.*
207 *Praesumptio est minus quam inditium, quod requiritur ad torturam.*
208 *Ex mendacio nudo sine alijs adminiculis non potest torqueri Reus.*
208 *Reus non potest torqueri ex eius mendacio.*
209 *Reus quamuis dicat habere testes pro ritè, & rectè examinatis, tamen ratificandi sunt.*
210 *Reus defensionibus suis) non potest renunciare.*
Defensionibus suis Reus)
211 *Iudices fauorabiliores esse debent, & proni ad nocentes absoluendum, quam ad condemnandum.*
212 *Reus negans se esse hereticum, audiendus est.*
Hereticum se esse si Reus neget, audiendus est.
213 *Defensio prima Rei est negare crimina ei obiecta esse falsa.*
214 *Accusatore non probante Reus absoluitur.*
215 *Reus diluens obiecta crimina absoluendus est.*
216 *Reus punitus in foro Ecclesiastico non potest puniri in ciuili, quando crimen est merè Ecclesiasticum.*
217 *Iudex laycus non incidat in foro Ecclesiastico.*
218 *Iudex Ecclesiasticus non potest impedire poenam Iudicis saecularis, quando poena est mixti fori.*
219 *Reus sine accusatore non damnatur.*
219 *Sine accusatore Reus non damnatur.*
220 *Reus relaxatus sub fideiussione alijs non concurrentibus pro eodem delicto denuò rem potest carcerari.*
220 *Rei relaxatio è carcere) sub fideiussione non*
Relaxatio Rei è carcere) potest pro eodem delicto denuo carcerari.
221 *Relaxatio è carcere) habet vim tacita absolutionis.*
Excarceratio Rei)
222 *Reus relaxatus) sub fideiussione, & nolens*
Relaxatus) se repraesentare, eius bona non erunt adnotata.
223 *Reo relaxato) sub fideiussione, & nolenti*
Relaxato è carcere) se repraesentare imponitur poena pecuniaria.
224 *Reus quando teneatur de auxilio alteri praestito.*
224 *De auxilio alteri praestito quando Reus teneatur.*
225 *Tractatum praecedentem Fiscus probare tenetur.*
226 *Ad auxilium praestandum non sufficit praesentia eum armis & ense euaginato.*
227 *Auxiliator verus nunquam punitur eadem poena, qua principalis.*
228 *Agentes, &) pari poena puniuntur, quan-*
Consentientes) do omnes eiusdem animi fuerunt v. g. ad occidendum, & dederunt causam mortis.
229 *Reus dicens non recordari) non est torquen-*
Non recordari Reus dicens) dus, quando obliuio est alicuius facti ante tres annos.
230 *Obliuio praesumitur post cursum trium annorum.*
231 *Memoria hominis est labilis, & non diuturna.*
232 *Reus dicens non recordari, & postea dicit recordari impossibile, seu falsum non dicit.*
233 *Testis) qui heri dixit non credo, hodie potest*
Reus) credere.
234 *Tortura non potest infligi Reo super praecisa responsione habenda.*
235 *Tortura infligitur Reo, quando concurrit verisimilitudo, & cursus modici temporis.*
236 *Tortura Reo non potest infligi à Iudice super praecisa responsione, contra quem super delicto principali nulla adsunt inditia.*
237 *Reus captus ab vno Iudice non potest arrestari ab alio / Arrestari non potest Reus captus ab vno Iudice ab alio Iudice — etiā quod habeat aliam causam.*
238 *Causa vbi coepta est, ibi fieri debet.*
239 *Reus quando, & quomodo conuinci potest.*
240 *Sententia est nulla, quando Reus non est legitimè citatus.*
240. 243 *Reus quando non est legitimè citatus sententia est nulla.*
240 *Processus est nullus, quando reus non fuit legitimè citatus.*
241 *Citatio apparere debet in processu, & penes acta.*
242 *Citatio de iure personaliter fieri debet, si citan-*
243 *dus reperiri potest, sin autem ad domum, aliàs sententia est nulla.*
244 *Reus de eodem delicto saepius quari non potest.*
245 *Reus non potest torqueri) ob solam contuma-*
Torqueri non potest reus) ciam.
246 *Ad socij criminis dictum de consuetudine non potest torqueri reus.*
247 *Romae non quod sit, sed quod de iure fieri debet, seruandum est.*
248 *Ad socij criminis dictum sine alijs adminiculis, & praesumptionibus tortura infligi non potest.*

297 De-

297 *Delinquendi consuetudo non inducitur, nisi præcesserit punitio de primis delictis.*

298 *Incorrigibilis non dicitur quis, nisi praecesserit punitio de primis delictis.*

299 *Solitus delinquere non dicitur, quando non constat in processu, quòd aliàs fuit condemnatus in eodem genere delicti.*

300 *Præsumptio debet esse in eodem genere delicti.*

301 *Solitus d.linquere is dicitur, qui bis deliquit.*

302 *Malus semel præsumitur semper malus, quando constat, quod fuit malus in eodem genere mali.*

303 *Malus) semper non præsumitur malus ex*
Reus malus) aduersis delictis.

304 *Reo alleuianda est pœna) ob merita suorum*
Pœna Reo alleuianda est) maiorum.

305 *Probatio Rei etiam dubia in delictis confundit probationem Actoris.*

306 *Rei emendatio)*
Emendatio Rei) præsumitur infra biennium.

307 *Malus semel quando non præsumatur semper malus.*

308 *Reus quando per triennium benè vixit, cessat illa præsumptio semel malus semper præsumitur malus.*

309 *Reus natus ex honesta familia mitiori pœna est puniendus.*

310 *Nobilis in pœnis criminalibus) mitius pu-*
Reus nobilis in pœnis criminalibus) nitur.

311 *Nobilis)*
Diues quam pauper) magis punitur pœna
In dignitate constitutus) spirituali, & pecuniaria, quam ignobilis.

312 *Nobilis delinquens non debet furca suspendi.*

313 *Nobilis in pœnis honoratur.*

314 *Nobili de facili tortura non adhibetur.*
Tortura Nobili de facili non adhibetur.

315 *Torqueri non potest de iure in dignitate constitutus.*

316 *Reus nobilis) etiam in crimine furti non debet*
Nobilis) transmitti ad triremes.

317 *Nobilis) quando commisit delictum*
Vir insignis) efficaciores requiruntur
Vir magnæ ætatis) probationes.

318 *Probationes debent esse maximè efficaces, quando agitur de probando factum minus verisimile.*

319 *Pro Nobili valdè præsumitur.*

320 *Pro nobili semper præsumitur, quamuis vrgerent coniecturæ alicuius sceleris.*

321 *Reus si sit nobili familia natus, mitius cum eo agendum est.*

321 *Cum Nobili mitius agendum est.*

322 *Nobilis quando non est solitus delinquere, mitius cum eo agendum est.*

323 *Reus tortus)*
Tortus) quando stetit in negatiua dicitur purgasse inditia contra eum existentia.

324 *Tortus persistens in negatiua purgat omnia inditia, & in carceribus detineri non debet.*

325 *Tortus sustinens purã veritatẽ dixisse videtur.*

326 *Reus accusatus in vno Tribunali in alio suas defensiones facere non debet, idest in duobus Tribunalibus vexari non debet.*

327 *Reus quando habet iustam causam respondendi praecisè interogatorijs non potest cogi.*

328 *Reus tortus) ad mensuram inditiorum non po-*
Tortus) test damnari pœna corporali.

329 *Reo non est imputandum, quando aduersario credit, idest sub promissione ipsum liberandi.*

330 *Reus potest suum dictum declarare præsertim incontinenti, dummodo non transierit in alios actus.*

331 *Reus innocens) debet audacter, & non timidè*
Innocens) respondere.

332 *Rei negatio) quando non constat de corpore*
Negatio Rei) delicti, transfert onus probandi in Fiscum.

333 *Rei confrontatio) non debet fieri ipsò solo Reo*
Confrontatio Rei) existente.

334 *Rei confrontatio) non afficit, quando fit sine*
Confrontatio Rei) præsentia Iudicis.

335 *Confrontationis actus non tenet celebratus absq; præsentia Iudicis.*

336 *Reus defensionibus suis) in causa criminali re*
Defensionibus suis Reus) nunciare nõ potest.

337 { *Reus si ante condemnationẽ faciat comopositionem* / *Compositionem si Reus faciat ante condemnationem* } *nõ notatur infamia.*

338 *Reus falsum respondens, licet quoad Deum non euitet periurium, quoad forum fori puniri non potest.*

338 *De periurio non punitur Reus) si apud Iudicem*
Reus de periurio non punitur) falsũ respõdeat.

339 *Periurium in Reo) vt eius turpitudinem te-*
Reus de periurio) gat, non punitur.

340 *De periurio non punitur Reus, si cum iuramento abnegauit.*

341 *Mendacium Rei nullũ contra ipsum facit inditiũ.*

342 *Sanguinem suum vnicuique licet redimere quoquo modo.*

343 *De mendacio conuictus non punitur.*

344 *Mendaciũ, quia non infert ad delictum, nõ nocet.*

345 *Reus de socijs) non potest interogari. Et de*
De socijs Reus) quibus possit.

345 *Iudicis vultus iratus.*
Iudicij locus dicitur terribilis.

346 *Iudicis præsentia inducit metum.*

347 { *Verecundia.* / *Timor* / *Periculi magnitudo* / *Rei nouitas* / *Iudicis authoritas* / *Ira* / *Dolor* / *Recordatio futuræ infamiæ* } *sæpè rationem impediunt.*

348 *Reus in tortura) nominans aliquem, postquã*
Tortura Reus) de se ipso fuit confessus, nihil operatur.

349 Reus

349 *Reus vti criminosus, & infamis nullum parit inditium.*
350 *Reus non est dominus membrorum suorum.*
351 *Reus non potest se obligare sub pœnis corporalibus; quia non est dominus membrorum suorum.*
352 *Reus quando est persona honesta, nec aliàs solitus delinquere, Iudex debet pœnam ordinariam mitigare.*
353 *Reus non potest condemnari ex inepta inquisitione, & banno inepto.*
354 *Iudicium quando est nullum, non potest resultare aliquis validus iuris effectus.*
355 *Reo absenti, & contumaci iniustitia fieri non debet.*
356 *Absentia Rei) Rei absentia) suppletur per Dei præsentiam.*
357 *Rei quandoque propter eorum paupertatem, nè diu marcescant in carcere permittuntur potius banniri, & condemnari, quam suam innocentiam docere.*
358 *Reus existens in carcere, inuerisimile est, quod voluerit spontè fateri delictum, quod vitam adimet.*
359 *Reus quando non fuit captus cum armis prohibitis / Cum armis prohibitis quando Reus non fuit captus — non potest tractari de pœna.*
360 *Reus non habens notitiam ob quam causam detinetur, non habetur pro confesso.*
361 *Confessio non cadit super incerto.*
362 *Exemplo non est iudicare.*
363 *Exemplo iudicatur, quando nullo iure diffinitur, quod controuertitur.*
364 *Reus non potest torqueri) Tortura Reo non infligitur) in delictis de nocte commissis, nisi legitima præcedant inditia.*
365 *Ob inditia in delictis de nocte cōmissis) Reus non In delictis de nocte commissis inditia) torquetur, nisi legitima præcedant inditia, quæ debent esse talia, vt vix possit denegari delictum.*
366 *Reus absentans se à loco commissi delicti nullum contra se facit inditium, & statur eius iuramento, ob quam causam se absentauit.*
367 *Reus non fugiens post prætensum commissum delictam præsumitur innocens.*
368 *Innocentia facit quem securum.*
369 *Fuga præstat inditium ad delictum. Ità non fuga debet operari præsumptionem ad non delictum.*
370 *Fuga statim commisso delicto dicitur eius certitudo.*
371 *Certitudo quando sufficiat.*
372 *Reo, quando agitur de graui eius præiudicio, magis creditur, quam Berroarys.*
373 *Comparitio spontanea Rei maximum innocentiæ parit inditium.*
374 *Suspicio inducitur contra fugientem.*
375 *Comparitio spontanea Rei tollit contumaciæ effectum.*
376 *Reus interogatus de delictis stante negatione in tortura subsecuta dicitur purgasse inditia super dictis delictis, de quibus interogatus fuit.*
377 *Reus quando torquetur pro habendis complicibus, moderatè torqueri debet.*
377 *Tortura data Reo pro habendis complicibus moderata esse debet.*
378 *Tortura est res fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat.*
379 *Tortura est res fragilis, & incerta.*
380 *Tortura est grauissima pœna, & maior quam abscissio vtriusque manus.*
381 *Tortura non potest dari, quando venit imponenda pœna pecuniaria, vel exily etiam in delictis reiteratis.*
382 *Tortura dolor etiam Innocentes mentiri facit.*
383 *Tortura debet esse moderata.*
384 *In tortura quando Reus protestatur vi, & metu tormentorum ratificare suam confessionem, non potest dici confessionem ratificatam.*
384 *Confessionem à Reo factam non potest dici ratificatam fuisse, quando protestatur vi, & metu tormentorum ipsam ratificare.*
385 *Tormentis perseuerare dicitur, quando est liber à metu tormentorum.*
386 *Reus propter bonam, quietam, & pacificam vitam per tres annos continuos post prætensa priora delicta, amplius vltimum prætensum delictum illa de iure aggrauare non possun.*
387 *Reus quando non est legitimè citatus, non potest dici contumax.*
388 *Pro confesso Reus non habetur, quando legitimè non fuit citatus.*
489 *Reus quando non fuit legitimè citatus) Citatus quando Reus non fuit legitime) totus processus corruit.*
390 *In tortura quando Reus) Reus quando in tortura) dicit dixisse multa contra veritatem. vi tormentorum dixisse dicendum est.*
391 *Tormenta plerunquè cogunt ad mentiendum.*
392 *Reus corrigens suum dictum) Dictum suum Reus corrigens) Corrigens Reus suum dictum) licet ex interuallo non potest puniri de falso.*
393 *Reus quando negat) se ità deposuisse, prout*
394 *Negans Reus) Notarius scripsit, non creditur notis Notarij.*
394 *Reus quando non fuit examinatus coram Iudice / Examinatus quando non fuit Reus coram Iudice — non creditur notis Notarij.*
394 *Notarij notis non creditur, quando Reus non fuit examinatus coram Iudice.*
395 *Reus non tenetur se repræsentare) in carceribus Repræsentare se non tenetur Reus) bus, quando fuit relaxatus pro prætenso eodem delicto.*
396 *Relaxatio rei è carceribus habet vim tacitè absolutionis.*

397 Re-

441 Reus

441 *Reus non confessus, non conuictus per testes omni exceptione maiores, nec etiam aliqua pœna extraordinaria puniri potest.*

442 *Reus dicens commisisse delictum excusat alium Inquisitum*

443 *Reus non tenetur probare per eum negata.*

444 *Ad Fiscum incumbit probare contraria narrata à Reo.*

445 *Reo absenti iniustitia fieri non debet:*

446 *Rei absentia)*
Absentia Rei) suppletur per Dei præsentiam.

447 *Rei innocentia) per testes de auditu & bonam*
Innocentia Rei) famam dicitur liquidissimis probationibus probata.

448 *Ad famam bonam probandam quandoque refertur ad solum iuramentum, quandoque ad testes singulares.*

449 *Bonus quisq; de iure præsumitur.*

450 *Præsumptio iuris dicitur liquidissima probatio.*

451 *Præsumptio sufficit ad reportandam victoriam in causa.*

452 *Præsumptio iuris, & naturæ dictat neminem delinquere velle.*

453 *Delictum omne pugnat contra naturam.*

454 *Testes deponentes quod est magis naturæ, & iuri naturali conforme.*

455 *Testibus Rei magis creditur, quam testibus Fisci.*

456 *Cum testibus Rei concurrit præsumptio naturæ.*

457 *Probatio illa præfertur, quæ est fauorabilis Reo, & postponitur odiosa.*

458 *Probatio Rei etiam non plena ità offuscat probationes accusatoris, & Curiæ, quod sequi debet absolutio.*

459 *Probatio inferior, dubia, & imperfecta pro Reo sufficit ad ipsius absolutionem.*

460 *Probatio Rei in criminalibus etiam non plena sufficit ad ipsius absolutionem.*

461 *Probatio Fisci tendit ad delictum, & pœnam, & sic odiosa. Probatio Rei ad exclusionem delicti, & sic fauorabilis.*

462 *Probationum concursu præfertur fauorabilis, & postponitur odiosa.*

463 *Probationes vbi essent ambæ fauorabiles; præualet magis fauorabilis.*

464 *Probationum conflictu Reus per Iudicem est absoluendus.*

465 *Probatio illa attenditur, quæ excludit delictum.*

456 *Probationum conflictu quando discerni non potest, quæ nam probationes sint verisimiliores, & potentiores, hinc inde, tunc pronunciandum est ad fauorem Rei.*

467 *Probationes quando sunt pares hinc inde, tunc inuicem se confundunt, & quæ sunt pro Reo attenduntur.*

468 *Reus non potest cogi per Iudicem ad personaliter comparendum, nisi prius inditia legitimo ordine prolata accesserint. Immò requiruntur inditia ad torturam sufficientia.*

469 *Reus puniri debet à Iudice loci commissi delicti.*

470 *Iudex delicti offenditur, non autem originis.*

Interogari non potest Reus }
471 *Reus non potest interogari* } *de ali-*
472 *In examine nō potest interogari reus* } *quo, nisi aliqua præcedat præsumptio.*

473 *A suggestione in examine) Iudex abstinere*
In examine à suggestione) debet.

474 { *Per suggestionem quando fuit fabricatus Processus* }
{ *Processus quando fuit fabricatus per suggestionem* } *totus est nullus.*

475 *Socij criminis nominatio contra consocium nullum facit inditium,*

476 *Rei Iuramento)*
Iuramento Rei) standum est ad eius innocentiam purgandam.

477 *Sacerdos carceratus pro crimine graui concurrente infamia prohibetur Missam celebrare: Secus tamen habilitatus per Palatium, vel Ciuitatem de licentia Vicarij.*

478 *Reus solet habitari cum cautione de tenendo Palatium, vel domum, aut Ciuitatem loco carceris: Non autem conuictus, & confessus, nec quando est repertus in fragranti crimine; vel delictum est notorium, aut grauissimum: Tamen Iudicis arbitrio relinquitur; nam etiam in causis Sanctæ Fidei solet habilitari.*

479 *Reus habilitatur ex carcere in festis Paschalibus, & in Natiuitate Domini.*

480 *Reus appellans à sententia Iudicis criminalis contrahit inimicitiam capitalem cum ipso.*

481 *Reo, qui semel tantum deliquit, vel nunquam per prius deliquit, indulgendum est.*

482 *Reus dans authorem excusatur ab omni pœna.*

483 *Reus si plura commisit delicta, vnica tantum pœna afficiendus est, scilicet illa principalioris delicti.*

484 *Delictorum cumulatio non aggrauat pœnam.*

485 *In delicto quando duæ causæ concurrunt, potentior attenditur.*

486 *Reus, quando habet aliquod verisimile pro se, cessat inditium mendacij.*

486 *Mendacij inditium cessat, quando Reus habet aliquod verisimile pro se.*

487 *Reus quando à principio non nominauit aliquem, sed in vltimis suis constitutis, eius dictum non debet attendi.*

488 *Reus non tenetur comparere in illo Tribunali, vbi est ei imposita aliqua pœna.*

488 *Saluoconducto Reus non tenetur credere.*

489 *Saluus conductus est fragilis cautio.*

490 *Reus non debet se periculo ponere.*

490 *Periculo Reus se ponere non debet.*

491 *Saluiconductus sæpè sæpius non saruantur.*

492 *Saluiconductus non reddunt tutum capitaliter bannitum.*

493 *Bannitum occidens)*
Occidens bannitum) saluumconductum habentem non publicatum non punitur.

494 *Reis*

529 *In hæresis crimine quid facere debeat Inquisitor, antequam Reus capiatur.*

530 *Captura est iniusta, quando in processu non apparet, quod Reus captus suspectus sit de aliquo crimine, quod sponte confessus fuit.*

431 *Confessio Rei quamuis spontanea non videtur sufficiens ad condemnandum, quando in processu non apparet, quod Reus captus suspectus sit de aliquo crimine, quod sponte confessus fuit.*

532
Reus capi non potest) ad simpli-
Ad capturam deueniri non potest) cem quærelam partis offensæ legitimis non præcedentibus inditÿs.

533 *Inditia præcedere debent per depositionem Testium.*

534 *Testes, nisi prius examinentur captura est iniusta.*

534 *Captura est iniusta, nisi prius examinentur testes.*

535
Sacerdos) antequam capturetur prius de-
Diaconus) bent examinari testes.
Subdiaconus)

536 *Captura quando dicatur nulla.*

537 *Inquiri quando non possit contra aliquem.*

538 *Confessio Rei ratione ineptitudinis redditur nulla.*

539
Reus pro aliquo delicto carceratus) non ad-
Carceratus pro aliquo carceratus) mittitur in testem.

540
Reus)
Carceratus) quando deponit ad fauorem Iudicis sperando se à carceribus liberari, non admittitur in testem.

541 *Reo iniustè carcerato impensæ quoque alimentorum sunt ab Aduersario reficiendæ.*

541 *Impensæ alimentorum Reo iniustè carcerato sunt ab Aduersario reficiendæ.*

542 *Rei pro causis criminalibus carcerati veniunt appellatione pauperum.*

543 *Reo carcerato nulla pauperior, & tristior persona reperitur.*

544 *Reus indebitè carceratus potest è carceribus fugere.*

545 *Carceratio longa, ac etiam non longa loco pœnæ debet esse.*

546 *Pœna nulla maior carceratione.*

547
Mulier, seù) quando est carcerata mi-
Puella) tius cum ea agendum est in pœnis.

548 *Carceratio longa succedit loco pœnæ; locum ha-*
549 *bet in carcerato per quatuor menses.*

550
Reus ob carcerationem) non infamatur,
Ob carcerationem Reus) sed ob sententiam condemnatoriam.

551 *Carceratio etiam reiterata de eodem delicto quando non infamat.*

552
Carceratus) non habetur pro delinquen-
Delinquens) te, nisi pronunciatum fue-
Reus) rit esse talem.

554 *Carceratio longa sufferta est loco solutionis.*

555 *Carceratio indebitè facta facit, vt & sequentia nulla sint.*

556 *Reis, quando agitur de graui eorum præiudicio, magis creditur, quam officialibus, qui ipsos capturauerunt.*

557 *Reis pro alÿs causis carceratis coram eodem Iudice, coram quo prius cauerat de seruando exilium pro aliquo priori delicto, si relaxentur è carceribus, ista relaxatio arguit tacitam liberationem à fideiussione.*

558
Reus pro criminali causa carceratus } non potest pro ci-
Carceratus pro criminali causa } uili debito arrestari.

559
Reus quando fuit relaxatus) sub fideiussio-
Relaxatus quando fuit Reus) ne de se repræsentando, non tenetur se repræsentare, quando alias fuit relaxatus pro eodem delicto.

560
Reus fugiens) è carcere ex aliqua cau-
Fugiens Reus) sa, & ad Superiorem confugiens non punitur.

561 *Itinens arreptio ad Superiorem habet vim appellationis.*

562 *Rei existentes in carcere non possunt occidi.*

562 *Carcerati non possunt occidi.*

563 *Reus ex carcere sub fideiussione dimitti potest; quando non venit imponenda pœna corporalis.*

564
Reo nobili)
Nobili) pro carcere potest assignari Palatium, vel Ciuitas.

565 *Reus quando ex carcere potest dimitti.*

566 *Reus non potest dici carceratus, si ei non sit apposita custodia*

567 *Reus detentus in Ciuitate propriè non potest dici carceratus.*

568
Reus carceratus) iniustè impunè potest
Carceratus) fugere.

569 *Rei detentio facta indebitè facit, vt & sequentia nulla sint.*

570 *Reus ex carcere simpliciter dimissus videtur absolutus rebus stantibus prout stant.*

571 *Reo existenti in carcere pro hæresi concedendus est Confessarius.*

572 *Reus faciens obligati in carcere. vide in verb. obligatio facta in carcere. In verb. Promissio. In verb. instrumentum.*

578 *Reus qui iam fuit pro aliquo delicto carceratus, & postea liberatus, non potest pro illo denuo inquiri, & molestari.*

579 *Reus dimissus sub fideiussione reuertendi sine aliquo pacto, reuersus non poterit incarcerari.*

580 *Reus quamuis diues pauper dici potest.*

581
Homo quilibet pauper dici potest) quia ho-
Pauper quilibet dici potest) mo nascitur nudus.

581 *Diui-*

Reus in quibus casibus à delictis possit defendi, & absolui.

1 REVS quando pro aliquo delicto venit molestatus á Curia, & per Fiscum fuit probatum, quod aliàs fuit malae conditionis, & famae, si probauerit, se per triennium benè vixisse, ac fuisse bonae vocis, conuersationis, & famae; illa mala fama contra eum probata nihil ei noceret, quia censetur in totum purgata. Salycet. in l. maiorem, post numerum secundum, C. de integr. restit. minor. Concordantes adducit Nouell. in tract. ad defens. tit. an inditia Reo danda sint, §. solet communi sententia dici, nu. 105. seq. de communi testatur Gram. quem refert Clar. in pract. q. 21. vers. fama sola, in fin. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 222. nu. 12. vers. sublimita hanc limitationem. Vbi alios adducit. Fariuac. q. 23. nu. 27.
2 Et quod quis per triennii lapsum de malo praesumatur effectus bonus, & sic emendatus de crimine. Tradit Gomez. in Reg. Cancellar. in reg. de triennali, in fin. vers. nec mirandum. Eminentissimus D. Card. Albanus in lucubrat. ad Bart. in l. Cassius, num. 17. seq. ff. de Senator. Hieron. Laurent. decis. Auinconen. 1. nu. 13. Mascard. d. conclus. 465. eod. nu. 10. seq. lib. 1. Et de communi etiam testatur Paul. Granut. in d. c. thenorem. 23.
3 n. 16. seqq. Farin. q. 24. n. 27. Et quando d. Reus per triennium stetit, quod non commisit delictum, & benè, & laudabiliter vixit, cessat praesumptio, quod semel malus semper, seù iterum praesumitur malus. Text. est in c. sancimus, verb. nequaquam, & ibi Angel. in Auth. de monac. ibi triennalis temporis terminum, coll. 1. Rom. cons. 236. nu. 5. seq. Et ibi Mandos. in Addit. lit. Et Corsett. sing. in verb. praesumptio. 1. Ias. in rubr. ff. de iust. & iur. nu. 7. Boer. in addit. ad Dyn. in reg. semel, de reg. iur. in 6. Curt. Iun. l. vnica, n. 36. C. de prohib. seq. pec. Alciat. reg. 2. praesumpt. 7. nu. 3. Casson. cons. 60. in c. quidam Prior, nu. 4. Dec. cons. 163. nu. 2. Foller. in pract. crim. vers. item quod sororem venenauit, nu. 28. vers. tertiò quia probabitur exaduerso. Rolan. cons. 53. nu. 12. seq. lib. 3. & cons. 11. n. 35. seq. eod. vol. & cons. 64. n. 36. lib. 2. Blanc. in pract. crim. in fin nu. 14. cautela. Mascard. de probat. lib. 1. d. conclus. 222. n. 22. Vbi plures adducit Concordantes, & conclus. 1003. n. 41. lib. 2. & conclus. 465. nu. 10. seq. lib. 1. Menoch. in suo tract. de praesumpt. conclus. 32. nu. 30. Ludou. Peguer. decis. crim. 17. n. 13. vbi probat hanc limitationem minimè probari in d. §. Sancimus. Sed pro ea allegat Text. in l. Imperialis, C. de nupt. & in c.
4 ferrum 50. distin. Farinac. q. 22. n. 26. Immò dicitur, quod Reus, quotiescunque per triennium benè, & quietè vixit post primum delictum, vltimum
5 non attenditur amplius, quatenus constaret fuisse patratum; nec non eius bona vita per plures annos post aliquod delictum facit, quod nec priora, nec vltima delicta sint attendenda. Rom. in
6 puncto cons. 236. Item dicitur, quod si Reus est suspectus de crimine, & argumentis verisimilibus vrgetur, non potest condemnari; quia alia multa necessaria sunt, scilicet vt singula indicia plenè probentur, idest per duos testes contestes. Glos. communiter approbata in l. vlt. C. famil. haercisc. Bart. in l. vlt. ff. de quaest. Hyppol. in pract. §. diligenter. Simanc. Enchirid. de torment. tit. 52. num. 6. Et illud Index semper menti tenere de-
8 bet, quod quotiescumque Reo non venit imponenda poena corporalis, sed tantum pecuniaria, aut alia similis, sub fideiussione potest relaxari. l. prima, ff. de custod. Reor. Vbi Bart. & Doctores l. 3. & 4. ff. eod. tit. l. si quis pro eo. §. fin. ff. de fideiuss. l. eos, la primiera, §. super his, C. de appellat. Et his locis DD. quos refert, & sequitur Anton. Gomez. tom. 3. variarum resolut. cap. 9. num 8. Ità in Directorum Inquisitor. in 3. part. fol. mihi 260. Et maximè si pendente processu apparet d. reum non esse culpabilem eiusdem delicti, de quo imputatur, tunc relaxari

relaxari potest. Per text. in l. 1. ff. de custo. & exhi-
bitio Reo. Tradit Clar. Vbi multos refert in hanc
sententiam in pract. crim. §. fin. q. 46. vers. pariter
10 etiam. Nec non Reus præstita per ipsum cautione
iuratoria, quando non inuenit aliquem, qui pro
ipso fideiubeat, potest etiam relaxari. Et hanc
opinionem testatur communem Marsi. in Repert.
Rubr. de fideiussoribus. nu. 166. seq. Et hoc vide-
tur mitius, nè carcerati quandoque diù marcescant
in carcere, dum ob paupertatem, vel ob aliam
causam fideiussores non inueniunt. Quod & Clar.
11 laudat in pract. crim. §. fin. q. 46. vers. Sed quid
agendum. in fin. Ac etiam in causis sanctæ fidei so-
let fieri habilitatio ex infirmitate, vel alia causa
12 Iudicis arbitrio. Menoch. de arbitrar. casu 303. Et
in curia Archiepiscopal. Neap. habilitantur rei in
festis Paschalibus, & Natiuitatis Domini etiam de
delictis exceptis. In l. 3. C. de Episcopal. Audien.
ex consuetudine curiæ Episcopal. Neap. & aliarum
curiarum. Vt testatur Clar. §. fin. q. 46. n. 9. Et in
hac habilitatione multum Iudicis tribuitur arbitrio.
Menoch. vbi supra Farinac. latissimè de carceribus,
& carcerat. q. 33. n. 53. Pract. Archiepiscopal. Nea-
13 polit. c. 27. pag. mihi 126. Itē dicitur, quod si Reus
moriatur, ātequam terminetur causa criminalis con-
tra eum intentata, in d. causa nō est amplius proce-
dendum, quia morte omnis criminatio extinguitur;
14 Sed quoad bona appellatio est perficienda, si in illa
15 sententia bona erant adempta; vt est in relegatis,
vbi quis damnatur in tertia parte bonorum suorum,
& ita vtraq; questio, scilicet relegationis, & adeptio-
nis tertię partis bonorum est principalis. Vnde vna
extincta non extinguitur alia. l. relegatus. §. ad tem-
pus. ff. de inter, & rele. Si autem in sententia fuerit
adempta tacitè, vt euenit in deportatione, quādo ta-
16 citè bona deportari. Sequuntur l. de portati. C. de
bon. præscript. tunc extincta causa principali scilicet
deportationis extinguitur accessoria, scilicet causa
bonorum ipsorum l. fin. C. de re vel act. mor. fuer.
Gand. tract. malef. Rub. qui accusari possint. nu. 3.
17 Ex quibus infertur, quod accusari tantum possunt
18 viui, non autem mortui, nā mortuo Reo omnis cri-
minatio extinguitur. l. 1. C. si re, vel accus. mor. fuer.
19 Caephal. cons. 17. Item dicitur, quod si à Reo crimē
fuit commissum in ciuitatem, memoria eius non po-
20 test damnari secundum Angel. cons. 103. Tamen
in criminibus læsæ maiestatis, peculatus, & hæresis
criminatio de iam mortuo recipitur, & hoc est
propter enormitatem delicti, & propter talium de-
linquentium publicanda bona. l. ex indiciorum. ff.
de accus. l. apostatarum. C. de apostat. & de hæret.
l. quoniam. ff. ad l. Iul. repetund. vel pec. l. fin.
21 Gand. tract. malef. Rubr. Qui accusari possunt.
In aliis verò criminibus accusans mortuum repelli-
tur. Vt C. si re vel accu. mor. fuer. per totum. Gand.
22 tract. malef. Rubr. qui accus. poss. nu. 30. Item
dicitur, quod si Reus accusatus, vel inquisitus, &
condemnatus fuerit, & appellatione pendente mo-
riatur, quantum ad pœnam personalem omnia per
mortem sunt extincta. l. si Reus. C. si Reus, vel accusat.
mor. fuer. Intellige tu hoc verū, nisi essemus in casi-
bus, in quibus memoria hominis (vt dictum est) esset
condemnanda. vix no. in §. per contrarium. Instit. de
hæred. quæ ab intestat. Facit. l. fin. §. fin. ff. de bon. eor.
23 Et adde quod corpus famosi latronis poterit puniri
ipso mortuo. Vt per Imol. in l. defuncto. ff. de publ.
iudic. Cæterum quantum ad bona debet procedi per
heredes super causa appellationis, & si per sentētiam
bona fuerint publicata, licet sit extincta pœna corpo-
ralis, non extinguitur quoad bona. l. relegatus. §. ad
tempus. ff. de interdi, & rele. l. diffinire. ff. de publ.
Iud. Si vero in sententia bona fuerunt tacitè adem-
pta, vt contingeret in deportato. l. deportati C.
de bono præscr. Tunc extincta causa principali sci-
licet deportationis extinguitur etiam accessoria,
scilicet causa bonorum. Vt l. fin. C. si Reus, vel
accus. mor. fue. Bonifat. Rubr. quid sit accusatio.
24 num. 86. Item dicitur, quod Reus accusatus de
aliquo delicto si moriatur pendente accusatione re-
gulariter non potest contra eum procedi. not. de
hoc Spec. de accus. §. fin. verb. Item Reus est mor-
25 tuus. secundæ distin. quoniam: Et quia morte
extinctum est crimen. Vt l. aut priuatum. ff. ad Tur-
pill. l. libellorum. §. fin. ff. de accus. & l. diui fratres.
Fallit (vt dictum est) in crimine læsæ maiestatis,
Apostasiæ, peculatus, & simil. Vt not. l. 1. C. si
Reus, vel accus. mor. fuer. Bonifat. Rub quid sit
accusatio. nu. 119 Cæterum aduertendum est, quod
accusa, & processus primæ causæ eo mortuo non
26 valent in secunda accusa; quia extincta causa pro-
pter mortem omnia intelliguntur extincta. Vt l. fin.
C. si Reus, vel accus. mor. fuer. l. properandum. §. fin.
cum sim. C. de iud. Et hoc verius. Bonifat. Rubr. quid
27 sit accusatio. nu. 120. Immò dicitur, quod Reus
captus pro vno crimine nullo modo potest interroga-
ri super aliis, de quibus non extant inditia. Vt forma-
liter prohibet constit. Pauli III. ad fauorem carcera-
torum edita. vers. Idem Iudices in prima par. Bulla-
rii. nu. 73. Quæ quidem constitutio cum sit munita
decreto irritanti, quicquid fit contra ipsam constitu-
tionem, est ipso iure nullum. Vt per Abb. in c. dilectus
nu. 14. de preben. alios scribit Gabriel. tit. de claus.
28 conclus. 3. nu. 56. Ratio est, quia per examen rei
Fiscus non debet sumere probationem ex ore ipsius
rei ad fundādam suam intentionē, quod est prohibi-
tū. l. de minore. §. tormenta. ff. de quęst. Alioquin da-
retur nimis magna potestas Iudicibus vexādi homi-
29 nes: quod procedit etiam quod crimē confessatum
tangat causam, de qua agitur. Dec. in c. 1. nu. 33. de
30 except. pluribus id comprobat. Quinimò etiam di-
citur, quod Reus, captus pro vno crimine non potest
per Iudicem interogari super aliquo alio pręten-
so crimine, de quo nullum extat inditium, nec
31 vlla partis querela suffragante: Nam inditiis non
pręcedentibus impossibile videretur initium proba-
tionis sumi ab ipso Reo. Bonif. tit. de examinibus
32 Reorum. nu. 6. & 9. Vnde v.g. dicitur, quod confes-
sus se ab vno fuisse subagitatū non potest interogari

an fuerit subagitatus ab alio, quando nulla extant indicia. Clar. post alios, quos allegat, q.64. vers. successiuè quæro. Item si Reus plura commisit delicta siue incontinenti, & eodem tempore, siue ex interuallo, licet verè plura dicantur fuisse commissa, vnica tantum pœna, & non pluribus afficiendus est, illa scilicet principalioris, & maioris delicti. Bart. in l. inficiendo, §. infans, nu.3. ff. de fur. Bart. & Alber. in l. quicunq; C. de seru. fugit. Socin. cons.26. n.8. seq. Plot. in l. si quando, nu. 715. C. vnde vi: secundum antiquam impressionem. Monticell. in pract. crim. reg. 15. num. 160. Couar. variar. resol. lib. 1. nu.8. vers. quintum est hoc in tantum prænotandum. Farinac. q.22. nu. 25. seq. Item dicitur, quod delicta plura incontinenti commissa, & ad eundem finem facta confunduntur, nempè vnum cum alio. Vt eleganter ostendit Bart. in l. illud, ff. ad l. Aquil. Bal. Alex. & Ias. in l. diuortium, ff. solut. matrim. Mars. in pract. §. & quia, nu. 37. Ratio est, quia istud dicitur vnum tantum factum, & assumit vnam delicti speciem, maximè quando prætenduntur offensæ eædem personæ, & crimina sunt consequentia. Ità Bal. in d. l. illud. Glos. & Doctores l. qui de crimine, C. de accusat. Vbi quod licet sint diuersa crimina; tamen quantum ad initium pro vno habentur. Item dicitur, quod quando plura committuntur delicta eiusdem generis continuato tempore est vnum delictum, & non plura. Bossi. tit. de pœn. num. 7. Item dicitur, quod delicta plura commissa ab vno contra aliquem, quamuis ex interuallo, & diuersis temporibus, pro vno habentur, quando sunt eiusdem generis, & vna tantum persona fuit offensa. Ità eleganter scribit Soc. cons. 63. nu. 9. in secundo dubio, vers. nunc sumpta occasione. Et subtilius tradit Bal. cons.147. lib.5. Nec dissentit Cæpoll. cons.77. nu.8. seq. vers. item quod ex hoc reiterauerit; Ratio est, quia delicta non sunt diuersi generis, seu diuersa. Not. in l. nunquam plura, ff. de priuat. delict. Contraria procedunt de reiteratione delictorum, loquuntur quando delicta sunt pœnitus diuersa, & ad diuersos fines tendentia. Et delictum dicitur patratum in continenti quando fit eodem die. l. continuus, ff. de verbor. obligat. l. ex duobus, ff. de duob. reis; Et quod v. g. post allocutionem debeat sequi homicidium. Scripserunt Cuman. in l. si rem, §. fin. ff. de priuil. credit. vers. & pro hoc adducit. Bart. Io: de Anan. cons.59. col.2. prope fin. Item dicitur, quod delicta plura, si aliàs fuerunt à Reo commissa, adhuc dicitur, pœnam ex reiteratione non extendi ad capitalem asperitatem legum; quia de consuetudine d. asperitas non seruatur. Gram. decis.16. ad fin Item dicitur, quod delicta plura, quando sunt expressa in processu, seu sententia, si dicatur, quod d. sententia, si nō sustinetur ex vno capite, sustinetur ex aliis: dicitur dupplici modo. Primò dicta sententia nō sustinetur quādo alia duo in actis non fuerunt probata. Altero modo respondetur, quod ista tria reputantur vnum delictum, ex quo tendunt ad eundem finem,

videlicet ad deflorādum. Ità in terminis scribit Bald. cons. 20. nu. 13. diuers. lib. 1. Ratio est, quia pluralitas cautarum sub plurali locutione concepta, & vnum recipiunt communem effectum, vt casus iste, tunc pluralitas causarum non diuiditur in singularitates, sed requiritur, quod omnes causæ sint vers. is, qui ducenta. ff. de verb. dub. l. si pluribus delegat. Secundò Ità in indiuiduo scribit Alber. in l. si seruus. §. si plurium. ff. si quis sub n. 3. vers. & ideò. Immò dicitur, quod si Rei sunt plures accusati de eodem delicto, & v.g. duo aufugiunt, & non comparent, seu permittunt se condemnari in pœnam vitæ, seu triremium, & alter comparet in Vrbe conconuersando continuò palam, & publicè, omnis præsumptio resoluitur contra fugientes. Ità Bal. in l. voluntatis. col fin. C. de fideicom. Gram. cons. crim. 60. nu. 4. Immò dicitur, quod si Reus fuit imputatus de aliquo delicto, si per prius de aliquo alio delicto nunquam fuit inquisitus, mitius cum eo agi debet. Gand. tract. de malef. Rubr. Vtrum pœna possit mitigari cū aliis adductis per Natr. cons. 458. num. 12. Vbi quod pro primo delicto, quando persona est honesta, pœna mitigari debet. Paris. de Put. tract. de Scyndic. in verb. composito. col. 2. Item, quod si Reus post primum delictum per quinquennium benè, & quietè vixit vltimum delictum non attenditur, quatenus constaret fuisse patratum. Roman. in puncto cons. 236. Et illud per quemlibet bonum Iudicem est valde aduertendum, & in criminalibus attendendum, quod Rei merita faciunt minuere pœnam. l. 2. §. cum. Appius. ff. orig. iur. Rom. cons. 310. l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrim. Vbi limitat, leges generaliter dicentes pœnis afficiendos esse delinquentes, non habere locum ad casum, quo quid vtile pro Republica quis geri; quia tunc Princeps potest ei dare impunitatem. Ità text. in l. 1. ad fin. vers. ob merita indulsit. ff. de Constitut. Prouinc. Et vt rei innocentia appareat, etiam Pater, & Procurator admittuntur. Ex Vulp. verbis, lib. 9. de quibus in l. seruum quoq; §. publicè, de procura. Nam vbicunq; absens damnari potest, quisuis eius innocentiam, etiam in capitalibus excusans auditur. Et hoc adeò clarum est, quod cauillis, & tergiuersatione aliqua subuerti non potest. Vt iuxta crebriorem illius text. intelligentiam plusquam satis deductum est, vt ne dū in patre, sed in quocunq; penitus extraneo de communi legistarum, & canonistarum opinione testatur Ias. l. 2. n. 7. C qui testam. fac. poss. Apos. ad Alex. cons. 116. n. 18. in. 2. Gabriel. lib.7. con. clus. n. 36. conclus. 9. Vulpell. cons. 18. n. 1. Et innocentia rei satis dicitur probata, quando nō probatur nocentia; cum de bono viro bonum præsumatur l. Non omnis. §. à barbaris. ff. de re milit. Glos. & ibi Bal. l. pen. C. de quæst. Et d. innocentia per testes de auditu, & bonam famam dicitur liquidissimis probationibus probata; quia probatio dicitur legitima secundam subiectam materiam; & ideò quandoq; refertur ad solum iuramentum, quandoq; ad testes

stes singulares. Dixit Bal. l. peremptorias. col. fin.
52 C. seru. rescin. non poss. Et iuris præsumptio est,
vt quis præsumatur bonus. l. merito .ff. pro Soc.
Dicitur liquidissima probatio l. licet Imperator,
& ibi Alex. & Iaf. de legat. primo Glos. l. tutor
53 petitus. C. de petit. tut. In tantum quod ad repor-
tandam victoriam in causa, in qua liquidissimę re-
quiruntur probationes sufficit per præsumptiones.
Dixit Angel. l. 1. in secundo notab. C. de testam.
54 Felyn. Rubr. de probat. col. 2. Quinimo iuris,
& naturæ præsumptio dictat neminem delinquere
velle. Bal. c. Cum in iuuentute. de præsumpt. Vbi
subdit, quod omne maleficium pugnat contra na-
55 turam. Hinc est, quod præferuntur testes deponen-
tes id, quod est magis naturæ, & iuri naturali confor-
56 me. Vt est, vt quis non delinquerit. Calcan. consf. 64.
57 nu. 18. Et magis credendum est testibus pro Reo,
58 quam testibus Fisci; ex quo testes rei habent iuris
pręsumptionem pro se. Ioan. de Platea l. quęcunquè
59 ad fin. C. de Apoch. publici lib. 10. Et quia cum eis
concurrit pręsumptio naturę. Ruyn. consf. 67. vol. 1.
in princ. per Innoc. & alios c. auditis de præsumpt.
60 Et probationum concursu, & testium conflictu illa
pręualet probatio, eiq; magis creditur, cũ qua est pro
Reo aliqua pręsumptio iuncta. Ità Bal. in l. si duo pa-
troni in lect. antiqua. ff. de iureiur. Alex. consf. 236.
61 vol. 2. Et ideò dixit Bal. in l. fin. C. comm. vel epist.
quod probationis fides ex cõiecturis augetur, & qui
habet meliores coniecturas, fides coniecturę vincit.
62 Et Innocentia Inquisiti etiam ex consanguineo-
rum testimonus arguitur; nempè affines, consangui-
63 nei, fratres, vxor, & alii inhabiles ad innocentiam
Inquisiti probandam admittuntur. Alex. consf. 5. &
consf. 99. num. 1. & consf. 119. in septimo, & ma-
ximè in subsidium, & vbi non est copia hominum.
Dec. l. fœminæ. num. 35. de reg. iur. Alciat. tract.
præs. reg. 1. præs. 47. Vulpell. consf. 99. num. 14.
64 Et etiam Pater ad docendum de innocentia filii
absentis, ratione patriæ potestatis, & obsequali-
um operum admittendorum, & legitimæ Fisco sol-
uendæ admittitur, & est audiendus. Corn. consf.
189. in princ. Mantua. consf. 186. Gabriel. lib. 7.
65 conclus. num. 47. Vulpell. consf. 18. nu. 2. Et In-
nocentiæ inditia sunt, quando quis est senex bo-
næ, & pacificæ vitæ, non rixosus, inermis, vxo-
re, & filiis onoratus, extra vllum interesse, in nul-
la inimicitia saltem considerabili existens, inter
principales viget, cum delinquentibus ætatis, &
morum sit dissimilis, raro versetur, & cum eis illo
salutem mane non sit allocutus. Vulpell. consf. 65.
66 num. 11. Quinimò etiam dicitur, quod Instru-
ctor causæ pro Innocentia Inquisiti, siue accusati
67 est quilibet admittendus. Quinimò Iudex non
solum potest admittere eum, qui velit demonstra-
re de innocentia rei; sed etiam ità debet, vt non
possit eum repellere etiam sub fundamento, quod
melius sit habitus veritatem à vocato. Bosf. tit.
68 An in criminalibus inditis: Ratio est, quia Iudex
ex se debet perquirere de innocentia rei, & testes,

quos scit non ignaros veritatis examinare. Bosf. tit.
69 An in criminalibus inditiis, num. 8. Quibus quoque
additur, quod Reus, qui alias fuit malæ famæ,
si probauerint (vt superius dictum est) se per trien-
70 nium benè iuxisse, & fuisse bonæ vocis, conuer-
sationis, & famæ, illa mala fama contra eum pro-
bata nihil ei nocebit, quia censetur in totum pur-
71 gata. Salyc. in l. si minorem post num. secundum.
C. de in integr. restit. min. Concordantes adducit
Nouell. in tract. ad defensam. tit. An inditia Reo
sint danda. §. solet communi sententia. Gram. quem
refert Clar. in pract. §. 21. vers. fama sola. in fin.
Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 222: num. 12.
vers. sublimata hanc limitationem. Vbi alios addu-
72 cit Farinac. q. 23. nu. 27. Ratio est, quia pro no-
uo homine habetur à lege. §. nequaquam. Auth. de
Monac. coll. 1. Rom. consf. 236. num. 5. seq. Clar.
73 §. fin. q. 21. vers. fama, qui dicit notandum. Et
quod quis per triennii lapsum de malo præsumatur
effectus bonus, & sic emendatus de crimine. Tradit
Gomez. in reg. Cancellar. in reg. de triennali. in fin.
vers. nec mirandum. Eminentiss. D. Card. Alba-
nus in lucubratio ad Bart. in l. Cassius. num. 7. seq.
ff. de Senator. Hieron. Lanzent. decis. Auinionen.
1. num. 13. Mascard. conclus. 465. eod. num. 10.
seq. lib. 1. Et de communi etiam testatur Paulus
Granut. in d. tenorem. 23. num. 17. seq. Farinac.
74 q. 24. nu. 27. Item dicitur, quod si Reo non ve-
nit imponenda pœna corporalis, sed tantummodo
pecuniaria, vel alia similis, sub fideiussione est re-
laxandus. L. 2. ff. de iusto Reorum Vbi Bart. & com-
muniter DD. l. 3. & seq. ff. de fideiussor. l. eos. la
primiera. §. super his. C. de appellat. Arian. consf.
1. Rubr. Quid sit agendum. Et his locis DD.
quos refert, & sequitur Anton. Gomez. tom. 3. va-
ria resolut. c. 9. nu. 8. Gand. tract. malef. nu. 4. Ità
in Director. Inquisit. 3. par. fol. 260. Et maximè si
pendente processu apparet, Reum non esse culpa-
bilem eius delicti, de quo imputatur, tunc relaxari
potest. Per text. in l. 1. ff. de iusto, & exhibit. Reo.
tradit Clar. in pract. crim. §. fin. q. 46. vers. pariter
74 etiam. Vbi multos refert in hanc sententiam. Et
illud est sciendum, quod d. Reus præstita per ipsum
iuratoria Cautione, quando non inuenit aliquem,
qui pro ipso fideiubeat, potest etiam relaxari. Et
hanc opinionem testatur communem Mars. in repe-
tit. Rub. de fideiussor. nu. 166. seq. Et hoc videtur
mitius, nè carcerati quandoq; dici marcescant in
carcere; dum ob eorum paupertatem, vel aliam iu-
stam causam fideiussores non inueniunt; Quod etiam
laudat Clar. in pract. crim. §. fin. q. 4 vers. Sed quid
75 agendum. in fin. Nec id Iudici videri debet ab re;
quia carcer ad custodiam inuentus est, non autem
vt pœna imponatur ex carcere. l. aut damna. §. so-
76 lent. ff. de pœn. Illud tamen in muliere sciendum
est, quod si tale sit delictum, quod non sit necesse
eam in carcere ponere, committitur fideiussori-
bus, si fideiussores poterit dare alias pręstabit iura-
toriam cautionem de iudicio sisti, & iudicatum

ſoluendo, & relaxabitur: Sed ſi crimen ſit grauiſſi-
mum, de quo d. mulier accuſatur, in monaſterium
77 detruditur, vel mulieribus traditur, per quas cuſto-
diatur. Vt in Auth. vt nulli Iud. §. neceſſarium: Ce-
78 terum ſi Reus eſt in caſu abſolutionis, non eſt dili-
genter cuſtodiendus, ſicut condemnandus. Boſſ. tit.
79 de ſent. num.62. Item dicitur, quod Reus non po-
teſt interogari de ſociis criminis. Text. in l. fin. C.
de accuſat. Et eſt communis omnium opinio, vt di-
cit Ioan. de Amic. conſ.27.nu.1. præterquam in fu-
ribus, fraudatoribus ſalis, vel bladarum, aſſaſiniis,
latronibus, qui in viis publicis craſſantur. Clar. §. fin.
80 q.21. verſ. dictum ſocii. Item dicitur, quod Reus
propter imminens periculum eundo ad Dominum,
vel ad Amicum Domini pro implorando auxilio nō
dicitur aufugiſſe. Boſſ. tit. de carcerato fideiuſſ.
81 committ. nu. 46. Item dicitur, quod Reo prodeſt
exculpatio offenſi, & adeò prodeſt, quod exiſtente
tali inditio innocentiæ pro ipſo nullo modo poteſt
torqueri. Tradit Bald. in l. 1. col. fin. verſ. poue,
quod teſtator, num. 32. C. commun. delegat. Alex.
82 conſ.24. col.5.nu.15. lib. 2. Et dictæ offenſi excul-
pationi non ſolum eſt ſtandum, ſed omninò eſt cre-
dendum. Gram. deciſ.56. nu.11. Hyppol. conſ.61.
nu.35. ſeq. Gloſ. notab. l. pen. C. de fideicommiſſ.
Singulariter dixerunt Alex. in l. ſi quis in graui, §. ſi
quis moriens, ff. ad Syllan. & Bal. in d.l.1. in vlt.col.
in verb. pone teſtator, nu.33. C. commun. delegat.
Nouell.tract.ad defenſam, car. mihi 65.n.90. Gram.
vot.24.nu.14. Vulpell.conſ.113.nu.8. Et adeò iſta
83 exculpatio prodeſt, quando in proceſſu adſunt ſi-
gna, ſeu inditia innocentiæ Rei, quod prodeſt etiam
ad abſolutionem. Bertaz. conſ. 24. num. 10. lib. 1.
Menoch. de præſumpt. q. 90. nu.3. Gram. conſ.56.
84 num.11. Item dicitur, quod Reus ad ſocii crimi-
nis dictum torqueri non debet; quamuis aliqui DD.
dixerint, quod de conſuetudine poteſt; quia huiuſ-
85 modi conſuetudo non eſt ſeruanda; quia ſocii cri-
minis nominatio ſiuè ſponte facta, ſiuè ad Iudicis
interogationem, nec etiam in exceptis ad torturam
facit inditium ſine aliis inditiis, & adminiculis. Car-
rer. in pract. in 2.tract. de indit. & tortur. §. octauū
inditium, nu.27. in fin. Gram. conſ.21.nu.6. conſ.35.
nu.22. in fin. & conſ.65. num.1. in fin. & deciſ.28.
nu.11. Verum talis nominatio ſufficit tantum ad aſ-
ſumendas informationes, ſuper delicto, & ad inqui-
rendum cum talibus inditiis. Boſſ. tit. de indit. &
conſiderat. ante tortur. nu.183. Dec. conſ. 18. poſt
num.63. lib.1. Ludouic. Peguer. deciſ.crim.5.n.30.
Ruyn. conſ.186. col.1. Bal. de Peruſ. de iudic. c. 2.
86 nu.3. Immò ſocius criminis etiam cum tortura nō
facit inditium etiam in caſibus exceptis, vt ex not.
in l. fin. C. de quæſt. vt dixit Gandin. in ſuo tract.
maleficiorum, in rubr. de quæſt. & torment. §. reſtat
autem, verb. ſed quæro nunquid, quem refert, & ſe-
quitur Hyppol. conſ.22. nu.23. Gloſ. in l. fin. C. de
accuſat. Alex. conſ.39. lib.3. vol.2. in fin. Dec. conſ.
189. col. 4. nu.7. Abb. c. 1. nu. 10. de confeſſ. Et
hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Carrer.
in ſua pract. in l. obſeruare, nu. 122. verſ. octauum
inditium, Clar. q.21. verſ. ad dictum ſocii criminis,
& ibi Baiard. num.23. ſeq. Quod procedit etiam ſi
perſona nominata aliàs eſſet malæ conditionis, &
famæ. Tradit Gram. conſ.35. num.23. & conſ. 21.
col.2. in fin. Et quod ſocii criminis dictum in tor-
mentis pariat inditium ad inquirendum tantum, &
non ad torturam, tradit Dec. d. conſ.89. lib.3. col.2.
87 in fin. Immò dicitur, quod vt ad inquirendum pa-
riat inditium, requiritur quod veriſimile ſit, d. ſo-
88 cium criminis in ſuo dicto non mentiri: Et atten-
ditur dictum veriſimilius, quamuis ſit factum in tor-
89 mentis. Soc. conſ.235.236. Immò ſocii criminis
dictum, etiam quod eſſet per torturam ſanatum, &
in eo perſiſteret, & dato quod eſſemus in caſibus, in
quibus quis de ſociis interogari poſſet, prout regu-
lariter non poteſt, vt eſt Text. in d.l. fin. C. de accu-
ſat. Vtique contra conſocium nominatum inditium
non facit ad torturam, ſed ad inquirendum tantum.
Vt per Salyc. poſt Gloſ. l. fin. C. de teſt. & per Alex.
conſ.89. lib.3. col.2. & per Angel. tract. malef. verſ.
fama publica, verſ. quæro an particeps criminis, poſt
Abb. in c.1. extra de confeſſ. & Aug. & Rom. in l. eſſi
certus, ff. ad Syllan. Vt per Bart. & Salyc. in l. quo-
niam liberi, C. de rapt. Et hanc eſſe communē opi-
nionem DD. atteſtatur Carrer. in ſua pract. in l. ob-
ſeruare, num. 122. verſ. octauum inditium. Quibus
90 additur, quod ſocius criminis contra conſocium
admittitur, ſi fuerit tortus. Tradit Fulgoſ. conſ.173.
91 nu.2. Hyppol. conſ.109. nu. 15. Sed ſemper admit-
titur ad inquirendum tantum, non autem ad tor-
quendum, aut condemnandum; quia particeps cri-
minis nullum facit inditiū contra conſocium. Hyp-
pol. in propriis terminis ſodomiæ, conſ.28. col. fin.
Parſ. conſ.163. nu.10. vol.4. Idque eo magis quan-
do nulla alia concurrunt adminicula; quo caſu in-
culpatio prædicta non facit, vt quis torqueri poſſit.
92 Gram. d. deciſ. 28. nu. 17. Nec obſtat, ſi dicatur,
93 ſocium criminis vi concurrente fidem facere: nam
adminicula ad delictum inferentia plenè ſunt pro-
banda etiam in crimine læſæ Maieſtatis. Tradit In-
noc. in c. ſicut de Simon. Et aliundè ſunt probanda,
quam ex dictis ſociorum criminis. Calcan. conſ.110.
94 col. 2. Immò quamuis ſocius criminis fuerit tortus
in caput conſocii, adhuc dicitur, quod non eſt au-
diendus, cum alleget turpitudinem ſuam, c. inter
dilectos, de donat. Hyppol. in terminis ſodomiæ d.
95 conſ.28. col. fin. Prout in ſimili nec mulieri cre-
ditur dicenti ſe fuiſſe ab aliquo carnaliter cognitam.
Alex. conſ.157. in princ. col.5. Et quando per DD.
96 dicitur, quod vnus, vel plures admittuntur tam in
ciuilibus, quam in criminalibus, intelligitur quoad
97 præſumptionem faciendam tantum; cum ad pro-
bandum teſtes debeant eſſe omni exceptione maio-
res. Soc. de reg. 425. in prima fallent. Farinac. q.
43. nu.115. Nec etiam ei recepto creditur. Teſt. eſt
in l. quoniam liberi, ibi ſi ſocii, & participes crimi-
nis non dicuntur. Et ibi præcipuè Salyc. nu. 3. C. de
teſt. & in c. veniens, ibi eo quo ille, qui eodem erat
infectus

infectus crimine, inde contra eum testificari non
98 posse, nullique de se confesso aduersus alium in eo-
dem crimine sit credendum, extra eodem,& in c.1.
de confess. ibi de reatu proprio confitentis periculo-
99 sa confessio non est aduersus quemlibet admitten-
da. Et in c. nemini 15. q. 2. cuius verba satis clara
sunt, dum ibi dicitur, Nemini preterquam in crimine
læsæ Maiest. de se confesso credi potest super crimen
100 alienum, quoniã eius, atq; õnis rei confessio pe-
riculosa est, & admitti aduersus quẽlibet non debet.
100 Ità ét tenet Spec. tit. de test. §. 1. vers. Itẽ quod est
socius criminis, nu. 37. Paris. cons. 52. nu. 15. vol. 4.
Bal. cons. 95. regula lib. 1. Mars. in l. si forte nu. 5.
seq. ad l. Cornel. de Sycar. Soc. regula 425. in princ.
Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 466. nu. 1. &
conclus. 1311. nu. 1. Farinac. q. 43. nu. 8. Additur
101 etiam, quod socii criminis nominatio contra
consocium nulla præcedente Iudicis interogatione
consocio non præiudicat. Salyc. in l. fin. nu. 11. de
102 accusat. Gram. decis. 28. nu. 10. seq. Ratio est,
quia testis vltrò se offerens à iure reputatur suspe-
ctus. Vt post multos ostendit Boss. tit. de opposit.
103 contra testes. nu. 21. & 29. Ità pariter censetur
suspecta nominatio socii criminis sponte facta. nu.
670. Vnde parit solum aliqualem præsumptionem.
104 Boer. decis. 319. nu. 4. Et ideo ineptum est di-
cere, quod socius criminis etiam in occultis admit-
tatur, & dicatur testis omni exceptione maior. Paris.
cons. 151. nu. 10. Crauett. cons. 178. nu. 3. Dec.
cons. 189. nu. 9. Vbi quod talis opinio non exequi-
tur, & testatur de communi. Carrer. in pract. §. no-
105 num inditium. num. 10. & 16. Vbi ampliat etiam
quod d. socius deposuerit in tortura. Nec dissentit
106 Mars. §. diligenter. Immò vltra supradicta Soci-
us criminis contra Consocium facit inditium. Tra-
dit Hyppol. cons. 28. col. fin. Paris. cons. 163. n. 7.
seq. Et maximè quando nulla alia concurrunt admi-
nicula, seù inditia; quo casu sociorum criminis in-
culpatio non facit, vt quis torqueri possit. Gram.
decis. 28. nu. 17. Nec valet, si dicatur, quod sumus
in crimine occulto, in quo veritas aliter haberi non
potest; quia etiam in isto casu demum admittuntur
socii criminis, si fuerint torti. Tradit. Fulgos. 163.
107 nu. 2. Hyppol. cons. 109. nu. 15. Preterea requi-
ritur, vt tales socii criminis sint alias omni excep-
tione maiores, vt contra consocios ad torturam fa-
ciant inditium. Glos. & ibi DD. l. fin. C. de accusat.
108 Nam si socius criminis patiatur alios defectus,
omninò reiicitur. Natt. cons. 298. lib. 2. Riminal.
Iun. cons. 290. nu. 8. lib. 3. & cons. 114. num. 17.
seq. & cons. 120. num. 21. lib. 2. Bursatt. cons. 19.
109. lib. 2. communem dicens. Hec id Iudici mirum
videri debet; quia socii criminis sola depositio, etiam
in tortura emanata, nisi alia concurrant inditia,
110 non sufficit ad torturam; nam sola tortura pro in-
ditio non sufficit. Salyc. in l. fin. C. de accusat. Alex.
cons. 89. vol. 2. lib. 3. In terminis tradit Boss. tit.
111 de indit. ante tortur. nu. 160. Et vltra adminicula
pro inditio ad torturam requiritur, quod appareat
vel ex numero testium, vel ex persona deponentis
verisimile sit socium criminis non mentiri. Aret. in
c. Cum P. Manconella. num. 22. de accusat. Mars.
cons. 74. nu. 12. Gram. cons. crim. 38. num. 26.
112 Rolan. cons. 73. nu. 21. lib. 1 Et tortura in socio
criminis solum purgat infamiam resultantem ex eo,
quod facit participem delicti, non tamen purgat
alios defectus ratione periurii, & mendacii. Crauett.
cons. 6. nu. 16. 47. seq. Rolan. cons. 3. nu. 48. seq.
113 Tamen illud semper est menti tenendum, quod
socius criminis, quando plures patitur exceptiones,
maximè quando est seruus, vilis, & pauper, &c.
non admittitur contra consocium. Barb. cons. 65.
lib. 4. Gram. cons. 1. num. 62. Boss. tit. de indit. &
114 considerat. ante tortu. nu. 151. Nam requiritur,
quod alias sit omni exceptione maior. Glos. & ibi
115 not. l. fin. C. de accusat. Item dicitur, quod Re-
us, si iurauerit dicere veritatem, & postea dicit men-
dacium, vt saluet vitam suam, quia negauit omnia
in processu contra eum contenta vera esse, licitè po-
tuit hoc facere, vt mortem, vel aliquod vitæ peri-
culum euitet; quoniam iura permittunt vnicuique
116 vitam, & sanguinem suum proprium quouis mo-
do redimere, & non tenebitur de periurio. Vt not.
117 in l. 1. ff. de bon. eorum. Vbi Alex. in Apostil. ad
Bart. in fin. dicit ità fuisse consultum per plures pe-
118 ritos DD. Qua quidem ex re omninò dicitur,
quod mendacium, seù variatio secundum veram, &
communem opinionem contra principalem nullum
ad torturam facit inditium. Vt post alios tradit In-
noc. in c. causam matrimonii. de test. cogen. Put.
tract. de Scyndic. viso de indit. in dubitat. num. 4.
seq. Gram. vot. 30. nu. 16. & cons. crim. 21. num.
29. & cons. 59. nu. 8. Carrer. dicit hoc communi-
ter teneri in l. obseruare. nu. 119. C. quorum ap-
pellat. non recip. vers. communiter autem tenetur.
Et idem Paris. ibi reddit rationem; quia potest Re-
us variare, & mendacia proferre propter sui salu-
119 tem, secus est in teste; Et id optima ratione cen-
setur permissum; quia (vt dictum est) vnicuique li-
cet sanguinem suum redimere quoquo modo. l. 1. &
ibi Bart. ff. de bon. eorum qui ante sent. sibi mortem
consc, quem refert, & sequitur Curt. Iun. in repetit
l. admonendi. n. 260. seq. ff. de iureiur. Io: Igneus
l. 3. §. subuenitur, num. 115. seq. ff. ad Syllan. Soc.
Iun. cons. 38. nu. 5. 6. 7. Idem scripserunt Anton.
de Isterm. in const. Regni si damna. in tit. de homic.
col. 10. vers. item nota, & ibi Afflict. in 14. notab.
vers. sed quæro. Et dato, & non concesso, quod ali-
quando mendacium faceret inditium ad torturam,
illud cessat, quando inquisitus habet aliquod verisi-
mile pro se, vt si spontè se constituisset in carcere.
Tradit Paris. de Put. d. tract. de scyndic. in d. c. viso,
120 de indit. indubitat col. 1. quia ista spontanea con-
stitutio in carceribus maximum eius innocentiæ
præstaret inditium. Corn. cons. 198. n. 23. vol. 4. Ve-
ron. cons. crim. 31. vol. 4. Mars. §. diligenter, n. 208.
Gram. cons. 61. nu. 4. Cæterum illud per Iudicem
est omninò sciendum, quod quamuis Inquisitus de
men-

121 mendacio fuerit conuictus; tamen nihil opera-
tur contra ipsum. Horat. Iur. conſ. 161. num. 36.
ſeq. inter conſ. crim. diuerſ. lib. 1. laurent. Ab oua
122 conſ. 60. num. 51. lib. 2. inter conſ. crim. Ratio
eſt, quia id non infert ad delictum, ideò non nocet.
123 Bertaz. conſ. 59. nu. 6. Alia ratio eſt, quia nemo
debet ſe ipſum procedere. c. non dico tibi. de pœ-
nit. diſtin. 1. Et ideò reſpondens inquiſitioni contra
veritatem non tenetur de periurio. Alex. in Apoſtill.
124 ad Bart l. 1. ff. de bon. eorum. Et quod menda-
cium non ſit ſufficiens ad torquendum, clarè de-
monſtratur ex dicto Bart. in l. fin. ff. de quæſt. Vbi
quod mendacium eſt maxima præſumptio contra
125 Reum; at præſumptio eſt minus, quam inditi-
um, quod requiritur ad torturam. Ità oſtendit Alex.
126 conſ. 89. col. 1. verſ. reſtat ergò lib. 3. Vnde ex
nudo mendacio ſine aliis adminiculis nō poteſt Re-
us torqueri. Natt. conſ. 362. nu. 6. vbi ait hanc eſ-
ſe communem ſcribentium opinionem in vtroque
iure. Franc. Perſonal in tract. de indit. num. 96.
127 Vbi teſtatur de magis communi opinioni. Et hoc
eſt omninò verum, quamuis eſſet probatum per te-
ſtes fide dignos. Innoc. in d. c. cauſam matrimonii.
de teſt. Gram d. vot. 30. Andr. de Iſerma ibidem.
128 Item dicitur, quod Reus captus pro crimine nul-
lo modo poteſt interogari ſuper aliis, de quibus,
non extant inditia. Vt formaliter prohibet conſtitu-
tio Pauli tertii ad fauorem carceratorum edita. verſ.
idem Iudices, in prima par. Bullarii num. 73. Quæ
quidem conſtitutio, cum ſit munita decreto irritan-
ti, quicquid ſit contra ipſam conſtitutionem, eſt ip-
ſo iure nullum. Vt per Abb. in c. dilectus. num. 14.
de præben alios ſcribit Gabriel. tit. de clauſulis. con-
129 cluſ. 3. nu. 56. Item dicitur, quod Reus ſemel
inquiſitus, & poſtea è carceribus relaxatus, & per
conſequens quodammodo abſolutus; æquum videtur,
quod iterum inquiri non poſſit, nè de delicto eiuſdē
hominis ſæpius quæratur. c. de his. extra de accu-
ſat. Arer. conſ. 58. Felyn. in c. de his extra de accu-
ſat. Boſſ. tit. de ſent. nu. 64. & tit. de publ. violen.
130 num. 114. Et facit text. in l. licet. §. fin. ff. de
accuſ. Anan. conſ. 17. nu. 11. Diuina enim clemen-
tia non patitur dimiſſa peccata in vltionem redire. c.
fin. de pœnit. diſtin. 14. Dec. conſ. 137. col. 1. Pa-
131 riſ. conſ. 1. vol. 4. num. 14. ſeqq. Immò dici-
tur, quod Reus relaxatus ſub fideiuſſione non poteſt
pro eodem delicto denuò carcerari aliis non ſuper-
uenientibus inditiis; quia videtur tacitè pronuncia-
tum ad ſui fauorem; & illa relaxatio habet vim ra-
132 citę abſolutionis Anan. conſ. 17. col. 2. Alex.
conſ. 179. vol. 2. Boſſ. tit. de carcerat. fideiuſ. com-
133 mitten. nu. 19. Item dicitur, quod Reus abſo-
lutus de aliquo crimine non poteſt amplius pro eo-
dem crimine detineri, & moleſtari; cum de eiuſdem
hominis delicto non ſit ſæpius quærendum. c. de his
extra de accuſat. Aret. conſ. 58. Felyn. in d. c. de
his. Boſſ. in pract. crim. tit. de ſententiis. num. 64.
& tit. de publ. violent. num. 114. Et facit text. in l.
licet. §. fin. ff. de accuſ. Anan. conſ. 17. num. 11.
Quod procedit, etiamſi fuiſſet ex gratia abſolutus.
134 Gloſ. d. c. de his. Dec. conſ. 137. in fin. Ratio
eſt, quia de delicto nemo bis quæri poteſt: quod
militat nè dum in abſoluto, ſed etiam in condemna-
to. Caſtren. conſ. 18. vol. 1. Alex. conſ. 11. col.
pen. vol. 1. Bal. conſ. 31. & conſ. 292. lib. 4. Clar.
q. 57. in princ. Quod procedit, etiamſi minori pœ-
na fuiſſet punitus, quam delicti qualitas requirebat.
Bal. conſ. 34. in fin. lib. 1. quem refert, & ſequitur
Boer. deciſ. 289. num. 1. Vbi ità ad practicam
quotidie ſeruari atteſtatur. Boſſ. tit. de ſent. nu. 79.
135 Cæterum illud quoquè ſciendum eſt, quod qui eſt
abſolutus ſemel ab aliquo crimine, non debet con-
tra eum de eodem crimine amplius quæri; quia
136 nec etiam Deus iudicat bis in idipſum. 81. diſt.
præſbiter. 13. q. 2. quæſitum. 23. q. 5. quid ergò.
de pœnit. diſt. 3. §. authoritas. Et dici in idipſum,
ideſt per eandem cauſam, vel propter idem factum:
Dummodò diuerſæ cauſæ non ſubſint: Nam benè
punitur quis bis, puta cum ex diuerſo facto diuerſæ
oriuntur actiones; puta Actio l. Aquiliæ, & iniuria-
rum: Vbi intentata vna intentatur, & alia in id quod
reliquum eſt. ff. de act. & obligat. qui ſeruum. Et ſic
collige ex præmiſſis, quod illud, quod primò dici-
tur ſuper eodem in prin. locum habet. quoad ſalu-
tem animæ; quia Deus non vult mortem peccatoris,
ſcilicet quoad animam, quam creauit. de pœnit.
diſt. 1. c. quia diuinitas ad idem arg. ead. diſt. ſicut
primi in fin. 3. q. 4. hi qui 23. q 8 his à quibus in
fin. Alia verò authoritas locum habet, quoad cor-
pus; nam, & mortem corporis propter peccatum
homini Deus inflixit. Vt in prælleg. c. ſicut primi
in fin. Et ità patet, quod loquitur de eo, qui Eccle-
ſiæ Sacramenta cum inſtantia pètit. Director. Inqui-
137 ſit. 2. par. pag. mihi 198. num. 3. Item dicitur,
quod Reus non eſt retinendus in carcere, quando
138 non eſt locus torturæ. Gram. vot. 34. n. 21. Item
quod Reus, quando proteſtatur, ſeù declarat in
tormentis de mentiendo vi tormentatorum, valdè
immò maximè eius proteſtatio, ſeù declaratio eſt
attendenda; quia ex pœnitentia docet, & iure quo-
que cautum eſt tormenta plerunque cogere ad men-
138 tiendum. l. 1. § in cauſa. ff. de quæſt. Vbi ait
Vulp. tortura eſſe rem fragabilem, & periculoſam,
139 & quæ veritatem fallat; cum aliqui ſint tanta im-
patientia, vt in alios mentiri potius, quam pati tor-
140 menta velint. Immò etiam dicitur, quod Reus
proteſtans ante tormenta factum extare ſic, & po-
ſtea in tormentis ſecus dicens habetur vi tormento-
rum contra veritatem dixiſſe. Bart. in l. non ſolum
141 §. morte. ff. de nou. op. nunciat. Item dicitur,
quod Reus, quando eſt vir ſimplex, & factus, mali-
tia, & culpa carens, licet aliquando faciat aliqua
ſigna prudentiæ, & loquendo videatur ſanæ mentis,
non tamen deſinit eſſe ſtultus, & inſanus. Vt poſt
142 multos oſtendit Pariſ. conſ. 87. n. 44. lib. 3. Item
dicitur, quod Reus idiota, ſi crediderit alicui ſapi-
enti, quod ipſe v.g. habuerit licentiam à Superiore
pro ipſo Reo deferendi arma, & tamen d. ſapiens

dictam

dictam licentiam nō habuerit, excusandus est Gram. conf. 54. nu. 13. & conf. 13. num. 14. Not. l. 1. ff.
143 de eo, per quem factum erit. Item dicitur, quod Reus corporaliter puniri non debet, nisi concurrat dolus. Bal. in l. data opera col. 4. C. qui accus. non
144 poss. Alex. conf. 19. lib. 7. Item dicitur, quod Reus nominis aliquem in tortura, postquam ipse fuit de se confessus, regulariter nihil operatur, cum potius præsumatur factum, vt se liberet à tormentis, quam quod verum dicat. Dixit Cason. in sua
145 prax. crim. tit. de torment. c. 17. Vltra quod vti criminosus, & infamis nullum parit inditium. l. 3.
146 §. 1. ff. de test. Item dicitur, quod rei distantia a loco delicti per 20. passus, in quo fuit patratum delictum, tollit omnem suspicionem auxilii, seu associationis. luc. de Penna l. 3. col. 3. C. de vetf.
147 publici lib. 12. Immò distantia à loco delicti præstat inditium innocentiæ, sicut præsentia arguit su-
148 spicionem. Idem luc. de Penna d. l. 3. Et præsen-
149 tia sola in delicto non facit inditium deliberatio-
150 nis. Bal. l. 1. ff. de seru. corrupt. Item dicitur, quod rei remissio est facienda ab aliis Iudicibus ad Iudicem loci delicti; etiam quod Reus damnatus esset à Iudice loci originis, vel domicilii. Bart. in l. si cui. § fin. ff. de accus. Bal. l. executorem num. 24. C. de execut. rei iudic. Alciat. conf. 13. tom. 2.
151 Non enim videtur satis punitus, nisi etiam in loco delicti puniatur. Vltra quod Reipublicæ fit iniuria publica, & priuata respectu partis læsæ. Bal. su-
152 pra Didac. Couar. lib. 99. c. 11. num. 9. Alias condemnatus in dictis locis adhuc in loco delicti damnari posset. Bart. supra. Bal. d. l. executorem. q. 7. alciat. c. perniciosum. num. 131. de offic. ord. Quod tamen sub eodem Principe ità est intelligendum, vt vnica tantum fiat executio. Poterit tamen Iudex originis, vel domicilii tunc procedere, vel quando à Iudice loci delicti non proceditur; Vel quando fieri non posset executio; quia Reus (puta) fit contumax, vel ibi nihil possideat. Iacob. de Belouis. c. romana. § contrahentes. num. 110. de for. compet. in sexto Gram. decis. 26. Vulpell. conf. 46.
153 num. 13. & seqq. Item dicitur, quod Reus in respondendo non dicitur contumax, si ad iam dicta se refert, ex quo eius dictum certam habet relationem. Salyc. in l. iusiurandi. C. de test. Card. in c. veni-
154 ens 2. extra eo Vulpell. conf. 34. num. 8. Item dicitur, quod Reus alias examinatus, si petat primum dictum sibi legi, exaudiendus est, & pro cautela dat Bart. in l. eos. ff. de fals. & Canon. in c. cum
155 in tua de test. Vulpell. conf. 34. num. 9. Item dicitur, quod Reus quando comparet in termino banni, totum bannum, & eius virtus annullatur. l. 1. §. fin. & ibi Bart. ff. de requir. Reis. Et proindè est, ac si non fuisset bannitus; quoniam fiebat adhuc finis, vt compareret, & eius effectus. Vt l. à filia. §. alumno. ff. ad treb. Angel. tract. malef. in verb.
156. Qui Dominus nu. 5. Item dicitur, quod Reo con-
157 uicto, & condemnato, si ab illa condemnatione appellauerit, & illa pendente moriatur, in causa non est amplius procedendum; quia omnis crimina-
158 tio morte extinguitur; Sed quantum ad bona appellatio est perficienda, si in illa sententia bona erant adempta, vt est in relegatis. Vbi quis damnatur in tertia parte bonorum suorum; & itā vtraquè quæstio, scilicet relegationis, & ademptionis tertiæ partis bonorū est principalis: Vnde vna extincta non extinguitur alia. l. relegatorum. §. ad tempus. ff. de
159 inter, & releg. Sin autem in sententia fuerunt adempta tacitè, vt euenit in deportatione, quando bona tacitè deportari sequuntur. l. deportati. C. de bon. præscript. tunc extincta causa principali, scilicet deportationis extinguitur accessoria, scilicet bonorum ipsorum. l. fin. C. si re. vel acc. mor. fue. Gand. tract. malef. Rubr. qui accusari possint nu. 3.
160 Item dicitur, quod Reus non potest examinari, nec etiam torqueri de aliis prætensis delictis, si de ipsis non fuerit accusatus, nec extant inditia, licet aliquando ob aliquam malam prætensam consuetudinem contrarium fuerit seruatum: Nanque daretur nimis magna potestas Iudicibus vexandi homines secundum Boss. tit. de examinibus Reorum num. 6. loquens de Iudicibus examinantibus Reos sine inditiis. Et sic in fortioribus terminis, multo minus tor-
161 quere, quod est maius præiudicium. Accedit, quod Reus confessus torquetur super aliis prætensis delictis de consuetudine, quando ideo est diffamatus. v. g. pro magno fure, seu magno falsario. Mars. in l. repeti. num. 41. ff. de quæst. Gram. vot. 13. num. 3. seq. Lancellot. Corrad. in suo reper. tit. de negat. crim. & torment. Bertaz. conf. 40. num. 8. Et ista dicitur laudabilis consuetudo, quando vltra confessionem cōcurrit diffamatio. Vt benè explicat Brun. tract. de indit. q. 5. secundæ par. nu. 65. Vbi quod isto casu Iudex debet abstinere ab interogatione, &
162 per consequens à tortura. Item dicitur, quod si Reus in examine neget delictū, quod postea probatur, si dicat, se fecisse ad sui defensionem, An debeat audiri. Vide Bonifat. Rubr. quid sit accusatio
163 num. 114. Item dicitur, quod si Reus moriatur pendente accusatione, regulariter non potest contra eum procedi. Not. de hoc Spec. de accus. §. fin. verb. Ità Reus est mortuus. 23. distin. quamobrem. Et quia (vt dictum est) morte extinguitur crimen. Vt l. aut priuatum. ff. ad sutpill. l. libellorum. § fin. ff. de accus. & l. diui fratres. fallit in crimine læsæ Maiestatis, hæresis Apostasiæ, peculatus, & sim. vt nor. l. 1. C. si Reus, vel accus. mor. fue. Bonifat.
164 Rubr. quid sit accusatio nu 119. Cæterum animaduertendum est, quod accusa, & processus primæ causæ eo mortuo non valent in secunda accusa;
165 quia extincta causa propter mortem omnia intelliguntur extincta. Vt l. fin. C. si Reus, vel accus. mor. fue. l. properandum. §. fin. cum sim. C. de iud. Et hoc verius. Bonifat. Rub. quid sit accusatio nu. 120.
166 Item dicitur, quod Reus accusatus v. g. de furto legitimis præcedentibus inditiis, & tortus si confiteatur furtum, de iure non potest iterum torqueri, nec examinari de aliis furtis, de quibus non est accusa-

cuſatus. Argum. l. is, qui. ff. de quæſtio. l. fin. C. de
act. l. momẽtaneæ. C. qui legi perſon. ſtan. in iud. non
hab. Ratio eſt, quia ſuper aliis non præcedunt indi-
167 tia: Et ſine iuditiis nullus eſt torquendus. Vt l.
milites, C eo l. ſicut. C. de falſ. Sed de conſuetudine
contrarium ſeruatur per multos Aſſeſſores; & malè
vt puto: Sed ſi procederetur per inquiſitionem, tunc
168 aliud fortè eſſet; quia ad officium Iudicis pertinet
inquirere, & punire. Vt ff. de Offic. Præſid. l. con-
gruit, & l. 3. extra de offic. ordi. c. 1. Bonifat. Rubr.
Quæ inditia debeant. nu. 7 Item dicitur, quod Re-
us captus. qui fecit ſuas defenſiones, ſeù ſuas pro-
169 bationes ad ſui defenſionem; ità quod pro eo fer-
ri debeat ſententia abſolutoria, etiam ante ſententi-
am debet relaxari, licet dicatur, quod lite pendente
nihil innouetur. Rom. in ſingul. primi anni. 373.
Auguſt. ad Angel. in verb. præſente d. Caio. nu 17.
170 Item dicitur, quod Reus, quando ſpontè ſua cri-
mina confitetur metu probationis mitius eſt puniẽ-
dus. Hoſtien. in c. de hoc, extr. de Simon. Et metu
probationis confiteri quis dicitur, quando iam vo-
171 catus erat ad iudicium. Vnde è diuerſo ſpontè
confeſſus appellatur; cum nullo præcedente ſtimu-
lo iudicium adit, & crimen confitetur. Panor. in d.
c. de hoc. Director. Inquiſit. 3. par. pag. mihi 412.
comm. 12. col. 2. Et quod d. Reus ſpontè confitens
delictum mitius puniri debeat, Tradit Abb. in c. atſi
Clerici, nu. 8. Et ibi Bero. num. 88. de iudic. vbi de
communi opinione. Quod procedit etiamſi timore
probationis faſſus fuiſſet. Ità tradunt Hoſtienſ. Fe-
lyn. & alii in c. de hoc. de Simon. Abb. in d. c. col. 2.
verſ. nota paria eſſe de iudic. Vbi ait id videri val-
de æquum. Nec diſſentit Tiraquell. de pœn tempe-
ran. caſu 30. num. 31. Simanc. qui teſtatur de com-
muni tit. de hæret. c. 55. nu. 6. Boſſ. tit. de examin.
172 Reor. nu. 16. Immò dicitur, quod confeſſus ſpon-
tè delictum mitius punitur, quam conuictus. text. in
c. Non dicatis. 12. q. 1. Ibi ſi hoc vltrò confiteatur,
parcitur illi, & oretur pro illo. Facit etiam text. in
l. quiſquis §. ſanè. C. ad l. Iul. maieſt. Et in c. qui
admiſſi 15. q. 8 & in c. in primis. 2. q. 1. & in c. in-
notuit. de elect. Aret. in c. Atſi Clerici. num. 9. l. 1.
C. nè rut. & curat. vectig. conducit. Dec. col. 4. in
6. notab. de Iudic. Felyn. nu. 2. Bero. nu. 20. & 87.
verſ. contrarium colligitur. & nu. 88. in princ. Et
verſ. prima opinio, & verſ. ſeq. Vbi teſtatur de ve-
teriori, & communi opinione. Et verſ. cæterum
& ſeq Vbi pariter teſtatur de communi, & reſpon-
det cõtrariis ext. de Iudic. Tiraquel. de pœn. cau. 30.
n. 1. ſeqq. Vbi & iuribus, & rationibus DD. & Theo-
logorum, & ſacræ ſcripturæ authoritatibus pluribus
hanc probant opinionem, & concluſionem. Bertaz. in
conſ. 37. nu. 3. verſ. Cæterum dato. lib. 1. Vbi am-
plius per text. in l. edicto in princ. de iure Fiſci. Et
in l. 1. C. de his quæ ſe deter. lib. 10. facit genera-
lem concluſionem, quod deferenti ſe Fiſco, ante-
quam cauſa per alium ſit Fiſco delata, ignoſcendum
eſt, quia non dicitur confeſſus metu probationum:
173 Nanquè confeſſus metu probationum dicitur ille,
qui primò negat, & poſtea dubitans conuinci fate-
tur, & ſic poſt litis conteſtationem. Bero. loco præ-
174 citato Sed ſpontè confeſſus ſecundum eundem
dicitur ille, qui in primo examine nulla præceden-
te interogatione liberè delictum fatetur, etiam quod
vocatus, & citatus exiſtat Ad idẽ adducit Anan. in c.
de hoc. nu. 5. ſeq. quem ibi refert, & ſequitur Felyn.
nu. 5. verſ. in ea Gloſ. extra de Simon. Vbi dixit,
quod ſpontè eum confeſſum credit, qui ſtatim tra-
ctus ad iudicium confitetur. Et vide etiam Tiraquell.
cauſa 30. de pœn. nu. 10. ſeqq. Vbi Bart. & Bal.
cum aliis ibi per eos relatis, concludunt ſpontè con-
feſſum dici nõ ſolum eũ, qui tractus ad iudicium, ſta-
tim interogatus, antequam teſtes recipiantur, fa-
tetur, ſed etiam eum, qui poſt negationem ſtatim
confitetur; dummodò Accuſator, vel Iudex ex illa
negatione non fuerint onerati probandi neceſſitate.
Quod, & idem voluit Hyppol. Riminal. conſ. 245.
175 nu. 59. ſeq. lib. 3. Item dicitur, quod Reus non
poteſt interogari de ſociis. text. in l. fin. C. de accu-
ſat. & eſt communis opinio. Vt dicit Ioan. de Amic.
conſ. 27. nu. 1. præterquam in furibus, fraudatori-
bus ſalis, vel bladorum, Aſſaſiniis, latronibus, qui
in viis publicis craſſantur. Clar. §. fin. q. 21. verſ.
176 delictum ſocii. Item quod Reus negatiuus priuſ-
quam vti impœnitens condemnetur, plura ſunt con-
ſideranda, & ratio diligens eſt habenda; nam ſi Re-
us negatiuus ex vita anteacta, bonis moribus, &
bona fama procul v. g. ab hæreſi ſibi obiecta abeſſe
videatur, in quo vrgeri teſtimonio præſumendum
eſt, quando teſtes non ſunt per omnia probati, aut
accuſato aliquando fuerunt inimici, quod Inquiſitor
officio inquirere debet Director. Inquiſit. 3. par. pag.
177 mihi 526. comm. 48. col. 2. Et dictus Reus ne-
gatiuus per teſtes inhabiles conuictus, vt ſunt excõ-
municati, ſocii criminis, periuri, infames, & alii
minus digni, non eſt tradendus curiæ ſæculari. Quod
non obſcurè videtur iudicari in c. in fidei fauorem,
dum ait ex numero teſtium, quaſi diceret ex multi-
tudine teſtiũ. Director. Inquiſit. 3. par. pag. mihi 603.
178 comm. 113. col 2. Item dicitur, quod Reus ab vno
tantum Inquiſitore puniendus eſt Angel in l. ſi plu-
ribus. in princ. verſ. præterea dixit. ff. de legat. pri-
mò Guid. de Suzzaria l. ſi quia poſtea ff. de iudic.
179 Carrer. tract. de hæret. n. 94. in fin. Nequè enim
iuſtum eſt pro eodem delicto quempiam pluribus
pœnis affici, cum ab vno legitimo Iudice ſufficien-
ter fuerit punitus. Director. Inquiſit. 3. par. pag.
190 mihi 577. comm. 93. col. 1. Item dicitur, quod
Reus varians, ſeù vacillans in depoſitione in cauſa
hæreſis ſibi ad torturam non facit inditium; quia
propter vnum inditium tantum nemo eſt torquen-
191 dus, & variatio vnum eſt inditium: Rurſus quia
192 ob inditia à crimine remota nullus videtur tor-
193 quendus. Variatio autem videtur inditium ſatis
194 à crimine remotum. Vnde dicendum eſt varia-
195 tionem, & vacillationem non facere inditium ad
torturam. Et hanc ſententiam vocat communem
Carrer. in pract. crim. num. 119. verſ. Secundum
indi-

196 inditium est. Vbi asserit solam variationem aut
mendacium, aut pallorem, titubationem, trepida-
tionem, & id genus aliud, quæ coram Iudice fiunt
non facere inditium ad torturam, sed quandam su-
spicionem, cum hoc sit remotum inditium. Idem
tenet Marf. in pract. crim. §. diligenter. Idem conf.
51. Gram. decis. 34. incip. In præsenti. Ioan. de
Amic. cons. 134. Et alii quos ibi Carter. Nam vltra
variationem sequentia videntur concurrere debere.
197 Primum quod variatio, vacillatio, mendacium,
&c. committatur circa substantialia delicti, de quo
queritur. Ità tradit valdè singulariter, & iudicio no-
stro verè Paris. de Put. in tract. de Scyndic. in verb.
tortura lo primò vers. viso de inditiis, quem sequitur
Carter. pract. crim. nu. 119. seq. Vbi addit solam
variationem non facere inditium, nisi, & alia con-
currant. Hos refert Clar. in pract. crim. §. fin.q.21.
vers. mendacium. Rursus præter variationem, &
mendacium, &c. necesse est quod alia signa delicti
commissi à Vacillante interueniant. Vt puta quia
v.g. Reus alias suspectus est de hæresi, vel infamatus,
quod id crimē cōmiserit, de quo interogatus vacillat.
Ità Clar. præcitato loco. Simanc. de Cathol. Instit. tit.
65. num. 33. Et hanc sententiam ità explicatam ap-
pellat Plotus in repetit l. si quando. num. 886. Ob
eamque rem sola variatio, vacillatio, pallor, titu-
batio, &c. nisi, & quæ tradidimus, concurrant nul-
lo modo sufficiunt ad torturam: Nam verecundia,
timor, periculi magnitudo, rei nouitas, Iudicis au-
thoritas, ira, dolor, recordatio, futuræ infamiæ,
& cæteræ animi perturbationes ità sæpè rationem
impediunt, & perturbant, vt sæpè etiam Sapientissi-
mi, & prudentissimi Viri aliena loquarur. Quamo-
brem diligenter est perscrutandum, an, & quando
deceat ex hoc inditio ad torturam infligendam ac-
198 cedere; quia facinorosis forsan, quibus familia-
re est vti fraudibus infligēda est. Director. Inquisit. 3.
199 par. pag. mihi 595. comm. 110. Quibus omni-
bus additur, quod rei variatio nihil obstat, quando
probat substantiam de eo, de quo tractatur; & quan-
do non recordatur de aliquibus circumstantiis. Vt
200 v.g. de tempore, nihil interest. Ità ad litteram
dixit Bal. l. 2. in finalibus verbis. C. de donat. ante
201 nupt. Immò dicitur, quod Reus in suis defensio-
nibus potest mendacia proferre, & variare propter
sui salutem, secus est in teste. Scripserunt Andreas
de Iserma in constit. Regni, si damna. in tit. de ho-
mic. col. 10. vers. Item nota. Et ibi afflict. in 14. no-
tab. vers. Sed quæro Paris. Put. tract. de Scyndic. in
c. incip. viso de indit. indubitat. nu. 4. seqq. Immò
(inquam) dicitur, quod Reus circa metum periu-
rii, vel mendacii videtur posse variare, & menda-
cia proferre. Carrer. post alios, quos allegat, dicit
hoc communiter teneri in d. l. obseruare. Et id op-
tima ratione censetur permissum; quia vnicuiquè li-
202 cet sanguinem suum redimere quoquo modo l. 1.
& ibi Bart. ff. de bon. eor. qui ante sent. mort. con-
sciuer. Refert, & sequitur Curt. Iun. in repetit. l. ad-
203 monendi nu. 260. ff. de iureiurand. Ex quibus in-
fertur, quod mendacium, vel variatio citra metum
periurii potest fieri à Reo, & sibi non facit inditium
ad torturam, seù non est sufficiens ad torquendum;
quia licet Reo variare, & mendacia deponere pro-
pter sui salutem. l. nemo. ff. de except. l. 1. ff. de
bon. eorum. Gram. vot. 30. nu. 16. Vbi quod ista
est communis opinio: Ratio est, quia nemo debet
204 se ipsum prodere. c. Non dico tibi de pœnit. di-
205 stin. 1. Et ideò respondens inquisitioni contra ve-
ritatem non tenetur de periurio. Alex. in Apostill.
206 ad Bart. l. 1. ff. de bon. eorum. Et quod menda-
cium non sit sufficiens ad torquendum, demonstratur
207 ex dicto Bart. in l. fin. ff. de quæst. Vbi quod men-
dacium est maxima præsumptio contra Reum, at
præsumptio est minus quam inditium, quod requi-
ritur ad torturam. Ità ostendit Alex. cons. 89. col. 1.
208 vers. restat ergò lib. 3. Vnde ex nudo mendacio
sine aliis adminiculis nō potest torqueri Reus Natt.
cons. 362. nu. 6. Vbi ait hanc esse communem opi-
nionem scribentium in vtroque iure. Franc. Perso-
nal. in tract. de indit. nu. 96. Vbi testatur de magis
209 communi opinione. Item dicitur, quod Reus,
licet dicat habere testes pro ratificatis, seù ritè, &
rectè examinatis; tamen ratificandi sunt; tum quia
sæpè solet suas defensiones reuocare; tum etiam
210 quia defensionibus renunciare non potest, ma-
ximè si puniendus est pœna graui. l. si non defendan-
tur. ff. de pœn. Glos. recepta in l. pactum inter hæ-
red. ff. de pact. Simanc. Enchirid. tit. 35. de test.
211 num. 11. Item dicitur, quod Iudices Reis fauora-
biliores esse debent, & potius proni ad nocentes ab-
soluendum, quam ad condemnandum; & id sanci-
tum est, de probat. c. ex litteris de fid. instrum. & c.
inter dilectos. c. accusatus. §. licet. de hæret. lib. 6.
l. scire. §. aliud. ff de excusat. tuto. l. fauorabilio-
res. de reg. iur. l. arrianus. ff. de act. & obligat. l. ab-
sentem. de pœn. Abb. in c. Ex litteris. col. 3. & ibi
Felyn. in 2. notab. de probat. l. Pomponius. §. sed.
212 ff. de rei vendit. Item dicitur, quod Reus negans
se hæreticum esse, ac instis defensionibus vt volens
vtiquè audiendus est: Et prima defensio est, negare
213 crimina falsa ei obiecta. Nam vt Fabius lib. 3. c.
8. inquisit. longè fortissima tuendi se ratio est, si
214 quod obiicitur, negari potest; quia Accusatore
non probante Reus, etsi nihil præstiterit, absoluēdus
est. l. qui accusare C. de edendo. l. Actor. de probat.
Simanc. Enchirid. tit. 47. de defensionibus. num. 1.
215 Item dicitur, quod Reus diluens obiecta crimi-
na absoluendus est Simanc. Enchirid. tit. 51. de ab-
216 solutione nu. 1. Item dicitur, quod Reus punitus
in foro Ecclesiastico nō potest puniri in foro Ciui-
217 li, quando crimen est merè Ecclesiasticum, de
quo non iudicat laycus. c. Vt Inquisitionis. §. pro-
hibemus de hæret. lib. 6. maximè cum pœna impo-
sita à Iudice Ecclesiastico, etiam tendat ad vindi-
ctam. l. Prętor edixit. §. si dicatur. ff. de iureiur. Vbi
218 Bart. & DD. Secus autem dicendum esset in deli-
ctis mixti fori. Vt in blasphemia; nam tunc pœna
Iudicis Ecclesiastici non impediret pœnam Iudicis
sæcula-

sæcularis. Auton. Gomez. lib. 3. variar. resolut. c.
1. num. 40. Director. Inquisit. par. 1. nu. 13. pag.
219 mihi 40. Item dicitur, quod Reus sine Accusato-
220 re non damnatur. Boss. tit. de Inquisit. n. 14. Item
dicitur, quod Reus relaxatus sub fideiussione non
potest pro eodem delicto denuò carcerari aliis non
superuenientibus indiciis; quia videtur tacitè pro-
221 nunciatum ad eius fauorem; Et illa relaxatio ha-
bet vim tacitæ absolutionis. Anan. cons. 17. col. 2.
Alex. cons. 179. vol. 2. Boss. tit. de carcerat. fide-
iuss. committen. nu. 19. Diuina enim Clementia
non patitur dimissa peccata iterum in vltionem re-
222 dire. c. fin. de pœnit. 4. distin. Item dicitur, quod
Reus relaxatus sub fideiussione, & nolens se repræ-
sentare, & obiectis respondere, eius bona non erunt
223 annotanda: Immò alio modo proceditur contra
eum; quia imponitur ei pœna pecuniaria. Vt l. 1. ff.
si quis ius dicen. non obtemp. Et si adhuc in contu-
macia perseueret, sæpius admonitus debet relaxari.
l. absentem. §. aduersus. ff. de pœn. & l. capitalium.
224 §. 1. & l. 1. ff. an per al. capi. Item dicitur, quod Re-
us, vt teneatur de auxilio alteri præstito, requiritur,
quod id fuerit expressè, & deliberatè coadunatus;
nec non requiritur, quod Fiscus probet tractatum
225 præcedentem; alias si illa qualitas non probetur,
præsumitur, quod absque dolo, & incidenter inter-
uenerit. l. 3. §. homines. ff. de vi bon. rapt. Bart. in
l. omnes. C. de Agric. & Censit. lib. 10. Anchar.
cons. 217. Felyn. c. cum vicesimum. in princ. de
offic. delegat. Paris. cons. 152. num. 33. vol. 4.
226 Et præsentia cum armis, & ense euaginato non
sufficit ad præstandum auxilium, & opem. Bart. &
alii. l. Sed si in eo. ff. ad Syllan. Cœpoll. cons. 34.
col. 7. nu. 2. l. 2. §. dolo vers. homines. ff. de vi bon.
rapt. Rom. cons. 473. Angel. l. is, qui opem. ff. de
furt. Dec. c. quia quæsitum. nu. 69. vers. sextò fal-
lit. de offic. delegat. in fin. Felyn. c. 1. col. 6. vers.
limita, nisi præstans auxilium. De offic. delegat.
227 Et Auxiliator verus nunquam punitur eadem
pœna, qua principalis, sed mitiori. Gabriel. Rubr.
de furt. col. 5. in fin. sequitur Felyn. c. 1. col. 6.
vers. limita, nisi præstans auxilium. De offic. Dele-
gat. Salic. in l. vnica. C. de rapt. virg. cum pluribus
concordantibus, de quibus per Mars. in l. eiusdem.
num. 4. & in l. fin. ff. ad l. Cornel. de Sycar. Quod
procedit, etiam si statutum ità dictaret: Nam intel-
ligitur de auxilio, quod fuit causa maleficii, & non
de alio modo auxiliandi. Ità Riminal. Iun. cons.
106. nu. 12. vol. 1. Per Text. in l. penult. ff. de Sy-
car. Gloss. l. aut facta. ff. de pœn. Angel. in l. is, qui
opem. ff. de furt. Ruyn. cons. 82. nu. 5. vol. 4. Mars.
228 cons. 30. col. 3. Nec obstat, quod Agentes, &
consentientes pari pœna puniantur; nam id proce-
dit, quando omnes eiusdem animi fuerunt, v. g. ad
occidendum, & dederunt causam mortis. Idem te-
net Petr. à Placa in lib. 1. delict. c. 16. nu. 15. Etsi
non dedissent causam mortis. Gratt. cons. 52. nu. 3.
& l. in furti, §. ope. ff. de furt. Corn. cons. 8. lit. A.
lib. 3. Dec. c. 1. num. 12. de offic. delegat. Aym.
cons. 220. nu. 12. Soc. cons. 188. n. 7. lib. 2. Boer.
229 decis. 167. Item dicitur, quod Reus dicens non
recordari de aliquo, non est torquendus, quando
230 obliuio est alicuius facti ante tres annos; quia
obliuio præsumitur post cursum trium annorum;
cum de præterito possit quis obliuisci de eo, quod
231 ipsemet fecit. Memoria enim hominis est labilis,
& nō diuturna. Gram. in propriis terminis. cons. 47.
232 num. 14. seq. post alios, quos allegat. Immò di-
citur, quod quando Reus dicit non recordari, quo-
modò factum præcesserit, & postea recordetur, im-
possibile, seu falsum non dicit. Dixit Bart. l. quæ
bona. §. si quis stipulatus. ff. de damn. infect. Et
ideò dixit Bal. in c. 1. §. notandum. De notis feud.
233 Quod testis qui dixit heri non credo, hodie po-
test credere, & qui heri dixit nescire, potest hodie
scire; quia possibili veritate inesse posita nulla ne-
cessario sequitur falsitas, nec potest dici periurus.
Tradit Bal. l. de tutela. C. de in integr. restit. mi-
nor. Angel. l. quidem tabularum. ff. de furt. Vndè
dicitur, quod Testis, qui prima vice, seu heri ne-
scire, vel non recordari asseruit, l. Cornelia non
plectitur. Iacob. de Aret. in l. 2. §. quod obseruari.
C. de iuram. calumn. Vulpell. cons. 29. nu. 9. quem
sequitur Bal. tit. de notis feud. §. notandum. Hæc
incidit in falsum. Boss. tit. de fals. nu. 135. & non
facit inditium ad inquirendum contra alium. c. si-
cut nobis. de test. Alciat. tract. de præsumpt. reg. 2.
præs. 10. & cons. 19. lib. 7. quia iterum falsum iu-
rare non præsumitur. Vulpell. cons. 48. num. 3.
234 Item dicitur, quod Reus non potest torqueri su-
per præcisa responsione habenda, quando verisimi-
liter non recordatur de eo, quo interogatur; cum
v. g. elapsi fuerint plures anni. Clar. q. 45. vers. Sed
ponè, quod Reus. Mascard. de probat. cōclus. 1122.
235 num. 26. & 31. Vbi tunc demum torquetur Re-
us, quando concurrit verisimilitudo, & cursus mo-
236 dici temporis. Verum non debet esse in potesta-
te Iudicis sub prætextu non præcisæ responsionis tor-
quere illum, contra quem super delicto principali
237 nulla adsunt inditia. Item dicitur, quod Reus
captus ab vno Iudice non potest ab alio arrestari,
etiam quod habeat aliam causam. Habemus in Vrbe
bullā Pauli Tertii 58. in prima parte Bullarii. vers. Et
238 insuper dd. Iudices. Et illud per Iudices est scien-
dum, quod causa vbi coepta est ibi fieri debet. l. vbi
coeptum. ff. de iudic. §. quoniam. in Auth. de test.
239 Item dicitur, quod Reus vltra contumaciam de-
bet conuinci per testes, & necesse est, quod constet
contra ipsum de corpore delicti; alias Bannum, seu
Condemnatio est ipso iure nulla. l. raptores. C. de
Episc. & Cler. post princ. Oldrad. cons. 175. in
princ. Spec. tit. de accus. §. fin. col. 9. vers. sed pone.
Hyppol. cons. 49. num. 30. & cons. 64. num. 12.
240 Item dicitur, quod Reus, quando non est legiti-
mè citatus, sententia non valet, & est nulla; quia
citationis defectus annullat processum, & sententi-
am. Vt latè tradit. Vant. tract. de nullit. & defect.
citat. per totum. Plot. cons. 70. nu. 28. seqq. inter

241. con.

241 conſ. crim. diuerſ. Et citatio apparere debet in
proceſſu, & penes acta ſcribi debet. Vt per Marian.
Soc. tract. de citat. in 13. artic. num. 5. Brun.
conſ. 115. num. 62. inter conſ. crim. diuerſ. lib. 2.
242 Et citatio de iure perſonaliter fieri debet, ſi citan-
dus reperiri poteſt, ſin autem ad domum. l. 1. §. 1.
de lib. agnoſcen. Dyn. & Bart. in l. 4. §. prætor. ff.
de damn. infect. Bart. & Salyc. in l. conſentaneum. C.
quomodo, & quando Iud. Matth. ſing. 85. & ad ma-
teriam vide Marian. Soc. de citat. Rebuſ. Gloſ. c. nu.
2. fol. 324. ſin autem non poteſt, vt dixi perſonali-
243 ter, debet fieri domi, alias ſententia eſt nulla.
Abb. l. i. nu. 22. C. de hæred. inſtit. Bal. l. conſen-
taneum. n. 44. C. quomodò, & quando Iud. Clar. §.
fin. q. 31. verſ. dictum eſt de fama. Et quando Re-
us non eſt legitimè citatus, ſententia, ac omnia
inde ſecuta ſunt ipſo iure nulla Gloſ. in l. accuſato-
ribus. in fin. C. de accuſat. Rolan. qui teſtatur de
communi conſ. 68. nu. 2. & 14. Bal. c. ſi Clericus.
col. 1. de pac. tenen. Et conſuetudo id poſtulat. Bal.
d. l. conſentaneum. nu. 44. C. quomodò, & quan-
do Iud. Foller. in ſua prax. crim. fol. 42. Boſſ. tit.
de citat. n. 16. Clar. §. fin. q. 31. verſ. ſed nunquid.
244 nu. 4. vide etiam plura in verb. Beneficiatus. Itē
dicitur, quod Reus de eodem delicto ſæpius quæri
non poteſt, quando ſemel ad publicam vindictam
actum eſt, vt iam ſi impoſita ſit maior pœna, quam
245 ſit pœna loci delicti. Boſſ. tit. de ſent. nu. 79. Item,
dicitur, quod Reus non poteſt torqueri ob ſolam cō-
246 rumaciam. Item dicitur, quod Reus, quamuis ali-
qui DD. dixerint, quod ad dictum ſocii criminis de
conſuetudine torqueri poteſt; tamen huiuſmodi con-
ſuetudo non eſt ſeruāda. Text. in l. ſed licet. ff. de offic.
247 Præſid. Vbi habetur, quod non id, quod fit Romæ,
ſed quod de iure fieri debet, ſeruandum eſt. Bertaz.
conſ. 225. poſt n. 19. lib. 1. & conſ 556. lib. 10. in fin.
ſeq. lib. 2. Vbi declarat d. conſuetudinem interogādi
Reos ſuper aliis locum habere in diffamatis: Sed hāc
conſuetudinem non probat Farinac. q. 43. prout nec
etiā ego probo n. 124. præterquam in caſibus à iure
248 permiſſis. Nec id ab re videri debet, quia tortura
vt infligi poſſit, aliæ præſumptiones, & adminicula cō-
currere debent, quā dictum ſocii criminis. Clar. q. 21.
249 verſ. ſed quod in criminibus exceptis, Vbi dicit,
quod ſola ſocii criminis nominatio aliquale facit præ-
ſumptionē, & id etiam in crimine excepto. Carrer. in
250 ſua prax. §. octauum inditiū. n. 10. & 16. Vbi āpliat,
etiā quod ſocius criminis in tortura depoſuerit. Hyp-
251 pol. §. diligenter. n. 60. Et ſocius criminis infamis,
criminoſus, & qui plures patitur defectus, ſeu excep-
tiones, puta, quia ſit vilis, abiectus, pauper, minor, lu-
xor, vel alias inhabilis, nec etiā in exceptis ad torturā
252 facit inditiū: Immò nec etiā ad inquirendū etiam
in caſu, in quo veritas aliter haberi non poteſt; etiam
in crimine læſæ Maieſtatis, etiam cum tortura, etiam
quod infamia aliunde probetur quā per ſententiam,
aut confeſſionē ipſius Rei, ac etiā quod defectus ſint
tantumodo duo. Marſ. ſingul. 200. & conſ. 74. n. 23.
ſeq. & conſ. 102. n. 12. Grā. conſ. 35. n. 23. ſeq. & conſ.
60. n. 4. & conſ. 38. n. 9. & conſ. 70. n. 7. in fin. ſeq. vbi
n. 9. loquitur etiā in caſu, in quo aliter veritas haberi
nō poteſt. Et cōl. 1. materia Foci iudicationis poſt ſu-
as deciſiones. n. 61. & vot. 34. n. 8. ſeq. Carrer. in pract.
in 2. tract. de indit. & tortu. §. octauū inditium. n. 23.
Farinac. conſ. 79. n. 1. Foller. in pract. crim. in 1. par.
3. par. principalis. verſ. Et licet in caſibus exceptis,
&c. & in fine numeri. verſ. & nota vlterius. Aym. conſ.
6. n. 55. ſeq. Boer. deciſ. 19. poſt n. 3. Gig. de crimine
læſ. Maieſt. lib. 2. tit. quomodò, & per quos crim. læſ.
maieſt. & reddit rationem Natta conſ. 298. n. 6. ſeq.
lib. 2. vbi reddit rationem, & ampliat, etiā quod in fa-
mia ſit probata aliundè, quam per ſententiam, aut
confeſſionem ſocii criminis. Rolan. conſ. 16. num.
20. ſeq. vol. 1. vbi de ſocio criminis abiecto, &
paupere. Et conſ. 37. num. 38. ſeq. vol. 4. vbi la-
tè, & præſertim de ſocio criminis luxore. Menoch.
de Arbitrar. q. lib. 2. caſu 474. num. 54. Hier. de
Monte q. 16. num. 22. Burlatt. conſ. 69. & conſ.
239. num. 42. vbi pariter de communi. E quod de-
fectus duo ſufficiunt; Et ampliat, etiam quod in tor-
253 tura deponat; cum tortura non ſuppleat, niſi vnū
tantumodo defectum; quod & antea dixerat in conſ.
192. n. 21. ſeq. & conſ. 201. n. 57. & conſ. 275. n.
19. vbi quod iſto caſu nec etiā ſufficit ad inquirendū.
Bonacoſſ. in commun. opin. par. 1. verſ. ſocio crimi-
nis non creditur. fol. mihi 152. col. 4. vbi etiam de cō-
muni. De qua, & per Laurent. Kircheu. in ſuis cōmun.
opin. cent. 4. n. 41. Bertaz. conſ. 61. n. 16. ſeq. lib.
1. vbi præcipuè in ſocio criminis minore, & paupe-
re, & conſ. 39. n. 14. & conſ. 4. n. 12. & conſ. 234.
n. 5. & conſ. 341. n. 27. & conſ. 333. n. 3. & conſ. 556.
ante n. 13. Oſaſc. conſ. 64. n. 30. Maſcard. de probat.
lib. 1. concluſ. 462. n. 25. vbi loquitur in crimine læſæ
maieſtatis. Et lib. 3. concluſ. 462. concluſ. 13. n. 15.
iūcto n. 41. vbi etiā de ſocio criminis minore, & pau-
pere. Faciūt quę ſcribit Farinac. in prax. crim. tit. de
indit. & tortu. q. 43. n. 122. vbi etiā in ſocio criminis
habilitato per ſtatutū ad teſtificandū. Honded. conſ.
30. n. 37. vbi ampliat etiā quod depoſitio emanauerit
in tortura. Et ibidē n. 22. ſeq. vbi ampliat etiā ad in-
quirendū: Et aliis relatis teſtatur de cōmuni ad cuius
comprobationem videndi ſunt plures concordantes
relati per Baiard. in pract. q. 24. n. 129. quo in loco li-
cet idē Baiard. cui cōtra teſtetur cōſuetud. ſeruari oēs
teſtes, ſeu ſocios criminis cū tortura admitti, etiam
quod mille paterētur exceptiones, & defectus, ac etiā
ad faciendū inditiū ex Boſſ. quē allegat in tit. de indit.
n. 156. & Clar. in pract. q. 21. verſ. ſcias tamē. Qui ta-
mē nō loquitur in ſocio criminis patiēte plures defe-
254 ctus, ſed in ſocio criminis periuro. Tamē Farinac.
in prax. crim. tit. de indit. & tortu. q. 43. n. 178. teſtatur
in ſocio criminis patiēte plures defectus nūquā vidiſ-
ſe in Vrbe, quod fuerit ad torturam deuentum, niſi vltra
inculpationem, & nominationem ſocii criminis con-
currerent alia, quæ de ſe ſola inditium facerent ſic,
255 concluditur, quod ſocii criminis, quamuis in tor-
tura emanauerint, non conuincunt confeſſos. Tra-
dit Bal. in l. quoniam liberi. n. 2. C. de teſt. Vbi quod

I non

non creditur testibus de se confessis in alios. Per l. fin.
256 C. de accusat. Et tales testes probant solum ad inquirendum. Gram. cons. 61. post num. 1. & decis.
28. post nu. 17. Natt. cons. 298. nu. 9. in fin. l. 1.
§. Diuus Antonius. ff. de quæst. l. quoniam liberi. C.
257 de quæst. Ratio est, quia si socii criminis dictum admitteretur ad faciendum inditium ad torturam, sequeretur quod esset testis in causa propria, quod
258 esse nequit. l. nullus. ff. de test. Item dicitur, quod Reus non præsumitur deliquisse sine causa. Bart. cons. 8. nu. 8. inter cons. crim. diuers. lib. 1.
259 Item dicitur, quod Reus homicidia non dicitur, quando non est secuta mors. quo casu mitius puniri debet Boss. tit. de homic. nu. 12. Cœpoll. cons. vlt. n. 5. seq. Gram. post alios, quos allegat decis. 2. n. 32.
260 Item dicitur, quod Rei merita faciũt minuere pœnam. l. 2. §. cum Appius. ff. orig. iur. Rom. cons. 310. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrim. Vbi limitat leges generaliter dicentes pœnis afficiendos esse delinquẽtes non habere locum ad casum, quo quid vti-
261 le pro Rep. quis egerit; quia tunc Princeps poterit ei dare impunitatem. ità Text. in l. 1. ad fin. vers.
262 ob merita indulsit. ff. de constitut. Principis. Item dicitur, quod Reus mitius puniendus est, quãdo adest diuturnitas tẽporis commissi delicti, & carcerationis. l. omnes. C. de pœn. cum carcer sit mala mansio. l. itẽ
263 apud labeonem. §. questionis. ff de iniur. Et quod ob diuturnitatem commissi delicti, sit pariter alleuiãda pœna. Sripserunt Gram. cons. 39. in princ. loquẽs in propris terminis homicidii cõmissi ex cursu octo annorum Per Text. expressum l. si quis diuturno. ff. de pœn. sequitur Abb in c. Cũ haberet de eo, qui duxit
264 in matrimonium. Item dicitur, quod si Reus deliquisset, verisimile esset, quod aufugisset, & nõ stetisset
265 v. g. in Vrbe, aut se absẽtasset. Sicut enim fuga pręstat inditiũ ad delictum. Bart. l. Cornell ff. ad Syllan. Et inducit suspicionẽ contra fugientem. l. Impuberibus. §. pręterea, & ibi Bart. ff. de suspect. tuto. Ità & nõ fuga debet operari pręsumptionẽ ad non delictũ. Vt sic operetur oppositum in opposito, quod propo-
266 sitũ in proposito. l. fin §. fin. de legat. 3. Item dicitur, quod Reus nullo modo torqueri debet, si bona eius fama probata fuerit per testes ad defensam examinatos. Ità Bal. in l. 1. in fin. C. locat. Blanc. de iudit. nu. 414. Boss. tit. de indit. nu. 52. Cirill. crim par. 3. Rubr. de quæst §. 9. nu. 4. Vbi quod fama bona
267 probata Rei cessat inditium ad torturam. Hæc
267 est nouum, quod vnum inditium Rei tollat aliud Fisci. l. Diuus. ff. de in integr. restit. Mars. cons. 109. nu. 29. Gram. cons. 13. num. 9. & Decis. 18. n. 5. Foller. in pract. in verb. dantur capitula. n. 47.
268 Vbi quod si adsunt coniecturæ contrariæ, illa est
269 eligenda, quæ excludit delictum. Et vnum inditium innocentiæ tollit omnia alia inditia, ex quibus ipse torqueri possit. Vt Ias. in l. fin. in fin. C. com.
270 mun. delegat. Hinc est, quod in criminalibus probatio Rei, quamvis dubia, & imperfecta, & non plena taliter offuscat, & obnubilat, seu obumbrat probationem Instigatoris, quod sequi debet absolutio. Corn. cons. 134. vol. 4. col. fin. Ias. post Bart. in l. non solum. §. sciendum. col. 2. ff. de nou.
271 op. nunciat. vers. secunda conclus. Bart. Immò etiam fama bona Rei tollit inditia ad torturam resultantia contra ipsum ex dicto socii criminis, quamuis simus in exceptis, & atrocissimis delictis. Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de indit. & tortu. §. octauum inditium. nu. 13. seq. Gram. cons. 21. nu. 10. & cons 35. nu. 25. 49. & 50. & cons. 61. nu. 1. & cons. 70. nu. 7. Vbi loquitur de dictis duorum Sociorum criminis. Et decis. 28. num. 17. Paris. cons. 151. nu. 13. lib. 4. Soc. Iun. cons. 39. nu. 66. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1311. Honded. cons. 100. num. 4. & 20. Ex hoc intelligitur, quando inditia duorum Sociorum criminis non
272 superant bonam famam. Item dicitur, quod Reus Clericus, quando non constat, quod sit incorrigibilis, nullo modo potest puniri pœna mortis naturalis. c. Cum non ab homine. vers. quibuscunq;
273 criminibus. de iudic. Quæ verba cum sint prægnantia comprehendunt omne grauissimum crimen l. ea tamen adiectio. de legat. 3. Soc. cons. 3. nu. 23. lib. 3. Quod dicitur tantum de Clerico in sacris constituto. Boss. tit. de for. compet. n. 136. & 141. Vbi attestatur de communi opinione Plac. in Epithom. delict. c. 21. n. 7. Dec. in c. At si Clerici. n. 258 de iudic. Vbi pluribus rationibus exornat hanc opinionẽ.
274 Item dicitur, quod Reus producens testem ipsius personam approbat. Glos. in c. præsentium. de test.
275 Abb. & alii c. examinata. de Indic. Itẽ dicitur, quod Reus docẽs de gratia sibi facta à Principe illa potiri debet. Bal in c. 1. c. 2. per quos fiat inuestit. afflict. post alios decis. 243. n. 4. Boss. de remed. ex fol. Clem.
276 Princ. n. 54. seq. Item dicitur, quod Reus admissus ad nouas defensiones ex gratia Principis ad effectum se defendendi super aliis prætensis delictis, tortus per horam, & sustinens dicitur purgasse nè dum inditia, si quæ extabant, sed etiam plenas probationes fecisse. Aym. cons. 178 nu. 10. & cons. 287. Salyc. l.
277 ea quidem. C. de accusat. Item dicitur, quod Reus, qui se tenet in tormentis, beatus est, & melior reputatur, quam ante accusationem erat. Vt tradit Boer. post Iacob. de Bellouis. quem allegat decis. 163.
278 nu. 14. Immò etiam dicitur, quod tormenta sustinens non potest condemnari, sed absolui debet. l.
279 absentem. ff. de pœn. Cœpoll. cons. 6. n. 12. Immò (inquam) dicitur, quod si Reus tormenta vincit, eo ipso purgat, & diluit antecedentia inditia, & est supplicio liberandus. Bart. in l. vlt. Alberic. in l. edictum. Hyppol. in l. repetit. ff. de quæst. Aym. cons. 168. Simanc. tit. 52. de torment. n. 40. vide inferius
280 in verb. Reus multa dicit, & fatetur non vera. Item dicitur, quod Reus absolutus de aliquo crimine pro eodẽ crimine detineri, & molestari non potest; cũ de eiusdẽ hominis delicto non sit sepius quærendũ c. de his extra de accusat. Aret. cons. 58 Felyn. c. de his extra de accusat. Boss. in pract. crim. tit. de sententiis num. 64. & tit. de publ. violent. num. 114. Et facit Text. in l. licet. §. fin. ff. de accus. Anan. cons.

conf.17.n.11. Quod procedit, etiamsi fuisset ex gratia absolutus. Glos. c. de his, Dec. conf.137. in fin.
281 Ratio est, quia de delicto nemo bis quæri potest. Quod militat ne dum in absoluto, sed etiam in condemnato. Castren. conf.18.vol.1. Alex.conf.11. col.pen.vol.1. Bal.conf.31. & conf.292. lib.4.Clar. q.57. in princ. Id quod procedit, etiamsi minori pœna fuisset punitus, quam delicti qualitas requirebat. Bald. conf.34. in fin. lib 1. quem refert, & sequitur Boer.dec.289.n.1. Vbi & ad practicam quotidie seruari testatur Boss.tit.de sent.nu.79 Diuina enim clementia (vt dictum est) non patitur dimissa peccata iterum in vltionem redire, c. fin. de pœnit. 4. distin. Dec.conf.137. Parif.conf.1.vol.4.nu.14. seqq. Im-
282 mò etiam dicitur, quod absolutus semel ab aliquo
283 crimine non debet contra eum de eodem crimine amplius quæri; quia nec etiam Deus iudicat bis in idipsum. 81.distin.præsbiter.13.q.2.quæsitū 23.q.5. quid ergò, de pœnit. distin.3. § authoritas. Et dic in idipsum (vt superius dictum est) idest per eandē causam, vel propter idem factum. Dūmodò diuersę causæ non subsint: Nam benè quis punitur bis, puta quādo ex diuerso facto diuersæ oriuntur actiones; puta Actio l.Aquiliæ, & iniuriarum. Vbi intentata vna intentatur & alia in id, quod reliquum est, ff. de act. & oblig. qui seruum. Et sic collige ex præmissis, quod illud, quod primò dicitur super eodem in prin. locum habet quoad animæ salutē; quia Deus nō vult mortem peccatoris, scilicet quoad animā, quam creauit, de pœnit. dist.1. c. quia diuinitatis. Ad idem argum. eadem dist. sicut primi, in fin. 3.q.4. hi qui 23.q.8. his à quibus, in fin. Alia verò authoritas locum habet quoad corpus: nam & mortē corporis propter peccatum homini Deus inflixit. Vt in præalleg. c. sicut primi, in fin. Et ità patet, quod loquitur de eo, qui Eccles. sacramenta cum instantia petit. Direct. Inquisit.
284 2.par.pag.mihi 198.n.3. Item dicitur, quod Reus nominans socium criminis nulla præcedente interogatione de sociis nullū facit inditiū; quia talis nominatio præsumitur suspecta. Gand.tit.de quæst.& torment. nu.16. vers.nam regulariter; ibi vel sine interrogatione confiteatur. Salyc. in l. fin. nu. 11. C. de accusat. Gram. decis.28.nu.10. seqq. Ratio est, quia
285 talis spontè, seu vltrò se offerens suspectus à iure reputatur. Boss. post multos cit. de opposit. contra
286 test. nu. 21. 29. Ità pariter reputatur suspecta no-
287 minatio socii criminis sponte facta. Item dicitur, quod Reus gratiatus de delicto, & postea captus, & cum gratia Principis pro eius liberatione inuentus nulla pœna puniri debet, sed liberandus est, subiectus tamen pœnis delicti commissi. Alber. in l.eos. C de his, qui ven. ætat. impetr. Boss. cit. de remed. ex sola clementia Principis, nu.42. Vulpell. conf. crim. 19. num.12.seq. Vbi quod ità aliàs fuit Romæ seruatum
288 Item dicitur, quod Reus, quando prætenderetur pro parte Fisci inditia non fuisse sufficienter purgata, condemnari debet in pœnam pecuniariam, vel aliam pœnam non corporalem; etiamsi inditia essent vrgentissima, & indubitata. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de probat. § videndum, Gand. in tract. malef. tit. de præsumpt. & indit. nu.1. q. Vbi quod omnes DD. tempore suo ità tenuerunt. Refert, & sequitur Castren.conf.197. col.vlt. Cœpoll. conf. 32. num. 20. aut quod non sint sufficienter purgata.
289 Boss. tit. de sent. nu. 70. Item dicitur, quod Reo sub prætextu quod sit solitus delinquere, non est augenda pœna ad mortem naturalem, quando non fuit aliàs condemnatus pro aliis delictis, prout requiritur, ad hoc, vt talis pœna imponi possit. Ità not. omnes in l. ictus fustium, C. de infam. Gram.
290 voc.30.nu.25. seq. Vbi quod requiritur sententia cōdemnatoria ad hoc, vt quis dicatur infamis ob de-
291 lictum. Item dicitur, quod Reus ob carnalem coppulam, quando fateatur non de perfectione delicti, sed de pollutione extra vas, seu claustra, non ordinaria, sed extraordinaria pœna puniri debet citra mortem. Vt dicit Afflict. in Constit. Regni legum asperitate, sub rubr.42. de adult. & lenoc. col. fin. num. 15. & Gram. conf. 36. num. 16. seq. Et probatur in l. 1. §. fin. ff. de extraord. crim. & habetur per Clar. in §. sodomia, vers. quæro num-
292 quid, cum simil. Item dicitur, quod Reus, quando ob coppulam carnalem, & delicta, quorum post factum nulla remanent vestigia, fatetur non de perfectione delicti, sed de pollutione extra vas, seu claustra, huiusmodi confessio non sufficit ad condemnandum, nisi carnalis coppula verificatur saltim ex inditiis, & coniecturis. Scripserunt Boss. tit. de delict. num. 19. & 23. in fin. Vbi generaliter loquitur in omni coitu damnabili. Plot. conf. crim. diuers. 132. num. 2. lib.1. Vbi in terminis loquitur in stupro commisso in puerum. Foller. in specie loquitur in crimine sodomiæ. Mascard. de probat. lib. 2.
293 conclus. 830. num. 7 Item dicitur, quod Reus multa dicit, & fatetur non vera, & ratificat propter timorem torturæ, l. 1. §. quamuis, ff. de quæst. Bal. auth. sed nouo iure, vers. sed pone, quis confitetur.
294 Item dicitur, quod Reus dicitur solitus delinquere, quando est conuictus bis deliquisse. Tradit Innoc. c. 1. de fideiuss. Cason. de indit. in fin. Immò
295 requiritur, quod per tres vices deliquerit in eodem genere delicti. Vt clarè tradit Luc. de Penna, in l.1. C. de superexact. lib.10. sequitur Paul. Merend. conf. 89. n. 24. inter conf. crim. diuers. lib. 2. Quinimò
296 solitus delinquere dicitur, cum quis de primis delictis fuerit condemnatus, & punitus, l. capitalium, §. solent, ff. de pœn. Vbi loquitur de eo, qui prima, & secunda vice acrius puniatur. Clar. post alios, quos allegat, §. furtum, vers. quæro etiam. Vbi quod
297 ità de consuetudine seruatur. Ratio est, quia consuetudo delinquendi non inducitur, nisi præcesserit
298 punitio de primis, ex quo nō potest quis dici incorrigibilis. Dec. & Cagnol. in reg. bona fides, ff. de reg.
299 iur. Et solitus delinquere quis dici nō potest, quādo non constat in processu, quod aliàs fuit condēnatus in eodē genere delicti. Alex.conf.5.n.3. lib.1. Natt.
300 cōf.42.n.6. Et præsūptio debet esse in eodē genere delicti, vt per plura iura ostendit Natt.conf.59.n.18.

301 Dicitur etiam quod solitus delinquere is dicitur,
qui bis deliquit. Bal. in l. 3. nu. 5. C. de Episcopal.
302 Audien. & quãdo dicitur, quod semel malus, sem-
per præsumitur malus in eodem genere mali. Bart.
& alii in l. Cassius. ff. de Senat. Bal. in l. fin. ff. de
hæred. instit. Vnde quando non apparet, Inquisi-
303 tum alias commisisse v. g. falsum non potest ex
aduersis delictis inferri ad istud, ita vt subiiciatur
torturæ. Alex. in terminis cons. 5. lib. 1. Natt.
304 cons. 42. num. 5. Item dicitur, quod Reis est
alleuianda poena ob Maiorum suorum merita, quæ
ad posteros transeunt, & ob ipsa ipsis posteris di-
cta poena alleuianda est. Bal. cons. 355. col. 2. vers.
quod igitur. lib. 1. quem refert, & sequitur Soc.
cons. 84 col. 3. vers. ex quibus in proposito. Ti-
raq. de poen. temperan. cons. 49. num. 10. Vbi
305 adducit Concordantes. Item dicitur, quod
Rei probatio etiam dubia in delictis confundit pro-
bationem Actoris. Boss. tit. de conuict. num. 60.
306 Item quod Rei emendatio præsumitur infra tri-
307 ennium. Auth. de Monac. & ibi Angel. Nec ab
re dicitur, quia Malus, quando per triennium
stetit, quod non commisit delictum, & benè, &
laudabiliter vixit, cessat præsumptio, quod semel
308 malus. Item præsumitur malus. Text. est in §.
Sancimus. verb. nequaquam. & ibi Angel. in Auth. de
monac. triennalis termini testimonium. coll. 1. Rom.
cons. 263. nu. 5. seq. & ibi Mandos. in Addit. lit-
tera.... & Corsett. sing. in verb. præsumptio. 1.
Ias. Rubr. de iust. & iur. n. 7. Boer. in Addit. ad Dyn.
in Reg. semel. de reg. iur. n. 6. Curt. iun. in l. vnica.
nu. 36. C. de prohib. seq. pec. Alciat. reg. 2. præ-
sumpt. 7. n. 3. Cason. cons. 60. in; c. Quidam Prior.
nu. 4. Dec. cons. 163. nu. 2. Foller. in pract. crim.
vers. Item quod Sororem venenauit. n. 28. vers. quia
probatur ex aduerso. Roman. cons. 63. n. 12. seq. lib.
3. & cons. 11. n. 35. seq eod. vol. & cons. 64. n. 36. lib.
12. Blanc. in pract. crim. in fin. in 14. Cautela Mascard.
de probat. lib. 1. conclus. 222. n. 22. Vbi plures ad-
ducit Concordantes. Et Conclus. 1003. n. 41. lib. 2.
Et conclus. 465. nu. 10. seq. lib. 1. Menoch. in suo
tract. præsumpt. 32. nu. 30. Ludouic. Peguer. decis.
crim. diuers. 17. nu. 14. seq Hieron. Laurent. decis.
Auinionen. 1. n. 13. Vbi probat hanc limitationem
minimè probari in d. §. sancimus. sed pro ea allegat
Text in l. Imperialis. C. de nupt. & in c. ferrũ. 50. di-
309 stin. Farinac. q. 23. n. 26. Item dicitur, quod Reus
natus ex honesta familia habens fratrem, propin-
quos, & affines graduatos, quibus solent etiam le-
ges poenas temperare, mitiori pœna est puniendus.
Tradit. Tiraquell. de poen temperan. caus. 49. & post
eum Riminal. l. si vnus. §. pactus nè peteret. n. 351.
310 ff. de quæst. Nec id mirum, quia Nobilis in pœ-
nis criminalibus mitius punitur. l. properandum. §.
sin autem. Vbi Bart. & alii. C. de iudic. & in l. quæ-
dam. ff. de poen. l. sacrilegii. §. 1. ibi si honestiori loco
natus. ff. ad l. Iul. pecul. Tradit quamplurima ad idem
cõgerens. Tiraquell. tract. de nobilit. c. 20. sub n. 105.
Et tract. de poen. caus. 31. Muscatell. pag. mihi 47.
311 num. 43. Et Nobilis magis pœna spirituali, &
pecuniaria quam Ignobilis. Diues, quam pauper,
in dignitate constitutus, quam priuatus. 41. distin.
homo christianus. 11. q. 3. precipuè DD. in l. nemo.
C. de summ. Trinit. & fid. cathol. Et si contrariũ de-
feratur, speciale est; etsi deferatur dignitati de offic.
delegat. c. sanè. Sed quando perseuerat in malitia,
grauius punitur, quam alius. d. c. precipuè. Card.
Zabbar. super Clem. 1. de hæret. §. verum quia 13.
notab. facit optimè ad hoc Glos. singularis in c. Cũ
quidã. De iureiuran. in fin. Immò Nobilis delinquẽs
non debet furca suspendi. l. capitalium. §. fin. & in §.
solẽt. ff. de poen. Et voluit Bart. in l. Defensorẽ. ff. de
312 re milit. Cæterũ Nobiles in fide errantes magis pu-
niendos esse, quam Ignobiles rectè docuit Tiraquell.
tract. de poen. temperan. aut remitten. caus. 31. nu.
25. Director. Inquisit. c. grauẽ. de poen. par. 2. quia
Nobiliorũ delicta grauiora sunt. Et hanc sententiam
probant non obscurè versus illi: Omne animi vitium
tanto conspectius in se crimen habet, quanto maior
qui peccat habetur. Lucern. Inquisit. in verb. Nobilis
313 nu. 1. Item dicitur, quod Nobiles in pœnis hono-
rantur, quia mitius puniuntur. c. fin. vbi not. de poen.
314 Gram. vot. 23. n. 18. post alios, quos allegat. Immò
Nobili tortura de facili non adhibetur; nã de iure re-
gulariter non torquetur. Gram. post alios, quos alle-
315 gat vot. 15. n. 4. Immò torqueri non potest aliquis
in dignitate cõstitutus, seù existens. Boss. tit. de indit.
& considerat. ante tortu. n. 110. siue vti Reus, siue vti
testis examinetur. Boss. tit. de tortu. test. n. 8. Clar. in
316 pract. §. fin. q. 64. vers. Item quęro nunquid. Immò
nobilis etiã in crimine furti non debet transmitti ad
triremes. Et ita seruatũ fuit Romę sub felici recorda-
tione Gregorii XIII. in nobili Neapolitano, qui infi-
317 nita furta commiserat, sed fuit relegatus. Immò
quãdo Nobilis committit delictũ, seù vir insignis, seù
bonę famę, & magnę ætatis, efficaciores requiruntur
probationes. Bart. in l. 1. § penult. ff. de re milit Bal. in
l. vlt. col. vlt. C de probat. alios refert Crauett. cõs. 99.
318 in fin. Pręterea tales probationes debent esse ma-
ximè efficaces; cum agatur de probando factũ minus
verisimile. l. vlt. ff. de eo, quod met. caus. Abb. c. quia
verisimile. 2. notab. de præsumpt. Ias. l. si extraneus. 6.
319 notab. ff. de condit. ob caus. Et illud per Iudicẽ est
omninò sciendũ, quod pro Nobili valdè præsumitur.
320 Soc. Iun. causar. 39. n. 27. seqq. Crott. cons. 32. Quę
pręsumptio adeò preualet vt etiamsi vrgerent cõie-
cturę alicuius sceleris, illa tamen præfertur. Bal. cons.
321 402. n. 4. vol. 5. Becc. cõs. 102. n. 23. Ex quibus cõ-
cluditur, quod Reus, si sit nobili familia natus, mitius
cũ eo agẽdũ est. l. sacrilegii. §. 1. ibi si honestiori loco
natus. ff. ad l. Iul. pecul. Tradit quãplurima ad idem
congerens Tiraquel. tract. de nobilit. c. 20. n. 105. &
322 in tract. de poen. caus. 31. Et quãdo nõ est solitus de-
linquere, Iudex debet poenã ordinariã minuere, seù
mitigare. l. Etsi seuerior. C. de infã. l. quid ergò §. pœna
323 grauior. ff. eod. tit. Itẽ dicitur, quod Reus, quando
tortus stetit in negatiua, dicitur purgasse inditia con-
tra eũ existentia, quasi purã veritatẽ dixisse videatur,
quam-

quamuis delictum esset plenè probatum . Albert.
rubr. C. de quæst. Boer. decis. 163. num. 12. Gram.
decis.8. num. 9. Et ità communiter seruari testatur
Cæpoll. cons.30. col. 1. vers. nec potest dici. Et tor-
324 tus persistens in negatiua purgat omnia inditia,&
in carceribus detineri non debet, in l. edictum, n.2.
ff. de quæst. Alber. in l. edictum, nu. 2. ff. de quæst.
Vbi quod totus mundus ità tenet, & seruat. Refert,
& sequitur Clar. q. 64. vers. illata vero tortura. Di-
rector. Inquisit. 2.par. pag. mihi 481. Item dicitur,
325 quod tormento fatigatus puram veritatem dixisse
326 videtur. Glos. in l.edictum, ff.de quæst. Item dici-
tur, quod Reus accusatus in vno Tribunali, in alio
suas defensiones facere non debet, idest in duobus
Tribunalibus vexari non debet. Text. est expressus
in Auth.& consequenter, ibi Bart. nu.7. C. de sent.
inter Doct.omn.Iud. Innoc.in c.1. ad fin. Et ibi etiã
327 Bart. n.12.de mutuis petit. Itẽ dicitur, quod Reus,
quando habet iustam causam, non respondendo præ-
cisè interogatoriis, non potest cogi, ex quo non con-
temnit Iudicem, vt per Bart. in l.de ætate, §. qui ta-
328 cuit,& §. seqq. ff. de interogat. act. Item dicitur,
quod Reus tortus ad mensuram inditiorum, etiamsi
indicia sint indubitata, & vrgentissima, non potest
damnari pœna corporali. Ratio est, quia tortura de-
bet ei prodesse. Boss.tit.de sent.n 70. Veronen cons.
32.per totum. Hyppol. Riminal. cons.121.num.25.
329 Item dicitur, quod Reo non est imputandum, quod
aduersario credit, idest sub promissione de ipsum li-
berando. Paul.de Castr. l.2.n.3.seq.ff.de pact.annul.
est act. Idq; ex mente Bart. l. 1. ff. de eo, per quem
330 fact. erit. Item dicitur, quod Reus potest suum di-
ctum declarare, præsertim incontinenti, & dũmodo
nõ transierit ad alios actus. Per not. in c. præterea, de
331 test. Item dicitur, quod Reus innocens debet auda-
cter, & non timidè respondere. Boss.tit.de examinib.
332 Reor.n.9. Item dicitur, quod Rei negatio, quando
non constat de corpore delicti, transfertur onus pro-
bandi in Fiscum. Ità in propriis terminis tradit Abb.
in c.bonæ memoriæ, e'l 2.n.14.vers.pro hac parte, de
elect. vbi ait, id esse notabile dictum. Natt.cons.648.
n.9. Gram.dec.59.n.10. Ial.in l.in illa, col.5. n.16. de
333 verb.oblig. Item dicitur, quod Rei cõfrontatio fieri
non debet ipso solo Reo existente ad subterfugien-
dam subornationem. Tradunt Foller. in pract. crim.
fol.23.n.34.in fin. Vbi quod ità seruatur. Et illud est
omninò sciendum, quod Rei confrontatio ipsum nõ
334 afficit, quãdo fit absq; præsentia Iudicis, & iste actus
cum sit valdè præiudicialis, non tenet celebratus ab-
335 sque præsentia Iudicis. Item dicitur, quod Reus,
quando stat in negatiua, habet intentionem fundatã,
nec tenetur illud probare. Franc. Hercul. tract. quis
teneatur probare negatiuam, n.45.seq. & habet iuris
præsumptionem. Per Text. in l. meritò, ff. pro soc.
Crauett.cons.48.n.8. Rolan.cons.58. n.10. Item di-
335 citur, quod Reus absoluitur, si actor non probat,
c.cum Eccl.de caus.pros. & prior. Et id etiam quod
simus in causa criminali, & Reus nihil præstiterit, l.
qui accusare, C. de eden. l. actor, qui assecurat, C. de
probat. Alex.in l.3.§.dato, ff.de iureiur. Aegid.Con-
stit. Glos. A. n.1. fol. 341. Et actori semper incũbit
facti, vel asserti probatio, & nõ Reo. Rot.Rom.diuer.
par.3. lib.2. dec.188. nu.2.& suam intentionem le-
gitimè non probante Reus absoluitur, etiamsi nihil
præstiterit, l.qui accusare, C.de eden. Rolan.cons.83.
n.13.lib.4. Rom.cons.192.n.3. tam in ciuilibus, quã
am in criminalibus. Rolan cons.90.n.2.seq.lib.3. &
cons.95. n.15. lib.4. nec Reus potest astringi ad ali-
quid minimum ad suam defensionem probandum.
Rot. Rom. diuers. decis.248. par.3. lib.2. num.2.&
decis.294. par.3.lib.3.nu.2. Item dicitur, quod Reus
336 defensionibus suis renunciare non potest in causa
criminali. Glos. est singularis, & vnica in l. pactum,
quod inter hæredem, ff. de pact. Reputauit eam sin-
gularem Barb. int. si diligenti, de for.compet. & al-
legauit eam Rom in rep.rubr.de arb. Sed limita hoc
esse verum, nisi in famoso latrone. Bal. l.prouincia-
rum, C. de ser. Secundò nisi repertus fuerit in fra-
granti crimine. Bald. in l. vt vim, ff. de inst. & iur.
Potest enim tunc de facto puniri. l. pen. ff. de con-
dit. ob caus. in l. ritus fustium, ff.de his, qui not.in-
fam. Tertiò nisi dicat se defensiones non habere se-
cundum Glos.singul.in l.1.ff.de fur.quam notat Bal.
in l.seruum quoq; §. publici, de procurat. Item dici-
337 tur, quod Reus si ante condemnationem faciat
compositionẽ, vel soluere protestetur, quod propter
dubium euentum causæ soluit pecuniam, vel nè litib.
vel nè expensis vexetur, aut nè litiget cum Curia, nõ
notatur infamia, sed ipsam vitat. DD.in l.si Reus pa-
ratus. Vbi Bal.ff.de procur.& tenet Bar. in l. ait Præ-
tor, §.si quis pacatus, ff.de nou. op nunc Immò reus
nec videtur delictum fateri. Not. Ias. in l. interdum, §.
nihil, ff.de verb.oblig. Paris. de Put.de Scyndic. verb.
338 obligatio. Item dicitur, quod Reus interogatus cũ
iuramento, si falsum respondeat, licet quoad Deũ nõ
euitet periurium; tamen quoad forum fori secundũ
veram, & communem opinionem de falso nõ puni-
tur. Boss.tit.de examin. Reor. n.10. quia dicitur ha-
bere Deum tantummodò vltorem, & aliam pœnam in
hoc mundo eidẽ non posse irrogari. Boss. tit.de per-
339 iuris, n.1.& 3. quia periurium in inquisito, vt eius
turpitudinem tegat, non punitur: Potest enim quis
quandoq; deierare, & veritatem abnegare impunè;
puta, si quis respondens Inquisitioni verum ab ini-
340 tio cum iuramento abnegauit, licet postea fatea-
tur, vel testibus conuincatur, non habetur pro periu-
ro, nec ex hoc punitur. Alex. l.1. in addit. ad Bart.
ff.de his, qui ant. sent. mor. si. consc. Neuiz. in sua
silua nupt. lib.3. nu.43. Vulpell. cons.102.n.2. Item
341 dicitur, quod mendacium contra Reum secundum
communem opinionem nullum ad torturam facit
inditium. Vt post alios tradit Innoc. in c. causam
matrimonii, de testib. cogen. Put. tract. de Scyn-
dic. §. viso, de indic. indubitat. num. 4. seqq.
Gram. vot. 30. num. 16. & cons. crim. 21. num.
29. & cons. 59. num. 8. Carrer. dicit hoc commu-
niter teneri in l.obseruare, nu.119. C.quor.appell.nõ
recip. vers. cõiter autem tenetur. Et idem Paris. ibi

reddit rationem; quia potest Reus variare, & men-
dacia proferre propter sui salutem, secus est in te-
342 ste. Et id optima ratione censetur permissum;
quia vnicuique licet sanguinem suum redimere quo-
quo modo. l. 1. & ibi Bart. ff. de bon. eorum, qui
ante sent. sibi mortem consc. quem refert, & se-
quitur Curt. Iun. in Repetit. l. admonendi. nu. 160.
ff. de iureiur. Ioan. Igneus. l. 3. §. subuenitur. num.
15. seq. ff. ad Syllan. Soc. Iun. cons. 38. nu. 5. 6. 7.
Idem scripsit Afflict. in Constit. Regni. si damna-
in tit. de homic. in 14. notab. vers. Sed quaero. Et
dato, & non concesso quod etiam aliquando men-
dacium faceret indicium ad torturam, illud cessat,
quando Inquisitus habet aliquod verisimile pro se;
vt si sponte se constituisset in carcere. Tradit Paris.
de Put. d. tract. de Scyndic. in d. vers. visis de indit.
indubitat. col. 1. quia ista spontanea constitutio in
carceribus praestat maximum eius indicium inno-
centiae. Corn. cons. 198. vol. 4. num. 23. Veron.
343 cons. crim. 31. vol. 4. Immò dicitur, quod men-
dacium, quamuis Inquisitus de ipso fuerit conui-
ctus; tamen nihil operatur contra ipsum. Horat.
344 Lut. cons. 161. nu. 36 seq. inter cons. crim. Ra-
tio est, quia id non infert ad delictum, ideò non
nocet. Bertaz. cons. 59. num. 6. Immò dicitur,
quod mendacium, & variatio forsan in teste face-
rent indicium ad torturam; secus tamen videtur in
Reo, qui citra metum periurii, vel mendacii vide-
tur posse variare, & mendacia proferre. Carrer.
post alios, quos allegat in l. obseruare. in princ. nu.
119. vers. Secundum indicium est mendacium, &
variatio, fol. 25. Mars. cons. 51. num. 70. Gram.
345 vot. 30. num. 16. Item dicitur, quod Reus non
potest interogari de sociis. Text. in l. fin. C. de ac-
cusat. & est communis opinio omnium DD. Vt di-
cit Ioan. de Amic. cons. 17. num. 1. praeterquam
in furibus, fraudatoribus salis, vel bladatum, Assa-
sinis, latronibus, qui in viis publicis crassantur. Clar.
345 §. fin. q. 21. vers. dictum socii. Item dicitur,
quod Reus ante Iudicem nescit quandoque quid re-
spondeat, quia Iudicis vultus iratus, & iudicii locus
dicitur terribilis, adeò vt quandoque Reus nesciat
quid respondeat. Mars. in pract. §. diligenter num.
98. Vulpell. cons. 27. num. 6. vol. 1. Clar. q. 21.
346 vers. Caeterum; vltra, quod Iudicis praesentia in-
ducit metum. Aym. cons. 49. num. 1. Cephal. cons.
34. num. 31. Vltra quod verecundia, timor, peri-
culi magnitudo, rei nouitas, Iudicis authoritas, ira,
dolor, recordatio futurae infamiae, & caeterae animi
perturbationes ità saepè rationem impediunt, atque
perturbant, vt saepè etiam sapientissimi viri, & pru-
dentissimi aliena loquantur, & multa etiam dicunt,
& fatentur non vera, & ratificant propter timorem
torturae. l. 1. §. quamuis. ff. de quaest. Bal. Auth. Sed
348 nouo iure. vers. sed ponè, quis confitetur. Item
dicitur, quod Reus nominans aliquem in tortura,
postquam de se ipso fuit confessus, regulariter nihil
operatur, cum d. nominatio potius praesumatur fa-
cta, vt liberet se à tormentis, quam quod verum
dicat. Dixi Cason. in sua prax. crim. tit. de tor-
349 ment. c. 17. Vltra quod vti criminosus, & infa-
mis nullum parit indicium. l. 3. §. 1. ff. de test.
350 Item dicitur, quod Reus non est Dominus mem-
brorum suorum. Vulg. l. liber homo. ff. ad l. Aquil.
Glos. singul. c. cum homo. 25. q. 5. Bal. Rubr. C.
res inter alios acta. Ias. vbi fusius in l. de quibus nu.
57. cum seq. ff. de legib. & in §. actiones. num. 69.
351 Instit. de action. Vulpell. cons. 2. num. 7. Et ideò
nemo potest se obligare sub poenis corporalibus.
352 Item dicitur, quod Reo, quando est persona ho-
nesta, nec alias solitus delinquere, Iudex debet poe-
nam ordinariam mitigare. l. Etsi seuerior. C. de in-
fam. l. quod ergò. §. poena grauior. ff. eod. tit.
353 Immò quod Reus non potest condemnari ex inep-
ta Inquisitione, & Banno inepto, nec Reus ha-
beri pro confesso. Ità Bal. in l. 2. §. quod si Actor.
n. 4. C. si de iureiur. propter calum. dan. Bart. in l.
absentem. ff. de poen. Mars. in pract. crim. §. post-
quam vidimus num. 56. vers. & vltra praedicta. Per
Text. etiam ibi not. Bart. in l. si filius. la seconda. ff.
de interogat. act. Et per l. si fine. §. sed seruus ff. de
354 interogat. act. Rom. cons. 224. Vbi quod ex ve-
ra contumacia, inquam quis incidit, quando iudi-
cium est nullum, non potest resultare aliquis validus
355 iuris effectus. Vt per d. l. si filius, la seconda. Item
dicitur, quod Reo absenti, & contumaci iniustitia
356 fieri non debet; quia eius absentia suppletur per
Dei praesentiam. l. properandum. §. Cum autem
C. de iudic. DD. Auth. qui semel. Per illum Text.
357 C. quomodò, & quando Iudex. Item dicitur,
quod Rei, quandoque propter eorum paupertatem,
nè diù marcescant in carcere, permittuntur potius
bannìri, & condemnari, quam componendo suam
innocentiam docere. Vt tradunt Rolan. cons. 60.
nu. 37. vol. 2. Couar. in pract. q. c. 19. nu. 6. Hinc
prouerbium, melius est esse Auis in Campanea,
358 quam in gabbia. Item dicitur, quod Reus exi-
stens in Carcere, inuersimile est, quod voluerit
spotè fateri delictum, quod vitam adimit. Hoc na-
tura abhorret. Ità formaliter ostendit Petr. de An-
char. cons. 24. nu. 4. Quod si verè talia verba pro-
tulisset, videretur delirare. Mars. §. postquam nu. 22.
359 Item dicitur, quod Reus, quando non fuit captus
cum armis prohibitis non potest tractari de poena.
Clar. in pract. q. 82. vers. statutum textum, vers. 1.
360 Vbi plures refert. Item dicitur quod Reus quan-
dò habet aliquod indicium pro se non potest amplì-
us torqueri. Item dicitur, quod Reus non habens
noticiam ob quam causam detinetur, nō habetur pro
confesso. Ità Foller. in pract. in 4. par. 3. par. in
361 verb. Etsi confitebuntur. Vbi ait esse notandum:
Ratio est, quia confessio non cadit super incerto. Iat.
362 C. Vt omnes tam ciuiles, quam criminales. Item
dicitur, quod Reus quamuis socius criminis fuerit
suspectus, non est suspendendus, quando ad fauo-
362 rem ipsius extant inditia, & rationes; quoniam
exemplo non est iudicandum. l. nam. C. de sent. &
interloq. crim. Iud. Menoch. cons. 2. n. 109. lib. 1.

363 Et

363 Et exemplo iudicatur, quando nullo iure diffini-
tur, quod controuertitur. Vt per Boer. tract. de
364 Authorit. magni Consilii. nu. 170. Item dicitur,
quod Reus non potest torqueri in delictis de nocte
commissis, nisi legitima praecedant inditia. Ofasc.
decis. 79. nu. 55. seq. Vbi quod in dd. delictis indi-
tia debent esse talia, vt denegari vix possit delictum.
365 Item dicitur, quod Reus absentans se ab aliquo
366 loco praetensi commissi delicti nullum contra se
facit inditium, & statur eius iuramento ob quam
causam se absentauerit à loco. Itá Cyn. in l. fin. C.
de requir. Reis. Quod dictum singulare reputat
Corn. cons. 58. vol. 2. Nec dissentit Boer. decis. 215.
367 num. 27. Item dicitur, quod Reus non fugiens
v.g. ab Vrbe post praetensum commissum delictum
praesumitur innocens, quia innocentia facit quem
368 securum. l. si non conuicii. C. de iniur. Et ab ala-
cri conscientia datur securitas. Aym. cons. 6. num.
38. lib. 1. Et sicut fuga praestat inditium ad delictum.
Bart. in l. lege Cornelia ff. ad Syllan. & inducit prae-
sumptionem contra fugientem. Bart. per illum Text.
in l. Impuberibus. §. praeterea. ff. de suspect. Tutor.
369 Ita etiam non fuga debet operari praesumptionem
ad non delictum. Vt idem operetur oppositum in
opposito, quod propositum in proposito. l. fin. §.
fin. de legat. tertio l. sicut proponis. C. de nupt. Vnde
dicitur, quod si imputati de vno delicto sunt plu-
res, & duo eorum aufugiunt, & non comparent, om-
nis praesumptio resoluitur contra fugientes, & non
comparentes. Itá Bal. in l. voluntatis. col. fin. de fi-
deicommis. Marsc. in pract. §. diligenter. num. 48.
370 Gram. vot. 6 nu. 9. Immo dicitur, quod fuga
statim commisso delicto dicitur certitudo descendens
ab inditiis, & coniecturis apparentibus humana le-
ge, & ratione approbatis. Et quando materia est ta-
lis, in qua certitudo haberi non potest, nisi ex con-
371 iectura, illa coniecturalis certitudo sufficit. Bal. in
l. 1. §. debebit. ff. de bon. agnoscen. Dec. in c. adhaec.
372 num. 4. Item dicitur, quod Reo magis creditur,
quando agitur de graui eius praeiudicio, quam Offi-
cialibus, seu Berroariis, qui ipsum capturauerunt.
Tradit Mant. cons. 60. Refert, & sequitur Gabr.
tract. de test. conclus. 4. num. 87. allegat rationem;
373 quia agitur de magno praeiudicio. Item dicitur,
quod rei comparitio spontanea maximum partit in-
nocentiae inditium Coepoll cons. 31. nu. 7. Nam (vt
dictum est) sicut fuga parit inditium ad delictum.
Bart. l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. Veronen. cons.
11. 21. & 71. Corn. cons. 198. vol. 4. nu. 23. quia
374 suspicio inducitur contra fugientem l. impuberi-
bus. § praeterea. Et ibi Bart. ff. de suspect. tutor. Itá
etiam non fuga operatur praesumptionem ad non de-
lictum. Vt idem operetur oppositum in opposito,
quod propositum in proposito. §. plus autem. Instit.
375 de act. Immò comparitio spontanea rei tollit cō-
tumaciae effectum. Clar. q. 44. vers. dico etiam. Et
itá fuit Romae resolutum per DD. Visitatores carce-
rū in vna Romana praetensorum in Curia Turris no-
375 nae sub die 10. Iulii 1572. Immò comparitio spō-
tanea arguit maximum inditium innocentiae Rei, &
Reum non esse illummet descriptum in sententia la-
ta in contumaciam. Corn. cons. 198. vol. 4. nu. 23.
375 Hyppol. § diligenter. nu. 48. Immò comparitio
spontanea tollit omne inditium, si contra Reum
extet. Mars. §. diligenter. nu. 224. & cons. 117. nu.
49. Abb. cons. 94. in fin. cum aliis adductis per Ber-
376 taz. cons. 349. in fin. Item dicitur; quod Reus
interogatus de delictis stante negatione in tortura
subsecuta dicitur purgasse inditia super dd. delictis,
de quibus interogatus fuit. Tradit Coepoll. cons. 32.
377 num. 19. Item dicitur, quod Reus quando torque-
tur pro habendis complicibus, moderatè torqueri
378 debet; quoniam tortura est res fragilis, & periculo-
sa, & quae veritatem fallat. Teste Vulpiano Diuus
Augustinus quoque dolenda esse ait iudicia hominū
de hominibus, cum quispiam torquetur, & cum
quaeritur, vtrum sit innocens cruciatur, & innocens
luit pro incerto scelere certissimas poenas. l. 1. §. quae-
stioni. ff. de quaest. Diuus Augustin. lib. 19. de Ciui-
tat. Dei c. 6. Cic. in partitionibus, & lib. 2 Retho-
ricorum Aristot. Rethoric. ad Alexandrum. c. 1. de
quaest. Simanc. Enchirid. tit. 52. de torment. n. 2. Nec
id ab re dicitur, quia tortura est res fragilis, & pericu-
losa, & quę veritatē fallat; cum aliqui sint tanta impa-
tientia, vt in alios mentiri potius, quam pati tor-
menta velint. l. 1. §. in causa ff. de quaest. vbi Vulp.
379 Immò tortura est res fragilis, & incerta. Et ex d.
Vulpiano in l. 1. § in causa Tributorū. vers. quaestioni
ff. de quest. huiusmodi sūt verba desumpta. Quaestioni
fidē non semper, nec tamē nunquam habendam cō-
stitutionibus declaratur. Et enim res est fragilis, &
periculosa, & quae veritatem fallat. Nam plerique
patientia, siue duritia tormentorum ita tormenta
contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo
possit. Alii tanta sunt impatientia vt quiduis menti-
ri, quam pati tormenta velint. Ita fit, vt etiam va-
rio modo fateatur, vt non tantum se, verum etiam
alios comminetur. Director. Inquisit. 3. par. pag.
380 mihi 483. comm. 39. Nec supradicta ab re dicun-
tur, quia tortura est grauissima poena. Gram. vot. 5.
nu. 10. Et maior est poena torturae, quam abscissio
vtriusque manus. Auth. vt nul. Iud. §. fin. Paris. de
Put. in tract. de syndic. in verb. tortura. c. 15. Fa-
rinac. q. 42. 91 n. 9. & 14. Vbi dicit, quod in crimi-
nalibus, in quibus esset imponenda poena pecunia-
381 ria, vel exilii non potest dari tortura etiam in de-
382 lictis reiteratis. Vt ibi per eum sub n. 10. Immò
inquam, quia torturae dolor etiam innocentes men-
383 tiri facit. Vulpell. cons. 27. nu. 6. Ideò tortura
debet esse moderata. Boss. tit. de tortu. nu. 27. 46.
384 Quare dicitur, quod quando Reus in tormentis
protestatur vi, & formidine tormentorum ratifica-
re suam confessionem, non potest dici ratificatam
fuisse; quia necesse est, vt Reus perseueret in tormē-
385 tis. Et is perseuerare dicitur, quando est liber à
metu tormentorum. Bart. in l. 1. §. Diuus. ff. de
quaest. l. nouissimè. in princ. ibi si compulsus, vel
metu nè compelleretur. Et ibi Bart. & Bal. ff. quod
falsi-

386 fals. tutor. Capoll. cons. 39. num. 52. Item dicitur, quod Reus propter bonam, quietam, & pacificam vitam per tres annos continuos post prætensa priora delicta amplius illa prætensum vltimum deli-
387 ctum aggrauare de iure nō possunt. Vt in pacto decidit Rom. cons. 236. Item dicitur, quod quādo Reus non est legitimè citatus. Clar. q. 31. vers. quæro
388 modo; non potest dici contumax, vel pro confesso haberi. Const. sent. cons. 60. nu. 38. Gram. decis. 79.
389 num. 10. & cons. crim. 37. num. 2. Immò totus processus corruit. Boss. tit. de citat. nu. 13. Gram.
390 cons. 71. nu. 8. Item dicitur, quod Reus, quando in tortura dicit se dixisse multa contra veritatem: Ex hac ipsius declaratione, seu protestatione animi sui dicendum est, se vi tormentorum contra veritatem nominasse aliquem. Tradit. Bart. l. non solum. §. morte in materia protestationis declaratoriæ. Et in l. pupill. §. si quis Prætori. ff. de nou. op. nunciat. Quæ protestatio, seu declaratio de mentiendo vi,
391 seu formidine tormentorum. Et magis attendenda est, quia experientia docet, & iure quoque cautum est tormenta plerunquè cogere ad mentiendum l. 1. §. in causa. ff. de quæst. Vbi ait Vulpian. torturam esse fragilem, & periculosam, & quæ veritatem fallat; cum alii sint tanta impatientia, vt in alios mentiri, quam (vt dictum est) pati tormenta velint.
392 Item dicitur, quod Reus corrigens suum dictum, licet ex interuallo, non potest puniri de falso, & maximè quando in tormentis sustinuit: Nam ista correctio tollit pœnā falsitatis Tradit. Tindar. tract. de test. lib. 1. c. 3. sub nu. 5. & c. 4. nu. 5. vers. Est
393 notandum. Item dicitur, quod quando Reus negat, se ità deposuisse, prout Notarius scripsit, &
394 quando non fuit examinatus coram Iudice, & agitur de falsitate in eius dicto commissa, quo casu non creditur Notarii notis. Rom. l. 1. §. fin. col. vlt. ff. de verb. obligat. refert, & sequitur Felyn. & Abb. c. ad audientiam, nu. 7. de præscript. Dec. in l. 1. §.
395 fin. col. vlt. de verb. obligat. Item dicitur, quod Reus non tenetur se repræsentare in carceribus iuxta formam suæ obligationis, quando alias fuit relaxa-
396 tus pro prætenso eod. delicto; quia relaxatio habet vim tacitè absolutionis aliis non superuenientibus. Anan. cons. 17. col. 3. Alex. cons. 179 vol. 2. Boss. tit. de carcerat. fideiuss. committen. num. 19. Diuina enim Clementia (vt dictum est) non patitur dimissa peccata iterum in vltionem redire. c. fin. de
397 pœnit. 4. distin. Item dicitur, quod Reus non committit barattariam dans pecuniam Iudici secuta sententia fauorabili ad fauorem d. Rei. Ità procedit Text. in Auth. nouo iure. & Rubr. de pœn. Iudici, qui malè iudicauit. Bal. cons. 490. vol. 4.
398 Sed Reus non potest puniri de barattaria; quia
399 in causa capitali vnicuique licet sanguinem suum quoquo modo redimere. l. 1. de transact. l. fin. de præuaric. Et in exposit. tit. pag. mihi 87. Rubr. de bon. eorum, qui ant. sent. mortem sibi. lib. 48. l. non omnes. §. qui captus. ff. de re milit. per Text. & ibi Bart. in l. 1. ff. de bon. eorum, qui ante sent. mor. sibi consciue. Quem refert, & sequitur Curt. in repetit. l. admonendi nu. 160. & ibi ff. de iureiur. Ioan. Igne. l. 3. §. subuenitur num. 11. seq. ff. ad Syllan. Soc. Iun. cons. 38. num. 5. 6. & 7. vol. 2.
400 Et sic Reus dans pecuniam Iudici, quando non commisit delictum, non dicitur commisisse barattariam, sed redimere suam vexationem. Dixit. Bal. l. serui, propè fin. C. ad l. Iul. de adult. Ità pariter d. Iudex nec etiam committit barattariam, si accipiat osculenta, & poculenta, quæ intelliguntur illa, quæ sunt corruptibilia, quæ paucis diebus consumi possunt, non autem frumentum, vinum, & similia. Boss. tit. de Official. corrupt. nu. 3. Et Reus potest redimere sanguinem suum quoquo modo (vt dictum
401 est). Immò d. Reus per pecuniam potest redimere vexationem suam iniustè per Iudicem factam. Dixit Bal. l. serui propè fin. C. ad l. Iul. de adult.
402 Item dicitur, quod Reorum multitudo detrahit de seueritate. c. constitueretur. in fin. 50. distin. vlt.
403 Vbi seueritas in peccata paucorum seruanda est.
404 Hinc infertur, quod quando punitur multitudo gentium pœna corporalis in pecuniariam commutanda est. Innoc. in c. grauem. circa med. de sent.
405 Excomm. latè Bart. l. aut facta. ff. de pœn. Vnde plures receptantes delinquentem, licet essent puni-
406 endi ea pœna, qua principalis; tamen ob multitudinem delinquentium mitius puniuntur. Imol. c. 1. col. 4. vers. his autem de offic. Deleg. Hyppol. l. si
407 in rixa. col. 8. vers. Vlterius adde. ff. de furt. Item dicitur, quod Reus non tenetur cauere ne reficiendo damnum; quando est pauper; quia excusatur ob eius paupertatem. tradit Abb. l. cum non facilè. in
408 prin. ff. si cui plus, quam per l. falcid. Hinc infertur, quod satisdatio pauperi remittitur, & à diuite exigitur. Tradit Glos. l. de citationibus. vers. quantum possibile est. C. de Episcopal. Audien. Hyppol. l. 1. §. præterea nu. 83. ff. de quæst. Vbi ait, quod statur iuramento illius, à quo petitur cautio, non
410 posse inuenire fideiussorem. Item dicitur, quod Reus infamis non dicitur ob delictum, sed requiritur propria oris Confessio, vel Iudicis sententia, vel quod deprehensus fuerit in fraganti, aut composuisset malam eius conscientiam. l. quidem. §. ex compromisso. ff. de his, qui not. infam. l. palam. ff. de ritu nupt. Ant. Ana. cons. 199. Gram. vot. 30. nu. 25 seq. post alios, quos allegat. Immò infamis vt quis dici possit de aliquo crimine, necesse est, vt fuerit confessus seu conuictus, aut per sententiam condemnatus: Not. omnes per illum Text. l. ictus fustium. C. de infam. Vel dicitur, qui apud Vulgum reputatur talis. Bal. l. diffamari. C. de ingen. & ma-
411 num. Immò dicitur, quod Reus quando contradicit notis Notarii, non potest contra ipsum criminaliter procedi ad pœnam falsi. Dixit Abb. c. ad audientiam nu. 7. de præscript. Item dicitur, quod
412 Reus, quando est interogatus de se, & de aliis, semper statur primæ depositioni, licet contrarium deponat in tormentis. tc ipsis Bart. l. 1. §. quæstioni per illum Tex. ff. de quæst. Aret. c. Cum in tua. col. 5. de test.

test. Dec, cons. 17.& 175.n.8.in princ. & cons. 189.
413 num 10. in fin. Item dicitur, quod quando Reus
nominat. N. eius inimicum ob causam per eum
emanatam, per tale dictum dicitur probata inimi-
citia. Abb. Auth. si testis. col. 2. C. de test. c. Inqui-
sitionis. §. Adhæc. vers. aut etiam aduersus eos. De
414 accusat. Blanc. de indit. num. 108. Item dicitur,
quod Reus damnari non potest, sed absoluitur, quã-
do probatio Fisci ex probationibus Rei redditur du-
415 bia. Alex.cons.15. vol.1, nu. 9. Item dicitur, quod
quando Rei in depositionibus, seu narrationibus fa-
cti se confundunt, idest quando v. g. vnus dicit, quod
commisit delictum de sero, & alter de mane, effici-
tur, vt iuris dispositio varietur. Dec. l. precibus. nu.
4. C. de impuber. Menoch. cons. 50. num. 2. lib. 1.
416 Et quando Rei se ad inuicem confundunt, neu-
tri creditur Bal. Rubr. de controuers. inuestit. Curt.
417 Iun. l. ad nouendi nu. 60. de iureiuran. Item di-
citur, quod Reus, si sit laycus, & condemnatus à
Iudice layco est remittendus ad locum commissi de-
licti, vt congruentius iustitia exerceatur in loco de-
licti ad terrorem aliorum, & vt consolentur paren-
tes v.g. occisi Not. in Auth. qua in Prouincia. C.
vbi de crim. agi oportet, & vt ibi cesset scandalum.
c. 1. de Rap. l. capitalium. §. famosos ff. de pœn.
Tradit in propriis terminis Abb. cons. 34. vers ad
418 propositum. Item dicitur, quod Rei primum di-
ctum, qui non habet vocem contradictionis, & est
in suo statu integro, est attendendum. Bal. in c. li-
teras ad fin. de præsumpt. Corn. cons. 27. col pen.
lib. 3. Quod eo magis procedit, quia eius primum
dictum verisimilius est; quia cum sit emanatum ad
419 exclusionem delicti præfertur. Secundo etiam in
tortura emanato. Vt in terminis declarat Soc. cons.
253 col. 2. vers. Secundo etiam clare respondeo.
420 Grat. cons. 42. num. 2. vol. 1. Vt v.g. quod ali-
qua Puella ab alio, & non à fratre germano fuerit
deflorata; nanque id Natura valdè abhorret; & ideò
primum præfertur secundò, etiamsi emanatum fuis-
set in tortura. Vt in terminis deflorationis declarat
Soc. 253. vol. 2. vers. secundò etiam clarè respon-
det. lib. 2. Boss. tit. de opposit. contra test. num. 1.
421 Immò dictum primum præfertur secundo si est
verisimilius, sed quando non est integrum, non fa-
cit inditium, quando habet suspicionem orientem
422 ex varietate; Sed verisimilitudo hoc operatur,
quod in illa varietate magis creditur dicto verisimi-
liori. Et hoc est, quod voluit Soc. in cons. 253. lib.
2. Et maximè quando in secundo dicto, seu deposi-
423 tione contraria primæ præsumitur falsum dixisse.
Bal. cons. 492. Monac. in c. accusatus. num. 7. de
hæret. in sexto verum in casibus, in quibus vocatio
testis potest præiudicare parti, intelligitur, quando
secundo loco deposuit vt testis, & in formam testis,
secus si deposuit, vt Reus, & in iudicio contra eum
moto; quia tunc finis accusationis, & inquisitionis
tendit, vt deponens puniatur de falso; non autem
quod eius dicta Iudex non sequatur. Vt declarat
Ruyn. cons. 15. num. 5. in fin. Soc. cons. 253. col.
2. vol 2. Verum quando aliquis in primis dictis non
nominat aliquem, sed in secundis dictis, standum est
424 primis dictis, vt per Dec. cons. 175. col. 2 vbi quod
illo casu illi testes nec ad inquirendum pariunt indi-
tium. Idem tenet in cons. 189. Nec dissentiunt Ruyn.
cons. 146. seqq. lib 5. Gram. cons. 44. nu. 10. Ber-
425 taz. cons. 559. nu. 8. item dicitur, quod Reus ne-
gans delictum transfert onus probandi in Fiscum:
426 Ratio est, quia Inquisitus habet iuris præsumptio-
nem pro se, quod non commiserit delictum; & ideò
427 non tenetur probare delictum negatum. Tradit in
propriis terminis Rei negantis delictum. Bart. in l.
in illa stipulatione, nu. 10. ff. de iur. bonorum obli-
428 gat. Et ideo Fiscus allegans aliquid contra Reum,
illud probare tenetur. l. ab ea parte, ff. de probat. l.
429 qui accusare, C. de eden. Ratio est, quia reus non
tenetur probare per eum negata. Tradit in propriis
terminis Rei negantis delictum. Bart. d. l. in illa sti-
pulatione, nu. 10 de verb. oblig. Et id haud mi-
430 rum videri debet; quia Fisco contrarium asserenti
incumbit onus probandi. Carter. in pract. crim. in 3.
tract. de homic. & assass. §. quartò quæro, n. 7. Vbi
alios refert Mars. in l. si in rixa, nu. 18. ff. ad l. Cor-
nel. de sicar. Bossius tit. de homicid. num. 23. ad med &
nu. 25. Clar. § homicidium, vers. ex proposito, ad
431 med. Item dicitur, quod Reus, licet d. delictum ne-
gauerit, & postea in tormentis fassus fuerit d. deli-
ctum cum qualitate; tamen minori pœna, quam
vltimi supplicii puniri debet, idest pœna extraordi-
naria. Bertaz cons. 27. nu. 3. lib. 1. Gram. vot. 2. n. 14.
432 Nam d. confessio, quando constat solummodò de
delicto per inditia non exigit pœnam ordinariam
delicti, Hyppol. Riminal. cons. 83. nu. 16. seqq. in-
ter cons. crim. diuers. lib. 2. magnæ impressionis, Ca-
lepin. de Calep. cons. 52. col. pen. decis. Pedamon.
nu 9. vbi testatur de communi, etiam quod d. con-
fessio habeat in se iuris, & facti præsumptiones, & si-
mus in his, quæ sunt de genere prohibitorum. Surd.
433 cons. 173. nu. 166. lib. 2. Ratio est, quia nunquam
fit coniunctio imperfectarum probationum ad pœ-
434 nam mortis. Immo dicitur, quod quæuis alia con-
fessio qualificata nec etiam infligit pœnam ordina-
riam delicti, Abb. in c. auditis, nu. 33. de præsumpt.
Angel. cons. 27. col 2. post alios, quos recenset Ri-
minal. d. cons. 83. num. 14. seq. Mascard. de probat.
lib. 2. conclus. 867. num. 8. Vbi quod ista opinio vti
æquior amplecti debet. Bertaz. cons. 27, nu. 2. lib. 1.
& cons. 122, nu. 15. Bursatt. cons. 27. num. 18. & 25.
Vbi quod omnes attestantur de communi DD. opi-
435 nione. Item dicitur, quod Reus non debet sub fi-
de publica, & authoritate Iudicis pœnam reportare,
& maximè quando ipsi gratia concessa fuit. l. 1. C. de
436 his, qui ven. ætat. impetr. Item dicitur, quod Reus,
si fateatur dixisse mendacium in tormentis, in qui-
bus videtur quis puram veritatem dixisse; multò ma-
gis dicendum est, mentiri extra tormẽta. Alber. rubr.
437 C. de quæst. nu. 9. Item dicitur, quod Reus, quam-
uis grauatus inditiis etiam indubitatis, si perseuera-
uerit in tormentis non potest in aliam pœnam con-
demna-

demnari, quam in exilium. Cœpoll. cons. 32. num.
18. seq. Gram. decis. 8. nu. 8. & 19. Boss. tit. de
sent.... nu. 70. Vulpell. cons. 4. nu. 15. Et ab ista
opinione Iudex recedere non debet, vt testatur Fa-
rinac. tit. de indit. q. 40. nu. 15. propè fin. loquens
in terminis de nominato in pluribus prætensis sociis
criminis, licet contra ipsum publica laboret infa-
mia, & sit magister, & caput aliorum in delictis.
438 Item dicitur, quod Reus quando est varius statur
dicto facto in tormento. l. si propulsauerit. §. ratio.
vers. Sed si negauerit. ff. de adult. Bal. l. fin. in fin.
439 ff. de quæst. Item dicitur, quod Reus Fisco, &
parti nihil tenetur edere. Bart. in l. 2. §. Diuus. el
primo. ff. de iur. Fisci. Alex. cons. 132. vol. 1. cum
aliis adductis per Boss. in tit. de Fisco, & priuileg.
440 eius nu. 10. Ratio est, quia Actor, quando dici-
tur, quod tenetur edere Reo ad fundandam excep-
tionem, procedit in exceptione fauorabili, non au-
tem odiosa. Ità Bal. in l. instrumenta. in princ. C.
de fideicomm. Curt. Iun. in l. non est nouum. nu. 5.
441 C. de eden. Item dicitur, quod Reus non con-
fessus, non conuictus per testes omni exceptione
maiores (vt requiritur) nec etiam aliqua pœna ex-
traordinaria puniri potest. Cœpoll. cons. 21. nu. 5.
loquens in propriis terminis falsitatis. Quod eo ma-
gis dicendum est, quando cessat præiudicium consi-
derabile; quo casu non est locus alicui pœnę etiam
extraordinarię. Aym. viden. cons. 46. col. 1. nu. 1.
442 post alios, quos allegat. Item dicitur, quod Re-
us dicens, seu declarans se commisisse delictum,
excusat alium Inquisitum. Veronen. cons. 39. quem
sequitur Ias. l. si quis mihi bona. §. sed quod si man-
dauit. col. pen. ff. de acquir. hæredit. Gram. decis. 34.
443 num. 19. Item dicitur, quod Reus non tenetur
probare per eum negata. Tradit in propriis termi-
nis Rei negantis delictum Bart. l. in illa stipulatione
444 nu. 10. de verb. obligat; Sed Fisco incumbit onus
probandi contraria narrata à Reo Carrer. in pract.
crim. in 3. tract. de homic. & assass. §. quarto quæ-
ro. nu. 7. Vbi alios refert Mars. in l. si in rixa. nu. 28.
ff. ad l. Cornel. de Sycar. Boss. tit. de homic. nu. 23.
ad med. & num. 25. Clar. §. homicidium vers. Ex
445 proposito ad med. Item dicitur, quod Reo ab-
senti, & contumaci iniustitia fieri non debet; quia
eius absentia suppletur per Dei præsentiam. l. pro-
perandum. §. cum autem C. de indic. DD. in Auth.
qui semel. Per illum Text. C. quomodo, & quando
447 Iudex. Item dicitur, quod Rei innocentia per te-
stes de auditu, & bonam famam dicitur liquidissi-
mis probationibus probata; quia probatio dicitur
448 legitima secundum subiectam materiam, & ideò
quandoquè refertur ad solum iuramentum, quan-
doquè ad testes singulares. Bal. l. peremtorias col.
449 fin. C. seru. rescin. non poss. Et iuris præsumptio
est, vt quis præsumatur bonus. l. merito. ff. pro soc.
450 dicitur liquidissima probatio. l. licet Imperator,
& ibi Alex. & Ias. de legat. primò Glos. l. Tutor pe-
451 titus. C. de peni. Tuto. In tantum quod ad repor-
tandam victoriam in causa, in qua liquidissimæ re-
quiruntur probationes, sufficit per præsumptionem.
Dixit Angel in l. 1. in secundo notab. C. de testam.
452 Felyn. Rubr. de probat. col. 2. Immò iuris, &
naturæ præsumptio dictat neminem delinquere velle
453 Bal. c. Cum in iuuentute. de præsumpt. Vbi sub-
dit, quod omne maleficium pugnat contra naturā.
454 Hinc est, quod præferuntur Testes deponentes
id, quod est magis naturæ, & iuri naturali confor-
me, vt est, vt quis non delinquerit. Calcan. cons. 64.
455 num. 18. Et magis credendum est testibus pro
Reo, quam testibus Fisci. Ex quo Testes Rei habent
iuris præsumptionem pro se. Ioan. de Platea l. quæ-
456 cumquè ad fin. C. de apoch. publici num. 10. Et
quia cum eis concurrit præsumptio naturæ. Ruyn.
cons. 67. vol. 1. in princ. post. Innoc. & alios c. au-
457 ditis. de præsumpt. Ex quibus igitur infertur,
quod probatio illa præfertur, quæ est fauorabi-
lis Reo, & postponitur odiosa, idest quæ est con-
tra Reum. Alber. in l. Titia. Tutores. col. 2. de
legat. primo Boer. decis. 42. in fin. Ruyn. cons.
145. vol. 5. num. 7. Bal. Rubr. de Controuers. Et
hoc dicitur, quando aliqui in eadem causa probant
pro Reo, & alii contra ipsum. Barbat. cons. 32. vol. 2.
458 vers. Et adduco, quod voluit Bal. col. 1. Immò
dicitur, quod probatio Rei etiam non plena ità of-
fuscat, & obnubilat probationes accusatoris, & Curię,
quod sequi debet absolutio Corn. cons. 134. vol. 4. col.
fin. Ias. post Bart. in l. non solum. §. sciendum. col. 2.
de nou. op. nunciat. vers. secunda conclusio Bartoli
459 Immò probatio inferior dubia, & imperfecta
pro Reo sufficit ad ipsius absolutionem; quia in cri-
460 minalibus huiusmodi probatio pro Reo sufficit.
461 Bart. Ias. & alii vt supra. Ratio est, quia proba-
tio Fisci tendit ad delictum, & pœnam, & sic odio-
sa; & probatio Rei ad exclusionem delicti, & sic
462 fauorabilis; Vnde in concursu probationum pre-
fertur fauorabilis, & postponitur odiosa. Et vbi am-
bę essent fauorabiles, præualet magis fauorabilis.
463 Barbat. cons. 39. vol. 1. col. 2. vers. Et addico
464 quod voluit Bal. Et ideò in tali probationum con-
flictu Reus per Iudicem est absoluendus. Bal. Rubr.
465 de controuers. inuestit. in fin. Et illa probatio at-
tenditur, quæ excludit delictum. Fulgos. cons. 198.
466 col. 2. Gram. consi ciuil. 69. Et quando huiusmo-
di probationum conflictu discerni non potest, quæ
nam probationes sint verisimiliores, & potentiores
hinc inde; tunc pronunciandum est ad fauorem Rei
Alex. cons. 24. vol. 2. nu. 28. Sed si sunt pares hinc
467 inde, tunc inuicem se confundunt, & quæ sunt
pro Reo attenduntur. Brun. tract. de indit. num. 8.
468 q. principali. Item dicitur, quod Reus non potest
per Iudicem citari ad personaliter comparendum,
nisi prius inditia legitimo ordine prolata accesserint.
Anchar. c. 1. de re iudic. in sexto Bal. & Angel. l.
468 fin. C. de probat. Immò requiruntur inditia ad
torturam sufficientia. Bart. l. ferrum quoque. §. pu-
blicè propè fin. ff. de procurat. Natt. cons. 594.
469 num. 14. Item dicitur, quod Reus puniri debet
à Iudice loci commissi delicti; quia iurisdictio vt tri-
bua-

buatur Iudici pro delictis commissis non considera-
470 tur persona offensa; Sed attenditur tantum persona offendens, ex quo offendit locum, vbi habitat, & ideò à Iudice commissi delicti puniri debet delinquens. Alciat. conf. 13. lib. 7. post Bart. in l. nè quid.
471 ad fin. nu. 7. ff. de incend. ruin. naufrag. Nec id ab re dicitur, quia Iudex delicti offenditur, non autem originis, & domicilii; ideò ille forus principalius attenditur. Bal. l. cunctos populos nu. 25. C. de summa Trinit. l. executorem nu. 24. C. de exeq.
472 rei iudic. Vulpell. conf. 91. nu. 2. Item dicitur, quod Reus non potest interogari à Iudice de aliquo in examine, contra quem nulla præcedat præsumptio Glos. l. fin. C. de accusat. Vbi quod nec in casibus exceptis Reus interogari debet, nisi aliqua præcedat præsumptio. Idem tenet Salyc. in d. l. fin. C. de accusat. col. 2. & 3. Et habemus constitutionem Pauli Tertii ad fauorem carceratorum editam. Vbi expressè prohibentur tales interogationes. Vt in
473 Bullario par. 1. nu. 58. vers. Idem Iudices. Etsi secus Iudex faceret, nominatio facta à Reo de aliquo per suggestionem, seù interogationem d. Iudicis, non facit contra nominatum, siue consocium aliquod inditium: Et caueant Iudices, vt abstineant ab ista suggestiua interogatione, nè proprias animas
474 perdant, & Reos indebitè vexent. Et quando processus fuit fabricatus per suggestionem, siue per suggestiuam interogationem cōtra aliquem totus est nullus Clar. in pract. §. fin. q. 21 vers. retenta igitur. ad fin. Corrad. in pract. in tit. de negat. crim. & torment. post num. 23. vers. 113. quando socius criminis. fol. mihi 293. col. 2. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1311. num. 29 & 40. Farinac. q. 43.
475 num. 132. Et d. nominatio socii criminis non facit inditium ad torturam; etiam quod in ea perseuerauerit vsquè ad mortem; licet morti proximus, vel moribundus mentiri non præsumitur, nec immemor esse salutis æternæ. Text. est in l. fin. C. ad l. Iul. repetund. & in c. sancimus. 1. q. 7. Glos. in l. 1. C. de fals. caus. de iec. Bal. conf. 25. vol. 1. & conf. 162. nu. 4. in fin. vol. 2. quia morti proximus non præsumitur esse Sanctus Ioannes Baptista, vel Euangelista, & sic non semper præsumitur dicere verum quis in mortis articulo; id non procedit, quando agitur de præiudicio tertii. Bart. in l. fi quis. §. si quis moriens. ff. ad Syllan. Menoch. conf. 3. 44. & 68. vol. 1.
476 Farinac. q. 43. nu. 28. & 30. Item dicitur, quod Rei iuramento standum est ad eius innocētiam purgandam. l. furti. §. qui iussu. ff. de his, qui not. infam.
477 Item dicitur, quod Reus carceratus pro crimine graui concurrente infamia prohibetur missas celebrare. c. accusatum, & ibi Abb. de Simon. Et in Curia Archiepiscopal. Neapolit. seruatur, quod Inquisiti de quouis delicto habilitati per palatium, vel Ciuitatem prohibentur celebrare; Sed conceditur eis licentia à Vicario, quando delictum est leue, seù constat de innocentia, licet adhuc causa non sit finita, dummodò non adsit scandalum. Pract. Archie-
478 piscopal. Neapolit. c. 27. nu. 129. seq. Item dicitur, quod Reus solet habilitari cum cautione de tenendo Palatium, vel domum, aut Ciuitatem loco carceris. Habilitari verò non debet conuictus, vel confessus l. si confessus. ff. de custod Reor. Nec inditiatus ad torturam. Iuxta Bal. in l. si quis post. ff. de testam. Et Bullam Pii V. incip. licet ex iuris. Nec qui alias aufugit. Paris. de Put. de Scindic. in verb. Carcer. c. 1. nec quando quis est repertus infragranti crimine, aut delictum est notorium, & manifestum; etiamsi de pœna pecuniaria agatur. Mars. in pract. §. attingam. nu. 5. seq. nec de iure in grauissimis. l. nullus de Custod. Reor. Quod etiā Iudicis relinquitur arbitrio: Nam etiam in causis sanctæ fidei solet fieri habilitatio ex infirmitate, vel alia causa Iudicis arbitrio. Menoch. de arbitrar. caus. 303.
479 Et in Curia Archiepiscopal Neapolit. & aliarum Curiarum. vt testatur Clar. § fin. q. 46. nu. 9. in hac enim habilitatione multum Iudicis arbitrio tribuitur. Iuxta Menoch. vbi supra Farinac. latissimè de carceribus, & carceratis. q. 33. num. 53. Pract. Archiepiscopal. Neapol. c. 27. pag. mihi 126. vide etiam in verb. Reo quotiescunquè non venit imponenda pœna corporalis, sed tantum pecuniaria.
480 Item dicitur, quod Reus appellans à sententia Iudicis criminalis contrahit inimicitiam capitalem cum ipso Iudice: Et è contra d. Iudici fit iniuria; cum eius imperitia arguatur. Et ex hac causa potest Iudex vti inimicus allegari suspectus. Vt per Imol. & Dec. in c. Adhæc. de appellat. Et benè declarat Decian. in suis Tract. criminal. par. 1. lib. 3. c. 25. nu. 61. vers. Quod si Reus condemnatus appellaue-
481 rit. Item dicitur, quod Reo, qui semel tantum deliquit, seù per prius nunquam deliquit, indulgendum est. Gandin. de malef. Rubr. vtrum pœna possit augeri. Per Text. in l. etsi seuerior. C. ex quibus caus. infam. irrog. cum aliis adductis per Natt. conf. 458. in fin. obnoxium enim est, vnum statim pro vno delicto punire; quia magis est expectandus, & corripiendus, quam puniendus. c. licet 45. distin.
482 Item dicitur, quod Reus dans, seù nominans Authorem excusatur ab omni pœna. Iacob. Butrig. & Cyn. in l. maiorem. ff. de fals. Mars. in l. qui falsam. nu. 103. vers. modo sequendo materiam. ff. de
483 fals. Item dicitur, quod si Reus plura commisit delicta siue incontinenti, & eodem tempore, siue etiam ex interuallo, licet verè plura dicantur fuisse commissa, vnica tantum pœna, & non pluribus afficiendus est, illa scilicet principalioris, & maioris delicti. Bart. in l. inficiendo. §. infans. nu. 3. ff. de fur. Bart. & Alber. in l. quicunquè. C. de seru. fugit. Soccin. conf. 26. nu. 8. seq. Ploț. in l. si quando nu. 715. C. vnde vi secundum antiquam impressionem. Monticell. in pract. crim. reg. 15. num. 160. Couar. variar. resolut. lib. 1. 10. num. 8. vers. Quintum est hoc in tantum prænotandum. Farinac. q. 22. nu. 25.
484 seq. Immò delictorum cumulatio non aggrauat pœnam. Prout. Clar. §. furtum. vers. aut verò respicit pœnam. Et quando Clar. loquitur, quod aggrauat, dicit de eo, qui commiserat tertium furtum, &

erat

erat subditus vel ratione originis, aut domicilii. Vt in
485 vers. mihi placet prima opinio. Et delicto quando duæ causæ concurrunt, seu considerantur, potentior attenditur, & minus potens non consideratur. Argum. l. quæritur. ff. de stat. homin. Iustin. Ronder. cons. 54. nu. 10. inter cons. crim. diuers. lib. 2.
486 Item dicitur, quod Reus, quando habet aliquod verisimile pro se, cessat inditium mendacii. Put. tract. de Scindic. §. viso de indit. indubitat. col. 1.
487 Item dicitur, quod Reus, quando à principio non nominauit aliquem, sed in suis vltimis constitutis, eius dictum non debet attendi. Natt. cons. 298. nu. 7. seq. in fin. Dec. cons. 89. nu. 8. Bertaz. cons. 28.
488 num. 14. & cons. 39. nu. 13. lib. 1. Item dicitur, quod Reus non tenetur comparere in illo Tribunali, vbi est ei imposita aliqua pœna; & non est ei tutus accessus, & si in contumaciam condamnetur, sententia redditur nulla non obstante saluoconducto concesso; quia non tenetur ei credere. c. accedens. vbi not. ônes. vt lit. nô contest. latè Afflict. decis. 289.
489 nu. 20. cum aliis seqq. Ratio est euidens, quia Saluusconductus est fragilis cautio. l. quia ità §. 1. ff.
490 ad Trebell. Et ideò quis excusatur non comparêdo, ex quo nemo se ponere debet in periculo. Not. in c. 1. de Cler. non resid. in 6. Nec dissentit Bart.
491 in l. idemq; ff. pro soc. Et eo magis id dici debet, quia isti saluiconductus sæpêsæpius non seruantur Vt per plura exêpla ostendit Menoch. cons. 100. n. 191.
492 lib. 1. Immò non reddunt tutum capitaliter bannitum, quin in itinere possit occidi. Vt in terminis scribit Horat. Lut. cons. 167. nu. 13. diuers. lib. 1.
493 Et ideò occidens bannitum habentem saluumcôductum non publicatum non punitur. Bal. cons. 9. vol. 3. Castrens. cons. 99. vol. 1. nec tenetur isto casu mittere procuratorem. Ferrer. cons. 31. nu. 17. seq. Rolan. cons. 68. nu. 19. seq. lib. 2. Vbi quod isto casu non solum citatus non tenetur mittere ex-
494 cusatorem, nec etiam appellare. Item dicitur, quod Reis apud Romanos ante aduentum Domini venit minoranda pœna propter multitudinem liberorum. Vt per plura exempla ostendit Tiraquell. in tract. de pœn. temperan. caus. 26. per totam: Multo magis id fieri debet hodie, ex quo sumus effecti cohæredes Christi, qui ait, discite à me, quia mitis
495 sum, & humilis corde. Et ideò misericordia est anteponenda rigori. c. exigunt causæ causa. 1. q. 7.
496 Et si in aliquo quis venit redarguendus; melius est reddere rationem misericordiæ, quam rigoris. Vt per plura iura tradit Glos. in c. ponderet in verb.
497 misericordia 50. distin. Item dicitur, quod Reus allegans causam nouæ memoriæ, cur potuit nouiter recordari alicuius rei, nulli dubium est, quod non potest dici varius, nec sibi contrarius. Cranett. cons. 75. nu. 33. Felyn. in c. præterea col fin. de test. cogen. Crott. tract. de test. nu. 340. in. 2. & 5. casu.
498 Item dicitur, quod Reus, quando fuit nulliter, & iniustè captus, sine facto partis, siue Iudicis, eidem capto ius expulsiua infertur, cum contra ius propria libertate priuetur; & pro recuperatione propriæ libertatis ad primeuum statum hoic competit remedium, seu interdictum recuperandæ, in tantum vt in primis, & ante omnia aduersus vim illatam veniat restituendus. Sunt Textus aperti, & clari in l. pleriq; Et Bal. & Castr. ff. de in ius vocan. l. 1. & 2. ff. de delict. hom. exhib. Et interdictis recuperandæ est Glos. ord. vbi etiam DD. in c. Cum inter in. Glos. 1. ad fin. extra de except. Et est lex in C. sollicitudinem post princ. in illis verbis: Et petens se ad eum statum de appell. Et quod veniat tanquam spoliatus restituendus, & causa spoliationis sit prius tractanda, facit text. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi Felyn. in c. qui ad agendum. de reg. iur. Bart. notabiliter in sua celebrat. q. 6. quæ incipit Lupus fuit captus nu. 2. seq. & per totam quæst. l. meminerint & DD. C. vnde vi. Caput. pariter in suis cons. ciuil. cons. 19. nu. 2. seq. & per totum cons. benè,
499 & realiter in hac materia consideratum. Item dicitur, quod Reus captus cum archibusetto prohibito, seu armis prohibitis à familia Iudicis non est molestandus, quia contra eum procedi non potest. Ità tradit. Angel. in l. 1. in fin. ff. ad l. Iul. de vi publ. Vbi quod hodie non est in vsu, quod quis aliqua pœnæ puniatur pro delatione armorum prohibitorum, nisi fuerit cum illis repertus à Berroariis. Et ità seruari testatur Augustin. in addit. ad Angel de malef. in verb. d. Andreas armatus nu. 8. in fin. Et maximè quando assertum Archibusettum, seu arma non sunt producta in actis, cum non possit dici, quod constet de corpore delicti. Et constitutiones summorum Pontificum contra Deferentes talia arma procêdunt, quando verificatur id, super quo fundatæ sunt. Glos. & ibi Salyc. & Castren. in l. mancipia in verb. aduocandum. C. de seru. fugit. Bart. in l. Di-
500 uus. ff. de testam. milit. Item dicitur, quod Reus captus nulla præcedente informatione gratis relaxari debet sine aliqua impensa. Boss. tit. de captura. n. 4. l. fin. §. nullo tempore. ff. de lib. homine exhib.
501 Bal. & Ias. l. si pacto quo pœnam. C. de pact. Immò d. Reus captus nulla præcedente informatione potest à quolibet priuato impunè è carcere eximi. Boss.
502 tit. de captura nu. 5. Immò d. Reus indebitè cap-
503 tus si fugiat non habetur pro confesso, & relaxatus sub fide non tenetur ad carceres redire. Idem
504 Boss. d. tit. nu. 6. Immò Reus iniustè captus licet postea confiteatur spontè delictum; tamen ex illa confessione non poterit condemnari. Boss. tit. de
505 captura nu. 8. Immò captus indebitè non potest in carcere ab alio retineri. Boss. d. tit. num. 92.
506 Immò Reus captus indebitè non potest ob aliud
507 delictum retineri. Boss. eod. tit. nu. 7. Immò Reus captus extra Ecclesiam nô potest in ea capi. Boss.
508 eod tit. nu. 22. Item dicitur, quod Reus captus in alieno territorio statim debet relaxari, etiamsi familia incœperit eum insequi in suo Territorio. Boss. d.
509 tit. nu. 34. Item dicitur, quod Reus captus, & relaxatus sub fide reuertendi. Vide Boss. d. tit. n. 70.
510 Item dicitur, quod Reus captus in fragranti excentionem retardare poterit, quando v. g. allegat,

quod

quod ad eius defenſionem aliquem occiderit, vel Bãnitum, qui impune offendi poterat, interemit. Vulpell.
511 conſ. 137. n. 17. Itẽ dicitur, quod Reus captus etiã Bannitus, antequam ad carceres ducatur, non poteſt
512 occidi. Vulpell. conſ. 74. n. 2. Itẽ dicitur, quod Reus, qui fecit ſuas defenſiones, ſeù ſuas probationes ad ſui defenſionẽ, ità quod pro eo debet ferri ſententia abſolutoria, etiam ante ſententiã debet relaxari licet dicatur, quod lite pendente nihil innouetur. Rom. in ſingul. primi anni 373. Auguſt. ad Angel. in verb. pręsẽte
513 d. Caio. n. 17. Item dicitur, quod Reus captus cõtra formam mandati Iudicis ante omnia reſtituendus eſt in priſtinam libertatem, vti nulliter capturatus; cũ iniuſtè ſit priuatus propria libertate. Bart. in diſput. incip. lapus captus. col. pen. Cœpoll. conſ. 19. col. 1. in ciuil. Quod procedit, etiamſi captura poſſit iuſtificari. vt tradit Pariſ. Put. cõſ. 101. n. 7. vol. 3. ſequitur Gabri-
514 el. tit. de reſtit. ſpoliat. concluſ. 1. n. 19. ſeqq. Itẽ dicitur, quod Reus captus non ſeruato iuris ordine, ideſt nò prius examinatis teſtibus ſuper inditiis cõtra Reũ capiendis eſt relaxandus, & proceſſus eſt nullus; quia hodiè ex conſuetudine totius Italię non deuenitur ad capturã, niſi prius examinatis teſtibus ſuper inditiis. Angel. de Caſtr. inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 94. n. 2. lib. 1. Clar. q. 28. verſ. ſcias autẽ ante med. Quod procedit etiã in atrociſſimis, prout in crimine læſæ Maieſtatis. Bal. poſt Gloſ. l. ſi quis alicui C. ad l. Iul. maieſt.
515 Marſ. §. conſtante. n. 2. Itẽ dicitur, quod Reus captus ſine inditiis nõ tenetur aliqua pœna, nec habetur pro confeſſo. Boſſ. tit. de effract. carcer. ſub n. 2. verſ. addo Riminal. conſ. 88. n. 3. in fin. inter cõſ. crim. diuerſ. lib. 2. Et nouiſſimè Seraphin. de Seraphinis tract. de priuileg. iurament. priuileg. 132. n. 1. in fin. verſ. item in cri-
516 minalibus. Item dicitur, quod Reus captus in itinere confugiens ad Superiorẽ non dicitur aufugere, nec pro confeſſo haberi poteſt; etiamſi aufugit è carcere. Tradit Hoſtien. c. vt dilectus. de appellat. Gram. vot. 39. nu. 12. Vide in verb. fugiens è carcere, & vadens
517 ad Superiorem non dicitur aufugere. Item dicitur, quod Reus captus ab vno Iudice non poteſt arreſtari ab alio; quia abſurdum eſt, quod quis vexetur, & conueniatur coram pluribus Iudicibus. De quo in c. propoſuiſti. Et in Vrbe habemus Bullam Pauli Tertii n. 58. in prima part. Bullarii. verſ. Et inſuper dd. Iudices. Vbi quod captus ab vno Iudice non poteſt ab alio arreſtari; etiam quod habeat aliam cauſam.
518 Ratio eſt, quia vbi cauſa cœpta eſt, ibi finiri debet. l. vbi cœptum. ff. de iudic. §. quoniam in Authen.
519 de teſt. Item dicitur, quod captus pro informatione Curiæ tanquam teſtis gratis eſt relaxandus Pau-
520 lus Tertius conſtitut. nu. 58. fol. mihi 471. Item dicitur, quod Reus captus ſine mandato Iudicis, ſi fugiat è manibus Berroariorum, non poteſt puniri de
521 fuga. Bart. in l. vis eius in princ. C. de probat. Item dicitur quod Reus captus pro vno crimine non poteſt per Iudicem interogari ſuper aliquo alio prætenſo crimine, de quo nullum extat inditium, nec vlla partis querela ſuffragante: Nam daretur nimis magna materia Iudicibus vexandi homines, & impoſſibile
522 videretur probationis initium ſumi ab ipſo Reo.
523 Boſſ. tit. de examinibus Reorum. nu. 6. Et inditia quando non præcedunt, Curia, & Fiſcus videntur ex ore Rei confeſſionem extorquendo ſumere probationem ad fundandam eius intentionem, quod iure prohibetur. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. quẽ Text. ità inteligit Boſſ. d. tit. de examin. Reo. nu. 9. Et ità ad litteram cantat conſtitutio Pauli Tertii verb. Item Iudices captus pro vno crimine in prima par. Bullarii nu. 73. ad fauorem carceratorum edita. Quę conſtitutio, cum habeat decretum irritans, reddit proceſſum nullum. Abb. c. dilectus. nu. 14. de preben. Gabriel tit. de clauſulis concluſ. 3. num. 56. vn-
524 de dicitur v. g. quod confeſſus ſe ab vno fuiſſe ſubagitatum non poteſt interogari, an fuerit ſubagitatus ab alio, quando nõ extant inditia Clar. poſt alios,
525 quos allegat q. 64. verſ. ſucceſſiuè quæro. Item dicitur, quod Reus non poteſt capi, niſi prius fuerint examinati teſtes ſuper verificatione querelæ; & ità practica ſe habet tradit Marſ. §. conſtante num. 11. verſ. redeundo modo ad propoſitum. Et aliter faciens Iudex tenetur in Scyndicatu. Clar. q. 28. verſ. ſcias autem. Foller in ſua prax. crim. verſ. ſtudeat ſe ornare. n. 58. vbi monet Iudices, vt non ſint faciles ad capturam eorum, qui per Accuſatores deferuntur: ſolent enim vt plurimum Offenſores recurrere ad Iudices, falſas querelas exponere, & eludunt Curiam. Nec facit, ſi dicatur, nos eſſe v. g. in crimine enormiſſi-
526 mo; vt puta falſitatis; quia in quocunquè crimine etiam læſæ maieſtatis quis de iure capi non poteſt, niſi legitima præcedant inditia per examinationem teſtium. Hyppol. §. conſtante. nu. 2. Rolan. conſ. 17.
527 num. 3. col. 3. Immò proceſſus eſt nullus, quando legitima non pręcedunt inditia ad fundandam inquiſitionem. Vt cantat conſtitutio Pii Quinti contra
528 condemnatos: Ratio eſt, quia vbi inditium eſt nullum, aliquis validus non poteſt reſultare iuris effectus Rom. conſ. 224. per l. ſi filius la 2. ff. de interogat.
529 act. Item dicitur, quod antequam Reus capiatur etiam in crimine hæreſis tã priuilegiato magno conſilio procedendum eſt; nam vbi ex teſtimoniis, & delicti qualitate viſum fuerit delaros eſſe huius criminis Reos. Fiſcalis petit ab Inquiſitore vt Rei comprahendantur, is verò protinus habito peritorum conſilio quid facto opus ſit, deliberat, & ſi pluſquam ſemiplenis probationibus Reos conuinci viderint, eos cõpręhendi iubet. Simac. de cathol. inſtit. tit. 44. n. 12. Idem in Enchirid. tit. 25. num. 1. ſeq. Et Ioan. Roias tract. de heret. par. 2. aſſertio. 1. num. 12. ſeq. Et hęc eſt tutiſſima procedendi ratio. Director. Inquiſit. ibidem. Et quanquam ſolus Inquiſitor decernere poſſit, vt Rei perſonaliter capiantur. Clem. 1. §. propter quod de heret. ſecurius tamen eſt, & tutius, vt rem tantã maturo peritorum conſilio aggrediatur. Cũ enim hoc delictum ſit grauiſſimum, & ex ſola captura nõ modicè fama lędatur, non facile decernendũ eſt, vt Rei capiantur. Exmeric. hoc loco valdè prudenter hęc intuitus, aut plenam delicti probationẽ, aut maxima inditia, aut vehementes ſuſpiciones pręcedere

debere capturam asserit. Nam ex leuibus suspicio-
nibus, nunquam ad eam est deueniendum. Dire-
ctor. Inquisit. in 2. part. supra c. Excommunicamus.
§. Cæterum. Et 3. part. pag. mihi 421. comm. 12.
Immò cum captura sola in crimine hæresis vehemẽ-
ter infamet, ideò opus est magna prudentia, & plus-
quam dimidiis, seù plusquam semiplenis probatio-
nibus Reos vrgeri, & puniri necesse est. l. 1. §. dili-
gens. ff. de seru. fugit. l. 1. de requir. Reis Gonsal.
de hæret. q. 11. Simanc. Enchirid. tit. 25. de com-
530 prehenden. n. 2. seq. Et dicitur etiam, quod captura
est iniusta, quando in processu nõ apparet, quod Reus
captus sit suspectus de aliquo crimine, quod spontè
531 fuit confessus. Vnde fit, quod eius Confessio quã-
uis spontanea non videtur sufficiens ad condemnan-
dum. Ità mirabiliter scribit Anchar. cons. 24. quem
refert, & sequitur Alex. ad Bart. in l. qui in aliena. §.
532 Celsus. ff. de acquir. hæredit. Item dicitur, quod
Reus capi non potest ad simplicẽ partis offensæ que-
relã, seù Instigatoris inditiis legitimis non præceden-
533 tibus, videlicet quod inditia præcedere debent per
testiũ depositionem Mars. in §. Constante. n. 21. vbi de
communi Eugen. cons. 64. n. 14. seqq. Vbi dicit verio-
rem, & magis communem opinionem esse, & ex con-
534 suetudine totius Italiæ, vt examinentur testes ante
capturam, aliter captura est iniusta, & nulla. Clar. q.
28. n. 1. in fin. Honded. cons. 100. seù 108. nu. 23.
seq. vol. 1. Petr. de surd. cons. 182. num. 2. vol. 2.
Et hoc procedit etiam in atrocissimis delictis. Mars.
d. §. constante. n. 2. Farinac. q. 27. n. 124. Honded.
cons. 94. nu. 8. vol. 2. Quod eo magis dici debet,
quando persona est in sacris constituta; vt Sacerdos,
Diaconus, seù subdiacoous, qui est persona priuile-
giata. Vt per Scacc. tract. criminal. q. 42. num. 13.
535 Item dicitur, quod Reus quãdo fuit captus à Ber-
roariis nulla infamia, & diffamatione præcedente, &
536 nõ data querela à parte offensa, & nullo mandato,
seù ordine Iudicis inquisitio dicitur nulla, & in totum
corruit. Vt per Mars. cons. 150. n. 5. seq. omninò vidẽ,
qui loquitur in fortioribus terminis, & concludit
per multa iura, & authoritates, quod contra aliquem
537 non potest inquiri de aliquo delicto nisi præcedẽ-
te illios diffamatione, & si inquiratur, & captus confi-
teatur, dicta cõfessio ineptitudinis exceptione reddi-
538 tur nulla. Et quod ista exceptio potest opponi etiã
post sententiam, quę transitum fecisset in iudicatum,
& reddit omnia antè acta, & quoscunq. processus an-
tea factos nullos, & inualidos præsertim in Minore
Curatore carente, & in criminalibus. Vt ibi per eũ.
539 Item dicitur, quod Reus pro aliquo delicto carce-
ratus non admittitur in testẽ; Et id dupplici ratione,
vel ob notam infamiæ; vel quia præsumitur, quod fal-
sum testimonium dicat pro aliquo, qui promittat se à
vinculis liberaturũ. Mascard. de probat. lib. 1. conclus.
286. in princ. l. 3. §. lege Iulia. Et ibi Glos. in verb. pu-
540 blica. ff. de testibus. tit. de test. §. 1. vers. Item quod
accusatus cõtra quẽ n. 90. Grã. decis. 24. n. 19. Et ma-
ximè quando deponunt ad fauorẽ Gubernatoris, spe-
rando se à carceribus liberati. Specul. in tit de test. §.
1. vers. Itẽ quod accusatus cũ aliis adductis per Gram.
d. decis. 11. Et est etiam alia ratio, quia cum sit in vin-
culis est suspectus de crimine, & sic quodamodò infa-
mis. Albert. de Malet. tract. de test. par. 1. c. 3. n. 5. Idq.
magis procedit, quando carceratus est in confessis, cũ
delictum infamet. Glos. c. si testes. §. lex Iulia. in verb.
in vinculis. 4. q. 2. Aufred. tract. de reprobat. test. n. 1.
verb. carceratus, & detentus. Mascard. de probat. con-
clus. 268. n. 4. Riminal. sen. cons. 385. n. 58. vol. 2.
Natt. cons. 161. n. 10. vol. 1. Vbi quod criminosus pro
541 crimine graui à testimonio repellitur. Item dicitur,
quod Reo iniustè carcerato impensæ quoq. alimento-
rum sunt ab Aduersario reficiendę. Paulus Tertius cõ-
542 stit. 58. fol. mihi 471. Item dicitur, quod Rei pro
causis criminalibus carcerati veniunt appellatione
543 pauperum. l. Iudices de Episcopal. Audien. Item
dicitur, quod Reo carcerato nulla pauperior, & tri-
stior persona reperitur. Bal. in tract. de carceribus
544 in princ. Item dicitur, quod Reo indebitè carce-
rato licet è carceribus aufugere. Tradit. Bart. l. vis
eius. in princ. C. de probat. Boss. tit. de captura
545 num. 6. Item dicitur, quod Rei carceratio longa
loco pœnæ debet esse, & inseruit etiam, quamuis
non sit longa. l. omnes. & ibi Olofred. & alii. C. de
pœn. Vinc. de Franch. decis. 317. num. 4. Vbi quod
ità fuit multoties iudicatum in Sac. conc. Neapolit.
546 Petrus Caballus casu 142. in princ. Quis enim po-
547 test pœnam maiorem dare carceratione. Et ma-
ximè quando est carcerata Mulier, mitius cum ea
agendum est in pœnis. l. sacrilegii pœnam in princ.
548 ff. ad l. Iul. pec. Et quod carceratio longa succe-
dat loco pœnæ. Est Text. in l. si diutino. & l. respi-
ciendum. in princ. ff de pœn. Gram. cons. 63. nu. 5.
549 loquens in carcerato per quatuor menses tantum.
550 Item dicitur, quod Reus ob solam carcerationem
non infamatur, sed quidem ob sententiam condem-
natoriam l. infamem. ff. de publ. iudic. Mascard.
551 de probat. conclus. 895. n. 16. Immò sola Car-
ceratio etiam reiterata de eodem delicto non infa-
mat, sed requiritur, quod per prius inquisitus confes-
sus fuerit delictum, vel per sententiam Iudicis con-
552 demnatus. Gram. d. cons. 45. n. 32. Ratio est, quia
delinquens non habetur pro delinquente, nisi pro-
nunciatum fuerit esse delinquentem, vel non potest
quis haberi pro tali, nisi pronunciatum fuerit esse
talem. Immò dicitur, quod carceratio longa minuit
553 pœnam. l. omnes. C. de pœn. Immò carcertio lõga
requirit vt Iudex cum inquisito mitius agat. Glos. in l.
si diutino. ff. de pœn. Vbi tẽpus carceris computatur in
tẽpus exilii, sic in cæteris delictis dici debet, nã cum
eadem sit ratio idem quoq. ius statuendũ est l. illud. in
564 princ. ff. ad l. Aquil. cũ similibus. Immò dicitur etiã,
quod carceratio longa suffecta est loco solutionis. Ni-
555 col. de Milis in verb. debitor. n. 6. in fin. Immò dici-
tur, quod carceratio indebitè facta facit, vt & sequẽtia
556 nulla sint. Boss. tit. de mandato ad homic. n. 13. Itẽ
dicitur, quod Reis quãdo agitur de graui eorũ præiu-
dicio, magis creditur quã Officialibus, qui ipsos cap-
turauerunt, Mant. cons. 60. refert, & sequitur Gabriel

557 tit.

557 tit. de test. n.8.conclus. 4. Item dicitur, quod Re-
us pro aliis causis carceratis coram eodem Iudice, co-
ram quo prius cauerat de seruando exiliū pro aliquo
priori delicto, si relaxetur à carceribus, ista relaxatio
arguit tacitam liberationē à fideiussione, & exilio. Ita
Anan. cons. 17. Boss. tit. de Carcerato fideiuss. com-
558 mit. Item dicitur, quod Reus pro causa criminali
carceratus non potest pro ciuili debito arrestari, &
detineri. nanq; esset hoc ipsum propria libertate pri-
uare, nè posset in ius vocare. Quinimò à libertate spo-
liatus debet ante omnia restitui. l. plerię; ff. de in ius
vocan. & in l. Titio centum. §. Caio descendit. De
condit. & demonstrat. Nec propterea audiendi sunt
Creditores volentes excipere exceptionem aliquam
contra taliter sequestratum, vel impedire quo minus
ipse sit in sua libertate restitutus. l. 1. §. & pauci refert
ff. quod vi, aut clam. Et not. Dynus in c. Qui ad agē-
dū de reg. iur. in 6. Quinimò tali spoliato debet actio
concedi contra Creditores, cum sibi impulsiua, &
spoliatiua vis per illos inferatur. Not. DD. l. 1. §. ius
publicum. ff. de iust. & iur. Et c. ex publico. de conuers.
559 coniugatorum. Item dicitur, quod Reus quando
est relaxatus sub fideiussione de se repræsentando,
non tenetur se repræsentare in carceribus iuxta for-
mam suæ obligationis; quando alias fuit relaxatus
pro eodem prætenso delicto; quia Relaxatio ha-
bet vim tacitæ absolutionis aliis non superuenienti-
bus. Anan. cons. 17. col. 3. Alex. cons. 179. vol. 2.
Boss. tit. de carcerat. fideiuss. committ. num. 19.
560 Item dicitur, quod Reus fugiens è carcere ex
aliqua causa, puta quia malè tractabatur, vel quia
timebat seuitiam Iudicis, aut eius nequitiam, & ad
superiorem confugiens non punitur; quia itineris
561 arreptio habet vim appellationis. l. etsi per Præ-
torem. §. fin. & ibi Bal. ff. ex quibus caus. maior.
Qua quidem ex re sic fugiens non habetur pro con-
fesso, nec vti carceris effractor punitur. Hostien. c.
vt debitas. extra de appellat. Paris. de Put. in tract.
de Syndic. in verb. fuga Officialis. c. 2. incip. An Iu-
dex, vel Officialis. n. 4. fol. mihi 190. à tergo. Iacob.
de Sancto Georgio in l. 1. n. 9. C. de seru. fugit. Ioan.
de Amic. cons. 7. n. 10. Boer. decis. 215. n. 28. Gram.
vot. 39. n. 12. Cœpoll. l. qui sit fugitiuus. in princ.
n. 21. ff. de Edelit. Edict. Paul. Ghirland. in tract. de
relaxat. Carcerat. Rubr. de fuga Incarcerati nu. 10.
seq. Caccialupus in tract. de Debitore suspecto. Et
fugit. q. 1. num. 2. inter tractatus antiquos. tom.
16. fol. mihi 181. Mascard. de probat. lib. 2. con-
562 clus. 820. nu. 13. Farinac. q. 30. nu. 171. Item
dicitur, quod Rei existentes in carceribus non pos-
sunt occidi. Vt l. fin. de custod. & exhib. Reor.
Istam quæstionem ponit etiam Bart. in l. 3. §. fin. ff.
de Sycar. & Bal. in l. libertas. in fin. ff. de stat. hom.
& Cyn. & Imol. in l. Pupillus. §. 1. ff. de condit. &
demonstrat. Aret. in tract. malef. in verb. Fama.
563 Item dicitur, quod Reus ex carcere sub fideius-
sione dimitti potest, vbi non venit imponenda pœ-
na corporalis. Boss. tit. de carcerat. fideiuss. com-
564 mit. num. 1. Item dicitur, quod Reo nobili pro
carcere potest assignari Palatium, vel Ciuitas. Boss.
565 tit. de carcerat. fideiuss. committit. n. 4. Item di-
citur, quod Reus, qui ex carcere non potest dimitti
datis fideiussionibus potest dimitti, quando Index
videt in casu absolutionis. Boss. tit. de carcerat. fide-
566 iuss. committ. n. 15. Item dicitur, quod Reus car-
ceratus dici non potest, si nō sit ei apposita custodia,
& ideò qui detinetur in Ciuitate, non potest propriè
567 dici carceratus. Et pro hac verà opinione Rom.
in quodam suo cons. posit. per Matthe. Brun. in tract.
de cessione bonorum. q. 11. quartæ quæst. principalis
n. 35. seq. qui inter alia mouetur, quòd Custos carcerū
parificatur Depositario, & per alias rationes, quæ nō
conueniunt, quando quis detinetur in Ciuitate sub fi-
deiussione, quia tunc non est propriè carceratus, nisi
sit ei apposita custodia. Vt post Angel. Capic. decis.
154. n. 4. Et diuersum est in vinculis custoditi, & fide-
iussoribus committi. Vt prosequitur Farinac. in prax.
De carceribus, & carceratis. q. 30. n. 58. vers. contrari-
568 um. Item dicitur, quod Reus carceratus iniustè
potest impunè fugere. Boss. tit. de carcerat. fideiuss.
569 committ. n. 49. Item dicitur, quod Rei detentio
570 facta indebitè facit vt & sequentia, nulla sint. Item
dicitur, quod Reus ex carcere simpliciter dimissus vi-
detur absolutus rebus stantibus, prout stant. Boss.
571 tit. de publ. violent. nu. 114. Item dicitur, quod
Reo existenti in carcere pro hæresi concedendus
est Confessarius. Director. Inquisit. 2. par. pag.
mihi 227. col. 2. Et quid cum eo obseruandum.
572 Item dicitur, quod Reus faciens obligationem
in carcere. Vide in verb. Obligatio facta in carce-
re. In verb. Promissio facta in carcere. In verb. Instru-
578 mentum factum in carcere. Item dicitur, quod Re-
us, qui iam fuit carceratus pro aliquo delicto, &
postea liberatus, non potest pro illo denuò inqui-
ri, & molestari. c. de his de accusat. l. si cui. §.
eiusdem. ff. eod. tit. Nanquè (vt dictum est) Diui-
na Clementia non patitur dimissa peccata iterum
in vltionem redire. c. fin. in princ. de pœnit. 4. di-
stin. Et ita in terminis tradit Dec. cons. 131. col. 1.
579 Paris. cons. 1. vol. 4. num. 14. seq. Item dicitur,
quod Reus, si moriatur antequam finiatur causa,
non est amplius procedendum. Item dicitur, quod
Reus dimissus sub fide reuertendi sine aliquo pa-
cto, reuersus non poterit incarcerari. Boss. tit. de
580 crim. læs. maiest. num. 128. Item dicitur, quod
581 Reus, quamuis diues, pauper dici potest, quia di-
nitiæ sunt ex accidenti, & ideò quilibet præsumitur
pauper, quia homo nascitur nudus, & sine diuitiis.
c. homines. 47. distin. Aber. in l. si verò pro con-
demnato. §. qui pro Rei qualitate. nu. 4. ff. qui sa-
tisd. cogan. & sub num. 5. ait. ex coniecturis illam
582 probari. Item dicitur, quod quotiescunquè Reo
non venit imponenda pœna corporales, sub fide-
iussione est relaxandus. vide in verb. Reus solet ha-
583 bilitari. Item dicitur, quod Reus, quando
dat, seù nominat authorem, excusatur ab om-
ni pœna. Iacob. Butrig. & Cyn. in l. maiorem
de fals. Mars. in l. qui falsam. nu. 103. vers. modo.

584 Item dicitur, quod Reus ſuſtinens tormenta, ſeu
torturam melior reputatur, quam ante accuſationem
erat. Vt tradit Boet. poſt Iacob. de Bellouiſ. quem
585 allegat deciſ. 163. num. 14. Item dicitur, quod
quando Reus habet aliquod veriſimile pro ſe, ceſſat
inditium mendacii. Put. tract. de Scyndic. §. viſo,
586 de indit. indubitat. col. 1. Item dicitur, quod
Reus, quando à principio non nominat aliquem,
ſed in vltimis ſuis conſtitutis, eius dictum non debet
attendi. Natt. conſ. 298. num. 7. ſeq in fin. Dec.
587 conſ. 89. num. 13. lib. 1. Item dicitur, quod Reus
allegans nouam cauſam nouæ memoriæ, cur potuit
nouiter recordari alicuius rei, nulli dubium eſt, quod
non poteſt dici varius, nec ſibi contrarius. Crauet.
conſ. 75. num. 33. Felyn. in c. præterea, col. fin. de
teſt. cogen. Crott. tract. de teſt. num. 340. in 2. & 5.
588 caſu. Item dicitur, quod Reum laudabilis vitæ
punire eſt ſcandalum; nec id mirum videri debet,
quia ſemper in huiuſmodi caſu habetur in conſide-
ratione Reus, quando eſt honeſta perſona, & ſemel
tantum deliquit. Gand. tract. de maleſ. rubr.
vtrum pœna poſſit augeri. Per Text. in l. ſeuerior,
C. de infam. Idem tenet Pariſ. Put. in tract. de ſcyn-
dic. in verb. compoſito, col. 2. Vbi quod obnoxium
eſt virum ſtatim pro vno delicto punire; quia magis
eſt expectandus, & corripiendus, quam puniendus,
c. licet, diſtin. 45. & ſub col. 5. ait, punire Reum,
qui eſt laudabilis vitæ pro vno delicto commiſſo eſt
ſcandalum. Per Text. in c. ruſus. 11. q. 3. Refert,
589 & ſequitur Natt. conſ. 458. in fin. Item dicitur,
quod Reus conuictus non poteſt dici, niſi ſit conui-
ctus per probationes luce meridiana clariores l. fin.
vbi not. C. de probat. Et taliter Reus debet conuin-
ci, vt vix delictum negare poſſe videatur. l. qui ſen-
690 tentiam, in fin. C. de pœn. Item dicitur, quod
Reus, ſi ſit debilis complexionis, & in tortura di-
xerit hæc, vel ſimilia verba, antequam eleuetur, vel
poſt. *Ditemi quello, che volete, ch'io dica, che lo dirò:*
Et etiam in ratificatione; *Io non poſſo negare, perche*
non poſſo ſopportare tormenti. Iſta proteſtatio animi
ſui, operatur, quod vi tormentorum contra veritatem
faſſus fuerit. Ità Bart in l. non ſolum, §. morte, ff. de
nou. op. nunciat. Et eo magis attendi debet, quia ex-
591 perientia docet, & iure quoq; cautum eſt; Tor-
menta plerunq; cogere ad mentiendum. l. 1. §. in cau-
ſa, ff. de quæſt. Solet enim iſta proteſtatio metú pro-
bate; cum declaret proteſtantis voluntatem. Bart.
in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi Prętori, nu 20. ff. de nou.
op. nunciat. Crauett. num. 5. cum aliis adductis per
Ruyn. conſ. 6. nu. 1. ſeq. lib. 4. Ex qua proteſtatione
illud etiam infertur ſubſequutā prætenſam delicti ra-
tificationem nullū operari effectum; quoniam & ip-
ſa meticuloſa iudicatur; cum eadē timoris cauſa du-
raſſe videatur. Ità in terminis argumētatur Soc. Iuń.
conſ. 77. n. 52. lib. 1. Rolan. conſ. 2. n. 90. lib. 1 Metus
592 enim ſemel illatus dicitur durare. Angel. in l. inui-
diam, C. quod met. cauſ. Pariſ. conſ. 58. n. 59. lib. 4.
593 Immò nec etiam interuallo purgatur. Ità ſcripſe-
runt Aret. conſ. 14. n. 17. ſeqq. quem ſequitur Crauet.
conſ. 6. n. 84. Item dicitur, quod Reus, quando non
594 fuit poſitus ad largam ante torturam cum termino
ad ſe defendendum, & fuerit confeſſus eius delictum,
talis confeſſio corruit, c. paſtoralis, in fin. de ſent. &
re iudic. Marſ. conſ. 95. n. 7. & 10. vbi ait id procede-
re, etiamſi inditia legitima precceſſerint. Hieron. Lau-
rent. deciſ. Auinionen. 15. per totam. Vbi non ob-
ſtante confeſſioné emanata per Reum in tortura,
non datis defenſionibus teſtatur illum fuiſſe abſolu-
595 tum. Item dicitur, quod Reus, quando facit
copiā ſui poſt commiſſum delictum, non dicitur au-
fugere. Cuman. quem allegat, tradit Natt. conſ. 407.
596 n. 9. Item dicitur, quod Reus poſt datam querelam
citari debet ad perſonaliter comparēdum, ſi reperiri
poteſt, ſin aūt citatio exequitur domi ſolitę habitatio-
nis, vt plenè probatur in omnibus Vrbis Tribunalib.
& hic ſtylus ſeruari debet vbiq; locorū. Ità Dec. in c.
auaritiæ, n. 9 de pręben. poſt Spec. in tit. de appell. §.
de officio, n. 14. Et quando in cauſa non fuit ſeruatus
d. ſtylus, ſententia non tenet. Hinc infertur, quod ma-
597 lè citatus non redditur contumax, l. hęc autem, §.
1. ff ex quibus cauſ. in poſſ. erat. Alex. in l. 3. C. de pro-
cur. & in l. ſi finita, §. Iulianus, col. 13. ff. de damn. in-
fect. Et citatio ad valuas Curiæ ſi fiat eſt abuſus. Et
598 obſeruantia contra ius commune, quatenus extet,
599 non attenditur; quia Magiſtratus non habens po-
teſtatem condendę legis, non poteſt per ſtylum eius
aliquid ſtatuere contra ius commune. ſecundū Alex.
in conſ. 36. col. fin. lib. 2. vbi alios refert, nec diſſentit
Dec. in c. 1. n. 16. de conſuet. Et Ruſticus excuſatur
600 à vera contumacia, etiamſi fuiſſet legitimè citatus,
l. 1. §. fin. ff. de eden. l. 2. §. fin. ff. ſi quis in ius voc. non
ierit. Farin. in tract. de pœn. temperan. q. 96. nu. 38.
601 Item dicitur, quod Reus, ſi fuit accuſatus, conui-
ctus, & condemnatus, ſi ab illa accuſatione appella-
uerit, & illa pendente moriatur, in cauſa non eſt am-
602 plius procedendum; quia omnis criminatio morte
extinguitur; ſed quoad bona appellatio eſt perficiē-
da, ſi in illa ſententia bona erant adépta, vt eſt in re-
legatis, vbi quis damnatur in 3. parte bonorū ſuorū.
Et ita vtraq; quęſtio, ſcilicet relegationis, & adéptio-
nis 3. partis bonorum eſt principalis: vnde vna ex-
tincta non extinguitur alia. l. relegatorum, §. ad tem-
pus, ff. de inter. & releg. Sin autem in ſententia fue-
runt adempta tacitè, vt euenit in deportatione, quę
tacitè bona deportati ſequuntur. l. deportati, C. de
bon. pręſcript. tunc extincta cauſa principali, ſcilicet
deportationis, extinguitur acceſſoria, ſcilicet cauſa
bonorum ipſorum. l fin. C. ſi Re. vel Acc. mor. fuer.
Gand. tract. maleſ. rubr. qui accuſari poſſint, n. 3. Et
illud eſt omninò ſciendum, quod accuſari poſſunt tā-
tum viui, non autem mortui: nam mortuo Reo om-
nis criminatio extinguitur. l. 1. C. ſi Re. vel accuſ. mor.
fuer. Cęphal. conſ. 17. Si tamen tale crimen commit-
603 tatur in Ciuitatem, memoria hominis non poteſt
damnari, ſecundū Angel. conſ. 103. Fallit tamē in cri-
604 mine lęſę maieſt. peculatus, & hęreſis; quib. caſib. ac-
cuſatio de iā mortuo recipitur, & hoc eſt ppter enor-
mitaté delicti, & taliū delinquentium sūt publicanda
bona.

bona. l. ex inditiorum, ff. de accusat. l. Apostata-
rum, C. de Apostat. & de hæret. l. quoniam, ff. ad
l. Iul. Repetund. vel pec. In aliis vero casibus Ac-
cusans mortuum repellitur, vt C. si re, vel accus. mor.
fuer. per totum. Gand. tract. malef. Rubr. qui ac-
605 cus. poss. num. 30. Item dicitur, quod Reus accu-
satus de aliquo delicto, si pendente accusatione mo-
riatur, regulariter non potest contra eum procedi.
Not. de hoc Spec. de accus. §. fin. verb. Item Reus
est mortuus, 23. distin. quorundam. Et quia morte
extinctum est crimen, vt l. aut priuatum, ff. ad Tur-
pill. l. libellorum, §. fin. ff. de accus. & l. Diui fratres,
Fallit (vt dictum est) in crimine læsæ Maiest. hæresis,
apostasiæ, peculatus, & simil. Vt l. 1. C. si Reus, vel
Accus. mor. fuer. Bonif. rubr. quid sit accusatio nu.
119 Cæterum aduertendum est, quod accusa, & pro-
606 cessus primæ causæ eo mortuo non valent in se-
607 cunda causa; quia extincta causa propter mortem
omnia intelliguntur extincta. Vt l. fin. C. si Reus, vel
accus. mor. fuer. l. properandum, § fin. cum simil. C.
de iud. Et hoc verius Bonif. rubr. quid sit accusatio,
608 nu. 120. Item dicitur, quod Reus negans delictum
in tortura, seu vigilia, quamuis conuictus; tamen
aliqui dicunt, quod debeat puniri pœna triremium ad
tempus, alii autem exilii tantum: Tamen in ista va-
rietate opinionum DD. Iudex criminalis adhærere
609 debet opinioni æquiori, & benigniori. l. interpre-
tatione. ff. de pœn. l. factum cuiq; suum, §. in pœnali-
bus, ff. de reg. iur. Ias. in l. 2. sub nu. 40. in fin. ff. si quis
ins voc. non ierit. Cacher. decis. 80. n. 8. Farin. cons.
59. n. 37. in fin. Petr. Caball. casu 200. n. 145. in fin.
cum aliis adductis per Natt. cons. 451. n. 42. in fin.
Vbi quod ista opinio vti benignior præferenda est al-
610 teri, & id comprobat pluribus authoritatibus. Itē
dicitur, quod Reus, quando est valdè suspectus de de-
licto, & inditia contra ipsū tendentia sunt plenè pro-
bata, tūc debet reperi suspensus in tortura spatio vni-
us Miserere, vel duorum, vel aliquantulum plus absq;
tamen aliquo tractu, vel chordæ impulsione, quæ in
fertur ad maiorem cruciatum. Hæc sunt verba Ghir-
landi, quem sequitur Foller. in pract. in tit. Rei indi-
tiati torqueantur, sub n. 15. vers. tertius gradus. Item
611 dicitur, quod Reus vulnerans aliquem, quando
vulnus non est lethale, nunquam punitur de homici-
612 dio, sed de vulnere tantum, licet subsequatur mors;
nam vulneratus ad mortem is dicitur, qui secundum
Medicorum regulas mortem euadere non potest, vel
magna cū difficultate. Dixit Bal. c. 1. col. 1. vers. quæ-
ro quis dicatur ad mortem vulneratus. Quibus modis
613 feud. amit. Itē dicitur, quod Reus existens in rixa,
si quis ex pluribus rixantibus vulnus lethale intulit,
alii autem non lethale, is veluti homicida tenetur;
alii verò vti vulnerantes. Vt tradit post alios Menoch.
in suo tract. de arbitrar. lib. 2. centur. 4. casu 362. n. 4.
614 Item dicitur, quod Reus vulnerans aliquē, quando
vulnus à principio non est læthale, nullo modo potest
puniri de homicidio exinde secuto, sed de vulnere tā-
tum. l. qui occidit. §. fin. & l. si ex plagiis in princ. à cō-
615 trario sensu. ff. ad l. Aquil. Et quando vulnus à prin-
cipio non est læthale, si postea euadat lethale, nō præ
sumitur lethale, nisi id appareat ex aliqua noua causa
superuenienti. d. l. qui occidit. §. fin. ff. ad l. Aquil. & c.
616 significasti, el 2. de homic. Item dicitur, quod Reus,
quando vulnus à principio nō est mortale, & constat
de mala cura vulnerati v.g. quod stetit in loco offēso
ab aere, nō tenetur de occiso. l. si ex plagiis. ff. ad l. A-
617 quil. Glos. in §. si ab hostibus. §. si vir soluto matrim.
Vbi quando constat de mala cura, vulneratus præsu-
618 mitur ex mala cura obiisse. Immò dicitur, quod quan-
do nō est certū, quod vulnus à principio erat morta-
le, si superuenit febris, vulnerans non tenetur de ho-
micidio, ex quo nō potest dici vulneratum immedia-
tè decessisse ex vulnere, vt necessario requiritur, ad
hoc vt vulnerans puniatur de homicidio. l. ait lex. §. si
619 mortifera. ff. ad l. Aquil. Ratio est, quia vbi agitur
de pœna capitali, probationes debent esse liquidissi-
mæ. l. sciant cuncti. C. de probat. Nec dissentit Andr.
Facchin. cons. 82. n. 75. lib. 3. Vbi sub n. 79. quod
620 licet ex exitu probetur factum; tamen ista regula
non procedit, quando factum fuit alteratum, vel im-
621 mutatum ex noua causa superueniente. Et vulnus
non dicitur mortale, quando in actis non constat,
quod tempore illati vulneris nullum accidens, seu si-
gnum mortale apparuit. Veronen. cons. 92. n. 7. Asin.
cons. 107. nu. 2. circa fin. diuers. criminal. lib. 2.
622 Ratio est, quia Accidentia conferunt ad cogno-
scēdum quicquid sit. Andr. Facchin. d. cons. 82. n. 74.
lib. 3. Vbi quod ista conclusio in iure satis trita est.
623 Et in hac materia benè aduertat Iudex, quod vul-
nus non probatur læthale per coniecturas, & præ-
sumptiones. Est Text. expressus in l. 1. §. Item illud
ff. ad Syllan. ibi liquere igitur debet. l. si quando. C.
624 vnde vi. Dec. cons. 410. nu. 6. seqq. Item dici-
tur, quod Rei causa dicitur pia. l. Mela post princ.
625 ff. de aliment legat. Item dicitur, quod Reus, si
compareat, vel capiatur, & confessus est delictum, vel
negauit, quid est Iudici faciendū. Resp. Quod aut cō-
fitetur, aut negat. Primò casu subdistingue; quia aut
confitetur crimen, de quo tantū pœna pecuniaria est
imponenda, & tunc est fideiussoribus committendus.
l. eos. §. pen. C. de app. & l. fin. ff. de custod. Reor. Ioan.
de Anan. cons 1. Si autem confitetur crimen, propter
626 quod debet pœna corporalis imponi, tunc ponē-
dus est in carcere. Vt l. si confessus. ff. de custod. Reor.
627 & l. Dinus. & tenēdus est donec ex crimine pronū-
cietur. Cui cōfesso pœna velox est imponenda. Vt l.
vlt. C. de custod. Reor. debet tamē ille cōfessus admo-
neri, vt suas defensiones faciat, si quas habet. Vt l. de-
fēsionis facultas. C. de iur. Fisci. & l. vlt. C. de bon. va-
can. ibi data copia reclamādi. Et facit l. 1. §. si quis vl-
628 trò ff. de quæst. Vbi spōtè cōfesso dāda est defēsio ad
629 suam innocentiam excusandā: Nam probationes,
& defensiones possūt fieri vsq; ad sententiam. Vt C. de
reb. credit. & iureiur. l. si quis iusiurandum. Et de
630 probat. l. inditia. Et de transa. l. contentio. Si
autem accusatus negat crimen, de quo accusatus fu-
it, & contra eum inquiritur; tunc aut agitur de cri-
mine graui, aut de non graui. Primò casu ponitur

in carcere. Vt in l. Diuus, ff. de custod. Reor. Et indagatio criminis statim debet fieri, vt innocens absoluatur, & noxius puniatur. Carcer enim ad custodiam inuentus est, non vt pœna imponatur ex carcere, l. aut damna, §. solent, ff. de pœn. Hoc autem fallit, seu corrigitur in muliere, quæ ob ali-
631 quod delictum fiscale, vel priuatum, seu ob aliquod delictum, vel crimen in carcere non ponitur. Immò si tale sit crimen, quod non sit necesse eam in carcere ponere, committitur fideiussoribus, si fideiussores poterit dare; aliàs præstabit iuratoriam cautionem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, & relaxabitur; sed si crimen sit grauissimum, de quo d. mulier accusatur, in monasterium mittitur, vel mulieribus traditur, per quas custodiatur, vt in Auth. vt nulli Iud. §. necessarium. Si autem crimen,
632 quod quis negauit, non sit graue, & sit accusatus, tunc fideiussoribus est relaxandus. Vt d. l. Diuus. Gand. tract. malef. Rubr. quid sit agendum,
633 nu. 4. Item dicitur, quod Reus, si compareat, & neget, probato posteà maleficio, si dicat v. g. fecisse ad sui defensionem, audiendus est. l. nemo prohibetur, ff. de excep. l. nemo ex his, ff. de reg. iur. quibus lex dicit, nemo pluribus exceptionibus vti prohibetur, etiã ex his, quę negauit. Preterea si quis recipit pecuniã, & ab eo repetatur per conditionẽ indebiti, & in iudicio neget, se pecuniam accepisse, certè si cõuincatur, quod illam pecuniã habuerit, poterit excipere, & dicere, & probare quod illam pecuniã habuerit, & receperit; ergò idẽ erit in proposita q. vt agen. l. cum de indebito, ff. de probat. Et per istas leges consueuit quęstio nostra solui per plerosq; DD. sol. Verum est, quod secundum Dyn. de Musello, & alios DD. Bononię, quod talis defensio nullo modo admittitur, si ille accusatus primò fuerit, & negauerit, se illud maleficium commisisse. Nam si postea audiretur, volendo probare, quod illud maleficium commisit ad defensionem, iam veniret contra suum iuramentum, & suam turpitudinẽm allegaret: Quod est prohibitum in excipiente, vt extra de dol. c. cum dilecti, extra de except. c. cum venerabilis. Verum si ille accusatus negauit simpliciter se fore culpabilem; tunc dic, quod possit postea probare, se illud maleficium ad suam defensionem commisisse, & fecisse; quia in isto casu videtur solum negasse, quod illud maleficium iniuriosè commiserit, sicut ipse accus. Quia per hoc patet, quod iniuriosè non fecit: Sed in alio casu negauit factum, scilicet, quod non fecit hoc homicidium, vel maleficium, de quo accusatur. Et pro hoc facit l. si is, qui ducenta, §. vtrum autem, ff. de reb. dub. Gand. tract. de malef. rubr. de defensionibus, num. 13. verum si. Item di-
634 citur, quod Reus citandus est de mandato Iudicis, seu commissione, & debet constare in actis. l. neminem, C. de exhib. Reis. Ratio est, quia ei non creditur, nisi quatenus constet in actis. Vt extra de probat. c. quando contra falsam, l. absentem, ff. de pœn.
635 Et quod in criminalibus debeat quis pluries citari, l. inter acc. & per interualla dierum, ff. de publ. iudic. facit l. absentem. ibi sæpius moniti &c. l. fin. ff. de fer. sed de consuetudine non seruatur: Immò arbitratiuè faciunt assessores. Argum. l. siue pars. C. de prob. sed illa videtur loqui in ciuilibus. Bonif.
636 rubr. de citat. accusat. num. 1. Item dicitur, quod Reus, si comparuit nulla citatione facta de eo, & neger, vel confiteatur maleficium, sententia postea la-
637 ta, vel processus non valet: Ratio est, quia citatio non interuenit, quæ est de substantialibus iudicii, &
638 de ordine iudiciario: Vnde ea omissa processus non valet, nec sententia, c. Ecclesia de maior. &
639 obed. extra de Constit. c. inter quatuor, l. probatam, C. de sent. & interl. omn. Iud. l. ea, quæ, C. quomodo, & quando Iud. Et idem est dicendum, si aliquid substantiale omittatur. Bonifac. rubr. de ci-
640 tat. accusati. num. 14. Item dicitur, quod Reus primis delictis magis est expectandus, & corripiendus, quam puniendus, c. licet, 45. distin. latè scri-
641 bit Natt. conf. 458. in fin. Item dicitur, quod Reus non potest damnari illo die, quo citatus fuit ad sen-
642 tentiam; quia dies termini non computatur in termino. Vt post multos ostendit Claud. ad Bertaz.
643 conf. 14. Item dicitur secundum aliquos, quod Reus non auditur extra carceres, nec admittitur Procurator, siuè Defensor, seu Excusator, vel Instructor causæ ad eius innocentiam, seu absentiam allegandam. Iuxta l. accusatore, §. ad crimen, ff. de publ. iudic. Ego autem omninò dico, quod id locum habet, quando d. Procurator &c. comparet ad negandum, & sic defendendum negocium principale. Vt sensit Text. & Glos. ibi: Non autem quando comparet ad allegandum causas absentiæ, & innocentię, & ad differendum, & declinandum iudicium. Vt rectè intuenti probatur ibi. Ratio est, quia vtile est innocentes, & absentes à quibuscunq; defendi. Vulp. in l. seruum quoque, §. publicè, ff. de procur. Et ità per illum Text. Bart. & maximè communiter scribentes ibi. Et Ias. l. 2. nu. 7. C. qui testam. fac. poss. quia vbicunq; in absentem, seu in Reum potest ferri sententia, quilibet etiam sine mandato tanquam excusator, seu causæ instructor admittitur: Alex. conf. 116. lib. 2. & in terminis Dec. conf. 429. Marf. in §. sequitur per totum in praxi. Et duplici ratione quidem. Prima ratio est, quia interest Reip. absentem à quocunq; defendi. Cœpoll. conf. 64. & conf. 73. & DD. de Rota decis. 414. Secunda ratio est, quia si Reus per procuratorem non audiretur, & se defendere non posset, sequeretur inconueniens, & absurdum, nempè quod nunquam in criminalibus posset conuinci. c. pro scriptura, 3. q. 2. l. 2. C. de requir. Reis. Nec etiam in causa hæresis absens damnari
644 posset; cum contra inauditam partem nihil Iudex possit diffinire. c. 1. de caus. poss. c. 1. cum seq. 3. q. 9. Simanc. Enchirid. tit. 45. de absentibus. Et eo magis d. Procurator admittitur ad Reum excusandum, quando crimen non meretur pœnam sanguinis, sed tantum pecuniaria. Vt l. 1. ff. an per alium caus. app red. poss. l. seruum, §. publicè, ff. de procur. l. fin. C. de procur. c. veniens, extra de accus.

Et id

Et id non obstante quocunq; statuto Reo non comparente. Vt per Marf. conf. 75. num. 61, seqq. & conf.90. num. 20. & in pract. §. sequitur, num. 43. Nec dissentit Badl. in l. penult. §. ad crimen, ff. de
645 publ. iudic. Immò dicitur, quod d. Procurator, seu Defensor, aut Excusator, vel causæ Instructor pro innocentia accusati omninò debet, & potest Iudici nominare testes, & ipsum requirere, vt ad cognoscendam innocentiam vocati debeat eos examinare. Et id Corn. benè dicit, & secundum mentem Bart. vol.3. conf.17. verf. nec prædictis obstat. Ra-
646 tio est, quia Iudex ex se debet perquirere de innocentia vocati, & testes, quos scit non ignaros veritatis examinare. Boss. tit an in criminalibus Iudiciis,
647 num.8. Immò dicitur, quod d. Iudex non solum potest quemlibet admittere, qui velit demonstrare de innocentia Rei, sed etiam ità debet, vt non possit eum repellere etiam sub fundamento, quod melius sit habiturus veritatem à vocato. Idem Boss. d. tit. an in criminalibus iudiciis. Et si in hoc casu per Fiscum dicatur, quod de stylo aliter seruatur, nempè,
648 quod non solet Procurator admitti: Tamen (vt dixi) id solum procedit, quando de directo ad facti negationem deuenitur, non autem quando Procurator comparet ad allegandam causam innocentiæ, vel absentiæ, & ad differendum, seu declinandum iudicium tanquam excusator. Vltrà quòd d. stylus cum sit contra ius, non est seruandus; quia non id, v. g. quod sit Romæ, sed quod de iure fieri debet, seruandum est. Text. in l. sed licet, ff. de offic. Præsid. Bertaz. conf. 225. post num. 19. lib. 1. & conf. 556.
649 num. 10. in fin. seq. lib. 2. Vndè omninò dicitur, quod vbicunque absens damnari potest, quisuis eius innocentiam etiam in capitalibus allegans auditur. Et hoc adeò clarum est, quod cauillis, & tergiuersatione aliqua subuerti non potest. Vt iuxta crebriorem illius Textus intelligentiam plusquam satis deductum est. Vt nè dum in Procuratore, & Patre sed in quocunque pœnitus extraneo de communi Legistarum, & Canonistarum opinione testatur Iaf. d. l. 2. num.7. C. qui testam. fac. poss. quem refert, & sequitur Soc. conf.84. col.3. verf. ex quibus in proposito Apoc. ad Alex. conf. 116. num. 18. in 2. Gabriel lib. 7. conclus. num. 36. conclus. 9. Vulpell. conf. 18.
650 num. 1. Item dicitur, quod Rei merita faciunt minuere pœnam. l. 2. §. cum Appius, ff. orig. iur. Rom. conf. 310. in l. si verò, §. de viro, ff. solut. matrim. vbi limitat leges generaliter dicentes pœnis afficiendos esse delinquentes non habere locum ad casum, quo quid vtile pro Reo quis egerit; quia tunc Princeps poterit ei dare impunitatem. Ità Text. in l. 1. ad fin. verf. ob merita indulsit, ff. de Constit. Princ. Immò etiam dicitur, quod merita maiorum prosunt ad alleuiandam pœnam delinquentis. Bal. conf. 355. col. 2. lib. 1. Item dicitur, quod Rei innocentia vt appareat etiam pater, & procurator admittuntur. Ex Vulp. verbis, lib. 9. de quibus in l. seruum quoq; §. publicè, ff. de procur. Nam vbicunque absens (vt dictum est) damnari potest, quisuis eius innocentiam in capitalibus excusans admittitur. Testatur Iaf. l. 2. num.7. C. qui testam. fac. poss. Gabriel. lib. 7. conclus. 9. num. 36. Vulpell. conf. 18. num. 1.

DISCEPTATIO X.

De Clericorum Priuilegijs.

SVMMARIVM.

1 *Clericus beneficiatus citari debet ad valuas Ecclesiæ aut Cathedralis, aut Parochialis, vbi habet beneficium.*
2 *Domicilium principalius in Clerico est Ecclesia, in qua inseruit.*
3 *Principalius quod est attenditur.*
4 *Domicilium, quod ratione Beneficij Clericus obtinet, principalius est.*
5 *Citatio contra Clericum non sufficit fieri ad domum ipsius.*
6 *Clericus efficitur necessarius incola Ecclesiæ, vbi inseruit.*
7 *Clericus, licet fuerit citatus domi solitæ habitationis, tamen debet etiam citari ad valuas Ecclesiæ, vbi inseruit.*
8 *Clericus quando debeat citari ad valuas Ecclesiæ.*
9 *Citatio facta Clerico, quando non valeat, si fiat ad domum.*
10 *Clericus in dubio non præsumitur delinquens.*
11 *Clericus quando Beneficio non priuatur propter adulterium, vel concubinatum.*
12 *Clericus si quis efficiatur post inchoatum processum vel latam sententiam, aut delictum per Iudicem secularem non potest capi, in carceribus detineri, aut capite puniri.*
13 *Clerici persona est omninò exempta è manibus Iudicis secularis.*
14 *Clericus } quis effectus, post commissum delictum*
Religiosus } eum non potest puniri à Iudice seculari.
15 *Clericus non traditur Curiæ seculari, etiam quod coniurasset contra Principem suum secularem, nisi sit incorrigibilis.*
16 *Clericus non potest pro quocunque grauissimo crimine à Iudice layco puniri, nisi fuerit prius à Iudice Ecclesiastico traditus Curiæ seculari.*
17 *Clericus quando non constat, quod sit incorrigibilis, nullo modo potest puniri pœna mortis naturalis.*
18 *Verba quando sunt pregnantia, comprehendunt omne grauissimum crimen.*
19 *Clerico in sacris constituto non imponitur pœna mortis naturalis, nisi praecedat incorrigibilitas.*
20 21 *Clericus quando dicatur incorrigibilis.*
22 *Solitus delinquere quando quis dicatur, & ideò*
23 *incorrigibilis.*
24 *Malus semel quando semper dicatur malus.*
25 *Malus v.g. in crimine falsi ex alijs aduersis delictis non potest dici semper malus.*

26 Iudex

26 *Iudex secularis cognoscens Clericorum causas incidit in pœnas Bullæ Cœnæ Domini.*
27 *Clericus nõ subiacet iurisditioni Iudicis secularis*
28 *Iudex secularis si Clerici causam criminalem cognoscat, totus processus est nullus.*
29 *Acta facta coram Iudice incompetenti nullum pariunt inditium.*
30 *Inditia, quæ proueniunt ex Iudicio vetito, nullum pariunt effectum.*
31 *Clericus, vt gaudeat priuilegio clericali, quid agere debeat.*
32 *Clericus ratificans coram Iudice Ecclesiastico acta facta coram Iudice seculari nihil facit.*
33 *Actus nullus non dicitur actus.*
34 *Ratificatio actus valet, quando ratificatur actus validus.*
35 *Per ratificationem primi examinis inualidi non potest Iudex ecclesiasticus redigere actum factum inualidum.*
36 *Testis depositio redditur nulla, si diffugiat seriem facti narrare.*
37 *Testis debet clarè, & specificè factum narrare, & non ad aliud examen se referre.*
38 *Processus fabricatus à Iudice layco contra Clericum nullum parit inditium.*
39 40 *Consuetudo non potest sacris canonibus, nec iuri scripto præiudicare.*
41 *Processum nouum debet incoare Iudex Ecclesiasticus, & non stare inquisitioni formatæ à Iudice seculari.*
42 *Nullitatis exceptio semper, & quandocunque opponi potest.*
43 *Nullitatis exceptio nunquam dicitur reiecta.*
44 *Iudex secularis occasione cuiusuis delicti non potest ferre sententiam contra Clericum.*
45 *Iudex secularis pro quocunquè grauissimo crimine non potest iudicare contra Clericum.*
46 *Incompetentiæ exceptio etiam non opposita tenet.*
47 *Clericus non potest banniri à Iudice seculari.*
48 *Clericus quamuis Monialium amori operam det, non potest à Iudice seculari banniri ab eius dominio.*
49 *Clericus, quamuis sit scandalosus, non potest banniri à Iudice seculari.*
50 *Clericus homicidium committens, seu Berroarijs resistens pro defensione immunitatis Ecclesiæ nulla pœna tenetur.*
50 *Berroarijs resistens si rei licitè operam det, nulla pœna tenetur.*
51 *Iuramento dantis operam rei licitè creditur.*
52 *Berroarijs iniustè capturare volentibus, licitè potest resisti, & impunè possunt occidi.*
53 *Berroarijs iniustè capturæ volentibus, si quis non resistit, puniendus est.*
54 *Clericus licitè Berroarijs resistens non tenetur de homicidio.*
55 *Clericus quando isto casu fuit suspensus, suspensio dicitur nulla.*
56 *Homicidium potest impunè committi ab illo, qui reperitur offensus.*
57 *Fur potest occidi resistens derobato.*
58 *Homicidium semper præsumitur casu commissum, & non ex proposito.*
59 *Homicidium in rixa dicitur casu commissum nullo præcedente tractatu.*
60 *Clericus absens contumax verbaliter degradatus admittitur ad excusationem proponendam.*
61 *Clericus quando possit degradari, & Curiæ seculari tradi.*
62 *Clericis quare non imponitur pœna vltimi supplicij in alijs criminibus quãtumuis enormissimis.*
63 *Ius canonicũ seruari debet in terris Ecclesiæ.*
64 *Clericis quando ius canonicum imponit pœnam mortis, quomodo intelligatur dicta pœna.*
65 *Clerici quando tradantur curiæ seculari.*
66 *Clerici quando non tradantur curiæ seculari.*
67 *Modicum seu paruum non est in consideratione.*
68 *Clericus corrigi paratus deponi non debet.*
69 *Clericus capturari non potest, nisi duo, vel tres testes idonei dixerint testimonia.*
70 *Clericus si negetur, quod sit Clericus, Fiscus per scripturam, non autem per testes probare debet, quod sit Clericus.*
71 *Clericus incedens in habitu, vel quem Clericum esse fama est, statim remittendus est ad Iudicem Ecclesiasticum.*
72 *Clericum accusare volens non admittitur, si sit ignotus, vel suspectus de falsitate, vel inimicitia.*
72 *Contra Clericum quis sit competens accusare in causa criminali.*
75 *Clericus non potest accusari à layco coram alieno Iudice.*
76 *Clericus iniurians aliquem non tenetur se retractare, & dicere se mentitum.*
77 *Clericus pro ciuili debito non potest carcerari, nisi adsit obligatio iuratoria, vel in forma Cameræ.*
78 *Clericus quarè per laycum non potest accusari.*
79 *Contra Clericũ laycus nõ potest ferre testimoniũ.*
80 *Clericus quarè per laycum non potest accusari.*
81 *Clerico laycus reuerentiam debet.*
82 *Clericum laycus accusare non potest propter generalem inimicitiam.*
83 *Clericis layci sunt infesti.*
84 *Clericus contra laycum testimonium ferre non potest.*
85 *Contra Clericum primæ tonsuræ laycus non potest ferre testimonium.*
86 *Contra Clericum quando laycus admittatur in testem.*
87 *Crimina excepta quæ dicantur.*
88 *Clericum vt laycus accusare possit, duo concurrere debent.*
89 *Clericus in itinere potest arma deferre, etiam archibusium.*
90 *Clericus non committit crimen læsæ Maiestatis contra Dominum temporalem.*
91 *Clericus committens falsum coram Iudice layco non efficitur de foro layci.*
92 *Clerici non tenetur ad vectigalia, sed benè eorum Coloni.*

93 Colo-

93 *Coloni Clericorum tenentur ad vectigalia pro fructibus ipsorum.*

94 *Clerici immunes sunt si bona habent, & illa colunt, vel ab alijs coluntur, ad quos spectat medietas fructuum.*

95 *Ad Clericorum personas fructus spectantes immunes sunt.*

96 *Clericus non potest puniri, quando Berroarijs resistit, ne quis capiatur in Ecclesia.*

97 *In Ecclesia quis personaliter capi non potest.*

98 *Ecclesiæ aula gaudet eodem priuilegio, quo gaudet ipsa Ecclesia.*

99 *Episcopi Palatium gaudet eodem priuilegio, quo gaudet Ecclesia.*

100 *In Ecclesia nec intra eius muros etiam pro homicidio quis capi non potest.*

101 *Ecclesia, quando est matrix, gaudet immunitate per 40. passus, alia 30.*

102 *Iudex æquiores, ac benigniores debet amplecti opiniones.*

103 *Opinio Aduocati etiam dubia, quæ faciat pro euitatione pœnæ semper est tenenda.*

104 *Opinionum concursu etiam opinio communis seuerior est relinquenda.*

105 *Pœna mitior in puniendis delictis semper est imponenda.*

106 *Consuetudo sacris Canonibus contraria non præiudicat.*

107 *Consuetudo iuri scripto non præiudicat.*

108 *Consuetudo quando est contra libertatem Ecclesiasticam non præiudicat.*

109 *Ecclesia in dominio suo etiam Reos sanguinis defendit.*

110 *In Ecclesia capi non potest delinquens, seu raptor, seu homicida.*

111 *In Ecclesia, quando quis confugiens ad eam fuit captus, eidem restitui debet.*

112 *In Ecclesia omnis debet esse tutus.*

113 *In Ecclesia vulnerans etiam proditoriè, si non occidat, non potest capi.*

114 *Ad Ecclesiam si captus extra eam fugiat, antequam ducatur ad carceres, non potest in ea capi.*

115 *Clericus an possit aduocare coram Iudice seculari.*

116 *Clericus potest postulare, appellare, & appellationes prosequi.*

117 *Clericus potest esse procurator laici in foro seculari.*

118 *Aduocare, seù procurare si iura probibeant, debent intelligi de procuratione generali.*

119 *Clericus in foro sæculari potest esse procurator Clerici.*

120 *Clericus pro Reo potest appellare.*

121 *Appellatio cum tendat ad defensionem, Ecclesia etiam pro defensione Reorum potest se intromittere.*

122 *Ecclesia pro defensione Reorum potest se intromittere.*

123 *Clericus potest appellare, & Reum defendere.*

124 *Clerici etiam sub nomine populi veniunt.*

127 *Natura cognationem quandam instituit inter homines.*

128 *Clericus si defendat Reum, & non vult permittere ipsum necari, haud mirum videri debet.*

129 *Clerici appellatione continentur etiam Præsbiteri, & sic e conuerso.*

130 *Verbum indiffinitè positũ generaliter est accipiendum.*

131 *Clericorum nomine designantur Clerici ab Hostiarijs vsque ad supremum gradum cuiuscumq; dignitatis.*

132 *Clericorum nomine intelliguntur omnes in quacunque dignitate clericali constituti.*

133 *Clerici sine vlla pœna possunt domi allegationes iuris conficere, & consilium petentibus dare.*

134 *Clericis quando sit probibitum postulare, & Reos defendere.*

135 *Clerici siue minoribus ordinibus, siue sacris initiati nunquam postulando, seù patrocinando excommunicationem, vel aliam Ecclesiasticam censuram incurrunt.*

136 *Aduocationis officio nibil dignius.*

137 *Aduocati militibus æquiparantur.*

138 *Clerici quando in causis sine incursu pœnæ aduocare possunt.*

139 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

140 *Clerici, ac etiam Sacerdotes secundum stylum Rom. Curiæ aduocare possunt.*

141 *Stylus Rom. Curiæ est seruandus vbique locorũ.*

142 *Stylus Rom. Curiæ facit ius*

143 *Clericos carcerantes, si sint layci sine mandato Episcopi sunt excommunicati.*

144 *Clericus de nocte arma deferens potest carcerari à familia Iudicis secularis.*

145 *Clericus repertus in fragranti crimine à quolibet potest carcerari.*

146 *Clericus quando impunè potest offendi, potest capi à quolibet.*

147 *Clericus quando potest capi à familia Iudicis secularis.*

148 *Clericus quando non est suspectus de fuga non potest capi.*

149 *Clericus carceratus potest per laycum detineri per spatium 20. horarum.*

150 *Clericus in omnibus casibus, in quibus potest capi debet duci sine ignominia; alias non euitatur excommunicatio.*

151 *Ad Clericum carcerandum Episcopus non debet esse promptus.*

153 *Carcer infamat, & irreparabile damnum infert.*

154 *Carcer infamat apud graues personas.*

155 *Clerici carcerationem omittuntur diuina officia, & scandalizantur layci.*

155 *Laici solent esse valde infesti Clericis.*

156 *Clerici quando possunt carcerari.*

157 *Ob Clerici carcerationem quando Episcopus non videatur excommunicatus.*

158 *Mores mali non debent præsumi, sed debent clarè constare.*

159 *Clerici in omnibus casibus nullo modo possunt carce-*

carcerari, nisi contra eos duo, vel tres testes adsint idonei.

160 *Contra Clericos accusatio non est recipienda, nisi sub duobus, vel tribus testibus idoneis, ac omni exceptione maioribus.*

161 *Testes quando dicantur õni exceptione maiores.*

562 *De delicto non sufficit constare præsumptiuè.*

163 *Clericus non potest carcerari per quasuis præsumptiones.*

164 *Delicta sunt probanda per testes, vel per inditia indubitata.*

166 *Inditia omnia indubitata non sufficiunt ad carcerationem, & condemnationem clericorum.*

167 *Episcopus iniustè carcerans clericum est excommunicatus.*

168 *Ad Clericorum carcerationem antequam deueniatur, debent examinari testes, qui sint idonei super verificatione querelæ.*

169 *Captura antequam fiat, debent examinari testes super verificatione querelæ, aliter Iudex tenetur in scyndicatu.*

170 *Iudex non debet esse facilis ad capturam eorum, qui per Accusatores deferuntur.*

171 *Captura etiam in crimine enormissimo non potest fieri, nisi legitima præcedant inditia.*

172 *Inditia per testium idoneorum examinationem constare debent.*

173 *Inditia legitima quando non procedunt ad formandam inquisitionem processus est nullus.*

174 *Inditium quando est nullum, non potest resultare aliquis validus iuris effectus.*

175 *Iudicibus multa permittuntur in condemnatione, quæ non permittuntur in carceratione.*

176 *Captura antequam fiat debent præcedere inditia legitima ad inquirendum.*

177 *Inditia legitima quæ dicantur.*

178 *Clericus non potest se obligare ad pœnam beneficij perdendi.*

179 *Beneficij perdendi pœna non imponitur nisi magna ex causa.*

180 *Causa in impositione pœnarum semper est exprimenda.*

181 *Causa quando in sententia, seù decreto non exprimitur, redditur nulla d. sẽtẽtia, seù decretũ.*

182 *Nullum, & non factum parificantur.*

182 *Nullum quod est, validari, seù confirmari nullo modo potest.*

183 *Actus nullus, & non factus parificantur.*

184 *Clerici carcerati in Curia Romana non obligant se ad beneficia perdenda.*

185 *Clericus non conuenitur coram Iudice seculari.*

186 *Clericum verberans est excommunicatus.*

187 *Clericus non tenetur præstare onera personalia, vel realia.*

188 *Clericus potest vendicare rem concessam Ecclesiæ ante traditionem.*

189 *Clericus gaudet eodem priuilegio, quo gaudet eius familia.*

190 *Statuta facientes contra Clericum sunt excommunicati.*

191 *Clericus potest obtinere Beneficium Ecclesiastică.*

192 *Clericus non potest carcerari per litteras impetratas contra laycum cum generali clausula.*

193 *Clericus non tenetur dare sportulas.*

194 *Clericus acquisita sub potestate patris ad libitum disponere potest.*

195 *Clericus pro rebus suis recuperandis potest agere sine consensu Patris.*

196 *Clericus pro necessitate nõ potest distrahi à Patre.*

197 *Clericus seruus si ordinatus Domino sciente, & non cõtradicente liberatur à dominica seruitute.*

198 *Clericus potest facere Collegium.*

199 *Clericus gaudet priuilegij militum, quæ non sunt contra statutum clericale.*

200 *Clericus de non recitando diuinum officium non habet priuilegium.*

201 *Clericus non residens priuatur beneficio, & fructibus.*

202 *Clerico non solum datur beneficium propter officium, sed etiam vt de patrimonio Christi viuat, & non mendicet.*

204 *Decimas subditi tenentur soluere etiam Paracho diuiti.*

205 *Clerici, Monachi, alijque religiosi homines rarius, ac mitius torquentur.*

306 *Clerici in crimine hæresis, nisi sint infamati, li-*
207 *cet alia concurrant inditia non sunt torquendi.*

208 *Præsbiteri non sunt torquendi, nisi vrgentissima adsint inditia.*

209 *Clerici cur non sunt torquendi sine vrgentissimis inditijs.*

210 *Sacerdotij dignitas non mediocrem in criminalibus de se facit præsumptionem exclusiuã delicti.*

211 *Sacerdos semper præsumitur bonus, & verax.*

212 *Clerici, & Præsbiteri quando in testimonio ferendo vacillant, non possunt torqueri, sed puniuntur de falso.*

213 *Clericus, & precipuè Sacerdos subagitans puerum non potest puniri pœna mortis naturalis.*

214 *Mercator non dicitur, qui semel mercaturam exercet.*

215 *Sodomiæ vitium, quando non fuit consumatum, quæ imponatur pœna.*

216 *Clericus subagitans puerum in arctum monasterium detruditur.*

217 *Sodomia vitio, quando puer subagitatus fuit interogatus de subagitante, contra quem nulla extant inditia, quid agendum.*

218 *Reus quando non venit damnandus ex inditijs.*
219 *nunquam imponitur pœna ordinaria.*

220 *Clericus quibus de causis possit degradari.*

221 *Clericis in quibus causis imponatur pœna vlti-*
222 *mi supplicij.*

223 *Ius canonicum seruari debet in terris Ecclesiæ.*

224 *Clerici in quibus casibus tradãtur Curiæ secular.*

225 *Clerici non traduntur Curiæ seculari, quando adest modicitas lucri.*

226 *Modica non sunt in consideratione.*

227 *Clericus quando commisit homicidium non venit*
228 *suspendendus.*

229 *Mulier*

229 *Mulier pro delictis mitius est punienda, quam masculus.*
230 *Contra Mulieres mitior debet esse sententia.*
231 *Clericus non potest de facto capturari, cum sit persona priuilegiata.*
232 *Clericum fraudolenter se faciẽs qua pœna sit pu-*
233 *niendus.*
234 *Fraus cum sit delictum, ad eam probandam re-*
235 *quiruntur testes omni exceptione maiores.*
236 *Clericus comparens coram Iudice laico pro causa merè ciuili non dicitur declinare forum.*
237 *Clericorum causas Iudices seculares cognoscentes incidunt in pœnam Bullæ Cœnæ Domini.*
238 *Clericus rem carnalem habens cum muliere, seù subagitans puerum, sed non immittens semen intra vas mulieris, seù intra anum pueri non punitur pœna ordinaria.*
239 *Qualitas aggrauans delictum constare debet in actis.*
240 *Clericus non potest cogi ad testimonium ferendũ.*
241 *Clericus, seù) si in Gramatica cadat non est Episcopus) irridendus à Sapientibus.*
242 *Morum vitia plus sunt præcauenda, quam verborum.*
243 *Clericus mendicare non est licitum.*
244 *Clericorum mendicitas est ignominia Episcoporũ*
245 *Clerici pro crimine hæresis capturari non possũt, nisi sufficiens præcedat informatio.*

Clerici in criminalibus infrascriptis potiuntur Priuilegijs.

CLericus in criminalibus ab imputatis criminibus per infrascripta eius priuilegia venit omninò absoluendus, & liberandus. Primum Priuilegium est,
1 quod post querelam contra ipsum datam debet citari ad valuas Ecclesiæ Chatredalis, aut parochialis,
2 vbi habet beneficium; nanq; domicilium principalius in Clerico est Ecclesia, in qua inseruit. Innoc. in c. ex ore. de priuileg. Abb. in c. postulasti col. 2. de for. compet. Refert, & sequitur Dec. in c. quia intentauit in fin. de præben. Et tale Domicilium inuentum est à iure, sicut domicilium Vxoris in domo mariti. Ita Bal. in l. ab eo in fin. C. quomodò, &
3 quando Iudex. Et quod principalius est attenditur. Ias. in l. more nu. 21. ff. de acquir. hæredit. alias sententia est nulla ex defectu citationis: nam potest quis duo domicilia habere. Ita Alex. cons. 16. col.
4 fin. lib. 1. Et domicilium, quod ratione Beneficii Clericus obtinet, principalius est. Ita Innoc. d. c. ex ore. Abb. d. c. postulasti, quos refert, & sequitur Dec. in d. c. quia intentauit de præben. in fin. Hine
5 est quod quando agitur contra Clericum, vt pareat inquisitioni contra eum formatæ; non sufficit ci-
6 tatio ad domum. Ita in terminis scribit Felyn. in c. dilectus filius el 2. [illegible] nu. 7. & 14. vers. vel paretur inquisitio contra eum. [illegible] Et ideò dixit Bal. l. Senatores. ff. de Sen. Quod Clericus isto casu effi-
7 citur necessarius incola Ecclesiæ, vbi inseruit. Immò licet fuerit citatus domi solitæ habitationis, debet etiam citari ad valuas Ecclesiæ, vbi inseruit. Et iste est stylus antiquus, quando citantur Clerici. Et quod Clericus debeat citari ad valuas Ecclesiæ secundum
8 Felyn. præcitato loco procedit, quando aliqua extranea persona agit contra ipsum actione reali, vel personali; quoniam isto casu non sufficit citatio ad domum, prout sufficeret, si Ecclesia ageret contra ipsum, puta propter residentiam: Cæterum quando v.g. Episcopus non agit contra Clericum propter residentiam vti Prælatus pro Ecclesia, sed tanquam extraneus propter suum interesse particulare, & cõ-
9 modum, non valet citatio ad domum. Vnde ad validitatem sententiæ necessariò requiritur, citationem fieri ad valuas Ecclesiæ. Nec valet si pro Episcopo dicatur, quod quando Clericus est absens sufficit citari ad domum; quia hæc conclusio procedit, quando non adest legitima causa; verum quando adest legitima causa, puta se absentandi, puta, quia d. Clerico non est tutus accessus ad Episcopum propter ipsius odium, quia agitur de eius interesse, & commodo; pro validitate sententiæ requiritur citatio ad valuas Ecclesiæ idem Felyn. d. nu. 7. & 14. vers. istis
10 adde. Secundum Priuilegium est, quod Clericus in dubio non præsumitur delinquens. Bart. in l. præcibus nu. 21. vers. excusat ergò. C. de impub. & aliis substit. Ias. in l. non solum. §. sciendum num. 10. ff. de nou. op. nunciat. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1. nu. 1. & ibi in Addit. littera A. Boer. decis. 215. num. 22. Aym. cons. 18. vers. Etsi dicas
11 Farinac. q. 85. num. 2. Tertium Priuilegium est, quod beneficio non priuatur propter Adulterium, vel concubinatum, nisi præcedat trina monitio. Sac. Conc. Trid. sess. 25. c. 14. vers. Quod si à Superioribus moniti. Et hoc etiam est de iure communi. c. sicut. & c. autem de cohabitat. Cleric. & mulier. Et ibi tradit. Host. & Imol. vers. in secunda Glos. Rot. coram R. P. D. Pegna Tullen. Monasterii sancti mãsueti die lunæ 23. Ianuarii 1597. Philippus Probus in addit. ad Glos. Pragmã sanctionis. tit. de Concu-
12 binariis. § Nec non in verb. Quartum Priuilegium est, quod efficiatur Clericus post incohatum processum, vel latam sententiam, aut post delictum; licet non prosit sibi clericatus quoad executionem faciendam in rebus; tamen quoad personam prodest; quia non potest per Iudicem secularem capi, & in carceribus detrudi, aut capite puniri. Boss. tit. de
13 pœn. num. 38. & tit. de for. compet. nu. 144. Ratio est, quia persona Clerici omninò est exempta è manibus Iudicis secularis, Idem Boss. tit. de pœn.
14 Immò dicitur, quod quis Clericus, vel Religiosus effectus post commissum delictum non potest puniri à Iudice seculari secundum Dyn. per l. hos accusare ff. de accus. §. hoc beneficio l. Non distinguemus. §. Sacerdotio. ff. Arb. Et aliqui DD. dicunt, quod hoc procedit, si non constet, quod prædicta fuerit causa euitandę pœnę, hoc est in fraudem. Vt l. si maritus. ff. de adult. Si autem constet; tunc tenetur, & punitur

l. 2.

l. 2. C. de his, qui ad Eccles. confug. & l. seq. cum
15 sim. Bonifat. Rubr. quid sit accusatio nu. 126. Ego
autem primam opinionem teneo. Secundum Priuilegium est, quod Clericus non traditur Curiç seculari etiam quod coniurasset contra Principem suum secularem, nisi sit incorrigibilis. Boss. tit. de for.
16 compet. nu. 137. Nec potest pro quocunquè grauissimo crimine à Iudice laico puniri, nisi fuerit prius à Iudice Ecclesiastico traditus Curiç seculari. Couar. pract. q. c. 32. vbi pluta iura concordantia ad-
17 ducit sequitur Clar. q. 36. vers. scias autem. Et quando non constat, quod sit incorrigibilis, nullo modo potest puniri pœna mortis naturalis. c. cum non ab homine. vers. quibuscunquè concurrentibus.
18 de Iudic. Quç verba cum sint prçgnantia comprçhendunt omne grauissimum crimen. l. Ea tamen adiectio. de legat. tertio Soc. cons. 3. num. 23. lib. 3. demptis tribus criminibus, de quibus dicitur in verb.
19 degradatio. Et quod incorrigibilitas prçcedere debeat ad imponendam pœnam mortis naturalis Clerico in sacris constituto scripserunt Boss. tit. de for. compet. nu. 136. & 141. Vbi attestatur de communi opinione. Plot. in Epithom. delict. c. 21. num. 7. Dec. in c. Atsi Clerici. num. 258. de Iudic. Vbi pluribus rationibus hanc exornat opinionem, à qua in iudicando tanquam æquiori non est recedendum.
20 Et Clericus vt dicatur incorrigibilis requiritur condemnatio, & punitio priorum delictorum; nec non quod sit solitus delinquere. Hercul. tract. caut. de non offenden. c. 39. nu. 10. in fin. post Dec. & Cagnol. quos allegat in Regula bona fides. ff. de reg. iur. Boss.
21 d. tit. de for. compet. nu. 137. Immò incorrigibilis non dicitur, nisi prçcesserit condemnatio, & punitio per tres vices de delictis commissis, eiusdem generis. Vt clarè tradit Luc. de Penna in l. 1. C. de superexact. lib. 10. sequitur Paul. Merend. cons. 89. num. 24. inter cons. crim. diuers. lib. 2. Immò solitus delinquere quis dicitur, cum quis de primis delictis fuerit condemnatus, & punitus. l. capitalium, §. solent. ff. de pœn. vbi loquitur de eo, qui pro prima, & secunda vice actius puniatur. Clar. post alios, quos allegat. §. furtum. vers. quçro etiam. Vbi quod de consuetudine seruatur: Ratio est, quia consuetudo delinquendi non inducitur, nisi prçcesserit punitio. Dec. & Cagnol. in d. regula bona fides. ff. de reg. iur.
22 Non valet si dicatur, quod qui est solitus delinquere incorrigibilis dicitur; quia solitus delinquere quis dici non potest, quando non constat in processu, quod alias fuit condemnatus in eodem genere delicti Alex. cons. 5. num. 3. lib. 1. Natt. cons. 42. num. 6.
23 Et prçsumptio debet esse in eodem genere mali. Vt per plura iura ostendit Natt. cons. 59. num. 18. Et solitus delinquere is dicitur, qui bis deliquit. Bal. in
24 l. 3. num. 5. C. de Episcopal. Audien. Non facit si per Fiscum dicatur, quod semel malus semper præsumitur malus; quia procedit in eo, qui apparet, quod fuit malus in eodem genere mali. Bart. & alii in l. Cassius. ff. de Senat. Bal. in l. fin. ff. de hæred.
25 instit. Vnde quando non apparet, inquisitum alias v.g. commisisse falsum, non potest ex aduersis delictis inferri ad istud, ita vt subiiciatur torturæ. Alex. in terminis cons. 5. lib. 1. Natt. cons. 42. num. 5.
26 Et quando Iudex secularis cognoscit clericorum causas criminales incidit in pœnas Bullæ Cœnç Domini. Gregorius XIII. constit. num. 92. fol. 1336.
27 ob iurisditionis defectum: Ratio est, quia Clericus
28 non subiacet iurisditioni Iudicis secularis. Et si d. Iudex ipsius causam criminalem cognoscit, totus processus est nullus. c. nullum Iudicum. 11. q. 1. c. si diligenti de for. competenti. Quod procedit, etiamsi Clericus esset tantum clericali charattere insiguitus. Butr. c. diligenti. num. 3. de for. compet.
29 Et iste defectus pro defectu insanabili reputatur. Hinç est, quod acta facta coram Iudice incompetenti nullum prorsus pariunt inditium, nec prçsumptionem. Bart. & alii l. magistratibus. ff. de iudic. Ruyn.
30 viden. cons. 7. nu. 6. lib. 5. Et inditia, quç proueniunt ex iudicio vetito nullum pariunt effectum. l. non dubium. C. de leg. Bal. l. generaliter. col. 2. C. de
31 Episc. & Cler. Sed animaduertendum est, quod vt Clericus gaudeat priuilegio clericali, necesse est vt incedat habitu, & tonsura. Iuxta Conc. Trident. de-
32 cretum viden. Non obstat, si dicatur testes examinatos coram Iudice laico ratificasse omnia coram
33 Iudice Ecclesiastico, & sic competenti; quia dicta testium ratificatio nihil operatur; quoniam actus nullus prout est examen testium coram Iudice laico contra Clericum non dicitur actus. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Et ideò dixit Bart. in l. 1. col.
34 pen. C. qui admit. quod ratificatio fieri potest, dummodò fiat ad ratificandum actum validum:
35 Nam isto casu Iudex Ecclesiasticus competens debet redigere examen dd. testium in scriptis per extensum, & non recipere ab eis ratificationem prioris examinis. Idquè magis dicendum videtur, quando maximè testes diffugerunt seriem facti narrare
36 coram Iudice Ecclesiastico competenti; Nam isto casu ipsorum depositio redditur nulla, & inconsiderabilis. Aret. in terminis l. legata inutiliter. col. 1. de
37 legat. 1. Bal. l. fin. in fin. C. de test. Et quicquid sit in ciuilibus, clarum est, quod in criminalibus testes debent clarè, & specificè factum narrare, & non ad aliud examen se referre ob magnitudinem prçiudicii
38 Castren. cons. 168. vol. 1. in 2. dub. Nec obstat, si dicatur, quod de consuetudine processus fabricatus à Iudice laico contra Clericum parit inditium;
39 quia consuetudo, si quç extaret, non potest Cano-
40 nibus sacris prçiudicare. c. Clerici de Iud. Et id quia iuri scripto consuetudo non prçiudicat c. consuetudo. distin. 11. nanquè esset contra libertatem
41 ecclesiasticam c. ad audientiam de consuetud. Et quando inquisitio inualida fuit formata per Iudicem laicum, non potest super ea ferri sententia condemnatoria per Iudicem ecclesiasticum, sed debet d. Iudex ecclesiasticus nouum incohare processum. l. Diuus la 2. ff. de custod. Reor. Idquè eo magis quando proceditur contra absentem per contumaciam. Alex. l. absentem vers. idem si libellus esset ineptus. ff.

de

ff. de pœn. Hyppol. §. postquam, nu. 56. Et quando la-
ta esset sententia isto casu, & diceretur præsumi de-
bere pro sententia, maximè quãdo esset lata post de-
cennium, responderetur, quod exceptio nullitatis
42 proueniens ex defectu iurisdictionis semper, quan-
docunq; opponi potest etiam post tres conformes.
Anchar. Clem. 1. col. 2. de re iudic. Felyn. c. ea.,
quæ col. 2. de re iudic. Idq; eo magis dicendum est,
quando est vnica sententia. Imol. l. si expræssim.
col. 15. de appellat. Et ideò impedit executionẽ rei
iudicatæ ex tribus conformibus Bal. & Salyc. l. 1. C.
43 Ne dicat Tertio pronoc. Et exceptio nunquam di-
citur reiecta, quando agitur de graui præiudicio.
Tradit Hyppol. l. si quis, nè quæstio. ff. de quæst.
44 col. 1. Sextum Priuilegium est, quod Iudex sæcula-
ris non potest contra Clericum iudiciare. Boss. tit.
de for. compet. num. 126. Nec etiam contra ipsum,
vel contra Religiosum occasione alicuius delicti po-
test procedere. c. Cum non ab homine. Et c. Atsi
Clerici. de iudeis c. si diligenti. & c. significasti. de for.
compet. Clar. in pract. crim. q. 36. in princ. cum
aliis latè adductis. per Rolan. cons. 4. vol. 1. per totũ
45 Immò nec potest eosdem pro quocunq; grauissimo
crimine punire, nisi prius à Iudice Ecclesiast. fuerint
traditi Curię seculari. Couar. pract. q. c. 32. Vbi plu-
ra iura concordantia adducit, sequitur Clar. d. q. 36.
vers. scias autem. Quæ conclusio habet locum, quã-
46 uis cuiusmodi exceptio in competentiæ non fuisset
opposita; quia omnia acta per iudicem secularem fa-
cta cõtra Clericum etiam cõtumacem sunt ipso iure
nulla absq; vlla appellatione, seù oppositione. Auth.
statuimus. C. de Episc. & Cler. Soc. cons. 12. sub n. 20.
vers. quinimò etiam. vol. 2. Vant. de nullit. ex defe-
ctu iurisdictionis. n. 10. vers. processus itaq; Foller. in
47 prax. crim. in verb. audiantur excusantes. n. 38. seq.
Vbi de cõmuni. Immò quoq; dicitur, quod Clericus
48 non potest banniri à Iudice seculari; quia non habet
imperium in Clericos. Boss. tit. Bannire qui possint.
49 n. 5. Et id etiamsi d. Clericus Monialium amoribus
operam det, & sit scandalosus, quia ab eius dominio
50 eiici non potest. Boss. d. tit. n. 6. Septimum Priuile-
gium est, quod Clericus committens homicidiũ, seù
Berroariis Curiæ secularis resistens pro defensione
immunitatis Ecclesię nulla pęna puniri potest ex plu-
ribus. Primò quia dat operam rei licite, & Berroarii
rei illiçite: vnde dd. Berroarii tenentur de omnibus
inde secutis. Bart. l. sed & quæcunq; ff. ad l. Aquil.
Bal. l. in multis. C. de lib. caus. Vulpell. cons. 66. n. 3.
51 Et iuramẽto dantis operam rei licite creditur, quod
non animò v. g. causandi homicidium, vel aliud ma-
lum, sed solum defendendi d. Ecclesiæ immunitatem
alios etiam conuocat clericos. Bal. c. Bone. 2. De po-
stulat. Prelat. Gram. cons. 69. n. 10. Vulpell. d. cons. 66.
52 n. 4. Secundò quia Berroariis indebitè, & iniustè ca-
pturare volentibus licitè potest resisti, immò impunè
possunt occidi, l. prohibitum, & ibi Bart. C. de iur.
53 Fisci. Immò si quis non resistit, puniẽdus est. l. omne
54 C. de Decurion. Tertiò quia isto casu homicidium
dicitur casu, & non appensatè commissum; quia Cle-
ricus dans operam rei licite solummodò resistit Ber-
roariis non animo committendi homicidium, sed ex
zelo defendendi immunitatem Ecclesiæ. vnde in nul-
55 lo peccare dicitur, & nulla pœna puniri potest. ll. 2.
& 3. ad l. Cornel. de Sicar. loquentes in propriis ter-
minis homicidii: Et quando ob id data est aliqua su-
spensio, & declarata Irregularitas, dictæ pœnæ dicũ-
tur nullæ. Tradit Bart. l. absentem n. 4. vers. quandoq;
liquet Iudicii. n. 5. in fin. ff. de pœn. Refert, & sequitur
Boss. tit. de Banni nullit. n. 6. Text. in l. si quis Percus-
56 sorem. C. ad l. Cornel. de Sicar. Quartò quia homi-
cidium potest impunè committi ab illo, qui reperitur
offensus, vt probare videtur Text. in l. sicut allegas,
cum ibi not. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Bart. l. fin. ff.
eod. tit. Et latè Ias. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Vbi
pro hac opinione adducit Text. in l. 4. §. lex 12. Ta-
bul. ff. ad l. Aquil. vbi apertè videtur probare, quod
57 fur possit occidi resistẽs derobato. Quintò quia ho-
58 micidiũ semper præsumitur casu commissum, & nõ
ex proposito, & appensatè, nisi qualitas pensamenti
probetur per Fiscũ non pręsumptiuè, sed certè, & cla-
rè. Ità Bal. in l. non ideò minus. n. 26. C. de accusat.
Innoc. in c. inter alia. De immunit. Eccles. Clar. §. ho-
59 micidium vers. alia est defensio. Sextò quia isto casu
homicidiũ dicitur casu in rixa commissum nullo prę-
cedẽte tractatu. Tradit post alios quos allegat Gram.
60 decis. 25. n. 4. Octauũ Priuilegium est, quod Clerico
absenti contumaci verbaliter degradato redeunto nõ
videtur audientia deneganda; nam semper admittitur
ad excusationem proponendam. Director. Inquisit.
61 par. 3. pag. mihi 533. comm. 39. Tamen Clericus nõ
potest de iure canonico degradari, seù curiæ seculari
tradi, nisi in tribus casibus; nempè in crimine hęresis,
falsi commissi in litteris Apostolicis, & Cõspirationis
contra proprium Episcopũ. c. Ad abolendam de hę-
ret. c. super eod. & accusat. de hæret. in 6. c. Cum nõ
ab homine. de iudic. c. ad falsariorum. de crim. fals.
Clar. q. 36. vers. scias autem. Vbi testatur de cõmuni
opinione. Foller. in pract. crim. fol. 272. n. 23. Vbi
de cõmuni. In aliis vero criminibus quãtumuis enor-
62 missimis cessat degradatio. Boss. tit. de for. compet.
n. 136. Nec est mirum, quod ius Pontificiũ pro aliis
grauissimis delictis non imponat Clericis pœnam vl-
timi supplicii. Ex Glos. in c. præuaricatur. 2. q. 3. Abb.
in c. Atsi Clerici. de iudic. Et in terris Eccl. ius cano-
63 nicũ seruari debet. Florian. in l. ex eo. in fin. ff. de
test. Horat. lut. cons. ibi. n. 17. inter cons. crim. diuers.
lib. 1. Et si aliquando ius Pontificium, seù Canonicũ
loquitur Reum criminis pęna mortis afficiendũ esse,
intelligi debet per excõmunicationis sententiam. Vt
64 per Abb. c. Per venerabilem. vlt. notab. Qui filii sint
legitimi. Et in c. 1. de furt. quẽ refert, & sequitur Petr.
à Placa Epitom. delict. c. 11. n. 17. Ratio est, quia Cle-
65 rici traduntur Curiæ seculari, quando plura homici-
dia, plures falsitates in specie cõmiserint; cum Eccl.
non habeat vltra quod agat: Nam istis delictis enor-
missimis pluries commissis, quæ requirunt excessiuã
pœnã, non inueniuntur puniri posse aliqua canonica.
secũdũ Innoc. c. qualiter, & quãdo. de accus. Sed quã-
66 do adest modicitas lucri v. g. in fabrican. monetam,

67 non traduntur Curiç sęculari. Marſ. conſ. 71. n. 1. Ratio eſt, quia modica nõ ſunt in conſideratione c. licet quadam c. quanquã in verb. nulla, vel modica de pro-
68 bat. Nonum Priuilegium eſt, quod Clericus corrigi paratus deponi nõ debet, & corde non ficto poteſt redire ad vnitatē Eccleſię. Vt not. 21. diſtin. Nunc autē in Gloſ. ſed videtur & e. in fin. Directōr. Inquiſit. 2. par.
69 pag. mihi 208. n. 21. Decimum Priuilegium eſt, quod Clericus capturari non poteſt, niſi aduerſus eum duo, vel tres teſtes idonei dixerint teſtimonium; quia nec accuſatio contra illum eſt recipienda, niſi ſub duobus, vel tribus teſtibus. Vt Paulus Apoſtolus pręcepit; & B. Thom. ius illud ſingulare eſſe ait in honorem preſbiterorum 1. Thimot. 5. Et inibi Thom. c. accuſatio. 2. q. 7. Simanc. Enchirid. tit. 25. De cõpręhenden. n. 5.
70 Et ſi negetur, quod ſit Clericus, Fiſcus tenetur per ſcripturam, & non per teſtes probare, quod ſit Clericus; quia iura mandant ſuper Ordinis collatione litteras fieri c. legunt 2. q. 1. Idem not. Gloſ. 2. q. 6. in
71 ſumma. Et quando d. Clericus incedit in habitu, vel quem Clericum eſſe ſi fama erat, ſtatim remittendus eſt ad Iudicem Eccleſiaſticum Boſſ. tit. de for. com-
72 peten. 152. Vndecimum Priuilegium eſt, quod Clericum accuſare volens non admittitur ſi ſit ignotus, vel ſuſpectus de falſitate, ſeu inimicitia. Henric. Boyc. in c. de cætero extra de teſt. in 1. Diſtin. c. accuſato-
73 ribus. c. Canonica & c. accuſatores. 3. q. 3. Et hoc niſi prius inquiratur de vita, fide, & integritate eius. Vt in c. querendum & in c. ſi qui 2. q. 7. Et ibi per Arc. Innoc. & DD. Vbi Anc. facit diſtinctionem in c. Cum P. Manconella de accuſ. & DD. in d. c. de cætero de teſt. Hieron. ad Angel. tract. maleſ. in verb. Et ad querelam num. 82. Et accuſare quis ſit
74 competens in cauſa criminali contra Clericum, Preſbiterum, Diaconum, & Subdiaconum, vel Epiſcopum. Not. Spec. tit. qualiter in accuſ. procedatur §. quarto loco per totum Angel. tract. Maleſ. in verb.
75 Et ad querelam n. 82. Auguſt. Hieron. ibidem. Tamen Laicus accuſare nõ poteſt Clericum coram alieno Iudice etiam de ſuo exceſſu, etiamſi ſit Iudex Eccleſiaſticus ſine licentia ſui Epiſcopi c. ſignificaſti de
76 for. compet. Duodecimum Priuilegium eſt, quod Clericus iniurians aliquem non tenetur ſe retractare, & dicere ſe mentitum. Iacob. de Graff. deciſ. caſ. conſcien. r. 37. n. 3. lib. 2. par. 1. Farinac. q. 105. n. 75.
77 Decimum tertium Priuilegiũ eſt, quod Clericus pro ciuili debito, niſi adſit obligatio iuratoria, vel in forma cameræ carcerari non poteſt. Marſ. in tract. de Bannit. in verb. carcerari. n. 11. in pract. §. attingam. nu. 70. Mattheus notab. 60. incip. Nota quod Clerici Felyn. in c. Ex officii n. 15. extra de preſcrip. Gomeſ. inſtit. de action. in princ. n. 65. Menoch. de Arbitr. queſt. lib. 1.
78 q. 88. n. 8. Farinac. q. 25. n. 67. Decimum quartũ Priuilegiũ eſt, quod Clerici in cauſa criminali non poſſũt cogi ad teſtificandũ contra Laicom, etiam quod veritas aliter haberi non poſſit, quã per ipſos. ac ipſi proteſtentur ſe examinari citra tamen pœnam ſanguinis. Felin. in c. de cætero n. 1. de teſt. Clar. q. 24. verſ. ſed quid ſi Clericus. Vbi atteſtatur de cõmuni Gloſ. in c.

teſtimonium. 6. q. 1. c. de cætero de teſt. cum aliis ad-
79 ductis per Crott. de teſt. n. 69. Ratio eſt, quia nec etiã poteſt Laicus ferre teſtimonium contra Clericum, & ſi ferat, non probat. text. in c. de cætero extra de teſt. de cætero inquit teſt. Laicos in accuſationem contra Clericos in criminali cauſa non eſſe aliquatenus ad-
80 mittendos cenſura ſacrorum Canonum manifeſtius edocet. Ioan. Andr. in ſummario Anan. n. 1. Bal. in ſummario. Abb. n. 1. Felyn. & Aret. in ſummario Mõticelli in ſuo repertorio teſt. verb. Laicus cõtra Clericũ. fol. 47. col. 2. verſ. 2. ſeq. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 962. n. 1. Et id tribus de cauſis. Prima cauſa eſt (vt ſuperius dictũ eſt) propter reuerentiam, quam
81 Laicus debet Clerico, qui Dei legatione fungitur. c. accuſati in fin. 2. q. 7. c. quis dubitet. & c. duo ſunt. 96.
82 diſtin. Secunda cauſa eſt, propter generalē inimicitiã,
83 quæ intercedit inter Laicos, & Clericos. Prout Boſſ. in tit. de oppoſit. contra teſt. n. 91. cum Laici ſint in-
84 feſti Clericis c. Laici & c. Laicus, 2. q. 7. Tertia cauſa eſt, quia ſicut Clericus contra Laicum teſtimonium ferre non poteſt, nec id poteſt Laicus contra Clericum. Vt æqualitas ſeruetur in iudicio. c. Nouit. de iud. cum aliis adductis ibi per DD. Et multo minus contra Sacerdotem. Oldrad. conſ. 145. n. 3. Vbi de cõmuni Clar. q. 24. verſ. preterea quero. Vbi de cõmuni Farinac. conſ. 78. n. 8. in prax. crim. tit. de oppo-
85 ſit. contra perſon. q. 61. n. 98. ſeqq. Nec contra Clericos primæ tonſuræ d. text. in c. de cætero in verb. Clericum extra de teſt. iuncto c. Clericos, & ibi Gloſ. in verb. Pſalmiſtas. 21. diſtin. Felyn. in d. c. de cætero in princ. verſ. & procedit etiã Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 962. n. 1. lib. 3. concluſ. 1358. 45. Farinac.
88 d. q. 101. Cæterũ Laicus contra Clericum admittitur in teſtimoniũ, & ipſum accuſare ſolummodò poteſt in criminibus exceptis, quę ſunt crimen hęreſis, crimen læſæ Maieſtatis, crimen ſimonię, crimē ſacrilegii, crimē falſificationis monetę, crimē aſſaſinii, in caſu difficilis probationis, & in quo veritas aliter haberi non poteſt. Cæterũ in horũ criminũ accuſatione duo neceſſariò concurrere debent. Vt optimè ſcribit Gig. q. 17. n. 3. ſeq. Primò quod Laicus bono zelo accuſet crimē. Iuxta text. in c. licet Hely. extra de ſimon. Secũdò, quod Clericus accuſatus fuerit de crimine accuſato ſuſpectus. Iuxta text. in c. in primis 2. q. 1. Farinac. q. 12. n. 12. Ac etiã accuſare poteſt, quando ſuam, vel ſuorũ proſequitur iniuriã. 4. q. 6. c. omnibus. Polyant.
89 in verb. Laicus. Decimũ quintum Priuilegium eſt, quod Clericus in itinere poteſt arma deferre, etiã archibuſettũ ſine incurſu pœnę ad ſui defenſionē. tradit Bart. c. Clerici de vit. & honeſt. Cleric. Menoch. tract. de arbitrar. q. 394. n. 58. quia iſto caſu eſt ei permiſſũ c. dilecto. & ibi Gloſ. de sēt. excomm. Ideò nec ſtatutũ tenet prohibēs armorum delationem ad ſui defenſionē
90 Marſ. conſ. 175. n. 6. Decimũ ſextum Priuilegium eſt, quod Clericus nõ committit crimē læſę maieſtatis cõtra Dominum temporalem, cui ratione domicilii eſt ſubditus, vel ſubiectus. Boſſ. tit. de crim. læſæ Maieſt. n. 86. quia non dicitur ei ſubiectus d. Boſſ. d. tit. n. 87.
91 Tamen dicitur eſſe ſub protectione Domini temporalis;

talis ; & ideò nõ poteſt dici Forenſis.Boſſ.d.tit. n.88.
92 Decimum ſeptimum Priuilegium eſt,quod commit-
tens falſum coram Iudice laico non efficitur ex foro
laici ſecundum communem opinionem , ſeu ſenten-
93 tiam Boſſ.tit. de falſ.n.110. Decimum octauum Pri-
uilegium eſt, quod Clericus nõ tenetur ad vectigalia ;
ſed benè tenetur eorum Coloni pro fructibus ipſorũ
94 Colonorum Boſſ.tit de Principe n. 124. Immò dici-
tur,quod Eccleſię perſonę immunes ſunt,ſi bona ha-
bent,& illa colunt,vel ab aliis colantur, ad quos me-
dietas fructuum pertineat ; immunes ſunt fructus ad
eccleſiaſticas perſonas ſpectantes,& bona ad vſũ eo-
96 rum.Boſſ.tit.de Principe n. 178. Decimum nonum
Priuilegiũ eſt,quod Clericus non poteſt puniri,quan-
97 do reſiſtit Berroariis,nè quis capiatur in Eccleſia,in
qua quis perſonaliter capi nõ poteſt.Clar. poſt alios,
98 quos allegat.q.30.in princ.& Aula Eccleſię,cum ſit
de eius membro,& contingentia, gaudet eodem pri-
99 uilegio;prout dicitur de Palatio Epiſcopi,quod gau-
det eadẽ immunitate , qua gaudet ipſa matrix Eccle-
100 ſiaſtica c.Id conſtituimus 17.q.4. Immò in Eccle-
ſia quis capi non poteſt etiã pro homicidio,nec etiam
intra eius muros.l.pręſenti in princ. C. de his , qui ad
101 Eccleſ.cofug.c.inter alia.de immunit.Eccleſ.Immò
dicitur , quod Eccleſia gaudet d.immunitate per 40.
paſſus,quando eſt matrix,alia verò 30. vt ait Abb. in
Eccleſię n.10.de immunit.Eccleſ.quamuis Baiard.ad
Clar.d.q.30.n 17.dicat,quod non eſt in vſu. Ego au-
tem omninò laudo,& approbo opinionem Abb.tum
ob reuerentiam,quę debetur Eccleſię , tum etiam ob
eius iuriſdictionem , quę ſemper à bono , & catholico
Iudice eſt tenenda,defendenda,& amplianda, quãdo
inter Aduocatum Rei, & Fiſcũ ſuper aliqua diſcepta-
tur cauſa,ac varię,ac diuerſę ab ipſis ſuper huiuſmodi
caſu coram Iudice afferuntur opiniones,authoritates,
& rationes; nempè ab Aduocato,quę tendunt ad ab-
102 ſolutionem,& à Fiſco,quę tendunt ad pœnam:Ra-
tio eſt,quia ſemper c.Iudex æquiores,ac benigniores
debet ãplecti opiniones,& rationes l.proximè de his,
quę in teſtam.delen. quę magis æquitati,quam rigori
fauẽt l.in õnibus l. ſẽper in obſcuris vbi Dec. de reg.
iur.Iaſ.in l.1.col.4.ff. de legib. & quę in non delictis ,
& pœnis ſonãt.l meritò.ff.pro ſoc.Vulpell.conſ. 123.
103 nu. 12. Immò quęlibet Aduocati opinio pro Reo,
etiam dubia, quę faciat pro ſalute ipſius , & pro eui-
tatione pœnę ipſo Iudice eſt ãplectenda.l.benignius.ff.
de legib.cum vulg. Nec non dicitur,quod quando in-
ter Aduocatum,& Fiſcum duę ſunt opiniones, quorũ
vna Fiſci eſt communis, & ſeuerior ; Altera Aduocati
non communis, & mitior ; tunc ab eodemet Iudice
104 opinio communis,& ſeuerior Fiſci eſt relinquẽda ;
& non communis & mitior Aduocati amplectẽda.Vt
benè,& doctè tradit Rolã.à.Valle cõſ.51.n.44.vol.1.
105 Et conſ.64.n.31.vol.2.Et optima ratione quidem,
quia opinionũ concurſu , ſeù conflictu inter DD. in
puniendis delictis , ſeù in defendẽdis Reis ſemper eſt
aduertendũ,quod pœna mitior eſt infligenda ,ac opi-
nio benignior pro Reo eſt tenenda.Bal.in c.de cauſis
n.15.de offic.delegat.Et id procedit,quamuis contra
eam aliquando iudicatum fuerit; cum vel imputẽ,vel
dolo id potius euenire potuerit,quã pro veritate . Vt
poſt multos,quos allegat,oſtendit Menoch.conſ. 59.
n.8.ſeq.lib.1.Ex quibus õninò dico, quod captus de-
bet gaudere immunitate Eccleſię ſecundum opinionẽ
Abb.Auth.multo magis.C.de ſacroſanct.Eccleſ.Non
obſtat,ſi per dictũ Baiard.dicatur,quod de conſuetu-
106 dine nõ ſeruatur;quia ſi d.conſuetudo extet in cõ-
trariũ,nõ poteſt ſacris canonib. pręiudicare c.Clerici
107 de iudic. Ratio eſt,quia iuri ſcripto conſuetudo nõ
108 pręiudicat.c.cõſuetudo diſtin.11.Et eo magis quã-
108 do eſt contra libertatem Eccleſiaſticã c.ad audien-
109 tiã de conſuetud.ſtante etiam quod Eccleſia in do-
minio ſuo mandat etiã Reos ſanguinis defendi. Boſſ.
tit.de mandat.ad homic.n.29.quoniã in Eccleſia ca-
110 pi nõ poteſt delinquens,ſeù Raptor,ſeù homicidia;
etiãſi familia eum inſequeretur,antequam Eccleſiam
inſequeretur.antequam Eccleſiam ingrederetur.Boſſ.
111 tit. de captura n.21. Et quãdo ità fuit captus eodẽ
112 Eccleſię reſtitui debet c.ſępè de reſtit.ſpoliat.Immò
in Eccleſia qui capi nõ poteſt etiã pro quocunq; gra-
uiſſimo crimine ; quia omnis in ea debet eſſe tutus.c.
inter alia de immunit.Eccleſ.Farinac.q.28.n.15. Vbi
113 cumulantes allegat,& teſtatur de communi.Et vul-
nerans etiã proditoriè,ſi non occidat, gaudet immu-
nitate Eccleſię Deciã.conſ.80.n.18.ſeq.vol.3.refert,
& ſequitur Baiard.ad Clar.q.30.n. 17.Immò captus
extra Eccleſiã,ſi fugiat in Eccleſiam,antequã ducatur
ad carceres,non poteſt in ea capi Boſſ.tit.de captura
114 n.22. Vigeſimum Priuilegiũ eſt, quod quamuis per
aliquos iure cõſultos dicatur quod Clericus,qui eſt in
minoribus ordinibus,vel etiam in ſacris ; ſi tamen ſit
beneficiatus,non poteſt coram Iudice ſeculari aduo-
115 care 23.q.vlt.c.his à quibus niſi in quatuor caſibus;
nempè pro ſe , pro Eccleſia, pro perſonis coniunctis
vſq;ad quartum gradum,quãdo ſcilicet alium, vel ità
bonum Aduocatum habere non poteſt : Et pro miſe-
rabilibus perſonis, quę ſcilicet per ſe proprias cauſas
miniſtrare non poſſunt,vel Eccleſiaſtico auxilio indi-
gent c.ſacerdotibus.Nè Cler.vel Mon. Et in Gloſ.14.
q.5.c.deniq; in criminali verò coram ſeculari Iudice
nullo modo poteſt c.ſententiam nè Cler.vel Mon.Nõ
tamẽ propter hoc diuinum officiũ omittat.Aret. diſt.
81.c.Clericus c.cum Sacerdotes de poſtulan.verũ co-
ram Iudice Eccleſiaſtico poteſt.Vt ſatis videtur tene-
re Aret. in c de poſtul.quia videtur tãtum Epiſcopis,
& Sacerdotibus interdictum coram vtroq; Iudice (vt
dictum eſt)Si verò eſt in minoribus ordinibus conſti-
tutus,& non beneficiatus,in cauſa ciuili poteſt aduo-
care tam coram ſeculari Iudice, quam Eccleſiaſtico ;
In cauſa autem criminali corã ſeculari Iudice nullo
116 modo poteſt . Vt habetur in d. c. ſententiam . Nè
Cler.vel Mon. & hoc dicunt,quod tutius eſt . Tamen
alii Iureconſulti optimè dicunt,quod d. Clericus po-
teſt poſtulare , appellare , & appellationes proſequi :
117 Immò poteſt etiam eſſe Procurator Laici in foro
118 ſeculari ſecundũ Abb.in c.peruenerabilem qui ſũt
legit. in vna cauſa. Et iura prohibentia talem procu-
rationem debent intelligi de Procuratore generali.

Ità voluit Innoc. in. c. vnico de oblig. ad ratio.
119 Ex quo ſequitur, quod Clericus in for. ſeculari
poteſt eſſe procurator Clerici à fortiori. Ità conclu-
120 dit. Panor. in d. c. Per venerabilem. Nec non poteſt
etiam pro Reo appellare ſecundum Imol. qui in l. nõ
tantum. ff. de appell. dicit; quod cum appellatio ten-
121 dat ad defenſionem, Eccleſia etiam pro defenſio-
122 ne Reorum poteſt ſe intromittere 33. q. 4. c. Reos
Et ſic videtur, quod etiam Clericus poteſt appellare,
123 & Reum defendere. Pro quo etiam facit l. non tã-
tum, quę dicit cauſam prouocantem audiri Angel. in
124 verb. pręſente Caio. n. 13. Ratio eſt, quia quilibet de
populo, ſub cuius nomine veniunt etiã Clerici, pro ſuo
intereſſe propter humanitatẽ, & communionem quã
habet cum Reo condemnato poteſt aduocare; quia
125 negari non poteſt, quod ſententia ex forma ſtatuti
non afficiat d. Reum condemnatum; quia perdit pa-
triam, & ſi vnquam in fortiam communis rediret; fie-
ret executio corporalis. Ideò cuilibet de populo inte-
reſt, ſi ſententia eſt iniqua, vt condemnatum non affi-
126 ciat, & reuocetur. Et hoc ſentit Angel. in d. l.
non tantum. & in d. verb. præſente Caio. num. 13.
127 Ratio eſt, quia natura cognationem quandam in-
ſtituit inter homines. c. charitas e'l 2. de pœnit. diſt.
2. Ob eamquè rem haud mirum, ſi Clericus defendit
Reum, & non vult permittere ipsũ necari; quia nun-
128 quam præſumitur ab aliquo fuiſſe commiſſum de-
lictum, quando non adeſt cauſa. Ità Bart. conſ. 8. n. 8.
inter conſ. crim. diuerſ. lib. 1. vbi quod ſufficit hãc na-
turalem rationem pro lege allegare l. cum ratio. ff.
129 de bon. damn. Itaquè dicitur, quod Clerici, quorũ
appellatione continentur etiã Pręſbiteri, & ſic è con-
uerſo. Director. Inquiſit. 2. par. pag. mihi 147. idest
minores, & maiores Clerici; nã verbum indiffinitè po-
130 ſitum generaliter eſt accipiendum c. quia circa de
priuileg. c. ſi Romanorum 19. diſtin. l. ſi ſeruitus. ff. de
131 ſeruit. vrb. pręd. Itẽ Clericorum nomine deſignã-
tur Clerici ab oſtiariis vſq; ad ſummum ordinẽ cuiuſ-
cunq; dignitatis 2. diſtin. Cleros. 11. q. 1. de perſona
132 Gloſ. in c. tua nobis de verb. ſign. Inimò dicitur, quod
in materia fauorabili intelliguntur omnes in quocũq;
clericali dignitate conſtituti facit c. quam periculoſũ
133 de ſent. ex comm. lib. 6. Panor. in c. bonę memorię
de poſtul. Pręlat. ſine vlla pœna poſſunt domi allega-
tiones iuris cõficere, & conſiliũ petentibus dare, quo-
niã hoc opus meritorium eſt, & Clericis maximè cõ-
uenit. vt in c. 1. 39. diſtin. tradit. Rip. in c. decernimus
134 de iud. Vetũ Clericis tũc prohibitum eſt poſtulare.
ſiue patrocinari, quandò generaliter, & ſine delectu id
fecerint; ſed vnam, vel alteram cauſam defendere nõ
prohibetur. Innoc. in c. vni de oblig. ad rat. Abb. in d.
c. 2. Ne Clerici. Alciat. Reſp. 91. n. 4. Qua quidẽ ex re
135 dicitur, quod Clerici ſiue tantum quatuor minori-
bus ordinibus, ſiue etiam ſacris initiati nunquã poſtu-
lando, ſeù patrocinando in cauſis excommunica-
tionem incurrunt, vel aliam cenſuram; ſiue cauſę ſint
Eccleſiaſticę ſiue ſeculares, ſiue criminales, ſiue ci-
uiles. Nauar. conſ. 1. de poſtulan. lib. 1. Immò di-
citur, etiam quod defendentes Reum ſanguinis non
efficiuntur irregulares. iuxta c. ſententiam ſangui-
nis, nè Clerici, vel Monachi. Vt per Marian. Soc. in
c. ad audientiam car. 236. ſecundum totum volumen
col. vlt. extra de homic. Et vide text. & ibi Gloſ. in c.
Clerici 81. diſtin. Boſſ. tit. de fauor. defenſ. n. 2. Nec
136 mirum videri debet: Quid enim dignius aduoca-
tionis officio? quod peregrinum negocium ad ſuas
transfert moleſtias, vt laboribus ſubueniat alterius.
Vt dicebat Caſſiod. Et refert Rip. l. Centurio de vulg.
& pupill. nu. 16. Militant enim cauſarum patroni,
qui glorioſè vocis munimine confiſi laborantium
ſpem, vitam, & poſteros defendunt. Vt Leo, &
Anteminus Impp. reſcripſerunt in l. Aduocati mi-
137 litibus æquiparantur. l. milites. C. de quæſt. vbi
Cyn. Vulpell. conſ. 141. num. 9. Vnde dicitur, quod
138 Clerici non immeritò ſine incurſu pœnę in cauſis
aduocare, ſeù poſtulare poſſunt, quando non lucri
cupiditate, ſed ex charitate, & iuſtitiæ defendendę
zelo faciant. Vt probatur à contrario ſenſu in c.
peruenit. 86. diſtin. Not. Abb. Hoſtien. in c. 2. Nè
Clerici. Et eo magis, quia in textu, quo cauetur,
nè Clerici poſtulare poſſint, poſtulando nulla adeſt
139 impoſita pœna: Et quod lex non dicit, nec nos di-
cere debemus. l. ſi ſeruum. verſ. non dixit Prætor. ff.
140 de acquir. hæredit. Vltra quod ſtylus Romanę Cu-
riæ eſt, quod Clerici in ſacris ordinibus cõſtituti; im-
mò etiã ſacerdotes poſtulare, ſeù patrocinari poſſint.
141 Et hic ſtylus ſeruari debet vbiq; locorum. Vt po-
teſt Felyn. Soc. & alios Menoch. conſ. 100. n. 74. lib. 1.
Dec. in c. auaritię. n. 9. de pręben. poſt Specul. in tit.
142 de appellat. §. de officio n. 14. Ratio eſt, quia d.
ſtylus facit ius. vt not. Abb. c. ex litteris in 1. notab.
de conſt. Dec. conſ. 699. n. 5. Et à tali ſtylo non eſt
recedendum in iudicãdo c. quam grauis de crim. falſi
143 in princ. Vigeſimum primũ Priuilegium eſt, quod
Clericos carcerantes ſi ſunt laici, ſunt excommuni-
cati, niſi quando de mandato Epiſcopi ipſos carce-
rant. Vt in c. ſi clericos de ſent. excomm. in 6. e'l 2.
quando agitur de obuiando delicto cõmittendo. Ioan.
Andr. Abb. Felyn. Dec. & alii communiter c. cum non
ab homine de iudic. Et Gloſ. in c. 2. de hæret. &
aliis congeſtis per Farinac. tit. de Inquiſit. q. 8. n. 1.
144 Capic. deciſ. 114. Sed poteſt benè familia Iudi-
dicis ſecularis capere Clericos de nocte cum armis
indecentes; cum pręſumatur velle delinquere. Abb.
in c. vt famę de ſent. excomm. vbi de communi teſta
tur Couar. lib. pract. quæſt. c. 33. Nauar. conſ. 39.
145 de ſent. excomm. Immò quando Clericus reperi-
tur in fragranti crimine, tunc quilibet dicitur habe-
re mandatum à lege capiendi malefactorem. l. Ra-
ptores. C. de Epiſc. & Cler. l. capite quinto. ff. de adult.
Felyn. in c. ſi verò de ſent. excomm. vbi de commu-
146 ni teſtatur. Immò Clericus poteſt capi à quolibet
citando poteſt impunè offendi, vel verberari à laico.
Vt degradatus, vel ad deſcuſionem Foller. in pract.
canon. in verb. Vt ſi eſt ſacrilegium nu. 18. Et Ioan.
147 Andr. & Abb. in c. cũ non ab homine. Immò quãdo
agitur de delicto cõmiſſo poteſt capi à familia Curiæ
ſecularis ad effectũ remittendi, vel ducendi illũ ad Iu-
dicem

dicem ecclesiasticũ. Et magis opinio est, quod potest
capi, quando est suspectus de fuga; secus si non est su-
148 spectus. Abb. Dec. in d.c. Cum non ab homine. Fe-
lin. ibi. n. 20. qui de communi testatur Menoch. de ar-
149 bitrar. casu 180. Et tali casu potest laicus Clericum
carceratum detinere per spatium 20. horarum, & nõ
vltra iuxta d.l. capite quinto. ff. de adult. Felyn. vbi su-
pra. Idem procedit, quando non est copia Iudicis Ec-
clesiastici, quia si potuit illũ capi facere à Iudice Ec-
clesiastico, debet etiam in poenam amittere ius credi-
ti sui. Ita Arnorius singul. 86. Farinac. de quęst. q. 27.
n. 115. Tamen in omnibus casibus, in quibus Clerici
150 possunt capi à laico, debet duci ad Iudicem Eccle-
siasticũ sine ignominia, alias non euitatur excommu-
nicatio, & vis publica. Boer. decis. 303. Couar. lib.
151 pract. quest. c. 33. Quibus additur, quod in tali casu
ab õnibus debet procedi magna circũspectione; quia
152 etiam Episcopus non debet esse prõptus ad carce-
153 randũ Clericũ. Ioan. Andr. in d.c. si Clericos nanq;
carcer infamat, & irreparabile damnum affert in l. si
Clericus. C. de Episcopal. Audiẽ. & in l. 1. C. de integr.
154 restit. Paul. Ias. in l. 4. §. condemnatũ. ff. de iudic. Et
infamat apud graues personas. Menoch. de arbitrar.
155 casu 87. omittuntur diuina officia, & scãdalizantur
laici, qui solent esse valdè infesti Clericis. c. laicos. 2.
156 q. 7. Et quando Episcopus pratendit ex inditiis in-
dubitatis posse peruenire ad carcerationem, & con-
demnationem d. Clerici, dicta inditia debet esse adeò
indubitata, vt ponant rem quasi clarã ante eius oculos
v.g. quod quis visus fuerit exire de domo cum gladio
sanguinolento, vbi repertus fuit mortuus, & alia simi-
lia. Brun. tract. de indit. & tortur. 5. q. 1. nu. 4. & seqq.
in Curia Archiepiscopal. Neapolit. seruatur, quod
non proceditur ad carcerationem Clericorum, nisi
contra ipsos adsint probationes sufficientes ad con-
demnandum, vel saltem ad torquendum; dummodò
Clericus non sit suspectus de fuga, nec sit timor, quod
salutet testes, & destruatur informatio; quia tunc ad
finem formandi inquisitionem habita aliquali infor-
matione carceratur iuxta communem practicam Do-
ctorum. De qua testatur Clar. in pract. §. fin. q. 28.
Quin etiam quando Curia non potest molestare Cle-
ricum, nequè citat ad informandum, seù (vt di-
citur) ad subiciendum se examini super his, super qui-
bus fuerit interogatus, mouentibus mentem Curiæ,
& signanter super tali delicto; Sed si Fiscus sperat
ex depositione Clerici augeri inditia contra ipsum,
solet Curia solummodò citare Clericum non
ad informandum, sed ad perhibendum testimonium
veritatis tanquam testem. Et si ex eius dicto testis ac-
quirit inditia, nempè ex mendaciis, vel aliis, remanet
carceratus, alias non molestatur. Si autem Clericus
ad morum correctionem detinetur carceratus per ali-
157 quot dies etiam sine processu, non videtur d. Epi-
scopus excommunicatus; enim temeritas, & iniuria
cesset in Episcopo. d.c. si Clericus: Sed mali mores nõ
158 debent pręsumi; Sed de ipsis clarè debet constare:
159 Cęterum idest omninò aduertendum, quod in om-
nibus casibus Clerici capturari nullo modo possunt,
160 nisi aduersus eos duo, vel tres testes idonei, ac õni
exceptione maiores dixerint testimonium; quia accu-
satio cõtra ipsos nõ est recipiẽda, nisi sub duobus, vel
tribus idoneis, ac omni exceptione maioribus. vt Pau-
lus Apostolus pręcipit, & B. Thom. ius illud singulare
esse ait in honorem Pręsbiterorum. 1. Timot. 5. & ibi-
dẽ B. Thom. c. accusatio. 2. q. 7. Simãc. Enchirid. tit. 25.
161 de comprehendendis. n. 5. Et ille testis dicitur ido-
neus, ac omni exceptione maior, contra quem nihil
potest opponi, & qui nullum prorsus patitur defectum
Glos. in §. Item verborum. instit. tit. de inutil. stipulat.
Immò vt dicatur talis, debet superare omnem etiam
friuolam excepcionem. Alex. cons. 180. col. 2. vel 6.
162 Grãm. cons. ciuil. 59. n. 17. Vnde Dominicus in d.c.
163 si Clericos valdè errauit, dicẽdo quod sufficit de de-
lictis constare saltem pręsumptiuè; quia non sufficit
quęlibet pręsumptio, vt possit carcerari Clericus; cum
in causis criminalibus delicta sunt probandà per te-
164 stes, vel inditia indubitata. Per textum expręssum in
l. fin. C. de probat. & latè probat Menoch. de præ-
165 sumpt. lib. 1. q. 38. n. 1. Et quę sint inditia indubita-
166 ta, supra diximus; quia non õnia inditia indubitata
sufficiunt ad carcerationem, & condemnationẽ Cle-
ricorum. Quę cum ità sese habeant, omninò dicitur,
167 quod Episcopus iniustè carcerans Clericum est ex-
communicatus. c. si Clericos. de sent. excomm. in 6.
Corn. cons. 325. vol. 4. Nec excusandus est Episcopus
ab excommunicatione, si se fundat in opinione Do-
minici; quia ad Clericum capturandum non sufficiunt
pręsumptiones; sed antequam captura fiat, debent
168 examinari testes, qui sint idonei super verificatio-
ne querelę; & ità practica sese habet. Tradit Mars. §.
constante. n. 11. vers. redeundo modo ad propositum.
169 Et Iudex secularis alıter faciendo tenetur in Scyn-
dicatu. Clar. q. 28. vers. scias autem. Foller. in pract.
crim. vers. studeat se ornare. n. 58. vbi monet Iudices,
170 vt nõ sint faciles ad capturam eorum, qui per ac-
cusatores deferuntur: solent enim vt plurimum Offẽ-
sores recurrere ad Iudices, querelas exponere, & elu-
dunt Curiam: Et id dicitur etiam in crimine enormis-
171 simo, nempè læsę Maiestatis; quia de iure quis capi
non potest, nisi supradicta legitima pręcedant inditia,
172 quę per testium idoneorum examinationẽ consta-
173 re debent. Hypol. §. constante. n. 2. Rolan. cons. 17.
n. 3. vol. 3. quia processus est nullus, quando legitima
non pręcedunt inditia ad formandam inquisitionem.
vt cantat cõstit. Pii Quinti contra condẽnatos. Ratio
174 est, quia vbi inditium est nullũ, non potest resultare
aliquis validus iuris effectus. Per l. si filius. la. 2. ff. de
175 interogat. act. Rom. cons. 224. Et ex predictis quis
mirari non debet, quia iudicibus multa permittuntur
in condemnatione, quę nullo modo conceduntur in
carceratione. Vt benè dicit admonendo Iudices Car-
rer. in suo tract. capto bãnito. in c. fin. n. 68. Vbi quod
176 in capturando debet pręcedere legitima inditia ad
inquirendum, secundum d. cõstitutionem Pii Quinti.
177 Et illa legitima dicũtur, quę sunt à iure approbata
178 l. legitima. ff. de pact. Vigesimũ secundum priuile-
giũ est, quod Clericus non potest se obligare ad pœnã

L 3 benefi-

beneficii perdendi, quia d. pœna non inducitur nisi
ex causis in lege expressis.c. vlt. vbi Glos. quam ibi
singularem dicit Abb. de iure patron. & illam appro-
bauit Ias. in l. 1. n. 12. C.de manfact. Accedit etiam,
179 quod ait Dec. nempè quod; hæc pœna beneficii
perdendi non imponitur nisi magna ex causa. c. iu-
uentum. 16. q. 6. Menoch. de arbitrar. casu 438.
180 lib. 2. nu. 25. Et causa necessario est exprimenda.
Iuxta Glos. vbi supra. Et Abb. in c.fin.de iurepatron.
181 num. 7. Et quando in sententia, seù decreto non
fuit expressa causa, ex qua v.g. exilium fuit Reo in-
iunctum, redditur nullum. Bal. in addit. ad Spec. in
tit. de execut. sent. col. pen. vers. Bannum. Mars. in
l. 1. §. præterea. num. 81. ff. de quæst. Claud. ad
Bertaz. cons. 223. in littera A. vers. quarto Banno
existente nullo. Ex quibus omninò infertur, quod
cum v.g. Episcopus non solum non habeat dictam
magnam causam, sed nec etiam minimam imponē-
di exilium v.g. N. sub pœna Beneficii perdendi; quia
tunc d. N. fuit à d. exilio absolutus per sententiam
ad eius fauorem latam; Vt clarissimè patet; tum etiā
quia in sententia non fuit expressa causa, cum fuerit
182 impositum dictum exilium, ideò est nullum. Et
quod nullum est, confirmari, seù validari nullo mo-
183 do potest Matt. cons. 653. nu. 4. Ratio est, quia
actus nullus, & non factus parificantur. l. quoties.
vbi Ias. ff. qui satisdar. cogant. Mars. singul. 431.
Bertaz. cons. 70. nu. 17. diuers. lib. 1. Accedit etiā,
quod in Curia Romana per DD. Visitatores carcerū
seruatur, Clerici carcerati non obligant se ad bene-
184 ficia perdenda; Sed relaxantur cum præcepto pri-
uationis; & id de stylo Romanæ Curiæ, qui stylus
seruari debet vbiquè locorum, vt superius dictum est.
185 Vigesimum tertium Priuilegiū est vt recitat Card.
in Clem. 1. de vit. & honest. Cleric. quod Clericus
non conuenitur coram Iudice seculari. c. diligenti.
186 de for. compet. Item quod verberans eum est ex-
187 communicatus. c. si quis 17. q. 4. Item quod non
tenetur præstare onera personalia, vel realia. c. Non
188 minus de immunit. Eccles. Item quod potest ven-
dicare rem concessam Ecclesiæ ante traditionem. c.
189 in litteris de cōsuet. Item gaudet eodem priuilegio
sicut eius familia. 11. q. 1. c. Clericum. e'l 1. intelli-
ge quoad forum, vbi dicit Glos. in c. eos. 23. distin.
190 Item quod facientes statuta contra eum sunt ex-
communicati. c. eos, qui de immunit. Eccles. lib. 6.
191 Item quod potest obtinere beneficium ecclesiasti-
192 cum c. ex litteris de trans. Item non potest carce-
rari per litteras contra laicum impetratas cum gene-
193 rali clausula. vt Glos. in c. Sedes. de rescript. Item
non tenetur dare sportulas. c. cum ab omni de vit. &
194 honest. Cleric. Item acquisita, & sub potestate
195 patris ad libitum potest disponere. Auth. Presbite-
196 ros C. de Episc. & Cler. Item pro rebus suis recu-
perandis potest agere sine patris consensu, secundum
196 Aret. in c. fin. de Iud. in 6. Itē pro necessitate non
197 potest distrahi à patre l. 2. C. de patr. qui fil. Item
si seruus ordinatus Domino sciente, & non contra-
dicente liberatur à dominica seruitute. c. si seruus 54.
198 distin. Item quod potest facere Collegium. Arc. in
199 c. fin. de rer. do. Item gaudet priuilegiis militum,
quę non sunt contra statutum clericale. Panor. in c. si
200 Episcopus de pact. Vigesimum quartum Priuile-
gium de non recitando diuinum officium Clericus
non habet secundum Bullam Sanctissimi D.N. Pii V.
quæ omninò est videnda, & seruanda. Ratio est,
quia Clericus secundum Ioan. Cal. in c. 1. de celeb.
miss. dimittens officium sine rationabili causa tene-
tur restituere fructus interim perceptos, & hanc red-
201 dit rationem; quia iste effectualiter non residet,
& non residens priuatur beneficio, & fructibus. c. pen.
de Cler. non residen. Sed quia (vt ipse dicit) non di-
cens officium effectualiter non residet, ideò fructibus
priuari debet, & hanc etiam reddit rationem, quia
beneficium datur propter officium. Vt in c. fin. 92.
202 distin. Sed Panor. dicit ibi, quod hęc opinio est
nimis rigida, & quod Clerico non solum dicitur be-
neficium propter officium; sed etiam vt de patrimo-
nio Christi viuat, & non mendicet. c. 2. de preben.
203 Et in summa Armilla in verb. beneficium nu. 68.
& in verb. Clericus nu. 27. dicitur, quod opinio Pa-
nor. quod non tenetur Clericus restituere fructus est
verior, & magis dictus S. Thom. conformis, qui in
quolib. 6. dicit, quod subditi tenetur decimas solue-
rę etiam Clerico diuiti. vt in c. tua nobis de decim.
204 Ità tenent Innoc. Ioan. Andr. Butr. in c. 1. de ce-
lebrat. miss. Pe. de Pal. Arc. Zaba. Io. de lir. & mul-
ti alii. Et dicitur etiam in d. summ. Armill. quod d.
Panor. videtur concludere, & benè, quod Clericus
non dicens officium non tenetur ad restitutionem
fructus. Ego autem adhęreo Bullę Sanctissimi D. N.
Pii Quinti, quamuis alii DD. dicant, quod Reus
non recitando diuinum officium, ad hoc vt puniri
possit, requiritur, quod probetur, quod per 15. dies
bis non recitauerit diuinum officium. Et dictum 15.
dierum spatium statutum est per Sac. Conc. latera-
nen. sub Leone 10. sess. 9. de reformat. Relat. à Diaz.
in sua Pract. crim. pag. mihi 54. Tamen vt dixi ego
d. Bullę Sanctissimi D. N. Pii Quinti omninò adhe-
205 reo, & ipsam obseruandam teneo. Vigesimum
quintum Priuilegium est, quod Clerici, Monachi,
aliique Religiosi homines ob pretensa ab eis delicta
commissa rarius, ac mitius sunt torquendi, tum
propter periculum excommunicationis, si fortè mo-
dus excedatur; tum etiam propter reuerentiam re-
ligioni debitam, pręcipuè Sacerdotibus. Hugo. Ar-
chid. & Prępos. in c. illi, qui. 5. q. 5. Siluestr. in sum-
ma in verb. inquisitio. §. 9. Bernard. in pract. c. 117.
206 Simanc. Enchirid. de torment. tit. 52. n. 25. Hęc
non etiam ob dignitatem sacerdotalem, qua sunt de-
corati, nisi delicti enormitas, & inditiorum grauitas
acriorem torturam insligendam suaderent. Simanc.
de cathol. instit. tit. 65. nu. 50. Director. Inquisit. 3.
207 par. pag. mihi 595. comm. 100. Immò etiam in
crimine hęresis, nisi sint infamati licet alia concur-
rant inditia, non sunt torquendi Abb. Antiquus in c.
granis. de deposito. Vt refert ibidem Panor. num. 6.
vers. nota vlterius. Et hęc sententia communi multorū
Iure

Iure consultorum voto recepta est, quos refert, & sequitur Diaz. in pract. crim. canon. c. 17. Idem in Regula 125. incip. confessus de crimine in 3. sublimatione: Et hanc limitationem latissimè probat Carrer. in pract. crim. num. 16. Director. Inqui-
208 sit. 3. par. pag. mihi 596. comm. 120. Immò Presbiteri non sunt torquendi, nisi indicia valdè vrgeant, quinimmò vrgentissima sint. l. Presbiteri. C. de Episc. & Cler. c. Presbiteri, primo 5. q. fin. Abb. c. Cum in contemplatione de reg. iur. Alex. ad Bart. l. fin. ff. de quest. Felin. c. veniens 2. de test. Vulpell. cons. 35. num. 9. Et optima ratione quidem, quia scandalizzantur laici, & christianę Religionis deuo-
209 tionem amittunt, Alia ratio est, quia Sacerdotii
210 dignitas, siue ordo non mediocrem in criminalibus de se facit præsumptionem exclusiuam delicti, ex quo habet pro se iuris pręsumptionem; cum semper
211 Sacerdos pręsumatur bonus, & verax c. principium de pœnit. distin. 3. Et in terminis tradit Soc. sen. cons. 15. vers. Item quero lib. 1. Et volens probare contrarium, clariores, & lucidiores debet deducere probationes Dec. cons. 176. nu. 5. Cæphal. cons. 138. nu. 18. lib. 1. Et hęc iuris pręsumptio dicitur liquidissima probatio. l. licet Imperator, & ibi Alex. & Ias. de legat. primo. Glos. in l. tutor petitus C. de petit. tutor. In tantum, quod Reo ad reportandam victoriam sufficit probatio per similem pręsumptionem Angel. in l. 1. secundo notab. C. de testam. Felyn. Rubr. de probat. Et id pręcipuè est aduertendum, quod Clerici, & Presbiteri, quando in testi-
212 monio ferendo vacillant, non possunt torqueri, sed solum de falso puniuntur. Vt l. Presbiteri. C. de Episc. & Cler. secundum Bart. qui dicit, licet Clericus vacillet in testimonio, non torquetur. Quid autem sit de iure canonico. Bal. in d. l. Presbiteri remittit ad notata. 6. q. 1. Presbiteri c. 12. Et per Archid. ibi. Et vide per Imol. in c. Quoniam falsam de probat. Et melius in d. c. cum in contemplatione de reg. iur. Et plenius N. de liaza in c. grauis de deposi. fallit tamen in crimine lesæ Maiestatis, & heresis, vide Brun. tract. de indit. & tortu. q. 4. secundę par.
213 num. 24. Vigesimum sextum Priuilegium est, quod Clericus in sacris ordinibus constitutus, & pręcipuè sacerdos subagitans puerum nullo modo potest puniri pœna mortis naturalis, quia Sacerdoti fuit specialiter prouisum ex constitutione Pii Quinti, vt moriantur subagitantes, si exerceant talem actum. Eamquè constitutionem procedere intelligit Nauarr. c. 27. num. 249. in illis, qui ex vsu continuo exercent, per illud verba exercentes: Non enim sufficit
214 semel actum fieri; Sed plures requiruntur vices; sicut non dicitur Mercator, qui semel mercaturam
215 exercet. Abb. & Rip. in c. 1. de iudic. Et quando Sodomię crimen non est consumatum ab aliquo, deportationis ei iniungitur pœna l. 1. ff. de var. & extraord. crim. & c. Clerici de ex cess. Prelat. Vbi Abb.
216 Diaz. in pract. crim. c. Clerici. Vbi quod Clericus subagitans puerum in arctum Monasterium detruditur. Nec dissentit Plot. cons. 132. nu. 4. diuers. lib. 1.

217 Et tenet etiam Praxis Curię Archiepiscopal. Neapolit. tit. de Sodomitis. in princ. Et in tali casu quando puer subagitatus fuit interogatus de inquisito, contra quem nulla prorsus precedebant inditia, seù nulla prorius extabat pręsumptio; Sed v.g. solummodò fuit captus, quia erat in societate ipsius, sententia redditur nulla. Glos. fin. C. de accusat. col 2. & 3. Et habemus constitutionem Pauli Ter. ii ad fauorem
218 carceratorum editam. Immò dicitur, quod quando inquisitus non venit damnandus ex inditiis indubitatis, nunquam imponitur pœna ordinaria Bal. in l. fin. in fin. C. de probat. Nec dissentit Clar. q. 20. vers. scias tamen loquens de Reo grauato inditiis indubi-
219 tatis, & vrgentissimis. Et multo magis Sacerdos pro sodomię vitio non potest damnari pœna ordinaria, cum non possit degradari, seù tradi Curię seculari, nisi in tribus tantum casibus v.g. in crimine hę-
220 resis, falsi commissi in litteris apostolicis, & conspirationis contra proprium Episcopum. c. ad abolendam de heret. c. super eo & c. accusat. de heret. in 6. c. cum non ab homine de iudic. c. ad falsariorum de crim. fals. Clar. q. 36. vers. scias autem. Vbi testatur de communi opinione Foller. in pract. crim.
221 fol. 272. num. 23. Vbi de communi. In aliis verò delictis, quantumuis enormissimis cessat degradatio Boss. tit. de for. compet. num. 136. Nec est mirum, quod ius pontificium pro aliis grauissimis criminibus
222 Clericis non imponat pœnam vltimi supplicii ex Glos. in c. Pręuaricator. 2. q. 3. Abb. in c. at si Clerici de iudic. quia habetur ratio eorum dignitati, ne
223 vilescat apud laicos. Et in terris Ecclesię ius canonicum seruari debet. Florian. in l. ex eo in fin. ff. de test. Horat. Lut. cons. 161. num. 17. inter cons. crim. diuers. lib. 1. Et si aliquando ius Pontificium, seù canonicum mandat Reum criminis pœna mortis afficiendum esse, intelligi debet per excommunicationis sententiam. Vt per Abb. in c. per uenerabilem vlt. notab. qui filii sint legitimi. & in c. 1. de furt. quem refert, & sequitur Petr. à Placa. Epit. delict.
224 c. 11. n. 17. Tamen Clerici traduntur etiam Curiæ seculari, quando plura homicidia, plures falsitates in specie commisserunt; cum Ecclesia vltra non habeat, quid agat; nam istis delictis enormissimis, & pluries commissis, quæ requirunt excessiuam pœnam, non inueniuntur puniri posse aliqua pœna canonica secundum Innoc. in c. qualiter, & quando
225 de accusat. Sed quando v.g. adest modicitas lucri, vt v.g. in fabricando monetam, non traduntur Cu-
226 rię seculari. Mars. cons. 71. nu. 1. Ratio est, quia modica non sunt certè in consideratione c. licet quadam §. quanquam in verb. Nulla, vel modica de
227 probat. Vigesimum septimum Priuilegium est, quod Clericus in sacris ordinibus constitutus, quando commisit homicidium, non venit suspendendus, quamuis de consensu vxoris virum occiderit; nec
228 etiam Vxor est suspendenda; quia Mulier in eodé genere delicti mitius est punienda, quam masculus, & id ob imbecillitatem ànimi, mentis, & ingenii. l. sacrilegii pœnam in princ. ff. ad l. Iul. pecul. c indi-

gnantur

guantur. 32. q. 7. Vbi tanto grauius viros puniendos
229 esse, quanto magis ad eos pertinet & virtute vincere, & exemplo fœminas regere. Est tex. in l. quisquis. ff. ad solias. C. ad l. Iul. maiest. ibi mitior enim circa mulieres debet esse sententia, quas pro infirmi-
230 tate sexus, &c. Idem etiam scribunt Theologi: S. Thom. secunda secundæ q. 63. art. vlt. vbi quod plus
231 peccauit Adam, quam Eua Vigesimum octauum priuilegium est, quod Clericus non potest ità de facto capturari, cum sit persona priuilegiata. Vt per Scacc. tract. criminal. q. 41. num. 13. vide etiam su-
232 perius sub priuilegio 19. Vigesimum nonum Priuilegium est, quod si prætendatur, quod Clericus susceperit ordines aut minores, aut maiores, nec non fraudolenter clericum se fecisse, ex quo aliquod cōmisit delictum in fraudem Curiæ secularis animo euitandi pœnam, est recurrendum ad coniecturas v. g. si erat prius accusatus, aut denuntiatus, aut diffamatus, aut inquisitus de prætenso crimine, & isto casu præsumitur ordines susceptio fraudolenta. l. fin. in princ. ff. de bon. eorum, qui mortem sibi consciuer. l. adulter. §. si eo tempore. ff. de adult. Boss. tit. de pœn. nu. 38. Alber. de Rosat. tract. de statut. lib. 3.
233 q. 41. in fin. Sed quando fuit promotus non erat condemnatus, neque processatus, aut diffamatus, præsumitur fine dolo, & fraude suscepisse ordines. Ità Bart. d. l. si Adulter. §. eo tempore. ff. de adult. Clar. q. 36. vers. sed in proposito. Hęc dissentit Cartar. tract. de execut. sent. capto Bannito. c. fin. n. 308.
234 col. 2. Cæterum cum fraus sit delictum, ad eam probandam requiruntur probationes luce meridiana clariores. Anchar. cons. 385. col. 2. vers. Item quia
235 Fraus. Et ideò probari debet inditiis perspicacibus, idest perfectè efficacibus. Bal. conf. 250. col. 2.
236 Trigesimum Priuilegium est, quod Clericus comparens coram Iudice laico pro causa merè ciuili non dicitur declinare forum. Afflict. decis. 173. per totam. Franc. Marc. decis. 1057. in fin. vbi reddit rationem; quia Clericus non remanet obligatus isto casu, sed bona. Nec dissentit capic. decis. 66. nu. 3. Et ista conclusio procedit, etiamsi Clericus desisteret ab agendo. Vt Afflict. & alii in locis supra citatis atte-
237 statur. Trigesimum primum Priuilegium est, quod Clericorum causas criminales Iudices seculares cognoscentes incidunt in pœnas Bullæ Cœnæ Domini Gregorius XIII. constit. num. 92. fol. mihi 1130.
238 seu 1330. Trigesimum secundum Priuilegium est, quod Clericus rem carnalem habens cum muliere, seu subagitans puerum, si semen non immittit, seu seminis pollutio non fuit facta intra vas mulieris, seu intra anum pueri subagitati, non intrat pœna ordinaria, sed extraordinaria, cum fiat solummodò attentatio. Clar. §. sodomia in fin. Soc. Iun. conf. 7. num. 1. vol. 3. quos allegat, & sequitur Menoch. de
239 arbitrar. Iud. casu 286. num. 18. Et qualitas aggrauans delictum constare debet in actis Angel. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemadm. testam. aper. Veronen. cont. 38. cum aliis adductis per Mars. conf. 87.
240 Trigesimum tertium Priuilegium est, quod Clericus non potest cogi, & compelli ad testimonium ferendum nec coram Iudice ecclesiastico, nec coram Iudice seculari, nisi aliter veritas haberi non possit. Glos. est in c. super eo. de test. cogen. & in c. statuendum. 2. q. 6. Et tenet Hostien. in summa de test. §. 1. Goff. eod. tit. in summ. Imol. in c. delictorum. de test. Brun. tract. de indit. & tortur. q. 2. 1. par. n. 16.
241 Trigesimum quartum Priuilegium est, quod Clericus, si in Gramatica cadat, ac etiam Episcopus, non sunt à sapientibus irridendi, quia plus præca-
242 uenda sunt vitia morum, quam verborum. 38.
243 Distin. quamuis. §. sed licet. & c. sedulò. Trigesimum quintum Priuilegium est, quod Clericis mendicare non est licitum; tum quia cadit in totius ordinis Ecclesiastici dedecus. Anton. de Butr. in c. ad supplicationem de renunciatio. in 3. notab. tum etiā
244 Clericorum mendicitas est ignominia Episcoporum 93. distin. Diaconi sunt, quos in Apocalipsi.
245 Palyant. in verb. mendicitas. Trigesimum sextum Priuilegium est, quod Clerici pro crimine heresis capturari non possunt, nisi sufficiens præcedat informatio. Vide Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 589. comm. 108. col 2. vbi multa.

DISCEPTATIO XI.

De Obligatione facta à Reo in Carcere.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio facta à Reo in carcere nullius est momenti.*
2 *Libertas corporis vbi non est, ibi non præsumitur esse libertas mentis.*
3 *Ad actus valitudinem requiritur libertas corporis.*
4 *Contractus obligationis in carcere factus dicitur nullus ipso iure, & non est opus annullari.*
5 *Obligatio facta in carcere non dicitur spontanea, sed coacta, & meticulosa.*
6 *Carcer est species tormenti habēs grauamen successiuum.*
7 *Obligatio facta in carcere, etiam si carceratus fuerit extractus extra carceres, donec d. obligatio extrahatur non valet.*
8 *Carceratus donec non potest ire, quo vult dicitur esse in carcere.*
9 *Carceratus dicitur retineri, quando non potest recedere.*
10 *Obligatio facta in carcere non valet, etiamsi carceratus ratificet contractum obligationis extra carceres, postquam fuit excarceratus.*
11 *Obligatio facta in carcere præsumitur metu à carcerato extorta.*
12 *Carcer dicitur iustus metus.*
13 *Obligatio facta in carcere arguit, quod omnia, quæ gesta fuerunt, in vinculis fuisse per metum Superioris, & ideò non valet.*
14 *Metus reuerentialis erga Superiorem semper præsumitur; quamuis non probentur minæ & verbera.*
15 *Metum sola Superioris præsentia inducit.*
16 *Metus præsumitur instare in carcerato, nè iterum compellatur*

pellatur, licet per Curiam sit relaxatus è carceribus.
17 *Metus est dupplex nempè cadens in virum constantem; alter reuerentialis erga superiorem, & vterque tollit obligationem factam in carcere à carcerato.*
18 *Metus reuerentialis tollit contractum obligationis factum in carcere.*
19 *Obligationis contractum factum in carcere tollit ipsa sola reuerentia causa.*
20 *Metus reuerentialis præsumitur ob læsionem subsecutam carcerato.*
21 *Carcer ignominiosus est.*
22 *Carcer est mala mansio.*

OBligatio facta à carcerato ad fauorem N. cum
1 nihil valeat, nullo modo est attendenda l. qui
in carcerem. Vbi not. omnes. ff. quod met. caus.
Butr. c. cum locum de sponsal. Aret. cons. 14. Bart.
in l. à latronibus nu. 2. & ibi Castren. num. 3. ff. de
testam. Alex. cons. 241. in fin. lib. 6. Vbi de com-
2 muni Natt. cons. 451. num. 25. Ratio est, quia vbi
non est libertas corporis, ibi non præsumitur adesse
libertas mentis Bal. Rub. C. de rescinden. vendit.
3 Et id per Iudicem est semper menti tenendum, quod
ad valitudinem actus requiritur libertas corporis,
qua deficiente deficit etiam libertas mentis. Vt per
Marſ. §. attingam. nu. 22. vbi de communi. Clar. in
§. fin. q. 86. vers. plerunq; Alex. cons. 241. in fin.
nu. 16. vol. 6. Ruyn. cons. 183. nu. 5. vol. 5. fulgos.
cons. 176. Mascard. de probat. conclus. 101. nu. 3.
4 lib. 1. Et contractus dictæ obligationis in carcere fa-
ctus dicitur nullus ipso iure; ità quod non sit opus
annullari, vel sicut talis declarari d. l. qui in carce-
rem in illis verbis nullius momenti, quę actus nulli-
tatem ipso iure important l. si quis Sempronium. ff.
de hered. instit. c. ordinarii. Vbi Auth. de offic. or-
din. Abb. in c. 2. col. pen. vers. excipien. de eo, quod
met. caus. Felyn. in c. Rodulphus de rescript. Card.
cons. 157. Natt. cons. 145. num. 5. Rolan. cons. 2.
5 num. 82. vol. 1. & cons. 57. vol. 3. nu. 46. Nec ab
re videri debet, quia non potest dici spontaneus,
6 sed coactus, & meticulosus; cum carcer sit metus
tormenti, habens grauamen successiuum. Bal. l. si
Clericus in 1. q. C. de Episcopal. Audien. Et in l. 1.
in fin. C. quib. cau. ad liber. peruen. non licet.
Nihil itaque, si d. carceratus fuerit positus extra carce-
7 res, donec d. obligatio extraheretur Bart. d. l. qui in
8 carcerem num. 1. quia donec carceratus non potest
ire, quo vult, dicitur esse in carcere Bal. d. l. qui in
9 carcerem in prima lectura vers. Et dicitur detineri
ille, qui non potest recedere. Nec etiam obstaret,
si d. carceratus ratificasset d. contractum obligationis
10 extra carceres, postquam fuit excarceratus; quan-
do ideò tempore celebrati instrumenti à discessu è
carceribus, & ad reditum semper adfuerunt Berroa-
rii, qui ipsum custodiebant, seu detinebant; quia
non potest dici, quod erat in libertate positus; immò
magis carceratus; quoniam intus carceres non erat
ligatus, nec aderant dd. Berroarii, qui ipsum custo-
dirent, & detinerent. Natt. d. cons. 451. num. 25.
Quibus omnibus additur, quinimò insuper, ac firmiter
11 dicitur, quod d. obligatio iuxta communem DD.
opinionem non valet, quia præsumitur metu à d.
12 carcerato extorta; cum iustus metus dicitur carcer
d. l. qui in carcerem & l. metum. §. sed licet eod.
tit. vbi Bart. Bal. & Angel. & DD. in d. l. qui à la-
tronibus de testam. Ioseph. Ludouis. decis. lucen. 18.
13 num. 3. Immò omnis obligatio facta in carcere
satis superquè arguit, quòd omnia, quæ gesta fue-
runt in vinculis fuisse per metum Superioris, vt car-
ceratus se eximeret è carceribus. Dec. cons. 691.
num. 5. Et ideò contractus d. obligationis non est
validus Menoch. cons. 136. num. 4. seqq. lib. 2.
14 Et metus reuerentialis erga Superiorem semper
pręsumitur; quamuis non probentur Minę, aut ver-
bera. Aret. cons. 24. nu. 10. seqq. Menoch. cons. 1.
15 num. 493. lib. 1. Ratio est, quia sola Superioris
præsentia inducit metum. Aym. cons. 49. num. 1.
16 Cæphal. cons. 34. nu. 31. lib. 1. Immò semper d.
metus dicitur instare, nè iterum compellatur, licet
quis sit per Curiam relaxatus è carceribus, secundũ
Bal. in l. nouissimè in fin. principii. ff. quod fals. tu-
tor. ac Quod est menti tenendum secundum Brun.
tract. de indit. & tortur. q. 6. 2. par. num. 17. Et d.
Metus in carcerato est dupplex vnus qui cadit in virũ
constantem: Alter, qui dicitur reuerentialis ergà
Superiorem: Et vterq; tollit obligationem factam in
carcere à carcerato, vt se eximeret è manibus d. Su-
17 perioris. Et quod d. metus reuerentialis tollat obli-
gationis contractum in carcere factum. Tradit. Soc.
18 Iun. cons. 47. n. 33. lib. 3. qui ait solam ipsam reue-
rentię causam probabilem esse ad rescindendum di-
ctum obligationis contractum factum. Dixit Rip.
19 lib. 3. resp. c. 15. nu. 8. in fin. Quinimò d. Metus
20 reuerentialis præsumitur ob enormem læsionem
carcerato subsecutam. Vt tradit Soc. sen. cons. 263.
vers. præterea facit lib. 2. Ruyn. cons. 170. num. 17.
lib. 1. Menoch. de arbitrar. casu 136. num. 4. seq.
lib. 2. Et quamplures alii DD. per eum relati idem
tenent.
Ex quibus supradictis omnibus concluditur, quod car-
21 cerati obligatio facta in carcere nihil valet, cum
non sit in plenitudine sui intellectus; nec id mirum,
quia carcer ignominiosus est; Ideò fugit Demoste-
nes, & Epistola secunda de suo reditu inquit: Iam
ob discessum meum iure irasci nõ potestis; nec enim
ideò abii, quod haud de vobis desperarem, aut vspi-
am alio respicerem; Sed primum carceris ignomi-
niam animo ferebam grauiter, deinde propter æta-
tem afflictionem illam corporis perpeti non pote-
ram Simanc. Enchirid. de torment. tit. 52. num. 17.
22 Nec id mirum; quia carcer est mala mansio. l. Item
apud labeonem. §. quæstionis. ff. de iniur. Boss. tit.
de carcere num. 1.

DISCE-

DISCEPTATIO XII.

De delicto attentato.

SVMMARIVM.

1 *Delictum attentatum, quamuis atrocissimum de consuetudine totius Italiæ non punitur.*
2 *Delictum attentatum, quando cum actu propinquo non deuenitur ad consumationem, non afficit.*
3 *In delictis puniendis requiritur consumatio, & non sufficit preparatio ad delictum;*
4 *Tortura non infligitur nisi pro delicto, quod meretur pœnam corporalem.*
5 *Delictum attentatum non punitur, quando nemini nocet.*
6 *Temeritati per legem in totum parcitur.*
7 *Delictum quando non perficitur, cessat pœna.*
8 *Delictum non consumatum est inconsiderabile.*
9 *Affectus non punitur, nisi sequatur effectus.*
10 *Delictum quod fuerit consumatum, per Fiscum probari debet.*
11 *Actus obsceni constare debent.*
12 *Actus obsceni, quando non constant, non potest transmitti inquisitio.*
13 *Delictum attentatum in quibus casibus puniatur.*
14 *Testes non debent deponere suspicionis arbitrio.*
15 *Testes deponere debent de his, quæ certitudinaliter nouerunt.*
16 *Minores 14. annis non possunt admitti, & examinari in caput aliorum.*
17 *Minoris ætatis ignorat, quid agat.*
18 *Impuberis dictum si fuerit examinatus in alio crimine, quam in crimine læsæ Maiestatis, hæresis, &c. nullum facit inditium.*
18 *Minoris ætas iudicio caret, & quicquid videt, aut audit, ignorat.*
19 *Ob sodomiæ crimen vt quis puniri possit, 18. annos habere debet.*
20 *Minor tunc admittitur, quando deponit in tormentis.*
21 *Minori quando non fuit adhibitum tormentum, eius dictum non afficit.*
22 *Minoris dictum ad inquirendum tantum sufficit.*
23 *Minor non est testis omni exceptione maior.*
24 *Minor, quando est pauper, nullum prorsus facit inditium.*
25 *Minoris pauperis dictum facit inditium ad inquirendum tantum, sed ad inquirendum generaliter, non autem specialiter.*
26 *Minor non habet neque nolle, neque velle.*
27 *Offensum qui se dicit, nullum facit inditium.*
28 *Testis nemo potest esse in causa propria.*
29 *Offensum eo ipso quod quis se dicit ab aliquo statim eius inimicus euadit.*
30 *Inimicitia non purgatur per torturam.*
31 *Inimicus à testificando repellitur.*
32 *Pauper in causa ardua, & graui non admittitur in testem.*
33 *Ex paupertate oritur in teste præsumptio mendacii, & corruptionis.*
34 *Artifices viles artes exercentes à testificando repelluntur.*
35 *Testes deponentes de diuersis actibus, nempè vnus de vno actu, aliter de alio, & de diuersis locis, & temporibus factis dicuntur singulares.*
36 *Testes mille singulares tantum probant, quantum vnus.*
37 *Numerus testium nõ supplet exceptionem singularitatis.*
38 *Testes singulares prorsus diuersi pro vno habentur.*
39 *Testes singulares, quamuis essent mille, minus probant, quam vnus.*
40 *Testes plures, quando sunt singulares, vnus debilitat dictum alterius.*
41 *Testes singulares admittuntur solum ad inquirendum.*
42 *Singularitas testium diluit, & laterat testimonia.*
43 *Testes vario modo loquentes auferunt verum sensum suarum depositionum.*
45 *Testes singulares nullum faciunt probationis gradum.*
46 *Singularitas vbi est, ibi est varietas, & contrarietas, quia quilibet est solus in suo dicto.*
47 *Vox vnius, vox nullius.*
48 *Testes quando sunt singulares vnus non potest supplere alium.*
49 *Silentium longum in querelando arguit dolum.*
50 *Oscula & Amplexus* } *capienda sunt in bonam partem.*
51 *Fama bona, quamuis probata in genere omnia purgat inditia, & tollit dd. inditia de delicto in specie, in tantum quod ex inditiis Reus torqueri non potest.*
52 *Fama bona elidit inditia, quamuis legitima, & sollemnia.*

SVper aliquo pretenso attentato, non autem consumato sodomię crimine, quod quis iure criminaliter per Iudicem molestari possit, nullo modo est dicendum ex pluribus. Primò quia, licet ad attentatũ, & ad actum facti deuentum fuerit, ex quo tamen nullus fuerit secutus effectus, tamen nulla pœna im-
1 poni potest; Et id ex generali, & laudabili totius Italię consuetudine Bal. cons. 3. num. 61. in fin. lib. 1. Angel. cons. 14. nu. 3. Vbi quod ista consuetudo est approbata per totum mundum. Spec. tit. de accusat. §. 1. num. 7. in fin. Et cum sit approbata per totum mundum, & sic generalis, non indiget probatione. Catald. de Scindic. q. 98. Et quamuis per aliquos DD. dicatur, quod attentatum in atrocioribus mitiori pœna punitur, quam consumatum. Bal. l. 1. §. hæc autem. ff. quod quisquè iur. Vbi ait id esse notabile, quod mitius puniatur attentans delinquere, quam consumans delictum. Idem Bal. cons. 443. col. 2. lib. 3. Vbi allegat Glos. notabilem in §. in
2 summa. instit. de iniur. Ego autem omninò dico, quod quando attentatum cum actu propinquo non aduenit ad consumationem: Vt quia Agens non impeditus impedimento facti desistit agere pœnitens incœpti, non punitur l. qui ea mente. Vbi Glos. ff. de furt. l. qui falsam. Vbi not. etiam Mars. num. 16. ff. de fals. Felyn. tract. de conat. in prima limitat.
3 Capicc. decis. 155. nu. 21. Et id triplici ratione quidem. Prima ratio est, quia in delictis puniendis requiritur consumatio, & non sufficit preparatio ad ipsa

ipsa Bart. in l. 1. §. Diuus. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Angel. in l. 3. §. hęc verba. ff. quod quisquè iur. cum aliis adductis per Crauett. viden. cons. 46. nu. 2. Salyc. l. is, qui cum telo 3. notab. C. de Sycar. cum aliis adductis per Alex. cons. 15. lib. 1. & cons. 140.
4 col. 2. Et cum attentatum (vt dictum est) non sit punibile, non est disputandum, an inquisitus sit torquendus; cum tortura non inferatur nisi pro delicto, quod meretur pœnam corporalem l. edictum. Vbi not. omnes. ff. de quęst. Cartar. in pract. interogandorum Reorum lib. 4. c. 1. nu. 17. seqq.
5 Vbi de communi. Secunda Ratio, quod non punitur attentatum est, quando nemini nocet, quia tunc
6 tantum temeritas consideratur; cui per legem in totum parcitur l. famosi vers. quanquā. ff. ad l. Iul. ma-
7 iest. Tertia ratio, quod non punitur, est; quia; quādo delictum non perficitur, cessat pœna d. l. qui fal-
8 sa. ff. de fals. Nec ab re videri debet, quoniam delictum non consumatum est inconsiderabile, & impunibile Bal. & alii in l. quicunquè C. de seru. fugit.
9 Nec mirum videri debet; quoniam non punitur affectus, nisi sequatur effectus. Vt testantur omnes l. is, qui cum telo. ff. ad l. Cornel. de Sycar. Et post alios recensuit Clar. in sua pract. §. fin. q. 92. Gram. decis. 2. per totam & decis. 74. Et in discursu, & voto. 8. Ioseph. Ludouis. decis. Lucen. 15. nu. 30. seq. Vnde iure ex d. consuetudine totius Italiæ non fit punitio delicti non consumati, non perfecti, non prætinuit Angel. & Castren. l. 1. ff. quod quisquè iur. afflict. decis. 21. Gram. decis. 21. 8. n. 9. 13. & 16.
10 Et quod delictum fuerit consumatum, perfectū; & præfinitū a Fisco probari debet per duos testes cōte-
11 stes de loco, & tēpore omni exceptione maiores. Et optima ratione quidem; quoniam actus obsceni cōstare debent etiam quod adsit illa tam violenta præsumptio, nempè quod vir fuerit repertus cum muliere. Ità D. D. & Paris. Put. tract. Scindic. in verb. Offisialis offensa, c. 1. nu. 2. seq. Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem nu. 13. Mascard. de
12 probat. conclus. 1377. in verb. stuprum. lib. 3. Et quando non constant, non potest transmitti Inquisitio; quia querela præsumitur calumniosa. Ità per Bal.
13 cons. 37. lib. 1. Ex quibus concluditur, quod attētatum punitur solum in crimine læsę Maiestatis, in crimine heresis, in crimine patriæ expugnatæ, & in crimine perturbationis status Angel. Paul. de Cast. Alex. Ias. l. 1. §. fin. ff. quod quisq; iur. Boer. tract. de Scyndic. nu. 10. & decis. 316. num. 3. Clar. q. 92.
14 Secundò quia Reus non potest molestari, quando testes deponunt per eorum suspiciones; quia non debēt iudicare suspicionis arbitrio, nec etiam eodem modo deponere 2. q. 1. Dic. vt ibi. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 200. nu. 1. nanq; sic deponere non conuenit. Bart. l. quod tamen. §. 1. ff. de arbitr. & l. testamento. ff. de testam. Et in indiuiduo scribit Alex. cons. 147. col. 5. vol. 2. quem refert, & se-
15 quitur Mars. cons. 20. nu. 36. Sed deponere debent de his, quę certitudinaliter nouerunt c. relatum q. 2. c. testis. 3. q. 8. Coro. cons. 251. vol. 1. num. 3.

Felyn. c. quoties nu. 7. de test. Rot. Rom. decis. Paleotti 679. in princ. 3. partis nouiter impressę, aliter essent eorum depositiones nimis animosę, & incogitate: Quis enim nouit voluntatem hominis Deo excepto, qui est scrutator cordium? c. de occidendis. Vbi Glos. 22. q. 5. Angel. in l. Plagii col. 1. C. de Plagia. Tertiò quando Reus est minor 14. annis,
16 nam tales Minores in criminalibus non possunt admitti, & examinari in caput aliorum. Est text. in l. 3. §. lege Iulia ibi quiuè Impubes erit. ff. de test. Angel. in Auth. de test. §. sancimus Hyppol. l. de Minore in princ. nu. 22. ff. de quęst. Nouell. in pract. car. 75. nu. 30. Gram. decis. 15. c. 2. in fin. 4. q. 2.
17 & decis. 40. n. 15. Natt. cons. 269. in fin. Aetas enim illa ignorat, quid agat l. 1. §. Impubes verò. C. de fals. monet. Alber. in l. testimonium nu. 1. ff. de test. Igneus in l. 1. ff. ad Syllan. Vbi quod dictum Impuberis nullum facit inditium, si fuerit examinatus su-
18 per alio crimine, quam super crimine læsę maiestatis, & aliis supradictis d. l. 3. §. lege Iulia. Vbi adducitur ratio, ob lubricum iudicii Bart. in d. l. 3. & d. §. lege Iulia in primis verbis Clar. q. 24. vers. vi-
19 di quandoq; dubitari in princ. Alia ratio est, quia d. Aetas iudicio caret, & quicquid videt, aut audit, ignorat l. cum Prætor. §. non autem. ff. de iudic. Et idcò qui huiusmodi vitio laborat, vt puniri possit pœna ordinaria, debet habere 18. annos. Iuxta AEgid. constitutiones, quas omninò vide. Nec facit, si dicatur, minorem 14. annis admittendum esse in subsidium, ex quo veritas aliter haberi non potest; nam tunc demum admittitur, quando depo-
20 nit in tormentis Glos. & ibi Bal. in d. l. Iulia. vers. palam. ff. de test. Pro quo facit text. l. ob carmen. §. 1. eod. tit. ff. de test. Mars. in pract. §. diligenter n. 83. Et id ad tollendum defectum minoritatis d. l. 3. §. l. Iulia. Bart. in l. ex libero §. sed minore ff. de test. Vbi quod Minor tormentari debet contra nominatum, vt veritas appareat; sed debet tantum terreri, seù saltim ferula cædi in caput inquisiti. Bart. in d. l. de minore. ff. de quæst. Alex. cons. 119. nu. 8. vol. 7. Et solum ferula datur, vt veritas sciatur; non autem vt inquisitus condemnetur Bart. d. l. ex libero
21 & Bal. in l. fin. C. ad Syllan. Et quando tormentum non fuit adhibitum, eius dictum non afficit. Fulgos. cons. 173. num. 2. Mars. cons. 109. num. 15.
22 Immò quando in subsidium admittitur, eius dictū prodest ad veritatem indagandam, idest ad inquirendum tantum. Ità Bal. in l. seruos C. de test. per Glos. in l. fin. C. de his, quibus vt indigni Boss. tit. de in-
23 quisit. nu. 62. Ratio est, quia non est testes omni exceptione maior, & integer. Vt per Boss. tit de indit. n. 177. vers. non tamen excedas. Rom. cons. 24. num. 66. lib. 1. loquens in terminis de Minore, maximè quando est pauper, qui ideò nullum prorsus
24 facit inditium. Vt post multos ostendit Mascard. de probat. conclus. 1311. num. 15. & 41. lib. 3.
25 Et licet faciat aliquale inditium ad inquirendum; tamen facit inditium ad inquirendum generaliter, non autem specialiter. Boss. tit. de inquisit num. 62.

Menoch.

26 Menoch. de præsumpt. lib. 1. Ratio est, quia Minor
non habet neq; nolle, neq; velle, & ideo à testimo-
nio repellitur. C. in nostra de test. Quarto quia quan-
do testes in eorum depositionibus propter prætensum attentatum sodomię crimen à d. Reo in eorum
27 personas se dicunt iniuria affectos, nullum facit in-
28 ditium; tum quia essent testes in causa propria cō-
tra text. in l. nullus. ff. de test. & in l. omnibus. C.
eod. tit. Tum etiam quia eo ipso, quod dixerunt se
29 offensos ab ipso, & iniuria affectos, statim quoq;
eiusdem Rei euaserunt inimici Franc. Cason. de in-
dit. & tortur. tract. 8. c. 1. Rubr. de dicto offensi, &
querelantis nu. 5. vers. limitando tamen Paris. cons.
151. nu. 41. vol. 4. Rolan. cons. 24. nu. 25. seq. vol.
1. Ioan. Turrius inter cons. crim. diuers. cons. 81.
nu. 26. seq. Bertaz. cons. 3. nu. 2. seq. & nu. 33. &
cons. 8. nu. 42. seq. Mascard. de probat. lib. 3. con-
clus. 1129. nu. 1. & pluribus seqq. Vbi & iuribus, &
rationibus, & DD. authoritatibus hanc exornat conclusionem, eamq; communem, & vsu receptam esse
testatur. Id quod etiam habet locum, etiamsi dd.
Testes confirmassent eorum dicta in tortura. l. 1. Vbi
latè Mars. ff. de quest. Alex. cons. 174. col. 5. vol. 7.
Vulpell. cons. 30. nu. 5. seq. Bertaz. cons. 8. n. 44.
30 lib. 1. quia inimicitia non purgatur per torturam
Boss. tit. de inquisit. nu. 2. Farinac. q. 46. nu. 100.
Et cum dd. Testes per supradicta sint inimici d. Rei,
nullo modo in criminali causa sunt attendendi, quia
inimicus à testificando omninò repellitur, & nullum
31 ad inquirendum parit inditium l. 1. §. præterea vbi
Glos. & Bart. & alii. ff. de quęst. Quintò quia di-
32 cti testes contra d. Reum examinati sunt pauperes
personę non probant, quando l. 3. in princ. ff. de test.
Bal. in c. si qui testium num. 5. de test. vbi quod non
est idoneus testis, qui egestate laborat. Alex. cons.
237. nu. 4. vol. 6. Natt. cons. 315. nu. 7. Spec. tit.
de test. vers. Item quod est pauper. Nel. tract. de test.
num. 30. Alex. d. cons. 15. vol. 3. Crott. tract. de
32 test. nu. 23. in 3. par. Immò omninò à testimonio
repellitur Glos. si verò absint verb. substantiam Auth.
de hęred. & falcid. Hæc Regula est communiter re-
cepta; Ratio benè exprimitur in d. l. 3. in princ. vbi
vt lucri causa quid facile admittat. ff. de test. Per quē
33 text. passim, & vbiq; communiter DD. exclamant,
ex paupertate oriri in teste pręsumptionem menda-
cii, & corruptionis. Vt videre est apud Glos. in d. l.
3. in verb. egens Glos. in c. testes §. testium fides
verb. locuplex 4. q. 3. vbi refert. dictum Salomonis
dicentis paupertates nè dederis mihi, nè periurem
34 nomen Domini Farinac. q. 78. num. 9. Sextò non
probant quando sunt Artifices viles artes exercentes;
ideò in huiusmodi causa criminali à testificando re-
35 pelluntur Farinac. cons. 78. n. 9. Septimò quando
dicti testes sunt singulares; nempè quia vnus depo-
nit de vno actu, aliter de alio, vel de eodem, sed di-
uersis locis, & temporibus à d. Reo ipsis factis Clar.
q. 3. vers. dixi etiam Bertaz. cons. 237. nu. 5. seq.
vbi alios refert, & cons. 452. nu. 16. seq. vbi de ma-
gis communi, & veriori Director. Inquisit. part. 3.
36 comm. 121. vers. postremò. Vndè Bal. in l. iusiu-
randi col. 3. nu. 4. vers. deinde nota rationem, dicit
tantum probare mille testes singulares, quantum
37 vnus: Tum quia numerus non supplet hanc singu-
laritatis exceptionem. Idem Bal. ibidem Felyn. in c.
licet ex quadam n. 2. vol. 3. vers. Vnde tātum probant
mille extra eod. Dec. in c. licet causam nu. 61. de pro-
bat. Ias. in l. admonendi o. 256. & ibi etiam Caccia-
lupus post num. 84. ff. de iureiuran. Alex. cons. 21.
nu. 2. lib. 4. Farinac. q. 64. nu. 37. Tum etiam quia
38 Testes singulares, prorsus diuersi, etsi plures sint,
pro vno solo habentur; quia vnus dumtaxat de re
qualibet testificatur, c. Nihilominus 3. q. 9. Bal. in
l. iusiurandi C. de test. Dec. cons. 649. Simanch.
39 Enchirid. tit. 37. de test. singul. nu. 3. Immò testes
singulares, quamuis essent mille, minus probant,
quam vnus. Idem Bal. in l. de quibus col. antepen.
40 vers. Sed nunquid testis. ff. de legib. vbi quod de te-
stibus singularibus vnus debilitat dictum alterius; nec
dissentit Dec. cons. 534. nu. 11. seq. Et licet aliqui
DD. dicant, testes singulares admitti ad probandum
quid in genere, idest ad assumendas informationes,
41 idest ad inquirendum; tamen quando agitur de
probando quid in specie, idest contra personam in-
quisiti (vt in casu, de quo agitur) exiguntur testes
contestes, non autem singulares latè Felyn. in d. c.
42 licet ex quadam col. pen. in fin. de test. Nec ab re
videri debet, si dicatur, dd. testes singulares non
probare; quia testium singularitas diuidit, & lacerat
testimonia Bal. cons. 25. col. 1. in fin. lib. 3. Crauett.
43 cons. 41. col. fin. Ideò dicit Bal. in d. l. iusiurandi
quod singularitas testium arguit dolum. Ratio est,
quia testes vario modo loquentes auferunt verum
44 sensum suarum depositionum; prout etiam Testes
diuersa narrantes Felyn. in princ. Glos. super Pro-
45 hem. Decretal. num. 1. Sicq; ob id nullum faciunt
probationis gradum c. in omni negotio dè test. c. Cū
dilecti de elect. Vbi enim est singularitas, ibi est va-
46 rietas; quoniam quilibet est solus in suo dicto. Et
contra ius diuinum, & humanum est, quod credatur
dicto vnius tantum Aym. post alios, quos allegat
cons. 75. nu. 5. Nanq; dictum siue vox vnius, dicitur
47 dictum, siue vox nullius Boss. tit. de opposit. con-
tra test. Vltra quod vnus non potest supplere alium
Mars. singul. 554. vers. sed ista omnia limita. Aym.
cons. 9. num. 12. Rolan. cons. 98. num. 34. lib. 4.
48 Immò & lege diuina ità esse statutum, quod nullo
modo credatur testibus singularibus ignorat nemo.
Deuter. c. 19. Non stabit vnus testis contra aliquem,
quicquid ille peccati, vel facinoris fecerit; Sed in
ore duorum, vel trium stabit omne verbum. Matthei
c. 18. Et id lex Pontificia, & Cæsarea cōprobarunt c.
in omni negotio & c. licet causā in fin. de test. d. l. ius-
iurandi C. de test. Et huic Regulę standū est, donec de
49 exceptione, & fallentia constet. Octauo quādo dicti
testes diu ad querellandū Reum steterunt; nanq; istud
longum silentiū in querelando arguit dolū tam ipso-
rū, quā Consanguineorū. Ità Bal. cons. 37. lib. 1. Aym.
cons. 75. n. 9. Mascard. de probat. conclus. 531. lib. 1.
Non

Non valet, ſi per Fiſcum dicatur, quod dd. prætenſis Pueris teſtibus ſubagitatis à d. Reo plura oſcu-
50 la fuerunt data; quia capienda eſt coniectura, quod licito amore, & non libidine data fuiſſent. Argum l. merito. ff. pro Soc.

Ex quibus igitur ſupradictis omnibus omninò dicendum eſt quòd Reus quando iniuſtè fuit querelatus de ſodomia, ſtāte quod ſit vir bonę famę; quę quidem omnia purgat inditia, ſi quæ extant contra ipſum eſt abſoluendus Pariſ.conſ. 153. vol. 4. n. 35. Gratt.conſ. 52. vol. 2. n. 23. In tantum quod ex dictis indiciis d. Reus torqueri minimè poteſt. Iaſ. in l. 1. in fin. C. commun. delegat. Caſon. de indit. & tortur. tract. 1. c. 2. Rubr. de fama Reorum n. 9. Ioan. Andr. ſortiloq. 37. vbi atteſtatur de communi. Quod procedit, etiamſi eſſet probata in genere, tollit inditia de delicto in ſpecie. Marſ. poſt multos §. diligenter num. 196. & tribus ſeqq. Immò inditia elidit, quamuis ſint ſolemnia; & legitima. Marſ. conſ. 130. col. fin. num. 48.

DISCEPTATIO XIII.

De Alimentis præſtandis à Creditore Debitori carcerato.

SVMMARIVM.

1 *In alimentorum præſtatione quando Creditor deficit Debitori, ipſi moram purgare non permittitur.*
2 *Ob alimenta denegata ſimplex mandati relaxatio habet vim tacitæ abſolutionis.*
3 *Creditor vltra terminum aſſignatum à lege amplius audiri non debet.*
4 *Creditor permittens labi tempus legis cenſetur renunciaſſe iuri ſuo.*
5 *Debitores relaxantur è carceribus, ſi Creditores ipſis non præſtent alimenta.*
6 *Alimenta anticiparè ſoluuntur.*
7 *Creditori vt actio ſibi acquiſita conſeruetur, quæ requirantur.*
8 *Contractu ſoluto mora non venit purganda.*
9 *De moræ purgatione non poteſt tractari facta reſolutione contractus à iure, vel ab homine.*
10 *Cauſa carceratis, & cauſa alimentorum dicuntur piæ.*
11 *Iura duo fauorabilia potiora ſunt, quam vnum.*
12 *Mora dicitur dolus.*
13 *Dolus eſt delictum.*
14 *Creditor moroſus ex ſua mora, & ſic ex ſuo delicto non*
15 *poteſt reportare commodum, & ei ſuum delictum prodeſſe non poteſt.*
16 *Iudex denegans alimenta) pauperi debitori car- / Alimenta ſi denegentur à Iudice) cerato puniendus eſt.*
17 *Alimenta ſunt à Creditore mittenda Debitori carcerato.*
18 *Alimenta à Creditore debentur in carcere Debitori.*
19 *Alimenta à Creditore debentur in carcere Debitori, quamuis poſſidet bona ſtabilia, ſi non ſunt ſufficientia ad ſoluendum debita.*
20 *Bona ſtabilia quando manet pro aſſecuratione dotium, quid agendum.*
21 *De paupertate quando ſit mentio, quomodo intelligatur.*
22 *Pauper quis dicatur.*
23 *Bona ſtabilia quando quis dicatur poſſidere.*
24 *Debita, quæ coherent rei, ante omnia ſunt detrahenda, & ſoluenda.*
25 *Iudei & / Infideles) dicuntur proximi.*
26 *Alimenta debentur de iure diuino.*
27 *Alimenta debentur de iure naturæ.*
28 *Iura naturalia Iudex tollere non poteſt.*
29 *Alimenta debentur de iure canonico.*
30 *Ius canonicum attenditur in ſtatu Eccleſiæ.*
31 *Ius canonicum vbi ſeruari debet.*
32 *Alimenta debentur de iure ciuili.*
33 *Alimenta debentur carcerato pro cauſa criminali.*
34 *Alimenta debentur carcerato pro quanis cauſa.*
35 *Carcer inuentus eſt ad cuſtodiam.*
36 *Alimenta debentur officio Iudicis, non autem ob aliquam actionem.*
37 *Alimenta quæ debeantur de rigore iuris, non debentur de æquitate.*
38 *Iudei concurrunt cum chriſtianis in omnibus actibus humanis.*
39 *Iudei vtuntur iure communi, & gaudent priuilegiis ciuitatis, & ſunt de populo, & ciuitate.*
40 *Iudex cum Iudeis) iudicare debet ſecundum iura, / Cum Iudeis Iudex) & leges.*
41 *Phiſicus curare debet infirmitatem ſecundum canones artis, & non ſecundum æquitatem.*
42 *Iudex denegans alimenta) incidit in pœnam falſitatis, / Alimenta ſi Iudex deneget) & homicidii.*
43 *Homicidium commiſſum in Iudeum) / In Iudeum homicidium ſi committatur) grauius eſt.*
44 *In Iudeis ſeruari debet æquitas.*
45 *Iudicia claudicare non debent.*
46 *Elemoſinæ ſunt incertæ.*
47 *Elemoſinas ſolitus facere ſi deſtitit, non poteſt cogi.*
48 *Alimenta Iudeis) / Iudeis alimenta) omninò præſtanda ſunt.*
49 *Alimentorum præſtatio dicitur cauſa pia.*
50 *Cauſa miſerabilium perſonarum dicitur pia.*
51 *Ex diuerſis non debet fieri illatio.*

CReditor quando alimenta Debitori pauperi car-
1 cerato pręſtare deficit, ipſi moram purgare non permittitur; quia quando Creditor patitur executionem mandati de relaxando non admittitur moræ purgatio l. ſi Inſulam. Et ibi not. de verb. obligat.
2 Bart. in l. ſi maior. C. de tranſact. Ratio eſt, quia illa ſimplex mandati relaxatio ob denegata alimenta à Creditore Debitori habet vim tacitæ abſolutionis. Vt per Boſſ. tit. de publ. violent. num. 114.
3 Vbi allegat Concordantes. Vltra quod Creditor vltra terminum à lege aſſignatum amplius audiri non debet, nec moram purgare poteſt l. ob commiſ-
4 ſa. C. de adult. Alex. conſ. 133. lib. 6. Ideò permittens labi tempus legis cenſetur renunciaſſe iuri ſuo.

Calcan.conf.16.n.10. Crauett. conf.166.n.15. Et in
isto casu adest Decretum Pii Quinti, vbi mandat De-
bitores relaxari, si Creditores ipsis non præstauerint
5 alimenta, quæ anticipatè soluuntur. Et ad purgandā
6 moram ex parte d. Creditoris, vt actio sibi acquisita
7 conseruetur, duo coppulatiuè requiruntur. Primum
quod purgatio fiat infra modicum tempus. Secun-
dum quod Rei nihil intersit, & sic, quod purgata
mora Reus non remaneat in damno. l. si ità quis pro-
miserit. §. sera. vers. respondi. Et ibi Ias. n. 7. ff. de
8 verb. obligat. Hinc est, quod soluto Contractu mo-
ra non venit purganda. Imol. & alii in c. paruit, de
locat Afflict. decis. 174. num. 3. Vbi post Bal. ait,
9 facta resolutione Contractus à iure, vel ab homi-
ne non potest tractari de purgatione moræ: Ratio
10 est, quia causa tam Carcerati, quam alimento-
rum dicitur pia. l. Mela post princ. ff. de alimen.
11 legat. Et duo iura fauorabilia potiora sunt,
quam vnum. Auth. Itaque C. communia de success.
§. Sed hodie. Instit. tit. de adopt. Et in istis cau-
sis piis mora re ipsa contrahitur. Glos. in §. ex ma-
leficiis. in verb. in iudicium. Instit. tit. de act. Vl-
12 tra quod mora dicitur esse dolus. l. dolus. ff. man-
13 dat. At dolus est delictum. l. 1. §. nunc tractemus.
in verb. plenè. ff. de tutel. & ration. distrahen.
14 Ideò sequeretur absurdum, si Creditor moro-
15 sus ex sua mora, & sic ex suo delicto reportaret
commodum, & ei prodesset suum delictum, contra
Text. expressum in l. ne ex dolo. ff. de dolo. Menoch.
cons. 21. num. 21. lib. 1.

Ob eamquè rem omninò dicitur, quod si Iudex
16 alimenta pauperi detento in carcere denegaret, pu-
17 niendus esset. l. si victum de re iudic. Et optima ra-
tione quidem; quia alimenta sunt mittenda à Cre-
ditoribus ad Debitores carceratos; quamuis dd.
Creditores sint extra Vrbem. Angel. in l. cum his
18 §. vltimò igitur de transact. Immò etiam dici-
tur, quod dicta alimenta debentur à Creditore De-
bitori in carcere, quamuis per testes probetur,
19 quod d. Debitor possidet bona stabilia, si non
20 sunt sufficientia ad soluendum debita; & maximè,
quando manent pro assecuratione dotium Vxoris,
matris, sororum, &c. Et fructus dictorum bono-
rum non sufficiunt pro alimentis vxoris, & filio-
21 rum. Et quando apud legum latores fit mentio
de paupertate alicuius respectu certi, ac determi-
22 nati debiti persoluendi, tunc ille dicitur pau-
per, cum vires non sufficiant. §. sed nego, Auth.
de fideiuss. Bal. in Auth. præterea num. 4. C. vnde
Vir, & Vxor. Nec dissentit Afflict. decis. 179.
23 num. 7. Hinc infertur, quod possidere bona stabi-
lia is dicitur deducto ære alieno l. subsignatum. Et
hoc decidit Bal. in l. si cum dotem. ff. si pater in fin.
solut. matrim. nec dissentit Bart. in l. iusiurandi. §.
24 si liber. in fin. ff. de oper. libert. Et ideò Debita;
quæ coherent rei ante omnia sunt detrahenda, &
soluenda. Bart. in l. fin. C. quomodo l. in rebus. §.
possunt. ff. de pignorat. act.

Nec facit, si per aliquos DD. dicatur, quod di-
cta alimenta si debentur Christianis pauperibus car-
ceratis; non tamen debentur Iudeis pariter pauperi-
bus carceratis; cum sint inimici nostræ christianæ reli-
gionis; quoniam etiam ipsis de omni iure præstari de-
bent ab eorum Creditoribus, quamuis Christianis.

Debentur de iure diuino; quia permittere, quod
25 quis fame pereat in carcere, est de directo contra
præceptum Dei, ibi diligens proximum tuum, sicut
te ipsum. Iudei, & omnes Infideles continentur sub
26 isto præcepto; quia ipsi etiam sunt proximi. Abb.
in c. nouit ille, num. 3. de iudic. Vbi exornant hanc
conclusionem per plura iura canonica.

Debentur de iure naturali; quia alimentatio in-
27 uenta est de iure naturæ l. 1. §. ius naturale. ff. de
28 iust. & iur. Et iura naturalia Iudex tollere non
potest. Franc. March. decis. 897. post Bart. quem
allegat.

Debentur de iure canonico c. Pasce fame morien-
29 tem. 86. Distin. Vbi qui non pascit fame morien-
30 tem, occidit ipsum. Et ius canonicum attenditur in
statu Ecclesiæ Florian. l. ex eo. in fin. & ibi Iacobin. de
Sancto Gregorio n. 4 ff. de test. Crott. tract. de test. par.
3. n. 55. Rimin. cons. 217. n. 2. lib. 2. Vulpell. cons. 12.
31 nu. 7. Vbi quod seruari debet etiam in terris Eccle-
siæ mediatè subiectis. Horat. Lut. cons. 161. nu. 7. in-
ter cons. crim. diuers. lib. 1. Immò seruari debet per
tradit. à Bart. in l. priuilegia vers. aut loquitur in
temporalibus. C. de Sacrosanct. Eccles. & Dec. cons.
452. nu. 6. vers. & ista æquitas.

Debentur de iure ciuili l. si victum. ff. de re iudic.
32 Vbi imponitur pœna Iudici deneganti alimenta de-
33 tento in vinculis, si non habet vnde se alat. Et li-
cet loquatur de detento pro causa criminali; tamen
34 procedit etiam in carcerato pro quauis alia causa.
35 Vt benè not. omnes ibi, præsertim Ias. no. 4 Ratio
est, quia Carcer inuentus est ad custodiam tantum,
non autem ad pœnam. Bart. tract. de carcere in princ.

Debentur etiam officio Iudicis, non autem ob ali-
36 quam actionem pauperibus competentem. Tradit
Bart. tract. de alimēt. n. 8. Per Text. quem allegat in l. si
ex litteris. ff. de lib. agnoscē. sequitur Rom. singul. 798.
37 Ea verò quę debentur officio Iudicis, de rigore iuris
debētur, non autē de æquitate. Natt. post multos, quos
38 allegat. cons. 49. n. 35. Hinc infertur, quod Iudei cō-
currūt in omnibus actibus humanis cum Christianis:
Ità Bal. in l. Spadonem §. non autem. ff. de excusat.
39 tutor. Cœpol. cons. crim. 74. in princ. Et iure quidē;
quia ipsi quoq; vtuntur iure communi, & gaudent pri-
uilegiis Ciuitatis, & sunt de populo & Ciuitate, quā-
40 uis non de Ciuitate spirituali: Vnde Iudex cum ip-
sis pariter iudicare debet secundum leges, & iura;
41 quemadmodum, & Phisicus curare debet infirmita-
tem secundum Canones artis, & non de æquitate. Ità
formaliter scribit Bal. l. 2. col. fin. C. de sent. ex breuit.
recitan. sequitur Natt. cons. 4. num. 35.

Et si Iudex deneget alimenta, incidit in pœnam
42 falsitatis, & homicidii: Falsitatis, quia pronunciat
contra casum legis l. 1. & l. si Iudex. ff. de fals. Homi-
cidii, quia occidit carceratum per negationem

alimen-

alimentorum. d c. Pasce fame morientem. 86. distin.
nor. in l. necare. ff. de lib. agnoscen. Et grauius est
43 homicidium, quod committitur in Iudeum, quia
vnico, & eodem contextu occiditur anima, & cor-
pus. Tradit Marquard. tract. de Iudeis c. 5. n. 4. Vltra
44 quod duo sequuntur absurda. Primum quia in iudi-
ciis non seruatur æqualitas, prout seruari debet. Secũ-
45 dum quod iudicia claudicant contra Tex. in l. fin. C.
de fruct. & litis expens. Quod neutrum fieri debet: nam sicut Christianis pauperibus carceratis præstantur alimenta à Iudeis Creditoribus; idem seruandum est in Iudeis pauperibus pariter carceratis à Christianis Creditoribus pro debito.

Non obstat, si dicatur, quod eis non debentur; cum habeant Elemosinarios; quoniam id non verificatur in facto; Et ego dum Romę fui, nunquam vidi Elemosinarios, nec elemosinas Iudeorum; sed benè vidi continuò elemosinas ad Christianos delatas: Immò semper ab Exactoribus dictarum elemosinarum intellexi, quod nõ conceduntur Iudeis carceratis, sed sunt destinatę ad alios casus intra Ghettũ Iudeorum.

Accedit, quod elemosinę sunt incertę; & ideò di-
46 citur, Tene certũ, & dimitte incertum. de pœnit. di-
stin. 7. c. si scirem. alias si quis autem. Et pro incertis
47 non est recedendũ à certis 30. q. 5. §. vlt. Et ideò so-
litus elemosinas facere, si destitit, nõ potest cogi. Dec. cons. 215. sequitur Menoch. de arbitrar. q. 160. n. 9.

Non facit, si dicatur, quod Romæ dantur pauperibus carceratis Elemosinæ Charitatis, & Pietatis; quia dantur tantum ad alimentandum Christianos, & quilibet ex ipsis vno die habent panem vnum à Charitate, & alio die alium panem à Pietate.

Itaq; dicitur, quod dicta Alimenta à Creditoribus
48 sunt omninò præstanda etiam Iudeis probata eorũ
paupertate; quia debemus eos diligere, & lucri facere, vt conuertantur. Tradit Abb. d. c. Nouit ille. n. 3. de iudic. Et tẽporibus nostris Romę duo conuersi ex dictis Iudeis fuerunt Mallei Hæbreorum, eo quia prædicabant aliis Iudeis verbum Dei, & cum libris Iudeorum ipsos perfidos confundebant, & probabant, quod non erat expectandus Messias, quia iam venit: Quorum vnus fuit ille celeberrimus Theologus Ordinis Prædicatorum, qui obiit Episcopus Forolien. Alter fuit Andreas Fezza, qui die sabbati Romæ in Oratorio Societatis Sanctæ Trinitatis prædicabat Iudeis; & ex prædicationibus prædictorum quamplures ex ipsis perfidis conuersi fuerunt.

Nec etiam obstat, si dicatur, quod alimentorum
præstatio dicitur causa pia, & ideò non est irrogan-
49 da Iudeis. Ad tradit. per Afflict. decis. 52. n. 8. quia
nihil allegat, & Nos erubescimus sine lege loqui, quoniam secus est, quia si alimenta debentur de humanitate (vt supra dictum est) causa pia dicitur; cum
ab humanitatis iure introducta sit l. si pars. ff. de offic.
50 testam. Et causa miserabilium personarum dicitur
pia. Spec. tit. de instrum. edict. §. nũc aliqua vers. & scias autem. Non facit, si dicatur, quod dicti Hebrei habent beneficium cessionis bonorum, & ideò non possunt relaxari, nisi facta dicta cessione. Vt per Afflict. decis. 72. per totam; quia Afflictus loquitur, quando Creditor non potest alere Debitorem in carcere. Vt in fin. d. decis. loquitur expressè. Sed quando sumus in Creditore v. g. mercatore, qui potest
51 præstare alimenta secus est, & sic ex diuersis non
debet fieri illatio l. Papinianus exul. ff. de minor. Accedit, quod d. Decisio Afflicti est sublata per Constitutionem Pii V. Et in quinto eius Decreto apertè statutum fuit, Debitores pauperes esse relaxandos, si Creditores erunt pertinaces in præstandis alimentis.

DISCEPTATIO XIIII.

De Carceribus, & Carceratis.

SVMMARIVM.

1 *Carceres effrangere tentans in nullam pœnam incidere censetur.*

2 *Pœna vt possit irrogari, delicti requiritur perfectio, & consumatio.*

3 *Attentatum ex consuetudine Italiæ non punitur.*

4 *Ex conatu solo quem puniri derogatum est.*

5 *Carceres effrangere non perficiens non punitur.*

6 *Carceres effrangere attentans non habetur pro confesso.*

7 *Pœna quando posita est alternatiuè, Iudex eligendo vnã alteri renunciat.*

8 *Pœna dupplici nemo potest puniri.*

9 *Opinio communis Doctorum in pluribus non est tenenda.*

10 *Opiniones duæ quando adsunt in criminalibus, quid agendum.*

11 *Pœna non potest imponi, nisi fuerit secuta consumatio delicti.*

12 *Carceris effractio cum effectu fugæ in pluribus casibus non punitur.*

13 *Carcer inuentus est ad custodiam non ad pœnam.*

14 *Carceris effractio non inducit delicti probationem, nec confessionem.*

15 *Carceres effrangens non habetur pro confesso, & conuicto.*

16 *Delictum nihil commune habet cum carceris effractione.*

17 *Carceris effractio si nihil commune habet cum delicto, non est delictum.*

18 *Delictum per testes idoneos, ac omni exceptione maiores est probandum.*

19 *Sanguinem suum vnicuique redimere licet quoquo modo.*

20 *E carcere aufugiens nullum maius sibi facit inditium propter fugam, pro quo detinebatur.*

21 *Fuga è carcere post accusationem factam, & carcerationem subsecutam inditium ad delictum non auget.*

22 *Carceris effractor non punitur, quando aufugit ob viuendi necessitatem.*

23 *Carceris effractio causata culpa Iudicis, non punitur.*

24 *Carceratus aufugiens ex carcere non habetur pro confesso, & conuicto.*

25 *Carceratus indebitè potest fugere sine incursu pœna.*

26 *Ex carcere aufugiens ob sæuitiam Iudicis dicitur discedere ex iusta causa.*
27 *Carcerato sufficit saltim probabiliter timere.*
28 *Ad Superiorem confugiens non dicitur aufugere.*
29 *Ad Superiorem confugiens vadit ad fontem iustitiæ.*
30 *Itineris arreptio ad Superiorem habet vim appellationis.*

1 SI Carceratus præcedente tractatu cum aliis ad effectum fugiendi carceres effrangere tentauerit in
2 nullam censetur incidisse pœnam: Ratio est, quia ad hoc vt pœna sit irrogāda requiritur delicti perfectio,
3 siue consumatio. Bal. in l. data opera. C. qui accus. non poss. Delictum enim attentatum hodie ex gene-
4 rali consuetudine totius Italiæ non punitur. Nam ex solo conatu quem puniri derogatum est. Tradit Ias. l. 1. §. fin. num. 16. seq. ff. quod quisquè iur. Clar. post alios q. 92. Vbi attestatur de communi. Boss. tit.
5 de extraord. crim. num. 2. Et in casu Attentantis Carceres frangere, vt aufugiat, & non perficientis eum puniri ob noxium est tradit post alios Clar. q. 21. vers. tertio autem modo. in fin. Boer. decis. 215. num. 22. vers. tum non punitur. Et multo mi-
6 nus est puniendus Attentans; quia non habetur pro confesso. Itá eleganter declarat Alber. in l. in eos, & ibi Rayner. de Foroliu. ff. de custod. Reor. sequitur Boer. q. 115. num. 22. Et itá seruari in Statu Mediolani testatur Clar. q. 21. vers. tertio autem modo in fin. Bertaz. cons. 35. num. 31.

Immò dicitur, quod carceres frangētes etiam cum effectu fugę; et si l. 1. ff. de effracto carcere; quamuis dicantur puniri debere pœna capitis; tamen non
7 intelligitur de naturali, sed de ciuili. Glos. in l. 1. in verb. capitali. C. ne christianum mancip. & in l. nè frumentum. Vbi Bal. & Salyc. C. quæ res vendi non poss. cum aliis pluribus, quos ibidem adducit Petr. Duen. in suis reg. vtriusquè iuris in reg. 393. incip. fugiens fractis carceribus. limit. 8. Vbi probat hanc
7 esse communem opinionem: Quando verò non sequitur fuga, tunc non statuitur pœna, nisi quod habetur pro confesso, & conuicto de criminalibus, pro
7 quibus detinetur; vel in arctiores carceres detruditur. Per l. in eos. ff de custod. reor. Vbi itá declarant Alber. & Angel. cum aliis, quos refert Boss. in sua praxi. tit. de carcere. nu. 5. & tit. de effracto. carcer.
7 num. 1. Sed hoc etiam recipit limitationem: Nam si quis attentauerit fugam, & carcerum fracturam ex se ipso non facta conspiratione cū sociis, tunc cessat dispositio d. l. in eos, & non habetur pro confesso. Itá Bal. notanter cons. 32. lib. 3. n. 1. vers. aut detinetur pro inquisitione. Et cum aliis adductis per eundē Petr. Duen. reg. 392. limit. 6. Et vt dicit Alber. in d. l. in eos. Vel debet talis Attentans detrudi in arctiores carceres, vel haberi pro confesso, & conuicto.
7 Et sequitur Boss. d. tit. de carcere. nu. 5. Et sic cum pœna sit posita alternatiuè, Iudex, vel Fiscus eligendo vnam pœnam, alteri renunciauit; quia nemo debet dupplici pœna puniri l. plura delicta. ff. de act. & obligat. Et instit. de obligat. quæ ex delicto nasc. §. quæ de Fullone, cum ibi traditis per DD. Et Aufugiens è carceribus rupto pariete carcerum, si plebeius est operis publici, si autem nobilis sit, relegationis pœna tenetur. Per Text. in l. 1. in fin. ff. de effract. Vbi omnes. Et quamuis Bart. in l. in eos, quem ferè omnes ibi sequuntur. ff. de custod. & exhib. reor. dicat, quod Reus frangens carceres, & aufugiens puniatur pœna criminis, pro quo detinebatur, acsi verè illud commisisset, & habeatur pro confesso, & conuicto. Per d. Text. in l. in eos apertissimè colligitur id esse contra Text. expressum in d. l. 1. in fin. ff. de effract. Vbi expressa pœna est aufugientis ruptis car-
8 ceribus (vt dictum est) nempè quod non puniatur pœna criminis, sed de carcerum effractione; alias fractor carcerum pœna delicti puniretur, non de fracto carcere. Vt per Text. d. l. in eos, Declarat Boer. decis. 215. num. 22. vers. & ad Text. Et notabiliter Ioan. Ign. in l. 3. §. subuenitur num. 65. vsquè ad num. 83. seù 93. seqq. ff. ad Senat. consult. Sillan.
8 Nec Iudex moueri debet, quod Bartoli opinio d. l. in eos videatur communis. Vt attestatur Clar. in pract. crim. §. fin. q. 21. vers. tertio Et propterea á communi opinione nec in consulendo, nec in iudicando recedendum videatur. Per Text. in l. 1. §. sanè. ff. de offic. Quæstor. Vbi scribentes. Et in l. maximum vitium. §. nam hoc corrigentes. C de lib. præterit. Et vtrobiq; scribentes. Et videatur non sanè capitis recedens á communi. Vt per Rim. cons. 86. vel s. vltimò hoc sequitur; quia difficilimum est maiorum sententias reuoluere. Per Text. in c. veniā 35. q. 9. Vbi Glos.
9 & scribentes. Rip. l. dies. §. hoc autē iudicium n. 106. ff. de damn. infect. Tamen ex mea sententia in pluribus fallit conclusio ista. Primò quando extat Text. in contrarium, de quo in communi opinione nulla habetur consideratio, & ad quem sequentes contra cōmunem non aduerterunt. Vt dicit Siluan. in cons. 10. n. 16. vol. 1. cum aliis per eum congestis. Textus adest declarans pœnam effractoribus carcerum irrogandā; de quo Bart. nullam mentionem facit in d. l. in eos er-
9 gò. Secundò fallit, quando contraria opinio æquioribus, melioribus, ac fortioribus est rationibus fulcita: Nam tunc opinio plurium non attenditur. Vt per Text. expressum in l. 1. §. Sed neq; ex multitudine. vbi Glos. & scribentes C. de veter. iur. enuclea. Text. in l. qui filium. §. Sabinus vers. Imperator. ff. de Senat. consult. Trebell. Opinio Boer. in d. decis. 215. Et Ioan. Ign. in d. l. 3. d. §. subuenitur n. 63. seqq. cum aliis sequentibus contra communem opinionem videtur esse melioribus, & æquioribus rationibus cōprobata, vt plenè ibi per Ign. Ideò á communi opinione tanquam erronea; Quod tantorum insignium DD. venia dixisse volui, discedendum putaui; per ea quę idem Ioan. Ign. dixit in d. § subuenitur n. 64. seq. Text. est in c. Nicena. Vbi Glos. & scriben. 31. distin. Felyn. in c. 1. n. 102. seq. extra de constit. Opinio illa ex duabus spectan. & sequenda. Rolan. á Valle cons. 100. n. 49. vol. 2. Paris. cons. 72. n. 41. vol. 1. Quæ conclusio procedit, etiamsi opinio contra communem sit tantum vnius Doctoris etiam deterioris. Per Text. in d. l. 1. in d. §. sed nequè ex multitudine. C. de veter. iur. enuclea. Felyn. in c. 1.

10 in c. 1. num. 1. extra de re iudic. Et quando duæ sunt opiniones in causa criminali, quarum vna communis, & seruior. Altera non communis, & mitior, amplectenda est mitior. Vt respondit Rolan. à Valle cons. 51. n. 44. vol. 1. Et cons. 64 n. 31. vol. 2.
11 Sed semper vt aliqui dicunt requiritur, quod fuerit secuta consumatio delicti.

Cæterum equidem aliter sentiens omninò dico, quod carceris effractor etiam cum effectu fugæ plu-
12 ribus de causis nulla pœna est plectendus. Prima
13 causa est, quia cum carcer sit inuentus ad custodiã tantum; non autem ad pœnam. Bart. tract. de carcere, in princ. Boss. tit. de carcere, num. 1. l. aut damna, §. solent, ff. de pœn. Gand. tract. malef. rubr. quid sit agendum; Iudex si ad carceratos custodiendos aptos, & fortes non habeat carceres sibi ipsi imputare debet; non autem carceratis, qui cu-
13 stodiri, non antè custodire debent. Immò dicti carcerati valdè sunt commendandi de eorum iudicio, &
14 prudentia, quando viam, & modum inueniunt è carceribus exeũdi, & in pristinam eorum libertatem re-
15 deundi. Secunda causa est, quia carceris effractio cũ non inducat delicti probationem, seu confessionem, carceres effrangens non habetur pro confesso, & cõuicto: Et ideò non potest puniri. Et hæc sententia est verissima etiam in causa hæresis. Vt rectè docet Ioan. Roias tract. de hæret. par. 2. assert. 15. Nihil
16 enim commune habet delictum cum carceris effractione. Pegna in annotat. super Lucer. Inquisit. tract.
17 de contumac. num. 1. Si ideò d. effractio nihil commune habet cum delicto, nõ est delictum; quia si esset delictum, nõ per carceris effractionem, sed solum
18 per testes idoneos, ac omni exceptione maiores esset probandum. c. forus, de verb. signif. Alex. l. licet, de legat primo. Mars. in l. fin. n. 4. ad l. Corn. de Sicar.
19 & rubr. de probat. n. 115. Tertia causa, quod carceris effractio non potest puniri, & quod vere non est delictum, est quia iura, & DD. dicunt, & permittunt, quod vnicuiq; licet redimere sanguinem suum quoquo modo. l. 1. & ibi Bart. ff. de bon. eorum, qui ant. sent. sibi mortem consciu. quē refert, & sequitur Soc. Iun. cons. 38. n. 5. 6. 7. vol. 2. Et si dicta iura, & DD. permittunt, quod quilibet carceratus quoquo modo possit è dd. carceribus aufugere, & se liberare, omninò dicitur, quod sic sanguinem suum redimendo nõ solum nõ delinquit; sed etiam propter effractionem,
20 & fugam nullum maius de delicto facit inditium,
21 pro quo detinebatur: Ratio est, quia fuga post accusationem factam, & carcerationem subsecutam inditium ad delictum non auget. Vt per omnes in d. l. admonendi, ff. de iureiur. Et per Ioan. Ign. in d. §. subuenitur, n. 91. Et ità seruari in Gallia testatur Boer. decis. 215. nu. 24. Itaq; si nullum facit inditium non est delictum.
22 Ex quibus igitur concluditur, quod carceris effractor, etiam cum effectu fugæ (vt dictum est) non punitur, & maximè quando aufugit ob viuendi necessitatem, vel ob seuitiam, vel nequitiam, aut inimicitiam Iudicis. Doctrina est clara Bart. l. vis eius, in princ. C. de probat. Boss. tit. de captura, nu. 6. & tit.
23 de carcere, n. 6. in fin. Ratio est, quia carceris effractio dicitur causata culpa, & facto iudicis; & ideò non inducit confessionem delicti. Vt tradit Foller. in pract. crim. in verb. etsi connectebuntur, n. 57. vbi ad-
24 ducit concordantes: Nec carceratus aufugiens habetur pro confesso, & conuicto. Hostien. c. vt dilectus, extra de appellat. Paris. de Put. in tract. de Scindic. in verb. fuga officialis, c. 2. incip. An Iudex, vel Officialis, nu. 4. fol. mihi 190. Iacob. de S. Georgeo in l. 1. nu. 9. C. de seru. fugit. Ioan. de Amic. cons. 7. nu. 10. Boer. decil. 215. nu. 28. Gram. uot. 39. n. 12. Cœpol. in l. quis sit fugitiuus, in princ. n. 21. ff. de edil. edict. Paul. Ghirlan. in tract. de relaxan. carcerat. rubr. de fuga incarcerati, nu 10. seq. Caccialupus in tract. de debitore suspecto, & fugit. q. 1. nu 2. inter tractatus antiquos, tom. 16. fol. mihi 18. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 820. n. 13. Farinac. q. 30. nu. 171.
25 Et maximè quando inquisitus à Iudice est indebitè detentus, aut longo, seu indecenti carcere male tra-
26 ctatus; quia aufugiens ob seuitiam Iudicis dicitur discedere ex iusta, probabili, & rationabili causa. Put. tract. de Scyndic. in uerb. fuga Officialis, c. 2. nu. 3.
27 Vbi quod isto casu sufficit saltim probabiliter timere, & si non iustè, l. rectè, ff. quod met. caus. Ias. in l.
28 admonendi, nu. 169. ff. de iureiur. Immo quando carcerum effractor ob supradicta confugit ad supe-
29 riorem, non dicitur aufugere; tum quia uadit ad fontem à quo iustitia emanare debet. l. nemine, C.
30 unde vi. Tum etiam quia isto casu itineris arreptio habet vim appellationis, c. dilecti, de appellat. Bald. in l. etsi per Prætorem, § fin. ff. ex quibus caus. minor. Boer. decis. 215. num. 28. Et iustè quidem potest aufugere; quia (vt dictum est) vnicuique licet sanguinem suum redimere quoquo modo, d. l. 1. ff. de bon. eorum, qui mort. sibi consciu. & l. prima. C. de transact.

DISCEPTATIO XV.

De Authore Rixa.

SVMMARIVM.

1 *Author rixa quis dicatur.*
2 *Author rixa punitur de omni eo, quod in rixa secutum fuit.*
3 *Delicti princeps torqueri debet, antequam torqueantur socii.*
4 *Author rixa potest occidi sine incursu pœna.*
5 *Author rixa) si non posset offendi, occasio daretur de Vulnerans) linquendi.*
6 *Offensus in se defendendo non tenetur de excessu.*
7 *Offensus dolore promotus non est in plenitudine intellectus.*
8 *Metus improuisus tollit Aggresso rectum deliberandi iudicium.*
9 *Vulnerans in rixa ipse solus est puniendus.*
10 *De delicto alterius quando quis teneatur.*

 11 In

1 *In rixa si quis tantum admenat, & non vulnerat ad pœnam extraordinariam tenetur.*
2 *In rixa si quis non admenauit non tenetur ad pœnam.*
3 *Vulnus Lethale in rixa inferens, si plures sunt rixantes, ipse solus punitur.*
3 *In rixa vulnerantis incertitudo omnibus, si sint plures rixantes, absolutionem parit,*
4 *Rixantes dantes operam rei licitæ non puniuntur.*
5 *Defensionis fauore attenditur principium licitum, non finis illicitus.*
6 *In rixa si aliquis fuit interfectus cum vno vulnere, vel pluribus, & nescitur ex cuius vulnere, non sunt omnes de homicidio puniendi.*
7 *Probationes in delictis debent esse luce meridiana clariores.*
8 *Præsumptionibus, vel medietatis suffragiis vti non debemus.*
9 *In rixa debemus contemplari ictus cuiuslibet delinquentis.*
20 *Pœna est imponenda secundum qualitatem delicti.*
21 *Occisores, impossibile est, omnes insolidum fuisse.*
22 *Impossibile quod est, nullum est.*
23 *Homicidium, quando nescitur quis commiserit, nemo est puniendus.*
24 *Absoluere melius est nocentem, quam innocentem condemnare.*
25 *Maleficium non debet esse impunitum.*
26 *Ob maleficium iura iubent solui pœnam.*
27 *Maleficium, vel) quando nescitur, quis commiserit ex Homicidium) pluribus, omnes debent condemnari pœna pecuniaria.*
28 *Tractatus quando adest in delicto, omnes, qui interfuerunt, de homicidio puniuntur.*
29 *In homicidio, seu) quando adest tractatus, omnes, qui In delicto) interfuerunt, de homicidio puniuntur.*
30 *Mandans fieri homicidium, de ipso tenetur, quia qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.*
31 *Iudicium ciuile nihil commune habet cum criminali.*
32 *Author quando constat quis fuerit, ipse solus punitur.*
33 *Author rixæ ipse solus punitur, alii autem de vulneribus.*
34 *Pœna tenetur, qui maleficium facere tentauit.*
35 *Consanguineus si vnum ex corrixantibus occidat, nulla pœna tenetur.*

1 AVTHOR rixæ dicitur, qui primò dat causam rixæ facto, aut verbis, & qui ad pugnam alium concitat. Not. l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrup. paup. feci ff. dicat. Nec non etiam dicitur, qui aut verbis, aut factis iniuriam inferendo incœpit. Capic. decis. 38. nu. 2. Viu. opin. 5. incipit. Actio iniuriarum ibi cæterum coarctatur, lib. 2. Felin. in c. dilecti, nu. 10. de except. Bonacoss. in suis quæst. crim. statur. tit. de iniur. vers. statutum, de iniuriis non comprehendit illum, pag. mihi 98. Menoch. cons. 41. nu. 9. seq. lib. 1. Farinac. cons. 6. nu. 24. seq. Et ex communi DD.
2 omnium sententia d. Author rixæ punitur de omni eo, quod secutum fuit, etiam quod afferat in alio non deliquisse. Marf. in repetit. l. vnica, C. de rapt. virg. nu. 7. vers. & tene menti. Et hoc suadetur ex Text. in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Iul. de vi publ. Et facit Text. in l. hoc iudicio, ff. de seru.
3 corrupt. Vbi æquius est eum torqueri, qui princeps fuit delicti. Bal. in l. 1. nu. 14. in fin. C. de seru. fugit. Bonifat. de Vitellin. in tit. de insult. & percuss. n. 30. vers. sunt tamen qui dicunt. Angel. de malef. in verb. Et Andream, num. 21. vers. nisi fuisset vnus Author tumultus. Farinac. cons. 4. n. 1. & in addit. littera A.

Itaque dicitur, quod qui fuit Author rixæ, potest
4 absque incursu pœnæ occidi. Ias. & Dec. in l. vt vim, ff. de iust. & iur. Calefat. cons. 103. num. 12. lib. 1. diuers. crim. Vbi testatur de communi. Et in hoc
5 casu illud mihi videtur dicendum, quod si author rixæ, vel vulnerans aufugiendo non posset offendi, daretur occasio delinquendi, & quilibet posset offendere inimicum, & aufugere, & offenso non licere repercutere, quod non est dicendum. l. conuenire, ff. de pact. dotal. c. cum dilectus. quod met. caus. Nec minus tenetur de excessu; quia offensus non potest
6 habere stateram præ manibus, & mensurare ictus, secundum Bal. in d. l. vt vim, ff. de iust. & iur. quo-
7 niam dolore promotus non est in plenitudine intellectus. Ita Bal. in c. 1. §. 1. in fin. de pac. iuram. fir-
8 man. Metus enim improuisus, vt experientia docet, tollit aggresso, & percusso rectum deliberandi iudicium. l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult.

Non facit, si per Fiscum dicatur, quod omnes, qui interfuerunt in rixa tenentur de vulnere in personam offensi illato; nam quando vnum tantum vulnus reperitur, & vnus tantum ipsorum vulnerauit
9 ipse solus est puniendus: Ratio est, quia nullus tenetur de delicto alterius; sed vnusquisque de eo, quod fecit, l. si in rixa, & ibi Marf. ff. ad l. Cornel. de Sycar. & in §. constante, nu. 45. seqq. Bald. in l. non ideò minus, C. de accusat. Gram. decis. 25. num. 8. Vbi quod ad hoc, vt vnus teneatur de delicto alte-
10 rius, oportet, quod præcesserit tractatus, & ordinamentum de conueniendo ad delictum committendum: Nam si v. g. Petrus solus occidit, ipse tenetur. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 362. Sed si d.
11 Petrus v. g. admenauit tantum plastonatas, ad pœnam extraordinariam tenetur; sed si nullo modo admenauit, ad nullam pœnam tenetur. Tradit Paris. de Put. cons. 144. nu. 3. lib. 4. vbi attestatur de communi opinione Dec. cons. 85. col. 2. Hinc infertur,
12 quod si ex pluribus rixantibus quis vulnus lethale intulit, alii verò non lethale, is relinqui homicida, tenetur; alii verò non, sed vti vulnerantes. Tradit Menoch. tract. de arbitrar. lib. 2. cent. 40. casu 362.

Sed dato quod plures interuenerint in rixa, & in ea fuerit aliquis vulneratus, & nescitur à quo, de-
13 linquentis incertitudo omnibus absolutionem parit,
14 & maximè quando rixantes operam rei licitæ dant. Glos. in l. item Mela, §. sed si plures, ff. ad l. Aquil. Bart. in d. l. si in rixa, nu. 2. ff. ad l. Cornel. de Sy-
15 car. Nanque fauore defensionis attenditur principium licitum, etiam quod finis esset illicitus. Bart. l. quod ait lex. §. quod ait lex, ff. de adult. Egid. de fauore defensionis, nu. 7. Vulpell. cons. 97. n. 7. seq.

Datur

Datur etiam casus, quod rixa inter aliquos plures
orta aliquis esset interfectus vno, vel pluribus vulne-
16 ribus, & nescitur ex cuius vulnere non sunt omnes
de homicidio puniendi; quia non constat quod om-
nes occiderunt; & tamen necessariò constare debet;
17 quia in delictis puniendis probationes debent esse
luce meridiana clariores. l. sciant cuncti, C. de pro-
18 bat. l. qui sententiam, de pœn. Ratio est, quia non
debemus talibus præsumptionibus, vel mendicatis
suffragiis vti. l. singuli, C. de accus. l. absentem, ff. de
19 pœn. Item quia in talibus debemus contéplari ictus
cuiuslibet delinquentis, vt l. 1. ff. de Sycar. Ità vt il-
le, qui vulnerauit mortiferè, vel occidit, de homici-
dio puniatur. Alii tamen dicunt de insultu, vel de
20 vulnere tantum: Tamen secus videtur, quia secun-
dum qualitatem delicti pœna est imponenda. l. fin.
21 C. de test. l. aut facta, ff. eod. Item quia impossi-
bile est insolidum omnes occidisse. Et quod impos-
22 sibile est, nullum est. Vt l. impossibilium, ff. de reg.
23 iur. Vnde cum non constet, quis occidit, nullus est
puniendus; nam quamuis ius non deficiat, deficit ta-
men probatio. l. duæ sunt, ff. de testam. tutor. Item
24 quia in dubio melius est nocentem absoluere, quam
innocentem condemnare. l. absentem, ff. de pœn.
l. Pomponius, §. sed, ff. de rei vend. Vnde nullus de-
bet de homicidio puniri. Et hoc verius & tutius te-
25 nent communiter DD. Sed quia deliquerunt, & nè
maleficium sit impunitum, vt l. ità vulneratis, ff. ad
26 l. Aquil. Et iura suadent, ob maleficium solui pœ-
nam. l. si actio, ff. de fideiuss. debent pecunialiter
27 condemnari omnes, prout Iudici videtur de insul-
tu, vel de vulnere inspecta qualitate vel facti, vel per-
sonarum, & facultatibus ipsorum, vt d. l. aut facta,
ff. de pœn. & l. hodie, de extraord. crimin. Si autem
28 constaret omnes ordinasse, & tractasse simul de
29 tali homicidio committendo, & faciendo; tunc
omnes de homicidio puniuntur. Vt l. 1. §. Diuus, ff.
de Sycar. quia vnus videtur de mandato alterius fe-
cisse. Vt d. l. non ideò minus, C. de accus. l. si inde,
§. fin. ff. de fur. l. qui iniuria, Et qui per alium fa-
30 cit, per se ipsum facere videtur. Vt l. si ità, §. ges-
sisse, ff. de admin. tutor. Non obstat. ff. ad l. Aquil.
l. item Mela; §. si plures, cum sim. ad l. Aquil. quia
in dd. ll. quis punitur pro damno dato ciuiliter, &
31 non criminaliter. Et iudicium ciuile nihil com-
mune habet cum criminali. Vt Instit. de publ. Iudic.
in princ. cum suis simil. Sed si constaret, quis fuis-
32 set Author, tunc ille solus puniretur de homicidio
pro omnibus, l. quoniam. ibi in eum, C. de vi publ.
Denique illud est sciendum, quod solus rixæ in-
ceptor punitur de homicidio, alii autem de vulne-
ribus, vt est Text. in l. quoniam multa, C. de vi publ.
33 ibi in eum supplicium, qui vim facere tentauerit.
Rolan. cons. 63. num. 3. lib. 2. Constit. March. Glos.
34 B. mi. 5. Cæterum semper in huiusmodi casu menti
tenere debet Iudex, quod quando quis ad rixam ac-
cessit ad defensionem v. g. sui Germani, qui est sub
periculo vitæ, eo quia percutitur ab aliis, accessus est
35 ideò licitus, quod si occiderit vnum ex corrixan-
tibus cum Germano, nulla pœna puniri potest. Vt
benè in facti contingentia fuisse seruatum Mediolani
testatur Clar. in pract. §. homicidium, vers. item
locum habet.

DISCEPTATIO XVI.

De Auxiliatore in Rixa.

SVMMARIVM.

Vide eamdem materiam inferius in Disceptatione 28.

1 *Auxiliator quando quis dicatur.*
2 *Auxiliator dicitur, qui opem fert post actum proximum.*
3 *Auxiliator quando quis non dicitur.*
4 *De auxilio quando quis puniri possit.*
5 *Auxilium præsumitur præstitum, quando adest coniunctio sanguinis:*
6 *De auxilio vt quis possit puniri, requiritur tractatus.*
7 *Auxilium semper præsumitur sine dolo.*
8 *Ignorantia facti excusat.*
9 *De auxilio vt quis teneatur, quid requiratur.*
10 *Tractatus per Fiscum probari debet.*
11 *Qualitas delicti per Fiscum probari debet.*
12 *Auxilium non præsumitur præstitum per præsentiam alicuius cum armis.*
13 *Delictum vt puniri possit, opus est, vt fuerit consumatum.*
14 *Præsentia alicuius in delicto non est punibilis.*
15 *Auxiliator quando de auxilio non possit puniri.*
16 *Auxiliator quando non puniatur eadem pœna, qua principalis.*
17 *Agentes, & consentientes quando pari pœna puniantur.*
19 *Auxiliator in dubio quando possit torqueri.*
20 *Auxiliator quando dicatur Assassinus.*
21 *Auxilium quomodò fuerit præstitum per Fiscum probari debet.*
22 *Auxilium ad delictum, & post delictum necesse est, quod consulto fiat.*
23 *Auxilium si fuerit præstitum ex accidenti, non autem ex proposito non est punibile.*

1 AVxiliator vt quis dici possit, opus est, vt asso-
ciet delinquentem ad locum delicti. Ità Blanc.
tract. de indic. in verb. ex facto ante delictum, c. 5.
in fin. Vel vt cum armis stet propè cum d. delinquen-
te. Innoc. c. continentia, de Cler. percuss. vbi ad-
ducit dictum Bal. l. ob hæc verba, col. fin. ff. de his,
qui not. infam. Aut sit præsens, quando delinquens
cum aliis pugnat pro ipso. Ità Innoc. in d. c. Conti-
nentiæ. Nec dissentit Crauett. cons. 458. nu. 5. Et
ideò dixit Bal. in l. vnica, C. de crim. peculat. quod
2 opem ferens per actum proximum facto, vt quia as-
sistit facienti delictum, punitur eadem pœna; Si au-
tem fert opem per actum remotum non assistendo
delinquenti; sed in via publica v. g. ante domum cō-
missi delicti, mitius punitur. Idem scribit d. Bal. in l.

Rapto-

Raptores, in fin. C. de Episc. & Cler. Abb. & alii in c. 1. de offic. deleg. Corn. conf. 8. col. 2. lib. 3. vbi attestatur hanc esse communem opinionem. Seù ad homicidium fuerit specialiter vocatus in aliquo loco, vt d. homicidium committeretur. Prout tradunt Salyc. Calder. & Anchar. conf. 16. communi voto reddito per eos inter conf. Anchar. ad fin. Nec dissentiunt Marf. in l. nihil interest, nu. 20. & in l. fin. num. 28. ff. ad l. Cornel. de Sycar. Foller. in pract. crim. par. 2. verf. capiat informationem, nu. 59.

Verum auxiliator non dicitur, qui incidenter, seù
3 casualiter ad locum homicidii accedit. Ità Bal. in d. l. ob hæc verba, ff. de his, qui not. infam. loquens in fortioribus terminis, etiamsi quis stetisset armatus. Idem scripserunt Felyn. in c. sicut dignum. nu. 6. in fin. de homic. Rom. conf. 117. Nec etiam qui distat à loco commissi homicidii. Tradit Bal. d. l. ob hæc verba, ad fin. Refert, & sequitur Ias. conf. 137. in fin. vol. 1. Nec etiamsi probato tractatu. Parif. conf. 152. nu. 33. vol. 4. Bursatt. conf. 65. nu. 11. Vbi adducit concordantes. Prout nec etiam præsumitur, si solumodò assistit, nisi præcesserit tractatus. l. 3. §. homines, ff. de vi bon. rapt. Marf. in pract. §. constante, nu. 45. & conf. 34. & l. vnica, nu. 8. C. de raptu Virg. Vulpell. conf. 96. num. 3.

Itaque vt quis de auxilio præstito possit puniri, ne-
4 cesse est, vt ex proposito, & data opera auxilium præstiterit, aut accesserit ad auxilium præstandum, d. l. 2. §. homines, ibi ad hoc coactus vt damnum daretur, ff. de vi. bon. rapt. Quem Text. ad id Anchar. allegat conf. 216. in fin. Quod conf.
5 fuit compositum per tres Excellẽtes Doctores. Alex. l. si duo patroni, in princ. ff. de iureiur. Gram. decis. 25. nu. 5. concurrente maximè coniunctione sanguinis, quam considerant DD. vt post multos, quos allegat, tradit Philipp. Porta conf. 206. nu. 11. Et ad
6 hoc, vt teneatur de auxilio, necesse est, quod probetur, quod præcesserit tractatus ad afferrent auxilium præstandum, & quod principaliter ad hũc finem accesserit, aliàs non tenetur de prætenso auxilio: Sed
7 semper præsumptio est, quod sine dolo interuenerit delicto. Castren. conf. 177. lib. 2. Aug. de Arimin. in addit. ad Angel. de malef. in verb. Andream auxiliatorem, col. 5. verf. intellige tamen prædicta. Et in
8 hoc casu ignorantia facti excusat. l. pen. C. ad l. Iul. de vi publ. & priuat. Salyc. loquens in propriis terminis l. 1. nu. 19. C. de rapt. Virg. Bal. conf. 41. n. 5. vol. 5. sequitur Parif. conf. 152. num. 29. seq. vol. 4.
9 Immò dicitur, quod vt d. auxiliator teneatur de auxilio alteri præstito, requiritur, quod id fuerit expressè, & deliberatè coadunatus, nec non requiritur, vt
10 Fiscus probet tractatum præcedentem, aliàs si ista qualitas non probetur, præsumitur, quod absque do-
11 lo, & incidenter interuenerit, d. l. 3. §. homines, ff. de vi bon. rapt. Bart. in l. omnes, C. de Agric. & censit. lib. 10. Anchar. conf. 217. Felyn. c. cum vicesimum, in princ. de offic. deleg. Parif. d. conf. 152. nu. 33. vol. 4. Et præsentia cum armis, & ense euagina-
12 to non sufficit ad præstandum auxilium, & opem. Bart. & alii l. sed si in eo, ff. ad Syllan. Cœpoll. conf. 34. col. 7. nu. 2. l. 2. §. dolo, verf. homines, ff. de vi. bon. rapt. Rom. conf. 473. Angel. l. is, qui opem, ff. de furt. Dec. c. quia quæsitum, nu. 69. verf. limita, nisi præstans auxilium, de offic. deleg. Quinimò etiã
13 vt auxiliator teneatur de auxilio, necesse est, vt delictum sit consummatum; non enim sufficit attentatum, Glof. & Dyn. in l. sed etsi diuortii, ff. rerum amot. Carrer. in pract. §. homicidium, nu. 56. Dec. in d. c. quæsitum, num. 64. de offic. delegat. Et assistentia non est punibilis, quando assistit quis sine armis;
14 quia non reddit audaciores delinquentes.

Cæterum illud per iudicem est omnino sciendum, quod d. auxiliator in pluribus aliis casibus de auxilio non potest puniri; nempè quando principalis in
15 nullam pœnam incidit. Tradit Castren. conf. 278. vol. 2. loquens in homicidio, & sic in fortioribus terminis Anchar. conf. 217. Marf. conf. 34. num. 23. quando verè, & plenè non constat de principali delinquente. Bart. in l. is, qui rem, §. tu Titium, in fin. ff. de furt. sequitur Felyn. in d. c. sicut dignum, nu. 3. de homic. Vbi ampliat id procedere, etiamsi principalis esset per contumaciam condemnatus. Item, quando constat de principali per illius contumaciam tantum; vt quia propter illam v. g. esset bannitus. Boss. tit. de delict. nu. 51. Et quando interfuit puræ rixæ, & fuit v. g. pugno percussus. Ità Bertaz. conf. 106. num. 10.

Illud tamen est aduertendũ, quod auxiliator nun-
16 quam punitur eadem pœna, qua principalis, sed mitiori. Ità Gand. Rubr. de furt. col. 5. in fin. sequitur Felyn. c. 1. col. 6. verf. limita, nisi præstans auxilium, de offic. deleg. Salyc. in l. vnica, C. de rapt. virg. cum pluribus concordantibus, de quibus per Marf. in l. eiusdem, nu. 4. & in l. fin. ff. ad l. Cornel. de Sycar. Quod procedit, etiamsi statutum ità dictaret; nam intelligitur de auxilio, quod fuit causa maleficii, & non de alio modo auxiliandi. Ità Riminal. Iun. conf. 106. nu. 22. vol. 1. Per text. in l. penult. ff. de Sycar. Glof. l. aut facta, ff. de pœn. Angel. in l. is, qui opem, ff. de furt. Ruyn. conf. 8. nu. 5. vol. 4. Marf. conf. 30. col. 3. Et eo magis non punitur eadem pœna, qua principalis, quando ex auxilio delictum non augetur, sed mitius punitur, secundum Angel. in l. furti, §. ope, ff. de furt. Marf. in l. fin. nu. 35. ff. ad l. Cornel. de Sycar. & in pract. crim. §. constante, nu. 61. & alibi sæpè.

Non obstat, si dicatur, quod agentes, & consen-
17 tientes pari pœna puniuntur: nam id procedit, quãdo omnes eiusdem animi fuerunt v. g. ad occidendum. Tenet Petr. à Plac. in lib. 1. delict. c. 16. nu. 19. Et si dedissent causam mortis. Gratt. conf. 52. num. 3. & l. in furti, §. ope, ff. de furt. Corn. conf. 8. lib. 3. Dec. c. 1. num. 12. de offic. deleg. Aym. conf. 220. nu. 12. Soc. conf. 188. num. 7. lib. 2. Bert. de-
18 cis. 161. Sed tamen d. auxiliator eadem pœna potest puniri qua principalis, quando dat causam delicto committendo. Vt per Salyc. in l. 1. col. 8. C. de rapt. virg. Sed quando non dedit causam delicto; sed fo-

do ante

lum v. g. præstet opem ex actu remoto; puta assistendo ante domum, vel in via committi delicti, & cooperatur in præparatoriis actus, non tenetur eadem pœna. Muscatell. pag. mihi 104. num. 29. Quando verò agit in actu propinquo dicitur æquè delinquere sicut principalis; secus si in dd. præparatoriis actus, d. Muscatell. ibidem.

Et quamuis dicatur, quod auxiliator in dubio potest torqueri, vt per Clar. q. 90. versf. aut verò: Ta-
19 mè id habet locum, quando constat, quod auxilium
20 præstitit: Immò tunc vt Assasinus potest puniri, quando principalis, seu mandans non est præsens. Bertaz. conf. 143. num. 13.

Denique illud in huiusmodi casu est omninò sciendum, quod Fiscus clarè, & distinctè probare debet,
21 quando, & qualiter Inquisitus præstiterit auxilium; aliter quilibet tenetur de eo, quod fuit in rixa. Id Bal. in l. non ideo minus, col. pen. nu. 30. C. de accusat. nec dissentit Angel. in tract. malefic. in verb. semper assistit, penult. versf. vbi quod non sufficit, quod quis fuerit præsens, sed requiritur, quod constet, vt aliter habilius delictum committeret. Et ità obtinuisse testatur in Ferrariæ Ciuitate. Et debet id con-
22 stare. Et idem tenet August. de Ariminio ad Angel. in verb. Andreas armatus, in prima addit. namque auxilium ad delictum, & post delictum, necesse est, vt
23 consultò fiat. Si enim ex accidenti, & non ex proposito fiat, pœna non debetur, licet secus præsumatur ex huiusmodi actibus auxilium præstitum maleficio: Tamen id procedit, quando scienter, non autem ignorãter id fit. Ità Bal. in l. quicunque, col. pen. versf. nota sextò, C. de seru. fugit. Marf. in pract. crim. in §. constante, post num. 55. & 60. Marzell. conf. 54. num. 22. Vbi adducit infinitos concordantes.

DISCEPTATIO XVII.

De Inhibitione.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitioni non dicitur contrauenire, qui continuat suam possessionem.*
2 *A possessione sua quis desistere non debet.*
3 *In possessione sua iuste quis perseuerare potest.*
4 *Possessionem suam continuans non dicitur turbare possessionem alterius.*
5 *Possessionem suam continuans habet iustam causam turbandi.*
6 *Possessionem suam si quis non continuet, desiperet.*
7 *Possessione mea qui me vti non patitur, mihi vis infertur dicitur.*
8 *Doli probatio requiritur in Tribunalibus.*
9 *Possessionem suam in dubio quis continuare præsumitur ad excludendum delictum.*
10 *Inhibitio præsentari debet dimissa copia.*
11 *Inhibitio quando non fuit præsentata etiam dimissa copia, Inquisitus non dicitur inobediens.*
12 *Inhibitionis copia necessariò tradi debet.*
13 *Defensio debetur omni iure.*
14 *Defensio naturalis non tollitur, nec tolli potest.*

1 Inhibitioni non dicitur contrauenire, qui continuat suam possessionem. Ad not. per Glos. magnam ad med. in c. non solum, versf. reducendum, & versf. dic tantum, de appell in sexto, & Clem. 2. vt lit. pend. & post eam Mil. in verb. innouat c, & verb. lit. pend. Et est decis. Rotæ 10. alias 89. not. quod ibi post. de appell. in antiquis. Et decis. 43. alias 301. si appellans, de appell. in nou. Vbi subditur, quod prætextu litis motæ non debet quis à sua possessione de-
2 sistere; quia iustè potest perseuerare in ea. Glos. in l. tale pactum, in fin. ff. de pact. c. super litteris, cum
3 ibi not de rescript. Ratio est, quia qui continuat suam possessionem non dicitur turbare possessionem alte-
4 rius. Immò dicitur, quod habet iustam causam tur-
5 bandi. Soc. in terminis conf. 122. nu. 21. vol. 4. Ber-
6 taz. conf. 114. nu. 17. Et si aliter faceret desiperet. Egid. decis. 201. si possessor. Capic. decis. 22. vol. 72 sub nu. 2. Franc. in c. cum teneatur, in primo notab. de appell. Paris. conf. 41. nu. 38. lib. 1. Menoch. de recuper. possess. remed. 17. nu. 49. d. c. teneatur, de appellat. c. 1. & ibi Abb. in c. 1. & 2. vt lit. pen. Cassad. decis. vlt. nu. 14. de caus. possess. & propriet. Ra-
7 tio est, quia cum quis me vti possess. mea liberè non patitur, mihi vis inferri dicitur. Pomp. in l. vim facit, ff. de vi, & vi armata, ibi vim facit, qui non sinit possidentem, eo quod possidebat, vti arbitrio suo.
8 Vulpell. conf. 7. num. 3. Et quando agitur criminaliter requiritur probatio doli. Menoch. in tract. de retinen. possess. remed. 3. nu. 604. Et in dubio præsu-
9 mitur quis voluisse continuare possessionem suam ad excludendum delictum. Put. decis. 223. num. 2. lib. 1. Et hæc est communis opinio, de qua attestatur Paul. de Castr. conf. 306. forma ampliori, col. 1. circa med. lib. 1. Immò in huiusmodi casu quando ali-
10 qua inhibitio non fuit præsentata vna cum illius co-
11 pia, prout necessario requiritur, inquisitus non potest dici inobediens. Innoc. in c. 1. de desat. Debet
12 enim necessariò tradi copia inhibitionis, vt inhibitus possit comparere in iudicio, & se defendere; quia
13 defensio debetur omni iure, naturali, gentium, &
14 ciuili, l. vt vim, ff. de iust. & iur. Et defensio naturalis non tollitur, nec tolli potest. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortur. nu. 78.

DISCEPTATIO XVIII.

De Cadauere occisi reperto in aliquo loco.

SVMMARIVM.

1 *Cadauer occisi necessariò per Notarium inspici debet.*
2 *Cadaueris vulnera benè per Notarium sunt adnotanda.*
3 *Cadauer necessariò est inspiciendum, vt plene constet de corpore delicti.*
4 *Delicti corpus per plures probationes constare debet.*

5 Super

5 *Super cadaueris recognitione Iudex debet mittere officiales.*
6 *Cadauer quando non fuit visitatum per Notarium, & non fuerunt descripta vulnera, non potest agi ad pœnam.*
7 *Ad condemnationem non potest procedi contra aliquem, nisi prius constet de corpore delicti.*
8 *In executione de maiori præiudicio agitur, quam in condemnatione.*
9 *Cadauer occisi inspici debet per Chirurgos, & vulnera debent adnotari per Notarium.*
10 *De delicto quando liquidè, & legitimè dicatur constare.*
11 *Cadauer debet recognosci, quod v. g. sit Petrus.*
12 *Formæ omissio in qualibet minima parte reddit processum nullum.*
13 *Cadaueris nomen non sufficit, si attestetur Notarius.*
14 *Notario tantummodo creditur de quibus gesta sunt coram ipso, & non ab eo.*
15 *Notarius non potest fungi officio testis, & Notarii.*
16 *Identitas personæ plenè per testes est probanda, cum sit fundamentum Fisci.*
17 *Cadauera antequam sepelliantur, quid agendum.*
18 *In cadaueris recognitione examinandi sunt testes existente ipso cadauere super terra.*
18 *Testes post conclusum in causa non possunt produci ob timorem subornationis.*
18 *Post conclusum in causa testes non possunt produci ob timorem subornationis.*
19 *Testes, qui ex facto Fisci, qui eos inducit, non fuerunt examinati, non possunt iterum examinari.*
20 *Cadauer quando fuit humatum, non possunt amplius examinari testes.*
21 *Probatio omnis vincitur, si aspectus in contrarium testificetur.*
22 *Probatio per aspectum etiam publicitatis attestationibus admittitur.*
23 *Probatio nulla maior, quam euidentia, quæ nulla legis virtute excludi potest.*
24 *Oculus quod videt, nemo fœliciter negat.*
25 *Iudicem oportet cuncta rimari, & rerum ordinem plena Inquisitione discutere.*
26 *Negligentia Curiæ non debet nocere inquisito.*
27 *Dispositio non procedit, nisi verificetur id super quo fundatur.*
28 *Delictum non potest alicui ascribi, nisi prius constet illud fuisse commissum.*
29 *Sanguis repertus in cadauere non probat corpus delicti.*
30 *Sanguis non parit probationem, sed coniecturam tantum; ex qua potuit prouenisse.*
31 *Certitudo coniecturalis dicitur imperfecta probatio.*
32 *Probatio per coniecturam non sufficit.*
33 *In homicidio necessariò requiritur inspectio vulnerum.*
34 *Delictum commissum, in quo remanent vestigia constare debet per testes, vel probationes liquidissimas.*
35 *Probatio liquidissima quæ dicatur.*
36 *In homicidio quando dicatur constare de corpore delicti.*
37 *In cadauere quando vulnera nō habentur pro annotatis.*
38 *Cadauer quando est putrefactum, impossibile est, vulnera inspici, & adnotari.*
39 *Impossibile quid dicatur.*
40 *Delictum si sit occultè commissum, ignoranti currit tempus ad inquirendum.*
41 *Cadauere reperto in campanea currit tempus Curiæ etiā ignoranti ad inspiciendum ante putrefactionem, an adsint vulnerū.*
42 *Præscriptio currit impedimento facti.*
43 *Permissum certo tempore fieri, censetur alio tempore prohibitum.*
44 *Negligentia Curiæ non debet eidem subuenire.*
45 *Cadauer quando iacuit in loco publico, ignorantia Curiæ non excusat.*
46 *Ignorantia crassa, & supina non excusat.*
47 *In delictis à pari iudicantur scire, & velle de facili scire potuisse.*

QVoad Cadauer occisi in campanea repertum
infrascripta sunt seruanda. Primò, quod iuxta
1 communem Criminalistarum practicam necessariò
per Notarium est inspiciendum: Ratio est, quia Iudex
per distinctam qualitatē corporis delicti descriptionem
deuenerit ad cognitionem, an testes desuper
examinati verum dixerint, nec nè: Et ità etiam totus
mundus seruat. Vt testatur Blanc. in repetit. l. fin.
num. 19. seqq. ff. de quæst. Bosl. tit. de delict. nu. 15.
2 seq. & num. 24. Et d. Notarius debet omnia vulnera
cadaueris adnotare, vt plenè constet de corpore delicti.
Nell. in pract. crim. fol. 59. num. 2. Clar. post
alios, quos allegat, q. 4. vers. & hæc est communis
3 opinio. Immò cadauer necessariò est inspiciendum,
& cognoscendum, vt corpus delicti per plures probationes
constet. l. 1. §. item illud, ibi liquidè igitur debet,
4 ff. ad Syllan. Et ita seruatur etiam in Regno. Vt
testatur Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem,
num. 29. 30. Vbi quod super recognitio-
5 ne cadaueris Iudex debet mittere officiales ad inspiciendum
cadauer super illius recognitione, dum vixit
cum adnotatione vulnerum. Clar. quæst. 4. vers.
quando verò est delictum, Blanc. ad l. fin. ff. de quæst.
6 num. 19. seq. Et quando cadauer non fuit visitatum
per Notarium, & descripta signa, seù vulnera, vt necessariò
requiritur, & est communis practica. Vt post
multos ostendit Clar. q. 4. vers. quando verò. Et nouissimè
scribit Cartar. capto bannito, c. 2. nu. 4. non
potest agi ad pœnam homicidii. Coadiuuantur præ-
7 dicta, considerato quod ad condemnationem non
potest procedi contra aliquem, nisi prius constet de
corpore delicti. Vulg. l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan.
8 multo minus procedi potest ad executionem, nisi
prius constet de corpore delicti per recognitionem
personæ, Auth. multo magis, C. de sacrosanct. Eccles.
cum de maiori præiudicio agatur in executione,
quam in condemnatione. Angel. latè Instit. tit. de
act. §. quadrupli, num. 5. quem refert, & sequitur
9 Mars. in pract. num. 17. Immò dicitur, quod cadauer
occisi inspici debet per Chirurgos, & vulnera necessariò
debent adnotari per Notarium; aliter non
potest

potest dici, quod plenè constet de corpore delicti,
Clar. q. 55. vers. quando autem. Iodoc. in sua prax.
crim. c. 7. tit. de inspect. occisi, num. 7. Boss. tit. de
delict. nu. 24. Et id ad inspiciendum vulnera, seù tu-
me factiones per aspectum; quia liquidò constare
10 debet de delicto non per coniecturas, & presumptio-
nes, d. l. item illud. ff. ad Syllan. Boss. tit. de delict. nu.
15. seq. in fin. Hinc est, quod non dicitur constare de
delicto liquidè, & legitimè, nisi Iudex, vel Curia ca-
dauer oculis subiiciat. Clar. in pract. q. 4. vers. quan-
do verò, Blanc. in pract. num. 3. & 5. Vbi quod non
potest procedi, nisi Iudex, vel Curia cadauer oculis
viderit, quod propriis oculis subiici debet. Secundò
11 quia dictum cadauer non solum est inspiciendum, &
vulnera adnotanda; sed etiam est recognoscendum,
nempè quod v. g. est Petrus. Foller. in pract. in verb.
capiat informationem, num. 4. 29. 30. Blanc. in
pract. num. 6. vbi testatur de commun. opin. Clar.
q. 4. vers. quando verum est delictum. Et omissio
12 formæ in qualibet minima parte reddit processum
nullum. Butr. in c. Pisanis, col. 2. de restit. spoliat.
Bart. in l. item eorum, §. præter formam est ipso iu-
13 re nullum. Non obstat dictum Notarii asserentis
nomen d. cadaueris, dum erat in humanis, fuisse Pe-
14 trum; quoniam ei tantummodo creditur, de quibus
gesta sunt coram eo, & non ab eo. Natt. cons. 143.
num. 5. Federic. de Senis cons. 173. vers. item non
est in hac materia singulare. Boer. decis. 17. num. 3.
15. Addit etiam, quod Notarius non potest fungi of-
ficio testis, & Notarii in eodem actu; nam identitas
16. personæ plenè per testes est probanda; cum sit fun-
damentum Fisci, Grauett. cons. 169. nu. 4. Vbi ad-
ducit concordantes. Et actus iste introductus est pro
formâ in omni Criminalistarum practica; quod ca-
17 dauera occisorum antequam sepelliantur, examinen-
tur testes videntes cadauera super illorum nomini-
bus, & cognominibus, dum erant in humanis. Et
quando huiusmodi forma non est seruata, inducit ip-
so iure nullitatem processus. latè Tiraquell. in l. si vn-
quam. in verb. reuertatur, C. de reuocat. donat. n. 67.
Illud tamen sciendum est, quod in cadaueris
18 recognitione examinandi sunt testes existente
ipso cadauere super terra, & non aliter, & ista
est praxis ab omnibus scribentibus obseruata: Nec
testes sunt recipiendi, ex quo didicita sunt testificata.
Clem. 2. de test. Et id ob timorem subornationis. Ioë
de Amic. cons. 117. num. 3. seqq. Et licet post con-
clusum in causa possint produci instrumenta, vt tra-
dunt omnes in l. admonendi, ff. de iureiur. Tamen
secus est in testibus ob timorem subornationis secun-
dum magis communem opinionem, quam tenent
omnes in d. l. admonendi, Bart. in vlt. q. ad fin. Bal.
in 3. q. col. 3. Imol. & Abb. in c. fin. num. 10. eod. tit.
de iureiur. Et hoc introductum est, quadam æquita-
te naturali, ne alter alteri insidietur. Vt scribit Bart.
in extrauag. ad reprimendum, in verb. & figura, col.
19 fin. Rom. cons. 479. num. 2. Et testes, qui ex facto
Fisci, qui eos induxit, non fuerunt examinati, non
possunt iterum examinari. Ità Bal. in l. Prætor, §.
nec iterum, ff. de eden. Innoc. in c. per tuas, de
probat.
Et quando cadauer fuit humatum, non possunt
20 amplius examinari testes, quod viderint tunc tem-
poris cadauer, quod post humationem ipsius inspici
non potest. Ità Bal. in l. Deo à nobis, in princ. n. 6.
21 C. de Episc. & Cler. Vbi quod omnis probatio vin-
citur, si aspectus in contrarium admittitur, cum illa
22 sit talis, quæ subornationem non timet. Bal. in l. si
quis testibus, C. de test. in fin. dicens ità fuisse serua-
23 tum in exhumatione cadaueris. Et nulla maior pro-
batio, quam euidentia, quæ nulla legis virtute exclu-
di potest. Curt. Sen. cons. 70. nu. 18. Et ideò quod
24 oculus videt, nemo fœliciter negat, dixit Bal. cons.
388. Et quandò Fiscus post humationem prætendit
posse examinare testes super recognitione cadaueris,
quod non extat in rerum natura, & testibus prædictis
exhiberi non possit, dum examinantur, vt tradit Pra-
ctica Criminalistarum, nullo modo concedi debet,
dictum examen; Et talis probatio per ipsamet facti,
25. & rei euidentiam fieri non potest; cum oporteat Iu-
dicem cuncta rimari, & rerum ordinem plena inqui-
sitione discutere, c. iudicantem, 30. q. 5. Et Iudex,
qui est minister Dei in terris; debet confirmare iu-
dicium suum cum veritate, & ipsam summopere iu-
uare, & ad lucem perducere, latè Castrens. cons. 380.
in princ. vol. 1. Dicunt tamen aliqui DD. quod ca-
dauer, quando est seppultum, Iudex illud effodi man-
dare potest. Marant. tit. de inquisit. num. 18. Et hoc
vt inspiciatur per Chirurgos, & Notarium, & alios
officiales. Et quando cadaueris inspectio fuit omis-
sa, processus est nullus. Caron. de indit. tit. de atro-
cit. præmedit. c. 2. sub num. 6. Tertio, quia d. cada-
26 uer est inspiciendum, & recognoscendum, antequam
sit fœtidum; nam quando est fœtidum ascribitur ne-
26 gligentiæ Curiæ, quæ non debet nocere inquisito,
sed d. Curiæ. Vt post multos ostendit Menoch. cons.
27. 75. num. 7. lib. 1. Hinc est, quod dispositio non
procedit, nisi verificetur id super quo fundatur. Glos.
in l. mancipia, in verb. aduocandum, C. de seru. fu-
28 git. Et delictum non potest ascribi alieni, nisi prius
constet illud fuisse commissum, l. 1. §. item illud, ff.
29 ad Syllan. Et sanguis repertus in cadauere, puta exi-
stente in campanea non probat corpus delicti in ho-
micidio; quia homicidium liquidè probari debet per
euidentiam facti, nempè per inspectionem vulnerũ,
vel per testes, d. l. 1. §. item illud, vers. liquidè igi-
tur debet, ff. ad Syllan l. si quando, vers. patefacta,
30 C vnde vi. Nanq; sanguis non parit probationem,
sed coniecturam tantum, ex qua potuit prouenisse
ob aliam causam d. sanguinis effusio. Et cum sit cer-
31 titudo coniecturalis dicitur imperfecta, & non li-
quida probatio. Vt post D. Thom. quem allegat
Menoch. cons. 82. nu. 95. lib. 1. Hinc est, quod quan-
32 do lex requirit probationem sub conditione, illa
debet esse liquida, & vera, & non sufficit probatio
per coniecturam, vt per plura iura, & authoritates
33 ostendit Natt. cons. 29. num. 3. Et ideo in homici-
dio necessariò requiritur inspectio vulnerum, vt per
Gand.

Gand. in tit. de præsumpt. col. 1. in sexto. Brunor. à
Sole in suo vnico cons. crim. nu. 200. Vbi quod com-
34 misso delicto, in quo remanent vestigia, constare
debet per testes, vel per probationes liquidissimas.
35 Et probatio liquidissima illa dicitur, quæ fit ex a∫-
pectu vulnerum, quæ dicitur ocularis, & est per eui-
dentiam optima, & superlatiua omniũ aliarum pro-
bationum. Ità Bal. in rubr. C. de probat. col. 2. se-
36 quitur Natt. cons. 269. nu. 7. Nec omitto, quod in
homicidio liquidè constare dicitur de corpore deli-
cti, quando nihil est probandum. Glos. in l. 1. verb.
liquido, C. de repud. hæredit. Et ideò sanguis præ-
dictus non operatur, vt alia probatione Fiscus non
egeat, ex quo non concludit ex vulnere prouenisse:
37 Immò nec etiam Fiscus in cadauere nõ potest præ-
tendere vulnera haberi pro adnotatis, ex quo cada-
38 uer est putrefactum; & ideò est impossibile vulnera
posse inspici, & adnotari: Nam impossibilitas in ca-
su isto nõ intrat; quia potuit optimè inspici post mul-
tos dies à die mortis ante putrefactionem: At im-
39 possibile illud solum dici potest, quod nullo vnquam
tempore fieri potest. Glos. & ibi not. omnes in l.
quod seruus. ff. de condit. causa data, Menoch. cons.
97. num. 127. lib. 1. Hinc est, quod si delictum sit oc-
40 cultè commissum ignoranti currit tempus ad in-
quirendum. Ità Bart. in l. penult. & fin. ff. si quis te-
stam. liber esse iuss. fuerit. Et ibi Angel. id affirmat.
Idem dicendum est de cadauere v.g. reperto in cam-
41 panea currit tempus Curiæ etiam ignoranti ad in-
spiciendum ante putrefactionem, an adsint vulnera:
Ratio est, quia illud est impedimentum facti, & non
iuris: & lege cauetur, quod tale impedimento cur-
42 rat præscriptio. l. Attilicinius. ff. de seruit. vrban.
predi. Et permissum certo tempore fieri censetur
43 alio tempore prohibitum. l. statu liberum §. Schi-
cum. de legat. Secundo. Et negligentia Curiæ non
debet eidem subuenire. Menoch. de arbitrar. casu
44 341. & cons. 75. num. 7. lib. 1. Ignorantia non
excusat, quando Cadauer maximè iacuit in loco
publico, vbi continuò adsunt viatores, & alii Præ-
45 positi ad custodiam Campaneæ. Et ideò ista crassa
ignorantia, & supina non excusat. c. vt animarum.
de Constitut. in 6. Et à pari iudicantur scire, & velle
de facili scire potuisse, in delictis. Ias. in l. quod te
num. 19. ff. si cert. pet.

DISCEPTATIO XVIIII.

De Resistentia facta Berroariis.

SVMMARIVM.

1 *Eximens se ipsum è manibus Berroariorum non incidit in pœnas contentas in Constitutione Sixti Quinti.*
2 *Pœna quando irrogatur non potest fieri extensio de casu ad casum, & de persona ad personam.*
3 *Interpretatio quando fieri debet, nullam recipit extensionem.*
3 *Verba recipi debent prout iacent, ideò nulla fit extensio.*
4 *Verba in pœnalibus, & odiosis recipi debent, prout iacent.*
5 *Extensio non fit de simili ad similem casum, nec de persona ad personam.*
6 *Ob delictum non perfectum, & non consumatum non potest Iudex imponere pœnam mortis naturalis.*
7 *Eximens iniustè captum è manibus berroariorum nullam meretur pœnam.*
8 *Berroarii in causa graui; quia sunt infames, non admittuntur in testes.*
9 *Ex Berroariorum dictis multi pauperes vexãtur indebitè.*
10 *Resistentia facta berroariis alio modo probari debet, quã ex dictis ipsorum.*
11 *Berroariis non est credendum, etsi dicerent alios testes non interfuisse.*
12 *Delictum non probatur per berroarios.*
13 *Berroarii sunt loco accusatorum, & videntur deponere in causa propria.*
14 *Berroariis non creditur, quando dicunt se offensos.*
15 *Offensus non admittitur in testem.*
16 *Inimicis non est credendum, etiamsi essent in articulo mortis.*
17 *Berroariis potest resisti, quando non habent mandatum à Superiore, vel de perquirendo domum alterius, vel de capiendo ipsum.*
18 *Berroariis potest resisti, quando excedunt modum.*
19 *Berroariis potest resisti, quando acceperunt pignus vltra modum.*
20 *Pignus si accipiatur ab Executore vltra modum, ipsi resisti potest.*
21 *Berroariis potest resisti, quando quis indebitè detinetur.*
22 *Ex carcere aufugiens indebitè detentus, non tenetur de fuga.*
23 *Berroarii impunè possunt occidi, quãdo captura est iniusta.*
24 *Berroarii indebitè, & iniustè capturando habentur pro priuatis personis, & cuilibet permissa est resistentia.*
25 *Resistentia facta Berroariis quando dicatur defensio, & non resistentia.*
26 *Berroariis potest resisti, quando captura est nulla.*
27 *Pro libertatis recuperatione quid iniustè capto competat.*
28 *Captus indebitè in primis, & ante omnia aduersus vim illatam est restituendus.*
29 *Spoliationis causa est prius tractanda.*
30 *Resistentia est licita, quando non præcessit aliqua informatio.*
31 *Resistentia est licita, si ante capturam non fuerunt examinati testes.*
32 *Ad capturam Iudex non debet esse facilis.*
33 *Capturari nemo potest etiam pro crimine enormissimo, nisi legitima præcesserint inditia per examinationem testiũ.*
34 *Processus est nullus, quando legitima non præcesserunt inditia ad formandam inquisitionem.*
35 *Inditium quando est nullum, non potest resultare aliquis validus iuris effectus.*
36 *Captura quãdo est nulla non potest, quando prætenditur, rixam fuisse factam sine armis.*
38 *Decretum irritans quid operetur.*
39 *Captura quando est iniusta, carceratus ante omnia est restituendus.*

40 Captura

40 *Captura dicitur nulla, quando quis fuit carceratus ob simplicem instigatoris, seù offensi accusationem.*
41 *Captura vt sequi possit, requiritur quale quale inditium.*
42 *Captus nulla præcedente informatione debet relaxari gratis absque aliqua impensa.*
43 *Captura est nulla, quando fuit facta ad solam partis querelam.*
44 *Fugæ inculpati suspicio quando adest, Iudex potest ipsum astringere ad fideiubendum de se representando.*
45 *Captura facta de mandato Iudicis incõpetentis est nulla.*
46 *Captura est iniusta, quando in processu non apparet, quod captus sit suspectus de aliquo crimine.*
47 *Confessus etiam spontè non potest capturari.*
48 *Cõfessio, quãuis spõtanea, nõ est sufficiẽs ad condẽnandũ.*
49 *Captura est iniusta, quando fuit facta nulla infamia, & diffamatione præcedente, & non data querela à parte; & inquisitio dicitur etiam nulla.*
50 *Inquisitio dicitur nulla, quando nulla præcessit infamia, seù diffamatione, & querela fuit data à parte offensa, & sine vllo mandato, & ordine Iudicis.*
51 *Cõfessio redditur nulla exceptione ineptitudinis processus*
52 *Processus quando est nullus, seù ineptus, omnia sunt inualida præsertim in minore curatore carente.*
53 *Captura est nulla, quando fuit concessa à Iudice ob simplicem querelam partis offensa.*
54 *Captura non potest concedi, nisi præcedant inditia per depositiones testium.*
55 *Inditia non sunt sufficientia ad capturam, nisi præcedant depositiones testium.*
56 *Ante capturam testes examinari debent.*
57 *Captura est nulla, & iniusta, si ante ipsam non examinentur testes.*
58 *Testes si non examinentur ante capturam, est iniusta.*
59 *Sacerdos, Diaconus, & Subdiac. sũt personæ priuilegiatæ.*
60 *Sacerdos aliquando in diuinis eloquiis Dii, aliquando Angeli vocantur.*
61 *Sacerdotes etiam à Regibus iudicari, dignum non est.*

1 BErroariis resistens, ac ab eorum manibus se exi-
mens in pœnam contentam in Constitut. Sixti V.
non incidit; quoniam d. Constitutio loquitur tantum
in tertio eximente captum è manibus dictorum Ber-
roariorum, non autem in eo, qui semetipsum exemit:
Ideò quando sumus in his, quæ pœnam irrogat non
potest fieri extensio de casu ad casum, nec de persona
ad personam. Ias. communem dicens, l. cum quidam,
in 7. notab. ff. de lib. & posthum. Suarez. in suis com-
mun. opin. nu. 241. Menoch. de arbitrar. casu 276.
2 nu. 22. Vnde quando interpretatio fieri debet, nullam
recipit extensionem, sed verba recipi debent, prout
3 iacent. Corrad. cons. vlt. nu. 4. Paris. cons. 38. nu. 24.
lib. 2. Crauett. cons. 161. nu. 16. Alciat. respons. 96.
4 num. 29. Vbi quod in odiosis, & in pœnalibus verba
recipi debent prout iacent. Hinc infertur, quod quã-
do constitutio est contra naturalem æquitatem, nun-
5 quàm fit extensio de simili ad similem casum, nec de
persona ad personam. Bal. l. 3. C. de iur. dot. & in
c. 1. tit. de agnat. & cognat. Cæterum fortius loquitur
in eximente captum e manibus executorum; Et sic
in eo, qui consumauit delictum; sed in tentante se-
metipsum eximere non; quia de consuetudine totius
Italiæ in quocunque atrocissimo crimine non potest
6 Iudex ob delictum non perfectum, & non consuma-
tum imponere pœnam mortis naturalis. Vt not. om-
nes in l. 1. §. 1. in fin. ff. quod quisq; iur. Boer. decis.
316. nu. 3. Gram. decis. 2. nu. 8. cum seq. & not. 9. n. 4.
Hyppol. Riminal. cons. 327. nu. 11. lib. 3. Immò etiã
7 dicitur, quod eximens aliquem iniustè captum è ma-
nibus berroariorum nullam incurrerur pœnam. Rolan.
cons. nu. 45. lib. 1. vbi nu. 47. testatur de communi
8 opinione. Et in huiusmodi casu dd. berroarii, cum
sint infames, eo quia causa est tam grauis, contra d.
eximentem non admittuntur in testes. Bart. in extrau.
ad reprimendum, in verb. per nuncium, nu. 10. Clar.
9 q. 7. vers. habes igitur, ad fin. Quarè d. resistentia
berroariis facta probari debet alio modo, quam ex
10 dictis ipsorum. Alciat. de præsump. reg. 3. præsump.
15. nu. 7. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 115. n. 8.
Menoch. de arbitrar. qq. casu 112. nu. 15. vbi ait, id
procedere, etiamsi Satellites essent plures, nec dissen-
tit Bosi. tit. de denunt. nu. 12. Vbi quod ista conclusio
nullam habet difficultatem, cum quotidiè multi pau-
peres ex satellitum dictis vexantur indebitè: Et ma-
ximè est probanda alio modo d. resistentia, quando
11 prætenditur facta de die, & in via publica, vbi alii te-
stes actu, & habitu habiles haberi potuerunt. Itaque
berroarii vt inhabiles non admittuntur. cap. fin. vbi
not. omnes, de test. cogen. Anton. Gomez. variar.
resolut. tom. 3. c. 12. rubr. de proban. delict. nu. 21.
Diaz. in pract. crim. c. 120. vers. potest tamen con-
siderari. Nec eis est credendum; etiamsi dicerent,
alios testes non interfuisse, vt per Afflict. in constit.
Regni, rubr. 10. super constit. humanitate, in 6. no-
12 tab. Vbi quod crimen non probatur per satellites;
quia sunt loco accusatorum, qui non possunt esse te-
13 stes, & vidétur deponere in causa propria. Immò eis
non creditur; etsi dixissent, alios testes non adfuisse,
14 vt benè explicat Afflict. in loco præcitato. Et maxi-
mè eis non creditur, quando dicunt se offensos; quia
ridiculum est dicere, admittendos esse offensos in te-
15 stimonium. Ita Bal. in l. pen. §. 1. ff. solut. matrim.
16 Blanc. in l. fin. n. 104. ff. de quæst. At inimicorum di-
ctis non est standum; etiamsi essent in articulo mor-
tis. Marf. in l. 1. §. præterea, ff. de quæst. nu. 7. Gram.
cons. 45. num. 6. & 16. vbi ait id procedere, etiamsi
aliter veritas haberi non posset.
Quinimmò dicitur, quod d. resistentia est licita, &
17 potest fieri dd. berroariis in pluribus; nempè quan-
do non habent mandatum in scriptis à Superiore, vel
de perquirendo domum alicuius, vel de ipsum captu-
rando, prout tenentur habere. Et maximè licita est,
quando inquisitus facit instantiam videndi mandatũ
l. prohibitum, C. de iure Fisci, & ibi Bart. Boer. decis.
170. n. 2. vers. quia habens mandatũ de capiendo. Ias.
l. cũ proponas, n. 7. C. de pac. Clar. q. 29. in fin. vbi al-
legat Angel. in l. item apud labeonẽ, §. si quis virginẽ,
ff. de iniur. Vbi dicunt omnes, quod eo casu licita est
18 resistentia. Item licita est, quandò excedunt modum

in exequendo, v. g. quando capturarunt equum pro iulijs septem tantum, & pignoratus voluit eis dare pi-
19 gnus valens 15. quia acceperunt pignus vltra modū debitum. Corsett. in suo singul. in verb. officialis 2. incipien. Officiali excedēti modum. Per Text. vbi Bart. in l. contra nostram, C. de exactor. & executor. lib. 12. vbi Bart. dicit illam esse legem notandam con-
20 tra executorem accipientem pignus vltra modum. Idem affirmat Put. tract. de Scyndic. in verb. Resistentia, in c. 1. an si Iudex, nu. 8. vers. facientibus vltra
21 modum. Item licita est, quando quis indebitè detinetur. Tradit in propriis terminis Bart. l. vis eius, in princ. C. de probat. Refert, & sequitur Boss. tit. de cap-
22 tura, n. 6. vbi ait, quod carceratus, & indebitè detentus aufugiens non tenetur de fuga. Itē licita est, quan-
23 do captura est iniusta; immò ipsi Berroarii impunè possunt occidi, d. l. prohibitum, C. de iure Fisci, lib 12. Petr. a Placa in Epit. delict. c. 38. n. 7. in fin. & c. 28. nu. 9. Et in isto casu berroarii sic iniustè capturando
24 habentur pro priuatis personis, & cuilibet permissa est resistentia ob vim sibi factam. l. vt vim, vbi not. omnes, ff. de iust. & iur. prout in terminis tradit Seraph. tract. de priuil. iuram. priuileg. 132. n. 37.
25 seqq. quoniam isto casu non dicitur resistentia, sed defensio. Vt per plura iura, & authoritates ostendit Gratis. cons. 51. num. 2. & num. 7. ait, quod resistens potest isto casu vulnerare, & occidere. Luc. de Penna, & Put. quos allegat. Item licita est, quando
26 captura fuit facta nulliter, & iniustè siue facto Iudicis, siue facto partis; quia tunc capto vis expulsiua,
27 cum priuetur propria libertate contra ius; & pro recuperatione libertatis ad primeuum statum competit remedium, seu interdictum recuperandæ. In
28 tantum vt imprimis, & ante omnia aduersus vim illatam veniat restituendus. Sunt Text. aperti, & clari in bpleriquis vbi Bal. & Castr. ff. de in ius vocan. l. 1. & 2. ff. de delict. hom. exhib. Et de interdictis recuperandæ est Glos. ordinaria. Vbi etiam DD. in c. cum inter, in Glos. 12 ad fin. extra de except. est Glos. in c. sollicitudinem, post princ. in illis verbis, Et potens se ad eum statum, de appell. Et quod veniat tanquàm spoliatus restituendus, & causa spolia-
29 tionis in primis tractanda. Facit Text. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi. l. meminerint, & vtraque DD. C. vnde vi. Felyn. in c. ad agendum, de reg. iur. Bart. notabiliter in sua celeberrima q. 6. quæ incipit lapus fuit captus, num. 1. seq. & per totam quæst. Caput. pariter in suis cons. ciuil. cons. 19. num. 2. seq. Et per totum cons. benè, & notabiliter, atque realiter in hac materia consideratum. Item est lici-
30 ta, quando non præcessit aliqua informatio, & non adfuit Iudicis mandatum. Salyc. in l. fin. col. vlt. C. de quæst. Sequitur Boss. tit. de captura, num. 82. Item
31 est licita, si captura fuit antequàm examinentur testes super verificatione querelæ, & ità practica se habet. Tradit Marsil. §. constante, n. 11. vers. redeundo modo ad propositū, & aliter faciēdo Iudex tenetur in Scyndicatu. Clar. q. 48. vers. scias autem, Foller. in sua prax. crim. vers. studeat se ornare, nu. 58. Vbi monet Iudices, vt non sint faciles ad capturam eorum, qui per accusatores deferuntur: Solent enim vt plurimū offensores recurrere ad Iudices, & falsas exponere
32 querelas, & eludunt Curiam. Nec facit, si dicatur v.g. nos esse in crimine enormissimo, vt puta falsita-
33 tis; quia in quocunque crimine etiam læsæ maiestatis quis de iure non potest capi, nisi legitima præcesserint inditia per examinationem testium. Hyppol. §. constante, nu. 2. Rolan. cons. 17. num. 3. vol. 3. Immò
34 processus est nullus, quando nulla præcesserunt inditia ad fundandam inquisitionem. Vt cantat Constitutio Pii Quinti contra condemnatos: Ratio est eui-
35 dens, quia vbi inditium est nullum, non potest resultare aliquis validus iuris effectus. Rom cons. 224. per l. si filius, la 2. ff. de interrogat. act. Item est licita,
36 quando captura est iniusta, seu nulliter facta, vel fieri non potest à principio, nec superueniente legitima probatione; quia tunc non potest sustineri, & iustificari; Ideò in primis debet declarari nulla, & inualida, & carceratus pristinæ libertati restitui debet. Bart. l. quondam, vbi Alex. adducit concordantes, §. omnia, ff. de acquir. dom. Felyn. c. cum dilecti, nu. 4. ad fin. de rescript. Rom. cons. 241. nu. 5. circa med. vbi alios citat in decis. 151. nu. 4. par. 2. diuers. Et ita cōcludit Cæpoll. cons. 19. & Bart. in d. q. 6. Paris. cons. 101. sub nu. 7. lib. 3.

Cæterum benè est aduertendū, quod d. captura dicitur nulla, & iniusta, nec fieri potest ex pluribus. Pri-
37 mò quando prætenditur rixam fuisse factam sine armis: Idq; expressè constat per Constit. Pauli III. ad fauorem carceratorum editā nu. 58. vers. pro iniuriis verbalib. in 1. par. Bullarii, vbi prohibet, quem capturari pro altercatione sine armis. Quæ Constitutio re-
38 peritur confirmata à Pio V. Et quia in d. Constitutione adest decretum irritans, operatur quod processus, & omnia inde secuta pro non fabricatis, & nō factis habentur. Abb. c. dilectus, n. 14. de præben. Felyn. c. accessissent, col. 4. vers. tertia declaratio, de constit. c. penul. de præben. in 6. Ruyn. cons. 70. col. 3. vol. 5. Gabr. tit. de claus. concl. 3. n. 57. Quinimò d. decretū operatur, quod d. captura sit ipso iure nulla. c. penul. de præben in 6. Ruyn. cons. 70. col. 3. vol. 5. Gabriel. tract. de claus. nu. 56. seq. post alios, quos allegat. Se-
39 cūdò est nulla, & iniusta; quādo iniustè quis fuit carceratus; vndè est restituendus, quia dicitur priuatus propria libertate. Soc. cons. 59. col. 2. vol. 3. Cæpol. cons. ciuil. de captura, nu. 82. Tertiò quando quis fuit
40 carceratus ob simplicem instigatoris, seu offensi instigationem, seu accusationē nulla præcedente infor-
41 matione; quia requiritur quale quale inditiū. Salyc. l. nullus, C. de exhib. reis, Boss. tit. de captura, nu. 3. Et
42 propterea captus nulla præcedente informatione debet relaxari gratis absq; aliqua impensa. l. fin. §. nullo tempore, ff. de lib. hom. exhib. Bal. & Ias. l. si pacto, quo
43 pœnam, C. de pact. Quartò est nulla, & iniusta, quādo fuit facta ad solā partis querelā pro quocūq; crimine graui, seu leui, nisi vltra querelā adsint in actis aliqua suspicio, seu præsūptio. Farin. de carcerib. & carcerat. q. 27. nu. 128. Verum quando esset periculum fugæ
44 incul-

44 inculpati, tunc Iudex potest d. inculpatum astringere ad sideiubendum de se repræsentando. Quintò est
45 nulla, quando fuit facta de mandato Iudicis incompetentis: Et tunc aduersarius, seu creditor amittit ius sui crediti. Ita Bal. in c. causam matrimonii, in fin. de offic. deleg. allegat Cyn. in l. fin. ff. quod met. caus.
46 Quod procedit etiam in eo, qui est iuratus, & captus vti suspectus de fuga. secundum Bal. cons. 285. col. 1.
47 lib. 1. & cons. 318. lib. 4. Sextò est nulla, quando in processu non apparet, quod captus non sit suspectus de aliquo crimine, quod spontè fuit confessus. Vndè
48 fit, quod eius confessio, quamuis spontanea non videatur sufficiens ad condemnandum. Ità mirabiliter scribit Anchar. cons. 24. quē refert, & sequitur Alex. ad Bart. in l. qui in aliena, §. Celsus, ff. de acquir. hære-
49 dit. Septimo est iniusta, quando fuit facta nulla præcedente infamia, & diffamatione, & non data querela à parte offensa, & sine vllo mandato, & ordine iu-
50 dicis, & tunc inquisitio dicitur nulla, & in totum corruit, vt per Marf. cons. 130. nu. 5. seq. omnino videndus qui loquitur in fortioribus terminis, & concludit per multa iura, & authoritates, quod contra aliquem non potest inquiri de aliquo delicto, nisi præcedente illius diffamatione; Et si inquiratur, & captus confiteatur,
51 d. confessio exceptione ineptitudinis processus redditur nulla. Et quod ista exceptio potest opponi etiā post sententiam, quæ transitum fecisset in iudicatum; & reddit omnia anteacta, & quoscunq; processus ante factos nullos, & inualidos, præsertim in minore curatore carente, & in criminalibus, vt ibi per eum &c.
52 Octauo est nulla, quando fuit concessa à Iudice ad
53 simplicem partis offensæ, seu instigatoris querelam
54 inditus legitimis non antecedentibus, v.g. quod in-
55 ditia præcedere debent per depositiones testium. Marf. in §. constante, nu. 21. vbi de comm. Eugen.
56 cons. 64. nu. 14. seqq. vbi dicit veriorem, & magis communem opinionem esse, & ex consuetudine to-
57 tius Italiæ, vt ante capturam examinentur testes; aliter captura est iniusta, & nulla. Clar. q. 28. nu. 1 in fin. Honded. cons. 100. seu 108. n. 23. seq. vol. 1. Petr. de Surd. cons. 182. nu. 2. vol. 2. Et hoc procedit etiam in atrocissimis delictis. Marf. d. §. constante, nu. 2. Farin. q. 27. nu. 124. Honded. cons. 94. n. 8. vol. 2. Quod eo magis dici debet, quando persona est in sacris ordi-
58 nibus constituta; vt Sacerdos, aut Diaconus, vel Subdiaconus, qui est persona priuilegiata, vt per Scacc. tract. crim. q. 42. nu. 13. Ratio est, quia Sacerdotes
59 in diuinis eloquiis aliquando Dii appellantur, aliquando etiam Angeli, & à Regibus sunt honorandi, non iudicandi. Dicente Constantino Imperatore, dignum non est, vt nos iudicamus Deos. 11. q. 1. Sacer-
60 dotis nomen componitur ex dictionibus, Græca dos, idest datio, & latina Sacer. vt 21. di t. Cleros. sicut enim Rex à regendo. sic Sacerdos à sacrificando dictus est. Et Sacerdotes Gentilium dicebantur Flamines, quasi Filamines a filo, quod gerebant in capite in signum Sacerdotii. Aliqui fuerunt Protoflamines. Vt in c. Cleros, prælleg. vocab. iuris in verb. Sacerdos.

DISCEPTATIO XX.

De Cautione de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor in promissione non cogitat de leui percussione.*
2 *Verba generalia restringuntur ad id, de quo cogitatū est.*
3 *Cautio non dicitur rupta, quando quis alium leuiter percussit.*
4 *Pro altercationibus sine armis factis quis capturari minimè potest.*
5 *Decretum irritans anullat, quod fit contra ipsum.*
6 *Modicum quod est, generaliter non arctatur.*
7 *Parum, & nihil æquipàrantur.*
8 *Modicis, & paruis multa conceduntur, quæ non conceduntur in magnis.*
9 *Sententia sine scriptis conceditur in modicis, & paruis, quæ non conceditur in magnis.*
10 *Minimum quamuis attendi soleat in puniendis delictis, tamen non attenditur in leui percussione.*
11 *Percussio leuis nullum continet delictum.*
12 *Cautio de non offendendo non dicitur rupta propter leuem percussionem.*
13 *Offensio leuis non dicitur deducta in stipulatione.*
14 *Offensio modica in pœna conuentionali non est in consideratione.*
15 *Fideicommissum per offensam reuocatur, si verò fuerit leuis, non reuocatur.*
16 *Vulnusculum non videtur in se habere delictum.*
17 *Percussio leuis non videtur damnum inferre.*
18 *Offensus quando est vilis persona, offensa non est curāda.*
19 *Armorum appellatione non venit instrumentum ferreum paruum.*
20 *Armorum appellatione non veniunt fustes, lapides, &c.*
21 *Cautio de non offendendo non dicitur rupta, quando vulnus fuit modicum.*
22 *Vulnus modicum non rumpit pacem, nec cautionem de non offendendo.*
23 *Percussio leuis non est in consideratione, cum damnum non inferat.*
24 25 *Vulnus non verificatur in modica effusione sanguinis.*
25 26 *Pax non dicitur rupta ob nouam superuenientem causam.*
27 *Causa noua excusat, quando constat in processu; nè promissioni de non offendendo contrauentum dicatur.*
28 *Promissio de non offendēdo intelligitur rebus sic stātibus.*
29 *Promissio generalis de non offendendo quommodò intelligatur.*
30 *Causa noua non solum excusat, sed præbet iustam offendendi causam.*
31 *Causa plurium est consideranda.*
33 *Causa noua leuissima, & puerilis à fractura cautionis de non offendendo quem pœnitus excusat.*
34 *Causa noua ex pluribus deprahenditur.*
35 *Causa noua deprahenditur, quando rixa non fuit præmeditata.*
36 *Causa noua est, quando rixa non fuit facta inter principales.*

37 *Causa noua est, quando offensus aliquando allocutus fuit eum offendente.*
38 *Causa noua est, quando offensus inimicitiam nõ retinuit.*
39 *Causa noua est, quando causa, ex qua de non offendendo promissum fuit, leuissima fuit, nempè quando verbales non interuenerunt iniuriæ.*
40 *Causa noua est, quando adest temporis cursus.*
40 *Temporis cursus iniuriæ obliuionem præsumi facit.*
41 *Causa noua, & antiqua concurrentibus ex noua præsumitur.*
42 *Causa an excuset, verisimilitudo est attendenda.*
43 *Causa in ruptura cautionis de non offendendo qualis esse debeat.*
44 *Causa noua ex ludo, & ebrietate etiam in probo viro esse potest.*
45 *Author rixæ semper dicitur in culpa.*
46 *Author rixæ legibus est valdè exosus.*
47 *Author rixæ potest occidi absq; incursu pœnæ.*
48 *Vulnerans si aufugiendo non posset offendi, daretur occasio delinquendi.*
49 *Offensus non potest habere stateram præ manibus, & mensurare ictus.*
50 *Dolore promotus non est in plenitudine intellectus.*
51 *Metus improuisus tollit rectum deliberandi iudicium.*
52 *Inimicus reconciliatus maximè de recenti à testimonio repellitur.*
53 *Inimicus reconciliatus repellitur etiam in criminibus exceptis.*
53 *Inimicus etiam antiquus reconciliatus non est omni exceptione maior.*
53 *Inimicitiam contrahens cum vno de vna familia, nõ solum præsumitur ipsi inimicus; sed etiam omnibus de eius familia.*
54 *Pax quando fuit facta, seù data cautio de non offendendo inter plures insolidum, quid agendum.*
55 *Offensa, quæ fit vni ab vno alia est, ac etiam alia est, quæ fit alii ab alio.*
56 *Promissio de non offendendo quomodo sit intelligenda.*
56 *In promissione de non offendendo in dubio quilibet pro eius facto promisisse censetur.*
57 *Fama bona probata Rei, quæ est indicium ipsius innocentiæ, tollit famam malam.*
58 59 *Fama bona facit corruere ipsam Inquisitionem.*
60 *Fama bona Rei tollit indicia etiam indubitata.*

QVamuis per Fiscum dicatur, quod in pacis, seù cautionis stipulatione de non offendendo adsint illa verba generalia. Nec facto, nec verbis, &c. quæ vi-
1 dentur comprehendere omnem speciem offensionis, tamen fideiussor, in promissione non cogitat de leui
2 percussione: Et verba etiam generalia restringuntur ad id, de quo cogitatum est. Tradit Aym. cons. 3. n. 11.
3 vol. 1. Quarè quando quis aliũ leuiter percussit, cau-
4 tio non dicitur rupta; quoniam pro altercationibus sine armis factis quis capturari minimè potest, vt habetur expresse in Constit. Pauli III. ad fauorem carceratorum edita in Bullario, nu. 58. in 1. par. vers. pro
5 altercationibus &c. Quæ Constitutio cum habeat decretum irritans annullat, quod fit cõtra d. decretum. Oldrad. cons. 319. col. fin. vers. immo si Prælatus, c. penult. de præben. in 6. Ruyn. cons. 70. col. 6. vol. 5. Gabriel tit. de claus. concl. 3. nu. 57. Abb. c si dilectus, n. 14. de præben. Gabr. post alios, quos allegat, tit. de
6 claus. concl. 3. n. 56. Hinc infertur, quod in omni materia quod modicum est, generaliter non arctatur. l. si debitori, ff. de iudic. Felyn. c. fin. §. 1. col. 2. in fin de
7 off. deleg. Et ideò paruum, & nihil æquiparantur, §. 1.
8 instit. tit. ad l falcid. Multa enim conceduntur in modicis, & paruis, quæ non conceduntur in magnis. Vt
9 aliquando fertur sententia sine scriptis. Ad trad. per Mars. cons. 80. nu. 2. lib. 2. licet talis regula soleat limitari in casibus, in quibus versatur fauor publicus,
10 ità vt minimum etiam tunc attendi soleat, vt in puniendis delictis. Text. est, in §. Gallinarum, Instit. tit. de furt. Tamen hæc limitatio non habet locum in le-
11 ui percussione; cum leuis percussio nullum conti-
12 neat delictum; & consequenter cautio non dicitur rupta, prout à fortiori arguit Coriett. de minim. paterg. primum nu. 5. sequitur Mars. d. cons. 80. Et op-
13 tima ratione quidem; quia leuis offensio non intelligitur deducta in stipulatione de non offendendo; etiamsi generaliter fuerit prouisum non offendere, latè scripsit Paris. cons. 165. vol. 4. ex doctrina Bal. l. si prædium, col. 4. C. de Edilit. act. Idem tenet in cons.
14. 195. ad fin. lib. 2. Et quod in pœna conuentionali modica offensio non sit in consideratione. Est Text. expressus l. 3 §. fin. cum l. seq. ff. de adimen. legat. Vbi
15 quod fideicommissum reuocatur per offensam: Si verò fuerit leuis, non reuocatur. Et Alber. in d l. sequante fin. quod hæc leuis offensio, vt offensa dicatur
16 per illum Text. Tamen non est curanda; nec etiam vulnusculum; quia non videtur in se habere delictũ.
17 Per l. 1. vers. perinde, ff. de edilict. edict. Et quod leuis percussio non dicatur damnum inferre. Est text. in l. si seruus serui, §. rupisse, & seqq. ff. ad l. Aquil. Idq; eo magis videtur dicendum, quando offensus est vilis persona. Tradit Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1131. num. 4.

Immò etiam dicitur, quod d. cautio de non offen-
18 dendo nec etiam dicitur rupta, quando quis vulgariter loquendo v. g. *con vn Falcione* vulnerauit alium;
19 quoniam armorũ appellatione non venit instrumentum ferreum paruum, vt temperator, cultellus paruus ad incidendum panem, & similia. Vt Auth. de armis,
20 §. soleas autem, vt ibi not. Prout nec etiam veniunt fustes, lapides, & similia. Ità Angel. in l. si de pignore, §. sed si furẽ, ff. de fur. Et Rom. in l. 1. §. occisorum, ff. ad Syllan. Et quod fustes, lapides, &c. nõ veniunt ap-
21 pellatione armorũ. Glos. est singularis in Clem. 1. de stat. Monach. Angel in verb. vno stocco, n. 1. Et multo magis d. cautio non dicitur rupta, cum vulnus fuerit ità modicũ, quod infra biduũ vulneratus conualuit, & iuit per Ciuitatem, ac etiã per alia loca. Bal in l. 1. §. id autẽ, ff. de edil. edict. c. pro illorum, in fin. de sent. excom. Abb. in c. proposuisti, de consecr. Eccl. Vbi
22 quod in simili modicum vulnus (vt dictum est) non dicitur in se habere delictum. Et maximè quando est sine vllo vitæ periculo, sicut non rumpit pacem,

multo

14 multo minus Cantionem de non offendendo : Ra-
tio eſt, quia non ſolum non verificatur in aliqua
modica effuſione ſanguinis. Abb. & Felyn. in d. c.
Cum illorum. Vbi Gloſ. de ſent. excomm. Hercul.
de caut. de non offenden. c. 26. n 10. & c. ſeq. n.8.
15 Sed etiam quia leuis percuſſio non eſt in conſidera-
tione, cum damnum non inferat, vt ſuperius dictũ eſt.
Quinimo etiam dicitur, quod non eſt rupta d. Cau-
26 tio, quando vulnus fuit illatum ob nouam, & ſuper-
uenientem cauſam l. Cum queritur cum duobus ſeqq.
ff. de except. rei iudic. l. ſi certa. C. de tranſact. Alciat.
l. cum proponas la 2. C. de pac. Vulpell conſ. 53. n. 2.
27 Ratio eſt, quia noua, & ſuperueniens cauſa, quando
conſtat in proceſſu, iuxta conſtitutionem Pii Quinti
excuſatione promiſſioni de non offendendo contra-
28 uentum dicatur d. l. Cum queritur. Et Vulpell. conſ.
27 n. 2. ſeq. Ratio eſt, quia promiſſio huiuſmodi inter-
pretatur rebus ſic ſtantibus, & aliqua noua cauſa mi-
nime ſubſequente l. quero, §. inter locatorem cũ vulg.
ff. locat. quam communi voto approbauit Alex. l. aut
facta. §. cauſa, ff. de pœn. conſ. 19. n. 1. & conſ. 115.
nu. 4. Vbi de communi teſtatur. Et eſt nimis certa
concluſio, de qua d. Alex. ad Bart. d. §. cauſa l. ſe-
mel mora. ff. ſolut. matrim. Vulpel. conſ. 7. n. 15. &
conſ. 10. n. 39. & q. 45. nu. 4. Et maximè Bal. d. l.
ſemel mora c. I. de pac. tenen, Anton. Butr. & Imol.
cap. Cum inter de renun. ex eo Text. dicenes ge-
29 neralem promiſſionem de non offendendo ex cauſa
de preſenti, & de preterito, & non de futuro, vel ſub-
ſequenti interpetrandam. Alex. ad Bart. d. l. ſemel
mora. §. aut facta. d. conſ. 19. n. 1. & d. cōnſ. 115.
in 4. qui de communi teſtatur. Rom. conſ. 183. re-
ſpondendo pro eo, cui hircinum opprobrium impu-
tatum fuit. Iaſ. in l. qui ſeruum de verb. obligat. & l.
quid ergò. §. ſi hæres. ff. de leg. 1. Marſ. conſ. 76. n.
30. conſ. 119. nu. 2. conſ. 122. nu. 18. ſingul. 503.
Seiſell. Dec. Alciat. l. cum proponas. 2. de pac. Ti-
raq. l. Boues. §. hoc ſermone de verb. ſignif. Soc. Iun.
conſ. 163. lib. 3. Gratt. conſ. 105. n. 1. & conſ. 73.
n. 2. Pariſ. conſ. 164. in fin. & conſ. 7. nu 13.
Ex prædictis igitur infertur, quod noua cauſa non
30 ſolum excuſat, ſed iuſtam præbet offendendi cau-
ſam, d. l. aut facta, §. cauſa, vbi Bart. ff. de pœn.
Ex verbis Saturnini dicentis ibi in maleficiis cauſam
31 plurium fore conſiderandam, ſicut nec tranſactio-
ni, nec ſententiæ quis contrauenire dicitur, ſi ex no-
ua, & ſuperuenienti cauſa contrauentum propona-
32 mus. Rom. conſ. 155. & 258. & poſt alios Alciat.
d. l. cum proponas, in princip. C. de pac. Vulpell.
33 conſ. 8. num. 1. Et cauſa noua etiam leuiſſima, &
puerilis à cautionis fractura de non offendendo,
quem pœnitus excuſat. Iuxtà doctrinam d. Bart.
hodie ſine controuerſia recepta in d. l. aut facta,
§. cauſa, ff. de pœn. Ruyn. conſ. 10. in 4. Vulpell.
conſ. 98. num. 5. Alex. in d. l. ſemel mora, de verb.
obligat. & Iaſ. in d. l. qui ſeruum, de verb. obligat.
Rom. in terminis conſ. 181. Pariſ. conſ 165. num. 6.
in 4. Vulpell. conſ. 98. num 5.
Verum vt in huiuſmodi caſu omne tollatur dubiũ,
34 ac omnis leuetur difficultas, dicitur, quod noua
35 cauſa ex pluribus deprȩhenditur. Primo quando
36 rixa non fuit præmedi‑tata. Item quando d. rixa nõ
37 fuit facta inter principales. Item quando offenſus
aliquando fuit allocutus cum offendente. Item quan-
do offenſus inimicitiam non retinuit, ſed amicabili-
38 ter cum offendente conuerſatus fuit. Item quando
cauſa, ex qua de non offendendo promiſſum fuit, le-
uiſſima fuit, nempè in qua verbales non interuene-
runt iniuriæ. Vulpell. conſ. 77. num 17. Item quan-
39 do adeſt temporis curſus; cum tunc facilè noua
39 præſumatur cauſa: Ratio eſt, quia temporis curſus
iniuriæ obliuionem præſumi facit. l. peregrè, ff. de
acquir. rer. domin. Alex. d. conſ. 115. Vulpell. conſ.
53. num. 8. Item d. noua cauſa præſumitur ex recon-
40 ciliatione ſubſecuta. Bal. l. Athletæ, §. dat remiſ-
ſionem, ff. de excuſat. tutor. Per Text. in §. fin. Inſtit.
de iniur. Vulpell. d. conſ. 53. num. 7. Item noua cau-
41 ſa præſumitur, quando non principalis, ſed com-
prehenſus offenditur. Vulpell. conſ. 7. nu. 8
Cæterum vltra ſupradicta illud etiam eſt aduerten-
dum, quod cauſa noua, & antiqua concurrentibus,
42 ſiue apparentibus in dubio ex noua præſumitur.
Ex doctrina Bal. communiter recepta in d. l. ſi præ-
dium, num. 12. C. de Edilict. action. quem ſingula-
rem dicunt Alex. Iaſ. in l. qui ſeruũ, de verb obl. Alex.
in l. ſemel mora, ff. ſolut. matr. d. conſ. 19. in primo, &
conſ. 115. in quarto, Dec. cōſ. 406. Pariſ. d. conſ. 165.
n. 26. in quarto. Gratt. conſ. 71. Cæphal. conſ. 35. Vul-
pell. conſ. 53. num 5. & conſ. 3. num. 14.
Non valet, ſi per Fiſcum dicatur, quod in cautio-
ne de non offendendo, ſeù in pacis ruptura requiri-
tur, quod cauſa ſit iuſta, ideſt quod ſit à lege ſic ap-
probata, vt licita ſit verberatio, ſeù occiſio. Vt in l.
Gracchus, C. de adul. & ſimil. quia ſatis eſt, vt einſ-
43 modi ſit, quæ percutientem ad iracundiam, quȩ etiã
in probo viro cadere poſſit, mouere potuerit. Bald.
conſ. 57. nu. 1. aliàs 195. in 2. in nouiſ. incip. lauda-
re vos, col. 3. Vbi probat eam cauſam, quæ ex ludo,
44 vel ebrietate proceſſit, ſatis eſſe. Et ex Alex. conſ.
19. de eo, qui grauiter percuſſerat percutientem eius
bouem damnum dantem, quæ accuſare debuerat.
Et licet hæc à delicti pœna non excuſent, non ſequi-
tur, quin à conuentionali, ſeù pacis pœna excuſatio-
nem præbeant, cum non conſtet offenſionem non ex
antiqua iniuria, ſed ex noua cauſa, quæ offenſi cul-
pa proceſſit, ſecutam fuiſſe. Vulpell. q 48. nu. 7.
Et vt clarius, & ſecurius in huiuſmodi caſu proce-
datur per Iudicem, illud eſt ei omninò vidẽdum, quis
45 fuerit author rixȩ; quoniã rixȩ author ſemper dicitur
in culpa, & contra ipsũ omnis deterior fieri debet in-
terpretatio. Ad trad. per DD. in d. l. cum proponas, la
2. C. de pac. Rolan. conſ. 63. nu. 3. vol. 1. Vulpell. q. 1.
& q. 8. Bal. in l. ſi ex plagiis. §. Tabernarius, ff. ad l. A-
quil. Felyn. c. ſignificaſti, col. antepen. de homic. Et
46 author rixȩ eſt adeò exoſus legibus, q̃ ſanctius eſt ip-
sũ punire, quã rixantes ad concordiã reuocare. Felyn
in rubr. de treg. & pace. Nec diſſentit Boſſ. tit. de pace,
47 n. 30. Immò dicitur, quod author rixæ poteſt occidi

Raptores, in fin. C. de Episc. & Cler. Abb. & alii in
c. 1. de offic. deleg. Corn. conf. 8. col. 2. lib. 3. vbi
attestatur hanc esse communem opinionem. Seù ad
homicidium fuerit specialiter vocatus in aliquo lo-
co, vt d. homicidium committeretur. Prout tradunt
Salyc. Calder. & Anchar. conf. 16. communi voto
reddito per eos inter conf. Anchar. ad fin. Nec dis-
sentiunt Marf. in l. nihil interest, nu. 20. & in l. fin.
num. 28. ff. ad l. Cornel. de Sycar. Foller. in pract.
crim. par. 2. vers. capiatur informationem, nu. 59.

Verum auxiliator non dicitur, qui incidenter, seù
3 casualiter ad locum homicidii accedit. Ità Bal. in d.
l. ob hæc verba, ff. de his, qui not. infam. loquens in
fortioribus terminis, etiamsi quis stetisset armatus.
Idem scripserunt Felyn. in c. sicut dignum. nu. 6. in
fin. de homic. Rom. conf. 117. Nec etiam qui distat
à loco commissi homicidii. Tradit Bal. d. l. ob hæc
verba, ad fin. Refert, & sequitur Ias. conf. 137. in
fin. vol. 1. Nec etiamsi probato tractatu. Paris. conf.
152. nu. 33. vol. 4. Bursatt. conf. 65. nu. 11. Vbi ad-
ducit concordantes. Prout nec etiam præsumitur, si
solumodò assistit, nisi præcesserit tractatus. l. 3. §. ho-
mines, ff. de vi bon. rapt. Marf. in pract. §. constan-
te, nu 45. & conf. 34. & l. vnica, nu. 8. C. de raptu
Virg. Vulpell. conf. 96. num. 3.

Itaque vt quis de auxilio præstito possit puniri, ne-
4 cesse est, vt ex proposito, & data opera auxilium pre-
stiterit, aut accesserit ad auxilium præstandum,
d. l. 2. §. homines, ibi ad hoc coactus vt dam-
num daretur, ff. de vi. bon. rapt. Quem Text.
ad id Anchar. allegat conf. 216. in fin. Quod conf.
5 fuit compositum per tres Excellẽtes Doctores. Alex.
l. si duo patroni, in princ. ff. de iureiur. Gram. decis.
25. nu. 9. concurrente maximè coniunctione sangui-
nis, quam considerant DD. vt post multos, quos al-
legat, tradit Philipp. Port. conf. 206. nu. 11. Et ad
6 hoc, vt teneatur de auxilio, necesse est, quod probe-
tur, quod præcesserit tractatus ad afferendum auxilium
præstandum, & quod principaliter ad hũc finem ac-
cesserit, aliàs non teneatur de prætenso auxilio: Sed
7 semper præsumptio est, quod sine dolo interuenerit
delicto. Castren. conf. 277. lib. 2. Aug. de Arimin. in
addit. ad Angel. de malef. in verb. Andream auxilia-
torem, col. 5. vers. intellige tamen prædicta. Et in
8 hoc casu ignorantia facti excusat. l. pen. C. ad l. Iul.
de vi publ. & priuat. Salyc. loquens in propriis ter-
minis l. 1. nu. 19. C. de rapt. Virg. Bal. conf. 41. 185.
vol. 5. sequitur Paris. conf. 152. num. 29. seq. vol. 4.
9 Immò dicitur, quod vt d. auxiliator teneatur de au-
xilio alteri præstito, requiritur, quod id fuerit expres-
sè, & deliberatè coadunatus, nec non requiritur, vt
10 Fiscus probet tractatum præcedentem, aliàs si ista
qualitas non probetur, præsumitur, quod absque do-
11 lo, & incidenter interuenerit. d. l. 3. §. homines, ff.
de vi bon. rapt. Bart. in l. omnes, C. de Agric. & cen-
sit. lib. 10. Anchar. conf. 217. Felyn. c. cum vicesi-
mum, in princ. de offic. deleg. Paris. d. conf. 152. nu.
33. vol. 4. Et præsentia cum armis, & ense euagina-
12 to non sufficit ad præstandum auxilium, & opem.
Bart. & alii l. sed si in eo, ff. ad Syllan. Cæpoll. conf.
34. col. 7. nu 2. l. 2. §. dolo, vers. homines, ff. de vi.
bon. rapt. Rom. conf. 473. Angel. l. is, qui opem, ff.
de furt. Dec. c. quia quæsitum, nu. 69. vers. limita,
nisi præstans auxilium, de offic. deleg. Quinimò etiã
13 vt auxiliator teneatur de auxilio, necesse est, vt deli-
ctum sit consumatum; non enim sufficit attentatum,
Glos. & Dyn. in l. sed etsi diuortii, ff. rerum amot.
Carrer. in pract. §. homicidium, nu. 56. Dec. in d. c.
quæsitum, num. 64. de offic. delegat. Et assistentia
14 non est punibilis, quando assistit quis sine armis;
quia non reddit audaciores delinquentes.

Cæterum illud per Iudicem est omnino sciendum,
quod d. auxiliator in pluribus aliis casibus de auxi-
lio non potest puniri; nempè quando principalis in
15 nullam pœnam incidit. Tradit Castren. conf. 278.
vol. 2. loquens in homicidio, & sic in fortioribus ter-
minis Anchat. conf. 217. Marf. conf. 34. num. 23.
quando verè, & plenè non constat de principali de-
linquente. Bart. in l. is, qui rem, §. tu Titium, in fin.
ff. de furt. sequitur Felyn. in d. c. sicut dignum, nu. 3.
de homic. Vbi ampliat id procedere, etiamsi princi-
palis esset per contumaciam condemnatus. Item,
quando constat de principali per illius contumaciam
tantum; vt quia propter illam v. g. esset bannitus.
Boss. tit. de delict. nu. 51. Et quando interfuit puræ
rixæ, & fuit v. g. pugno percussus. Ità Bertaz. conf.
106. num. 10.

Illud tamen est aduertendũ, quod auxiliator nun-
16 quam punitur eadem pœna, qua principalis, sed
mitiori. Ità Gand. Rubr. de furt. col. 5. in fin. sequi-
tur Felyn. c. 1. col. 6. vers. limita, nisi præstans au-
xilium, de offic. deleg. Salyc. in l. vnica, C. de rapt.
virg. cum pluribus concordantibus, de quibus per
Marf. in l. eiusdem, nu. 4. & in l. fin. ff. ad l. Cornel.
de Sycar. Quod procedit, etiamsi statutum ità dicta-
ret; nam intelligitur de auxilio, quod fuit causa ma-
leficii, & non de alio modo auxiliandi. Ità Riminal.
Iun. conf. 106. nu. 12. vol. 1. Per text. in l. penult. ff.
de Sycar. Glos. l. aut facta, ff. de pœn. Angel. in l. is,
qui opem, ff. de furt. Ruyn. conf. 8 nu. 5. vol. 4. Marf.
conf. 30. col. 3. Et eo magis non punitur eadem pœ-
na, qua principalis, quando ex auxilio delictum non
augetur, sed mitius punitur, secundum Angel. in l.
furti, §. ope, ff. de furt. Marf. in l. fin. nu. 35. ff. ad
l. Cornel. de Sycar. & in pract. crim. §. constante,
nu. 61. & alibi sæpè.

Non obstat, si dicatur, quod agentes, & consen-
17 tientes pari pœna puniuntur; nam id procedit, quã-
do omnes eiusdem animi fuerunt v. g. ad occiden-
dum. Tenet Petr. à Plac. in lib. 1. delict. c. 16. nu.
19. Et si dedissent causam mortis. Gratt. conf. 52.
num. 3. & l. in furti, §. ope, ff. de furt. Corn. conf. 8.
lib. 3. Dec. c. 1. num. 12. de offic. deleg. Aym. conf.
220. nu. 12. Soc. conf. 188. num. 7. lib. 2. Bertr. de-
18 cis. 161. Sed tamen d. auxiliator eadem pęna potest
puniri qua principalis, quando dat causam delicto
committendo. Vt per Salyc. in l. 1. col. 8. C. de rapt.
virg. Sed quando non dedit causam delicto; sed so-

do ante

lum v.g. præstet opem ex actu remoto; puta assistendo ante domum, vel in via commissi delicti, & cooperatur in præparatoriis actus, non tenetur eadem pœna. Muscatell. pag. mihi 104. num. 29. Quando verò agit in actu propinquo dicitur æquè delinquere sicut principalis; secus si in dd. præparatoriis actus, d. Muscatell. ibidem.

Et quamuis dicatur, quod auxiliator in dubio potest torqueri, vt per Clar. q. 90. vers. aut verò: Ta-
19 mē id habet locum, quando constat, quod auxilium
20 præstitit: Immò tunc vt Assasinus potest puniri, quando principalis, seù mandans non est præsens. Bertaz. cons. 143. num. 13.

Denique illud in huiusmodi casu est omninò sciēdum, quod Fiscus clarè, & distinctè probare debet,
21 quando, & qualiter Inquisitus præstiterit auxilium; aliter quilibet tenetur de eo, quod fuit in rixa. Ità Bal. in l. non ideo minus, col. pen. nu. 30. C. de accusat. nec dissentit Angel. in tract. malefic. in verb. semper assistit, penult. vers. vbi quod non sufficit, quod quis fuerit præsens, sed requiritur, quod constet, vt aliter habilius delictum committeret. Et ità obtinuisse testatur in Ferrariæ Ciuitate. Et debet id con-
22 stare. Et idem tenet August. de Arimino ad Angel. in verb. Andreas armatus, in prima addit. namque auxilium ad delictum & post delictum, necesse est, vt
23 consultò fiat. Si enim ex accidenti, & non ex proposito fiat, pœna non debetur, licet secus præsumatur ex huiusmodi actibus auxilium præstitum maleficio: Tamen id procedit, quando scienter, non autem ignoràter id fit. Ità Bal. in l. quicunque, col. pen. vers. nota sextò, C. de seru. fugit. Mars. in pract. crim. in §. constante, post num. 55. & 60. Marzell. cons. 54. num. 22. Vbi adducit infinitos concordantes.

DISCEPTATIO XVII.

De Inhibitione.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitioni non dicitur contrauenire, qui continuat suam possessionem.*
2 *A possessione sua quis desistere non debet.*
3 *In possessione sua iustè quis perseuerare potest.*
4 *Possessionem suam continuans non dicitur turbare possessionem alterius.*
5 *Possessionem suam continuans habet iustam causam turbandi.*
6 *Possessionem suam si quis non continuet, desiperet.*
7 *Possessione mea qui me vti non patitur, mihi vis inferri dicitur.*
8 *Doli probatio requiritur in Tribunalibus.*
9 *Possessionem suam in dubio quis continuare præsumitur ad excludendum delictum.*
10 *Inhibitio præsentari debet dimissa copia.*
11 *Inhibitio quando non fuit præsentata etiam dimissa copia, Inquisitus non dicitur inobediens.*
12 *Inhibitionis copia necessariò tradi debet.*
13 *Defensio debetur omni iure.*
14 *Defensio naturalis non tollitur, nec tolli potest.*

1 INhibitioni non dicitur contrauenire, qui conti-
nuat suam possessionem. Ad not. per Glos. ma-
gnam ad med. in c. non solum, vers. reducendum, &
vers. dic tantum, de appell. in sexto, & Clem. 2. vt
lit. pend. & post eam Mil. in verb. innouare, & verb.
lit. pend. Et est decis. Rotæ 10. alias 89. not. quod ibi
post. de appell. in antiquis. Et decis. 43. alias 301. si
appellans, de appell. in nou. Vbi subditur, quod præ-
textu litis motæ non debet quis à sua possessione de-
2 sistere; quia iustè potest perseuerare in ea. Glos. in
l. tale pactum, in fin. ff. de pact. c. super litteris, cum
3 ibi not. de rescript. Ratio est, quia qui continuat suam
possessionem non dicitur turbare possessionem alte-
4 rius. Immo dicitur, quod habet iustam causam tur-
5 bandi. Soc. in terminis cons. 122. nu. 21. vol. 4. Ber-
6 taz. cons. 114. nu. 17. Et si aliter faceret desiperet.
Egid. decis. 201. si possessor. Capic. decis. 22. vol. 72
sub nu. 2. Franc. in c. cum teneatur, in primo notab.
de appell. Paris. cons. 41. nu. 38. lib. 1. Menoch. de
recuper. possess. remed. 17. nu. 49. d. c. teneatur, de
appellat. c. 1. & ibi Abb. in c. 1. & 2. vt lit. pen. Cas-
sad. decis. vlt. nu. 14. de caus. possess. & propriet. Ra-
7 tio est, quia cum quis me vti possess. mea liberè non
patitur, mihi vis inferri dicitur. Pomp. in l. vim fa-
cit, ff. de vi, & vi armata, ibi vim facit, qui non si-
nit possidentem, eo quod possidebat, vti arbitrio suo.
8 Vulpell. cons. 7. num. 3. Et quando agitur criminali-
ter requiritur probatio doli. Menoch. in tract. de re-
tinen. possess. remed. 3. nu. 604. Et in dubio præsu-
9 mitur quis voluisse continuare possessionem suam ad
excludendum delictum. Put. decis. 223. num. 2. lib.
1. Et hæc est communis opinio, de qua attestatur
Paul. de Castr. cons. 306. forma ampliori, col. 1. cir-
ca med. lib. 1. Immò in huiusmodi casu quando ali-
10 qua inhibitio non fuit præsentata vna cum illius co-
11 pia, prout necessario requiritur, inquisitus non po-
test dici inobediens. Innoc. in c. 1. de delat. Debet
12 enim necessariò tradi copia inhibitionis, vt inhibi-
tus possit comparere in iudicio, & se defendere; quia
13 defensio debetur omni iure, naturali, gentium, &
14 ciuili, l. vt vim, ff. de iust. & iur. Et defensio natura-
lis non tollitur, nec tolli potest. Bosl. tit. de indit. &
considerat. ante tortur. nu. 78.

DISCEPTATIO XVIII.

De Cadauere occisi reperto in aliquo loco.

SVMMARIVM.

1 *Cadauer occisi necessariò per Notarium inspici debet.*
2 *Cadaueris vulnera benè per Notarium sunt adnotanda.*
3 *Cadauer necessariò est inspiciendum, vt plene constet de corpore delicti.*
4 *Delicti corpus per plures probationes constare debet.*

5 Super

5 *Super cadaueris recognitione Iudex debet mittere officiales.*
6 *Cadauer quando non fuit visitatum per Notarium, & non fuerunt descripta vulnera, non potest agi ad pœnam.*
7 *Ad condemnationem non potest procedi contra aliquem, nisi prius constet de corpore delicti.*
8 *In executione de maiori præiudicio agitur, quam in condemnatione.*
9 *Cadauer occisi inspici debet per Chirurgos, & vulnera debent adnotari per Notarium.*
10 *De delicto quando liquidè, & legitimè dicatur constare.*
11 *Cadauer debet recognosci, quod v. g. sit Petrus.*
12 *Formæ omissio in qualibet minima parte reddit processum nullum.*
13 *Cadaueris nomen non sufficit, si attestetur Notarius.*
14 *Notario tantummodo creditur de quibus gesta sunt coram ipso, & non ab eo.*
15 *Notarius non potest fungi officio testis, & Notarii.*
16 *Identitas personæ plenè per testes est probanda, cum sit fundamentum Fisci.*
17 *Cadauera antequam sepelliantur, quid agendum.*
18 *In cadaueris recognitione examinandi sunt testes existente ipso cadauere super terra.*
18 *Testes post conclusum in causa non possunt produci ob timorem subornationis.*
18 *Post conclusum in causa testes non possunt produci ob timorem subornationis.*
19 *Testes, qui ex facto Fisci, qui eos inducit, non fuerunt examinati, non possunt iterum examinari.*
20 *Cadauer quando fuit humatum, non possunt amplius examinari testes.*
21 *Probatio omnis vincitur, si aspectus in contrarium testificetur.*
22 *Probatio per aspectum etiam publicitatis attestationibus admittitur.*
23 *Probatio nulla maior, quam euidentia, quæ nulla legis virtute excludi potest.*
24 *Oculus quod videt, nemo fœliciter negat.*
25 *Iudicem oportet cuncta rimari, & rerum ordinem plena Inquisitione discutere.*
26 *Negligentia Curiæ non debet nocere inquisito.*
27 *Dispositio non procedit, nisi verificetur id super quo fundatur.*
28 *Delictum non potest alicui ascribi, nisi prius constet illud fuisse commissum.*
29 *Sanguis repertus in cadauere non probat corpus delicti.*
30 *Sanguis non parit probationem, sed coniecturam tantum; ex qua potuit prouenisse.*
31 *Certitudo coniecturalis dicitur imperfecta probatio.*
32 *Probatio per coniecturam non sufficit.*
33 *In homicidio necessariò requiritur inspectio vulnerum.*
34 *Delictum commissum, in quo remanent vestigia constare debet per testes, vel probationes liquidissimas.*
35 *Probatio liquidissima quæ dicatur.*
36 *In homicidio quando dicatur constare de corpore delicti.*
37 *In cadauere quando vulnera nō habentur pro annotatis.*
38 *Cadauer quando est putrefactum, impossibile est, vulnera inspici, & adnotari.*
39 *Impossibile quid dicatur.*
40 *Delictum si sit occultè commissum, ignoranti currit tempus ad inquirendum.*
41 *Cadauere reperto in campanea currit tempus Curiæ etiā ignoranti ad inspiciendum ante putrefactionem, an adsint vulnera.*
42 *Præscriptio currit impedimento facti.*
43 *Permissum certo tempore fieri, censetur alio tempore prohibitum.*
44 *Negligentia Curiæ non debet eidem subuenire.*
45 *Cadauer quando iacuit in loco publico, ignorantia Curiæ non excusat.*
46 *Ignorantia crassa, & supina non excusat.*
47 *In delictis à pari iudicantur scire, & velle de facili scire potuisse.*

QVoad Cadauer occisi in campanea repertum infrascripta sunt seruanda. Primò, quod iuxta
1 communem Criminalistarum practicam necessariò per Notarium est inspiciendum: Ratio est, quia Iudex per distinctam qualitatē corporis delicti descriptionem deuenerit ad cognitionem, an testes desuper examinati verum dixerint, nec nè: Et ità etiam totus mundus seruat. Vt testatur Blanc. in repetit. l. fin. num. 19. seqq. ff. de quæst. Boss. tit. de delict. nu. 15.
2 seq. & num. 24. Et d. Notarius debet omnia vulnera cadaueris adnotare, vt plenè constet de corpore delicti. Nell. in pract. crim. fol. 59. num. 2. Clar. post alios, quos allegat, q. 4. vers. & hæc est communis
3 opinio. Immò cadauer necessariò est inspiciendum, & cognoscendum, vt corpus delicti per plures probationes constet. l. 1. §. item illud, ibi liquidè igitur de-
4 bet, ff. ad Syllan. Et ita seruatur etiam in Regno. Vt testatur Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem, num. 29. 30. Vbi quod super recognitio-
5 ne cadaueris Iudex debet mittere officiales ad inspiciendum cadauer super illius recognitione, dum vixit cum adnotatione vulnerum. Clar. quæst. 4. vers. quando verò est delictum, Blanc. ad l. fin. ff. de quæst.
6 num. 19. seq. Et quando cadauer non fuit visitatum per Notarium, & descripta signa, seu vulnera, vt necessariò requiritur, & est communis practica. Vt post multos ostendit Clar. q. 4. vers. quando verò. Et nouissimè scribit Cattat. capto bannito, c. 2. nu. 4. non potest agi ad pœnam homicidii. Coadiuuantur præ-
7 dicta, considerato quod ad condemnationem non potest procedi contra aliquem, nisi prius constet de corpore delicti. Vulg. l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan.
8 multo minus procedi potest ad executionem, nisi prius constet de corpore delicti per recognitionem personæ, Auth. multo magis, C. de sacrosanct. Eccles. cum de maiori præiudicio agatur in executione, quam in condemnatione. Angel. latè Instit. tit. de act. §. quadrupli, num. 5. quem refert, & sequitur
9 Marf. in pract. num. 17. Immò dicitur, quod cadauer occisi inspici debet per Chirurgos, & vulnera necessariò debent adnotari per Notarium; aliter non

potest

potest dici, quod plenè constet de corpore delicti,
Clar. q. 55. vers. quando autem. Iodoc. in sua prax.
crim. c. 7. tit. de inspect. occisi, num. 7. Boss. tit. de
delict. nu. 24. Et id ad inspiciendum vulnera, seù tu-
me factiones per aspectum; quia liquidò constare
10 debet de delicto non per coniecturas, & præsumptio-
nes, d. l. item illud. ff. ad Syllan. Boss. tit. de delict. nu.
15. seq. in fin. Hinc est, quod non dicitur constare de
delicto liquidè, & legitime, nisi Iudex, vel Curia ca-
dauer oculis subiiciat. Clar. in pract. q. 4. vers. quan-
do verò. Blanc. in pract. num. 3. & 5. Vbi quod non
potest procedi, nisi Iudex, vel Curia cadauer oculis
viderit, quod propriis oculis subiici debet. Secundò
11 quia dictum cadauer non solum est inspiciendum, &
vulnera adnotanda; sed etiam est recognoscendum,
nempè quod v.g. est Petrus. Foller. in pract. in verb.
capiat informationem, num. 4. 29. 30. Blanc. in
pract. num. 6. vbi testatur de communi opin. Clar.
q. 4. vers. quando verum est delictum. Et omissio
12 formæ in qualibet minima parte reddit processum
nullum. Butr. in c. Pisanis, col. 2. de restit. spoliat.
Bart. in l. item eorum, §. præter formam est ipso iu-
13 re nullum. Non obstat dictum Notarii asserentis
nomen d. cadaueris, dum erat in humanis, fuisse Pe-
14 trum; quoniam ei tantummodo creditur, de quibus
gesta sunt coram eo, & non ab eo. Natt. cons. 143.
num. 5. Federic. de Senis cons. 173. vers. item non
est in hac materia singulare. Boer. decis. 17. num. 3.
15. Addidit etiam, quod Notarius non potest fungi of-
ficio testis, & Notarii in eodem actu; nam identitas
16 personæ plenè per testes est probanda; cum sit fun-
damentum Fisci. Crauett. cons. 169. nu. 4. Vbi ad-
ducit concordantes. Et actus iste introductus est pro
forma in omni Criminalistarum practica, quod ca-
17 dauera occisorum antequam sepelliantur, examinen-
tur testes videntes cadauera super illorum nomini-
bus, & cognominibus, dum erant in humanis. Et
quando huiusmodi forma non est seruata, inducit ip-
so iure nullitatem processus. latè Tiraquell. in l. si vn-
quam. in verb. reuertatur, C. de reuocat. donat. n. 67.
Illud tamen sciendum est, quod in cadaueris
18 recognitione examinandi sunt testes existente
ipso cadauere super terra, & non aliter, & ista
est praxis ab omnibus scribentibus obseruata. Nec
testes sunt recipiendi, ex quo dicta sunt testificata.
Clem. 2. de test. Et id ob timorem subornationis. Ioc
de Amic. cons. 117. num. 3. seqq. Et licet post con-
clusum in causa possint produci instrumenta, vt tra-
dunt omnes in l. admonendi, ff. de iureiur. Tamen
secus est in testibus ob timorem subornationis secun-
dum magis communem opinionem, quam tenent
omnes in d. l. admonendi, Bart. in vlt. q. ad fin. Bal.
in 3. q. col. 3. Imol. & Abb. in c. fin. num. 10. eod. tit.
de iureiur. Et hoc introductum est, quadam æquita-
te naturali, ne alter alteri insidietur. Vt scribit Bart.
in extrauag. ad reprimendum, in verb. & figura, col.
19 fin. Rom. cons. 479. num. 2. Et testes, qui ex facto
Fisci, qui eos induxit, non fuerunt examinati, non
possunt iterum examinari. Ità Bal. in l. Prætor, §.
nec iterum, ff. de eden. Innoc. in c. per tuas, de
probat.
Et quando cadauer fuit humatum, non possunt
20 amplius examinari testes, quod viderint tunc tem-
poris cadauer, quod post humationem ipsius inspici
non potest. Ità Bal. in l. Deo à nobis, in princ. n. 6.
21 C. de Episc. & Cler. Vbi quod omnis probatio vin-
citur, si aspectus in contrarium admittitur, cum illa
22 sit talis, quæ subornationem non timet. Bal. in l. si
quis testibus, C. de test. in fin. dicens ità fuisse serua-
23 tum in exhumatione cadaueris. Et nulla maior pro-
batio, quam euidentia, quæ nulla legis virtute exclu-
di potest. Curt. Sen. cons. 70. nu. 18. Et ideò quod
24 oculus videt, nemo fœliciter negat, dixit Bal. cons.
388. Et quando Fiscus post humationem prætendit
posse examinare testes super recognitione cadaueris,
quod non extat in rerum natura, & testibus prædictis
exhiberi non possit, dum examinantur, vt tradit Pra-
ctica Criminalistarum, nullo modo concedi debet,
dictum examen; Et talis probatio per ipsamet facti,
25 & rei euidentiam fieri non potest; cum oporteat Iu-
dicem cuncta rimari, & rerum ordinem plena inqui-
sitione discutere, c. iudicantem, 30. q. 5. Et Iudex,
qui est minister Dei in terris; debet confirmare iu-
dicium suum cum veritate, & ipsam summopere iu-
uare, & ad lucem perducere, latè Castrens. cons. 380.
in princ. vol. 1. Dicunt tamen aliqui DD. quod ca-
dauer, quando est sepultum, Iudex illud effodi man-
dare potest. Marant. tit. de inquisit. num. 18. Et hoc
vt inspiciatur per Chirurgos, & Notarium, & alios
officiales. Et quando cadaueris inspectio fuit omis-
sa, processus est nullus. Caron. de indit. tit. de atro-
cit. præmedit. c. 2. sub num. 6. Tertio, quia d. cada-
26 uer est inspiciendum, & recognoscendum, antequam
sit fœtidum; nam quando est fœtidum ascribitur ne-
26 gligentiæ Curiæ, quæ non debet nocere inquisito,
sed d. Curiæ. Vt post multos ostendit Menoch. cons.
27. 75. num. 7. lib. 1. Hinc est, quod dispositio non
procedit, nisi verificetur id super quo fundatur. Glos.
in l. mancipia, in verb. aduocandum, C. de seru. fu-
28 git. Et delictum non potest ascribi alicui, nisi prius
constet illud fuisse commissum, l. 1. §. item illud, ff.
29 ad Syllan. Et sanguis repertus in cadauere, puta exi-
stente in campanea non probat corpus delicti in ho-
micidio; quia homicidium liquidè probari debet per
euidentiam facti, nempè per inspectionem vulnerũ,
vel per testes, d. l. 1. §. item illud, vers. liquidè igi-
tur debet, ff. ad Syllan. l. si quando, vers. patefacta,
30 C. vnde vi. Nanq; sanguis non parit probationem,
sed coniecturam tantum, ex qua potuit prouenisse
ob aliam causam d. sanguinis effusio. Et cum sit cer-
31 titudo coniecturalis dicitur imperfecta, & non li-
quida probatio. Vt post D. Thom. quem allegat
Menoch. cons. 82. nu. 95. lib. 1. Hinc est, quod quan-
32 do lex requirit probationem sub conditione, illa
debet esse liquida, & vera, & non sufficit probatio
per coniecturam, vt per plura iura, & authoritates
33 ostendit Natt. cons. 29. num. 3. Et ideo in homici-
dio necessariò requiritur inspectio vulnerum, vt per

Gand.

Gand. in tit. de præsumpt. col. 2. in sexto. Brunor. à Sole in suo vnico consi.crim. nu. 200. Vbi quod com-
34 misso delicto, in quo remanent vestigia, constare debet per testes, vel per probationes liquidissimas:
35 Et probatio liquidissima illa dicitur, quæ fit ex aspectu vulnerum, quæ dicitur ocularis, & est per euidentiam optima, & superlatiuá omniū aliarum probationum. Ità Bal. in rubr. C. de probat. col. 2. se-
36 quitur Natt. cons. 269. nu. 7. Nec omitto, quod in homicidio liquidè constare dicitur de corpore delicti, quando nihil est probandum. Glos. in l. 1. verb. liquido, C. de repud. hæredit. Et ideò sanguis prædictus non operatur, vt alia probatione Fiscus non egeat, ex quo non concludit ex vulnere prouenisse:
37 Immò nec etiam Fiscus in cadauere nō potest prætendere vulnera haberi pro adnotatis, ex quo cada-
38 uer est putrefactum; & ideò est impossibile vulnera posse inspici, & adnotari: Nam impossibilitas in casu isto nō intrat; quia potuit optimè inspici post multos dies à die mortis ante putrefactionem: At im-
39 possibile illud solum dici potest, quod nullo vnquam tempore fieri potest. Glos. & ibi not. omnes in l. quod seruus. ff. de condit. causa data. Menoch. cons. 97. num. 127. lib. 1. Hinc est, quod si delictum sit oc-
40 cultè commissum ignoranti currit tempus ad inquirendum. Ità Bart. in l. penult. & fin. ff. si quis testam. liber. esse iuss. fuerit. Et ibi Angel. id affirmat. Idem dicendum est de cadauere v.g. reperto in cam-
41 panea currit tempus Curiæ etiam ignoranti ad inspiciendum ante putrefactionem, an adsint vulnera: Ratio est, quia illud est impedimentum facti, & non iuris: & lege cauetur, quod tale impedimentum car-
42 rat præscriptio. l. Attilicinius. ff. de seruit. vrban. predi. Et permissum certo tempore fieri censetur
43 alio tempore prohibitum. l. statu liberum §. Schicum, de legat. Secundo. Et neglegentia Curiæ non debet eidem subuenire. Menoch. de arbitrar. casu
44 341. & cons. 75. num. 7. lib. 1. Ignorantia non excusat, quando Cadauer maximè iacuit in loco publico, vbi continuò adsunt viatores, & alii Præ-
45 positi ad custodiam Campaneæ. Et ideò ista crassa ignorantia, & supina non excusat, cum animarum de Constitut. in 6. Et à pari iudicantur scire, & velle de facili scire potuisse, in delictis. Ias. in l. quod te num. 19. ff. si cert. pet.

DISCEPTATIO XVIIII.

De Resistentia facta Berroariis.

SVMMARIVM.

1 *Eximens se ipsum è manibus Berroariorum non incidit in pœnas contentas in, Constitutione Sixti Quinti.*
2 *Pœna quando irrogatur non potest fieri extensio de casu ad casum, & de persona ad personam.*
3 *Interpretatio quando fieri debet, nullam recipit extensionem.*
3 *Verba recipi debent prout iacent, ideò nulla fit extensio.*
4 *Verba in pœnalibus, & odiosis recipi debent, prout iacent.*
5 *Extensio non fit de simili ad similem casum, nec de persona ad personam.*
6 *Ob delictum non perfectum, & non consumatum non potest Iudex imponere pœnam mortis naturalis.*
7 *Eximens iniustè captum è manibus berroariorum nullam meretur pœnam.*
8 *Berroarii in causa graui; quia sunt infames, non admittuntur in testes.*
9 *Ex Berroariorum dictis multi pauperes vexātur indebitè.*
10 *Resistentia facta berroariis alio modo probari debet, quā ex dictis, ipsorum.*
11 *Berroariis non est credendum, etsi dicerent alios testes non interfuisse.*
12 *Delictum non probatur per berroarios.*
13 *Berroarii sunt loco accusatorum, & videntur deponere in causa propria.*
14 *Berroariis non creditur, quando dicunt se offensos.*
15 *Offensus non admittitur in testem.*
16 *Inimicis non est credendum, etiamsi essent in articulo mortis.*
17 *Berroariis potest resisti, quando non habent mandatum à Superiore, vel de perquirendo domum alterius, vel de capiendo ipsum.*
18 *Berroariis potest resisti, quando excedunt modum.*
19 *Berroariis potest resisti, quando acceperunt pignus vltra modum.*
20 *Pignus si accipiatur ab Executore vltra modum, ipsi resisti potest.*
21 *Berroariis potest resisti, quando quis indebitè detinetur.*
22 *Ex carcere aufugiens indebitè detentus, non tenetur de fuga.*
23 *Berroari impunè possūt occidi, quādo captura est iniusta.*
24 *Berroariis indebitè, & iniustè capturando habentur pro priuatis personis, & cuilibet permissa est resistentia.*
25 *Resistentia facta Berroariis quando dicatur defensio, & non resistentia.*
26 *Berroariis potest resisti, quando captura est nulla.*
27 *Pro libertatis recuperatione quid iniustè capto competat.*
28 *Captus indebitè in primis, & ante omnia aduersus vim illatam est restituendus.*
29 *Spoliationis causa est prius tractanda.*
30 *Resistentia est licita, quando non præcessit aliqua informatio.*
31 *Resistentia est licita, si ante capturam non fuerunt examinati testes.*
32 *Ad capturam Iudex non debet esse facilis.*
33 *Capturari nemo potest etiam pro crimine enormissimo, nisi legitima præcesserint inditia per examinationem testiū.*
34 *Processus est nullus, quando legitima non præcesserunt inditia ad formandam inquisitionem.*
35 *Inditium quando est nullum, non potest resultare aliquis validus iuris effectus.*
36 *Captura quādo est nulla non potest, quando prætenditur, rixam fuisse factam sine armis.*
38 *Decretum irritans quid operetur.*
39 *Captura quando est iniusta, carceratus ante omnia est restituendus.*

40 Captura

40 *Captura dicitur nulla, quando quis fuit carceratus ob simplicem instigatoris, seu offensi accusationem.*
41 *Captura vt sequi possit, requiritur quale quale inditium.*
42 *Captus nulla præcedente informatione debet relaxari gratis absque aliqua impensa.*
43 *Captura est nulla, quando fuit facta ad solam partis querelam.*
44 *Fugæ inculpati suspicio quando adest, Iudex potest ipsum astringere ad fideiubendum de se repræsentando.*
45 *Captura facta de mandato Iudicis incõpetentis est nulla.*
46 *Captura est iniusta, quando in processu non apparet, quod captus sit suspectus de aliquo crimine.*
47 *Confessus etiam spontè non potest capturari.*
48 *Cõfessio, quãuis spõtanea, nõ est sufficiẽs ad condẽnandũ.*
49 *Captura est iniusta, quando fuit facta nulla infamia, & diffamatione præcedente, & non data querela à parte; & inquisitio dicitur etiam nulla.*
50 *Inquisitio dicitur nulla, quando nulla præcessit infamia, seu diffamatione, & querela fuit data à parte offensa, & sine vllo mandato, & ordine Iudicis.*
51 *Cõfessio redditur nulla excepti. ne ineptitudinis processus*
52 *Processus quando est nullus, seu ineptus, omnia sunt inualida præsertim in minore curatore carente.*
53 *Captura est nulla, quando fuit concessa à Iudice ob simplicem querelam partis offensa.*
54 *Captura non potest concedi, nisi præcedant inditia per depositiones testium.*
55 *Ind-tia non sunt sufficientia ad capturam, nisi præcedant depositiones testium.*
56 *Ante capturam testes examinari debent.*
57 *Captura est nulla, & iniusta, si ante ipsam non examinentur testes.*
58 *Testes si non examinentur ante capturam, est iniusta.*
59 *Sacerdos, Diaconus, & Subdiac. sũt personæ priuilegiatæ.*
60 *Sacerdos aliquando in diuinis eloquiis Dii, aliquando Angeli vocantur.*
61 *Sacerdotes etiam à Regibus iudicari, dignum non est.*

1 BErroariis resistens, ac ab eorum manibus se eximens in pœnam contentam in Constitut. Sixti V. non incidit; quoniam d. Constitutio loquitur tantum in tertio eximente captum è manibus dictorum Berroariorum, non autem in eo, qui semetipsum exemit: Ideò quando sumus in his, quæ pœnam irrogat non
2 potest fieri extensio de casu ad casum, nec de persona ad personam. Ias. communem dicens l. cum quidem, in 7. notab. ff. de lib. & posthum. Suarez. in suis commun. opin. nu. 241. Menoch. de arbitrar. casu 276.
2 nu. 22. Vnde quando interpretatio fieri debet, nullam recipit extensionem, sed verba recipi debent, prout
3 iacent. Corrad. cons. vlt. nu. 4. Paris. cons. 38. nu. 14. lib. 2. Crauett. cons. 161. nu. 16. Alciat. respons. 96.
4 num. 29. Vbi quod in odiosis, & in pœnalibus verba recipi debent prout iacent. Hinc infertur, quod quãdo constitutio est contra naturalem æquitatem, num-
5 quàm fit extensio de simili ad similem casum, nec de persona ad personam. Bal. l. 3. C. de iur. dot. & in c. 1. tit. de agnat. & cognat. Cæterum fortius loquitur in eximente captum e manibus executorum; Et sic in eo, qui consumauit delictum; sed in tentante semetipsum eximere non; quia de consuetudine totius Italiæ in quocunque atrocissimo crimine non potest
6 Iudex ob delictum non perfectum, & non consumatum imponere pœnam mortis naturalis. Vt not. omnes in l. 1. §. 1. in fin. ff. quod quisq; iur. Boer. decis. 316. nu. 3. Gram. decis. 2 nu. 8. cum seq. & not. 9. n. 4. Hyppol. Riminal. cons. 327. nu. 11. lib. 3. Immò etiã
7 dicitur, quod eximens aliquem iniustè captum è manibus berroariorum nullam incurretur pœnam. Rolan. cons. nu. 45. lib. 1. vbi nu. 47. testatur de communi
8 opinione. Et in huiusmodi casu dd. berroarii, cum sint infames, eo quia causa est tam grauis, contra d. eximentem non admittuntur in testes. Bart. in extrau. ad reprimendum, in verb. per nuncium, nu. 10. Clar.
9 q. 7. vers. habes igitur, ad fin. Quarè d. resistentia berroariis facta probari debet alio modo, quam ex
10 dictis ipsorum. Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 15. nu. 7. Mascard. de probat. lib. 2 conclus. 1115. n. 8. Menoch. de arbitrar. qq. casu 112. nu. 15. vbi ait, id procedere, etiamsi Satellites essent plures, nec dissentit Bos. tit. de denunt. nu. 12. Vbi quod ista conclusio nullam habet difficultatem, cum quotidiè multi pauperes ex satellitum dictis vexantur indebitè: Et maximè est probanda alio modo d. resistentia, quando
11 prætenditur facta de die, & in via publica, vbi alii testes actu, & habitu habiles haberi potuerunt. Itaque berroarii vt inhabiles non admittuntur. cap. fin. vbi not. omnes, de test. cogen. Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 3. c. 12. rubr. de proban. delict. nu. 21. Diaz. in pract. crim. c. 120. vers. potest tamen considerari. Nec eis est credendum, etiamsi dicerent, alios testes non interfuisse, vt per Afflict. in constit. Regni, rubr. 10. super constit. humanitate, in 6. no-
12 tab. Vbi quod crimen non probatur per satellites; quia sunt loco accusatorum, qui non possunt esse te-
13 stes, & videtur deponere in causa propria. Immò eis non creditur; etsi dixissent, alios testes non adfuisse,
14 vt benè explicat Afflict. in loco præcitato. Et maximè eis non creditur, quando dicunt se offensos; quia ridiculum est dicere, admittendos esse offensos in te-
15 stimonium. Ita Bal. in l. penult. §. 1. ff. solut. matrim.
16 Blanc. in l. fin. n. 104. ff. de quæst. At inimicorum dictis non est standum; etiamsi essent in articulo mortis. Marl. in l. 1. §. præterea, ff. de quæst. nu. 7. Gram. cons. 45. num. 6. & 16. vbi ait id procedere, etiamsi aliter veritas haberi non posset.
Quinimò dicitur, quod d. resistentia est licita, &
17 potest fieri dd. berroariis in pluribus; nempè quando non habent mandatum in scriptis à Superiore, vel de perquirendo domum alicuius, vel de ipsum capturando, prout tenentur habere. Et maximè licita est, quando inquisitus facit instantiam videndi mandatũ l. prohibitum. C. de iure Fisci, & ibi Bart. Boer. decis. 170. n. 2. vers. quia habens mandatũ de capiendo. Ias. l. cũ proponas, n. 7. C. de pac. Clar. q. 29. in fin. vbi allegat Angel. in l. item apud labeonẽ, §. si quis virginẽ, ff. de iniur. Vbi dicunt omnes, quod eo casu licita est
18 resistentia. Item licita est, quando excedunt modum in exe-

N

in exequendo, v. g. quando capturarunt equum pro
iulius septem tantum, & pignoratus voluit eis dare pi-
19 gnus valens 15. quia acceperunt pignus vltra modũ
debitum, Corsett. in suo singul. in verb. officialis 2. in-
cipien. Officiali excedẽti modum. Per Text. vbi Bart.
in l. contra nostram, C. de exactor. & executor. lib.
12. vbi Bart. dicit illam esse legem notandam con-
20 tra executorem accipientem pignus vltra modum.
Idem affirmat Put. tract. de Scyndic. in verb. Resisten-
tia, in c. 1. an si Iudex, nu. 8. vers. facientibus vltra
21 modum. Item licita est, quando quis indebitè deti-
netur. Tradit in propriis terminis Bart. l. vis eius, in
princ. C, de probat. Refert, & sequitur Boss. tit. de cap-
22 tura, n. 6. vbi ait, quod carceratus, & indebitè deten-
tus aufugiens non tenetur de fuga. Itẽ licita est, quan-
23 do captura est iniusta; immò ipsi Berroarii impunè
possunt occidi, d. l. prohibitum, C, de iure Fisci, lib 12.
Petra Placa in Epit. delict. c. 38. n. 7. in fin. & c. 28.
nu. 9. Et in isto casu berroarii sic iniustè capturando
24 habentur pro priuatis personis, & cuilibet permis-
sa est resistentia ob vim sibi factam. l. vt vim, vbi
not. omnes, ff. de iust. & iur. prout in terminis tra-
dit Seraph. tract de priuil. iuram. priuileg. 132. n. 37.
25 seqq. quoniam isto casu non dicitur resistentia, sed
defensio. Vt per plura iura, & authoritates ostendit
Gram. cons. 51. num. 2. & num. 7. ait, quod resi-
steris potest isto casu vulnerare, & occidere, Luc. de
Penna, & Put. quos allegat. Item licita est, quando
26 captura fuit facta nulliter, & iniustè siue facto Iudi-
cis, siue facto partis; quia tunc capto vis expulsiua,
27 cum priuetur propria libertate contra ius; & pro
recuperatione libertatis ad primeuum statum com-
petit remedium, seù interdictum recuperandæ. In
28 tantum enim primis, & ante omnia aduersus vim
illatam veniat restituendus. Sunt Text. aperti, & cla-
ri in l. plerique, vbi Bal. & Castr. ff. de in ius vocan.
l. 1. & 2. ff. de delict. hom. exhib. Et de interdictis
recuperandæ est Glos. ordinaria. Vbi etiam DD. in
c. cum inter. in Glos. 1. ad fin. extra de except. est
Glos. in c. sollicitudinem, post princ. in illis verbis.
Et potens se ad eum statum, de appell. Et quod ve-
niat tanquam spoliatus restituendus, & causa spolia-
29 tionis in prius tractanda. Facit Text. si quis ad se
fundum, C. ad l. Iul. de vi. l. meminerint, & vtraque
DD. C. vnde vi. Felyn. in c. ad agendum, de reg. iur.
Bart. notabiliter in sua celeberrima q. 6. quæ incipit
lapus fuit captus, num. 1. seq. & per totam quæst.
Capit. pariter in suis cons. ciuil. cons. 19. num. 2.
seq. Et per totum cons. benè, & notabiliter, atque
realiter in hac materia consideratum. Item est lici-
30 ta, quando non præcessit aliqua informatio, & non
adfuit Iudicis mandatum. Salyc. in l. fin. col. vlt. C.
de quæst. Sequitur Boss. tit. de captura, num. 81. Item
31 est licita, si captura fuit antequam examinentur te-
stes super verificatione querelæ, & ità practica se ha-
bet. Tradit Mars. §. constante, n. 11. vers. redeundo
modo ad propositũ, & aliter faciẽdo Iudex tenetur in
Scyndicatu. Clar. q. 68. vers. scias autem, Foller. in sua
prax crim. vers. studeat se ornare, nu. 58. Vbi monet
Iudices, vt non sint faciles ad capturam eorum, qui
per accusatores deferuntur: Solent enim vt plurimũ
offensores recurrere ad Iudices, & falsas exponere
32 querelas, & eludunt Curiam. Nec facit, si dicatur
v.g. nos esse in crimine enormissimo, vt puta falsita-
33 tis; quia in quocunque crimine etiam læsæ maiesta-
tis quis de iure non potest capi, nisi legitima præces-
serint inditia per examinationem testium. Hyppol. §.
constante, nu. 2. Rolan. cons. 17. num. 3. vol. 3. Immò
34 processus est nullus, quando nulla præcesserunt indi-
tia ad fundandam inquisitionem. Vt cantat Consti-
tutio Pii Quinti contra condemnatos: Ratio est eui-
35 dens, quia vbi inditium est nullum, non potest resul-
tare aliquis validus iuris effectus. Rom cons. 224. per
l. si filius, la 2. ff. de interrogat. act. Item est licita,
36 quando captura est iniusta, seù nulliter facta, vel fie-
ri non potest à principio, nec superueniente legitima
probatione; quia tunc non potest sustineri, & iustifi-
cari; Ideò in primis debet declarari nulla, & inuali-
da, & carceratus pristinæ libertati restitui debet. Bart.
l. quondam, vbi Alex. adducit concordantes, §. om-
nia, ff. de acquir. dom. Felyn. c. cum dilecti, nu. 4. ad
fin. de rescript. Rom. cons. 241. nu. 5. circa med. vbi
alios citat in decis. 151. nu. 4. par. 2. diuers. Et ita cõ-
cludit Cœpoll. cons. 19. & Bart. in d. q. 6. Paris. cons.
101. sub nu. 7. lib. 3.

Cæterum benè est aduertendũ, quod d. captura di-
citur nulla, & iniusta, nec fieri potest ex pluribus. Pri-
37 mò quando pretenditur rixam fuisse factam sine ar-
mis: Idq; expressè constat per Constit. Pauli III. ad
fauorem carceratorum editã nu. 58. vers. pro iniuriis
verbalib. in 1. par. Bullarii, vbi prohibet, quem captu-
rari pro altercatione sine armis. Quæ Constitutio re-
38 peritur confirmata à Pio V. Et quia in d. Constitu-
tione adest decretum irritans, operatur quod proces-
sus, & omnia inde secuta pro non fabricatis, & nõ fa-
ctis habentur. Abb. c. dilectus, n. 14. de præben. Felyn.
c. accessissent, col. 4. vers. tertia declaratio, de constit.
c. penul. de præben. in 6. Ruyn. cons. 70. col. 3. vol. 5.
Gabr. tit. de claus. concl. 3. n. 57. Quinimò d. decretũ
operatur, quod d. captura sit ipso iure nulla, c. penul.
de præben in 6. Ruyn. cons. 70. col. 3. vol. 5. Gabriel.
tract. de claus. nu. 56. seq. post alios, quos allegat. Se-
39 cũdò est nulla, & iniusta; quãdo iniustè quis fuit car-
ceratus; vndè est restituendus, quia dicitur priuatus
propria libertate. Soc. cons. 59. col. 2. vol. 3. Cœpol.
cons. ciuil. de captura, nu. 82. Tertiò quando quis fuit
40 carceratus ob simplicem instigatoris, seù offensi in-
stigationem, seù accusationẽ nulla præcedente infor-
41 matione; quia requiritur quale quale inditiũ. Salyc.
l. nullus, C. de exhib. reis, Boss. tit. de captura, nu. 3. Ex
42 propterea captus nulla precedente informatione de-
bet relaxari gratis absq; aliqua impensa. l. fin. §. nullo
tempore, ff. de lib. hom. exhib. Bal. & Ias. l. si pacto, quo
43 pœnam, C. de pact. Quartò est nulla, & iniusta, quãdo
fuit facta ad solã partis querelã pro quocũq; crimine
graui, seù leui, nisi vltra querelã adsint in actis aliqua
suspicio, seù præsũptio. Farin. de carcerib. & carcerat.
q. 27. nu. 128. Verum quando esset periculum fugæ
44 incul-

44 inculpati, tunc Iudex potest d. inculpatum astringere ad fideiubendum de se repræsentando. Quintò est
45 nulla, quando fuit facta de mandato Iudicis incompetentis: Et tunc aduersarius, seu creditor amittit ius sui crediti. Ita Bal. in c. causam matrimonii, in fin. de offic. deleg. allegat Cyn. in l. fin. ff. quod met. caus.
46 Quod procedit etiam in eo, qui est iuratus, & captus vti suspectus de fuga. secundum Bal. cons. 285. col. 1.
47 lib. 1. & cons. 318. lib. 4. Sextò est nulla, quando in processu non apparet, quod captus non sit suspectus de aliquo crimine, quod sponte fuit confessus. Vnde
48 fit, quod eius confessio, quamuis spontanea non videatur sufficiens ad condemnandum. Ità mirabiliter scribit Anchar. cons. 24. quē refert, & sequitur Alex. ad Bart. in l. qui in aliena, §. Celsus, ff. de acquir. hære-
49 dit. Septimo est iniusta, quando fuit facta nulla præcedente infamia, & diffamatione, & non data querela à parte offensa, & sine vllo mandato, & ordine Iu-
50 dicis, & tunc inquisitio dicitur nulla, & in totum corruit, vt per Marf. cons. 130. nu. 5. seq. omnino videndi qui loquitur in fortioribus terminis, & concludit per multa iura, & authoritates, quod contra aliquem non potest inquiri de aliquo delicto, nisi præcedente illius diffamatione; Et si inquiratur, & captus confiteatur,
51 d. confessio exceptione ineptitudinis processus redditur nulla. Et quod ista exceptio potest opponi etiā post sententiam, quæ transitum fecisset in iudicatum; & reddit omnia anteacta, & quoscunq; processus ante factos nullos, & inualidos, præsertim in minore curatore carente, & in criminalibus, vt ibi per eum &c.
52 Octauo est nulla, quando fuit concessa à Iudice ad
53 simplicem partis offensæ, seu instigatoris querelam
54 inditus legitimis non antecedentibus, v. g. quod in-
55 ditia præcedere debent per depositiones testium. Marf. in §. constante, nu. 21, vbi de comm. Eugen.
56 cons. 64. nu. 14. seqq. vbi dicit veriorem, & magis communem opinionem esse, & ex consuetudine to-
57 tius Italiæ, vt ante capturam examinentur testes; aliter captura est iniusta, & nulla. Clar. q. 28. nu. 1 in fin. Honded. cons. 100. seu 108; n. 23. seq. vol. 1. Petr. de Surd. cons. 182. nu. 2. vol. 2. Et hoc procedit etiam in atrocissimis delictis. Marf. d. §. constante, nu. 2. Farin. q. 27. nu. 124. Honded. cons. 94. n. 8. vol. 2. Quod eo magis dici debet, quando persona est in sactis ordi-
58 nibus constituta; vt Sacerdos, aut Diaconus, vel Subdiaconus, qui est persona priuilegiata, vt per Scacc. tract. crim. q 42. nu. 13. Ratio est, quia Sacerdotes
59 in diuinis eloquiis aliquando Dii appellantur, aliquando etiam Angeli, & à Regibus sunt honorandi, non iudicandi. Dicente Constantino Imperatore, dignum non est, vt nos iudicamus Deos. 11. q. 1. Sacer-
60 dotis nomen componitur ex dictionibus, Græca dos, idest datio, & latina Sacer. vt 21. di. t. Cleros. sicut enim Rex à regendo. sic Sacerdos à sacrificando dictus est. Et Sacerdotes Gentilium dicebantur Flamines, quasi Filamines à filo, quod gerebant in capite in signum Sacerdotii. Aliqui fuerunt Protoflamines. Vt in c. Cleros, præalleg. vocab. iuris in verb. Sacerdos.

DISCEPTATIO XX.

De Cautione de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor in promissione non cogitat de leui percussione.*
2 *Verba generalia restringuntur ad id, de quo cogitatū est.*
3 *Cautio non dicitur rupta, quando quis alium leuiter percussit.*
4 *Pro altercationibus sine armis factis quis capturari minimè potest.*
5 *Decretum irritans annullat, quod fit contra ipsum.*
6 *Modicum quod est, generaliter non arctatur.*
7 *Parum, & nihil æquiparantur.*
8 *Modicis, & paruis multa conceduntur, quæ non conceduntur in magnis.*
9 *Sententia sine scriptis conceditur in modicis, & paruis, quæ non conceditur in magnis.*
10 *Minimum quamuis attendi soleat in puniendis delictis, tamen non attenditur in leui percussione.*
11 *Percussio leuis nullum continet delictum.*
12 *Cautio de non offendendo non dicitur rupta propter leuem percussionem.*
13 *Offensio leuis non dicitur deducta in stipulatione.*
14 *Offensio modica in pœna conuentionali non est in consideratione.*
15 *Fideicommissum per offensam reuocatur, si verò fuerit leuis, non reuocatur.*
16 *Vulnusculum non videtur in se habere delictum.*
17 *Percussio leuis non videtur damnum inferre.*
18 *Offensus quando est vilis persona, offensa non est curāda.*
19 *Armorum appellatione non venit instrumentum ferreum paruum.*
20 *Armorum appellatione non veniunt fustes, lapides, &c.*
21 *Cautio de non offendendo non dicitur rupta, quando vulnus fuit modicum.*
22 *Vulnus modicum non rumpit pacem, nec cautionem de non offendendo.*
23 *Percussio leuis non est in consideratione, cum damnum non inferat.*
24 25 *Vulnus non verificatur in modica effusione sanguinis.*
25 26 *Pax non dicitur rupta ob nouam superuenientem causam.*
27 *Causa noua excusat, quando constat in processu; nè promissioni de non offendendo contrauentum dicatur.*
28 *Promissio de non offendēdo intelligitur rebus sic stātibus.*
29 *Promissio generalis de non offendendo quommodò intelligatur.*
30 *Causa noua non solum excusat, sed præbet iustam offendendi causam.*
31 *Causa plurium est consideranda.*
33 *Causa noua leuissima, & puerilis à fractura cautionis de non offendendo quem pœnitus excusat.*
34 *Causa noua ex pluribus deprehenditur.*
35 *Causa noua deprehenditur, quando rixa non fuit præmeditata.*
36 *Causa noua est, quando rixa non fuit facta inter principales.*

37 *Causa noua est, quando offensus aliquando allocutus fuit cum offendente.*
38 *Causa noua est, quando offensus inimicitiam nō retinuit.*
39 *Causa noua est, quando causa, ex qua de non offendendo promissum fuit, leuissima fuit, nempè quando verbales non interuenerunt iniuriæ.*
40 *Causa noua est, quando adest temporis cursus.*
40 *Temporis cursus iniuriæ obliuionem præsumi facit.*
41 *Causa noua, & antiqua concurrentibus ex noua præsumitur.*
42 *Causa an excuset, verisimilitudo est attendenda.*
43 *Causa in ruptura cautionis de non offendendo qualis esse debeat.*
44 *Causa noua ex ludo, & ebrietate etiam in probo viro esse potest.*
45 *Author rixæ semper dicitur in culpa.*
46 *Author rixæ legibus est valdè exosus.*
47 *Author rixæ potest occidi absq; incursu pœnæ.*
48 *Vulnerans si aufugiendo non posset offendi, daretur occasio delinquendi.*
49 *Offensus non potest habere stateram præ manibus, & mensurare ictus.*
50 *Dolore promotus non est in plenitudine intellectus.*
51 *Metus improuisus tollit rectum deliberandi iudicium.*
52 *Inimicus reconciliatus maximè de recenti à testimonio repellitur.*
53 *Inimicus reconciliatus repellitur etiam in criminibus exceptis.*
53 *Inimicus etiam antiquus reconciliatus non est omni exceptione maior.*
53 *Inimicitiam contrahens cum vno de vna familia, nō solum præsumitur ipsi inimicus; sed etiam omnibus de eius familia.*
54 *Pax quando fuit facta, seù data cautio de non offendendo inter plures inuolutum, quid agendum.*
55 *Offensa, quæ fit vni ab vno alia est, ac etiam alia est, quæ fit alii ab alio.*
56 *Promissio de non offendendo quomodo sit intelligenda.*
56 *In promissione de non offendendo in dubio quilibet pro eius facto promisisse censetur.*
57 *Fama bona probata Rei, quæ est inditium ipsius innocentiæ, tollit famam malam.*
58 59 *Fama bona facit corruere ipsam Inquisitionem.*
60 *Fama bona Rei tollit inditia etiam indubitata.*

QVamuis per Fiscum dicatur, quod in pacis, seù cautionis stipulatione de non offendendo adsint illa verba generalia. Nec facto, nec verbis, &c. quæ vi-
1 dentur comprehendere omnem speciem offensionis, tamen fideiussor in promissione non cogitat de leui
2 percussione; Et verba etiam generalia restringuntur ad id, de quo cogitatum est. Tradit Aym. cons. 3. n. 11.
3 vol. 1. Quarè quando quis aliū leuiter percussit, cau-
4 tio non dicitur rupta; quoniam pro altercationibus sine armis factis quis capturari minimè potest, vt habetur expressè in Constit. Pauli III. ad fauorem carceratorum edita in Bullario, nu. 58. in 1. par. vers. pro
5 altercationibus &c. Quæ Constitutio cum habeat decretum irritans annullat, quod fit cōtra d. decretum. Oldrad. cons. 319. col. fin. vers. immo si Prælatus, c. penult. de præben. in 6. Ruyn. cons. 70. col. 6. vol. 5. Gabriel tit. de claus. concl. 3. nu. 57. Abb. c. si dilectus, n. 14. de præben. Gabr. post alios, quos allegat, tit. de
6 claus. concl. 3. n. 56. Hinc infertur, quod in omni materia quod modicum est, generaliter non arctatur. l. si debitori, ff. de iudic. Felyn. c. fin. §. 1. col. 2. in fin. de
7 off. deleg. Et ideò paruum, & nihil æquiparantur, §. 1.
8 instit. tit. ad l. falcid. Multa enim conceduntur in modicis, & paruis, quæ non conceduntur in magnis. Vt
9 aliquando fertur sententia sine scriptis. Ac trad. per Mars. cons. 80. nu. 2. lib. 2. dicet talis regula soleat limitari in casibus, in quibus versatur fauor publicus,
10 ità vt minimum etiam tunc attendi soleat, vt in puniendis delictis. Text. est, in §. Gallinarum, Instit. tit. de furt. Tamen hæc limitatio non habet locum in le-
11 ui percussione; cum leuis percussio nullum conti-
12 neat delictum; & consequenter cautio non dicitur rupta, prout à fortiori arguit Cortett. de minim. paterg. primum nu. 5. sequitur Mars. d. cons. 80. Et op-
13 tima ratione quidem; quia leuis offensio non intelligitur deducta in stipulatione de non offendendo; etiamsi generaliter fuerit prouisum non offendere, latè scripsit Paris. cons. 165. vol. 4. ex doctrina Bal. l. si prædium, col. 4. C. de Edilit. act. Idem tenet in cons.
14. 195. ad fin. lib. 2. Et quod in pœna conuentionali modica offensio non sit in consideratione. Est Text. expressus l. 3. §. fin. cum l. seq. ff. de adimen. legat. Vbi
15 quod fideicommissum reuocatur per offensam: Si verò fuerit leuis, non reuocatur. Et Alber. in d. l. seq. ante fin. quod hæc leuis offensio, vt offensa dicatur
16 per illum Text. Tamen non est curanda; nec etiam vulnusculum; quia non videtur in se habere delictū.
17 Per l. 1. vers. perinde, ff. de edilit. edict. Et quod leuis percussio non dicatur damnum inferre. Est text. in l. si seruus serui, §. rupisse, & seqq. ff. ad l. Aquil. Idq; eo magis videtur dicendum, quando offensus est vilis persona. Tradit Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1131. num. 4.

Immò etiam dicitur, quod d. cautio de non offen-
18 dendo nec etiam dicitur rupta, quando quis vulgariter loquendo v. g. *con vn Falcione* vulnerauit alium;
19 quoniam armorū appellatione non venit instrumentum ferreum paruum, vt temperator, cultellus paruus ad incidendum panem, & similia. Vt Auth. de armis,
20 §. soleas autem, vt ibi not. Prout nec etiam veniunt fustes, lapides, & similia. Ità Angel. in l. si de pignore, §. sed si furtē, ff. de fur. Et Rom. in l. 1. §. occisorum, ff. ad Syllan. Et quod fustes, lapides, &c. nō veniunt ap-
21 pellatione armorū. Glos. est singularis in Clem. 1. de stat. Monach. Angel in verb. vno stocco, n. 1. Et multo magis d. cautio non dicitur rupta, cum vulnus fuerit ità modicū, quod infra biduū vulneratus conualuit, & iuit per Ciuitatem, ac etiā per alia loca. Bal. in l. 1. §. id autē, ff. de edil. edict. c. pro illorum, in fin. de sent. excomm. Abb. in c. proposuisti, de consecr. Eccl. Vbi
22 quod in simili modicum vulnus (vt dictum est) non dicitur in se habere delictum. Et maximè quando est sine vllo vitæ periculo, sicut non rumpit pacem, multo

24 multo minus Cautionem de non offendendo: Ra-
tio est, quia non solum non verificatur in aliqua
modica effusione sanguinis. Abb. & Felyn. in d. c.
Cum illorum. Vbi Glos. de sent. excomm. Hercul.
de caut. de non offenden. c. 26. n 10. & c. seq n.8.
25 Sed etiam quia leuis percussio non est in considera-
tione, cum damnum non inferat, vt superius dictũ est.
Quinimò etiam dicitur, quod non est rupta d. Cau-
26 tio, quando vulnus fuit illatum ob nouam, & super-
uenientem causam l. Cum quęritur cum duobus seqq.
ff. de except. rei iudic. l. si certa. C. de transact. Alciat.
l. cum proponas la 2. C. de pac. Vulpell conf. 53. n. 2.
27 Ratio est, quia noua, & superueniens causa, quando
constat in processu, iuxta constitutionem Pii Quinti
excusatione promissioni de non offendendo contra-
28 uentum dicatur d. l. Cum quęritur. Et Vulpell. cons.
27 n. 2. seq. Ratio est, quia promissio huiusmodi inter-
pretatur rebus sic stantibus, & aliqua noua causa mi-
nimè subsequente l. quęro, §. inter locatorem cũ vulg.
ff. locat. quam communi voto approbauit Alex. l. aut
facta. §. causa, ff. de poen. cons. 19. n. 1. & cons. 115.
nu. 4. Vbi de communi testatur. Et est nimis certa
conclusio, de qua d. Alex. ad Bart. d. §. causa l. se-
mel mora. ff. solut. matrim. Vulpel. cons. 7. n. 15. &
cons. 10. n. 39. & q. 45. nu. 4. Et maximè Bal. d. l.
semel mora c. 1. de pac. tenen, Anton. Butr. & Imol.
cap. Cum inter de renun. ex eo Text. dicenes ge-
29 neralem promissionem de non offendendo ex causa
de pręsenti, & de pręterito, & non de futuro, vel sub-
sequenti interpetrandam. Alex. ad Bart. d. l. semel
mora. §. aut facta. d. cons. 19. n. 1. & d. cons. 115.
in 4. qui de communi testatur. Rom. cons. 183. re-
spondendo pro eo, cui hircinum opprobrium impu-
tatum fuit. Ias. in l. qui seruum de verb. obligat. & l.
quid ergò. §. si hæres. ff. de leg. 1. Mars. cons. 76. n.
30. cons. 119. nu. 2. cons. 122. nu. 18. singul. 503.
Seisell. Dec. Alciat. l. cum proponas. 2. de pac. Ti-
raq. l. Boues. §. hoc sermone de verb. signif. Soc. Iun.
cons. 163. lib. 3. Gratt. cons. 105. n. 1. & cons. 73.
n. 2. Paris. cons. 164. in fin. & cons. 7. nu 13.
Ex prædictis igitur infertur, quod noua causa non
30 solum excusat, sed iustam præbet offendendi cau-
sam, d. l. aut facta, §. causa, vbi Bart. ff. de pœn.
Ex verbis Saturnini dicentis ibi in maleficiis causam
31 plurium fore considerandam, sicut nec transactio-
ni, nec sententiæ quis contrauenire dicitur, si ex no-
ua, & superuenienti causa contrauentum propona-
32 mus. Rom. cons. 155. & 258. & post alios Alciat.
d. l. cum proponas, in princip. C. de pac. Vulpell.
33 cons. 8. num. 1. Et causa noua etiam leuissima, &
puerilis à cautionis fractura de non offendendo,
quem pœnitus excusat. Iuxtà doctrinam d. Bart.
hodie sine controuersia recepta in d. l. aut facta,
§. causa, ff. de pœn. Ruyn. cons. 10. in 4. Vulpell.
cons. 98. num. 5. Alex. in d. l. semel mora, de verb.
obligat. & Ias. in d. l. qui seruum, de verb. obligat.
Rom. in terminis cons. 181. Paris. cons 165. num. 6.
in 4. Vulpell. cons. 98. num 5.
Verum vt in huiusmodi casu omne tollatur dubiũ,
34 ac omnis leuetur difficultas, dicitur, quod noua
35 causa ex pluribus deprehenditur. Primo quando
36 rixa non fuit præmeditata. Item quando d. rixa nõ
37 fuit facta inter principales. Item quando offensus
aliquando fuit allocutus cum offendente. Item quan-
do offensus inimicitiam non retinuit, sed amicabili-
38 ter cum offendente conuersatus fuit. Item quando
causa, ex qua de non offendendo promissum fuit, le-
uissima fuit, nempè in qua verbales non interuene-
runt iniuriæ. Vulpell. cons. 77. num 17. Item quan-
39 do adest temporis cursus; cum tunc facilè noua
39 præsumatur causa: Ratio est, quia temporis cursus
iniuriæ obliuionem præsumi facit. l. peregrè, ff. de
acquir. rer. domin. Alex. d. cons. 115. Vulpell. cons.
53. num. 8. Item d. noua causa præsumitur ex recon-
40 ciliatione subsecuta. Bal. l. Athletæ, §. dat remis-
sionem, ff. de excusat. tutor. Per Text. in §. fin. Instit.
de iniur. Vulpell. d. cons. 53. num. 7. Item noua cau-
41 sa præsumitur, quando non principalis, sed com-
prehensus offenditur. Vulpell. cons. 7. nu. 8
Cæterum vltra supradicta illud etiam est aduerten-
dum, quod causa noua, & antiqua concurrentibus,
42 siue apparentibus in dubio ex noua præsumitur.
Ex doctrina Bal. communiter recepta in d. l. si præ-
dium, num. 12. C. de Edilict. action. quem singula-
rem dicunt Alex. Ias. in l. qui seruũ, de verb obl. Alex.
in l. semel mora, ff. solut. matr. d. cons. 19. in primo, &
cons. 115. in quarto, Dec. cõs. 406. Paris. d. cons. 165.
n. 26. in quarto. Gratt. cons. 71. Cæphal. cons. 35. Vul-
pell. cons. 53. num 5. & cons. 3. num. 14.
Non valet, si per Fiscum dicatur, quod in cautio-
ne de non offendendo, seù in pacis ruptura requiri-
tur, quod causa sit iusta, idest quod sit à lege sic ap-
probata, vt licita sit verberatio, seù occisio. Vt in l.
Gracchus, C. de adul. & simil. quia satis est, vt eius
43 modi sit, quæ percutientem ad iracundiam, quę etiã
in probo viro cadere possit, mouere potuerit. Bald.
cons. 57. nu. 1. aliàs 195. in 2. in nouis. incip. lauda-
re vos, col. 3. Vbi probat eam causam, quæ ex ludo,
44 vel ebrietate processit, satis esse. Et ex Alex. cons.
19. de eo, qui grauiter percusserat percutientem eius
bouem damnum dantem, quæ accusare debuerat.
Et licet hæc à delicti pœna non excusent, non sequi-
tur, quin à conuentionali, seù pacis pœna excusatio-
nem præbeant, cum non constet offensionem non ex
antiqua iniuria, sed ex noua causa, quæ offensi cul-
pa processit, secutam fuisse. Vulpell. q 48. nu. 7.
Et vt clarius, & securius in huiusmodi casu proce-
datur per Iudicem, illud est ei omninò vidēdum, quis
45 fuerit author rixę; quoniã rixę author semper dicitur
in culpa, & contra ipsũ omnis deterior fieri debet in-
terpretatio. Ad trad. per DD. in d. l. cum proponas, la
2. C. de pac. Rolan. cons. 63. nu. 3. vol. 2. Vulpell. q. 1.
& q. 8. Bal. in l. si ex plagiis. §. Tabernatius, ff. ad l. A-
quil. Felyn. c. significasti, col. antepen. de homic. Et
46 author rixę est adeò exosus legibus, quod sanctius est ip-
sũ punire, quã rixantes ad concordiã reuocare. Felyn
in rubr. de treg. & pace. Nec dissentit Bost. tit. de pace,
47 n. 30. Immò dicitur, quod author rixæ potest occidi

absque incursu pœnæ. Ias. & Dec. in l. vt vim ff. de
iust. & iur. Calefat. cons. 103. nu. 12. lib. 1. diuers.
48 etim. Vbi testatur de communi. Nec dicere omitto;
quod si vulnerans aufugiendo non posset offendi, daretur occasio delinquendi, & quilibet posset offendere inimicum, & aufugere, & offenso non licere repercutere; quod non est dicendum l. conuenire. ff.
de pact. dotal. c. Cum dilectus. Quod met. caus. Nec
49 minus tenetur de excessu; quia offensus non potest
habere stateram præ manibus, & mensurare ictus.
50 secundum Bal. in d. l. vt vim de iust. & iur. Ratio
est, quia dolore promotus non est in plenitudine intellectus. Ità Bal. in c. 1. §. 1. in fin. de pac. iuram.
51 firman. Metus enim improuisus tollit rectum deliberandi iudicium Aggresso, & percusso. Vt experientia docet.

Non facit, si per Fiscum dicatur, quod ad fauorem offensi deposuit aliquis, qui sit eius amicus, &
Inimicus, quamuis postea reconciliatus, offenden-
52 tis; quia Inimicus reconciliatus maximè de recenti
à testimonio repellitur. Felyn. in c. Cum oporteat
nu. 4 de accusat. Vbi adducit Concordantes c. Accusatores 4. q. 5. Alber. de Malet. tract. de test. c. 2.
nu. 9. Immò etiam repellitur in criminibus exceptis
c. 1. Accusatores e'l primo 3. q. 5. cuius verba sunt,
Accusatores, & Testes, &c. vbi not. Præpositus, &
Turrecremata, & Felyn. in c. Cum te de rescript.
vers. Infidelitas Alex. cons. 99. Gram. cons. 57. nu.
8. Alciat. tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 1.
Innoc. in c. Cum oporteat de accusat. Mars. in l. 1. §.
præterea nu. 4. ff. de quæst. Anton. Gomez. tom. 3.
53 variar. resolut. c. 2, nu. 1. Immo dicitur, quod licet antiquitus fuerit reconciliatus, non potest dici
omni exceptione maior, Fariac. q. 53. num 63.
53 Et inimicitiam contrahens cum vno de vna familia,
non solum præsumitur ipsi inimicus, sed etiam omnes de eius familia vsque ad quartum gradum inclusiuè Felyn. in c. Repellantur de accusation. num. 4.
vers. Item adde. Bal. in l. si Vasallus e'l primo in tit.
si de feudo fuer. contron. Angel. cons. 248. Incipiente in splendidissima Ciuitate, & Alex. cons. 24. in
2. vol. vers. non obstat. Et ideò omnes Descendentes della familia à testimonio repelluntur l. Athletas. §. dat remissionem, ff de accusat. tutor. vbi not.
Bal. & DD. quos sequitur Anton. Gomez. tom. 3.
variar. resolut. c. 12. num. 14. Eadem etiam ratione
Collaterales vsquè ad quartum gradum reputantur
inimici. Argum. Text. in l. lex Cornelia. §. 1. ff. de
iniur. Ità tenet Bal. in d. §. dat remissionem. Mars. in
l. 1. §. præterea num. 103. ff. de quæst.

Vltra supradicta non videtur tacendū, quod quādo
54 fuit facta pax, seù data cautio de non offendēdo inter plures in solidum sub pœna, &c. secuta offensa in
persona vnius ex vna parte ab vno, vel plurib. ex alia,
cuilibet, & contra quemlibet in solidum non competit actio Bart. l. fin. num. 2. ff. de duob. re. Ratio est,
quia non sunt omnes Correi actiue, & passiuè; cum
in huiusmodi stipulatione extet diuersitas in re, & sic
in persona offensi. Idquè formalibus verbis tradit in
Auth. Hoc ità num. 15. C. eod. quem secutus est Ca-
55 stren. l. si id quod nu. 4. ff. eod. quia (vt ipse dicit) Alia est offensa, quæ fit vni ab vno; alia, quę fit
aliis ab alio. Angel. Imol. Alex. d. l. fin. & in Addit.
ad Bart. in l. si id quod Angel. Rom Ias. vulg. §. Cato. nu. 54. Ruyn. post eos nu. 55. Corn. cons. 218.
in fin. in 2. cons. 167. in 3. cons. 247. in fin. in 4.
56 Concludens quod ex pluribus in dubio quilibet pro
eius facto promissise censetur.

Quibus omnibus quoquè additur, quod quando
57 Inquisiti sunt bonæ vitæ, conditionis, & famę ex
singulari D. Iudicis gratia ab imputatis possunt absolui; quia in quolibet casu criminali fama bona
58 probata Rei tollit famam malam, delicti præsumptionem, inditium ad torturam, & probationes factas adiuuat. Farinac. q 47. num. 86. Baiard. q. 60.
59 num. 86. Immo facit corruere ipsam Inquisitionem.
Vt eleganter tradit Fulgos. cons. 153. incip. ad primum in 2. col. Nouell. in tract. ad defens. car. 59.
60 num. 39. Immò fama bona Rei, quæ est inditium
61 ipsius innocentiæ tollit omnia inditia etiam indubitata contra ipsum existentia. Ias. l. fin. in fin. C.
commun. delegat. l. Diuus & ibi Bart. ff. de in integr.
restit.

DISCEPTATIO XXI.

De Fideiussore.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non tenetur representare Reum, quando post fideiussionem præstitam effectus est bannitus.*
2 *Promissio omnis habet in se tacitam conditionem, rebus sic stantibus, & non alias.*
3 *Fideiussor non tenetur representare Reum secuto banno, seù confiscatione bonorum etiam in eadem causa.*
4 *Fideiussor non tenetur representare reum etiamsi fideiusserit, eum non discessurum de palatio, quando Iudex ei concessit licentiam.*
5 *Ex verbis quod infertur, expressum dicitur, etiam quod pro forma expressio requiratur.*
6 *Licentiam quando Iudex orctenus reo concessit de discedendo de palatio.*
7 *Per licentiam Iudicis dicitur mutatus status rei.*
8 *Licentia Iudicis in omni casu pænam excludit.*
9 *Fidem quandocunque datam turpe est fallere.*
10 *Fides est fundamentum iustitiæ.*
11 *Sub fide lex, & iustitia continentur.*
12 *Licentia Iudicis, quamuis tacita in omni actu pænam excludit.*
13 *Fideiussio de non discedendo quando est restricta ad discessum.*
14 *Fideiussor non tenetur se representare, si de licentia appareat.*
15 *Licentia non probata fideiussor non tenetur representare Reum.*
16 *De licentia quando non plenè constat.*
17 *Sine licentia si reus discessit*

18 *Condi-*

18 *Conditio tacita impedit ortum actionis, & obligationis.*
19 *Licentia data quomodò intelligatur.*
20 *Fideiussor quanto magis non sit obligatus.*
21 *Promissio omnis habet in se tacitam conditionem.*
22 *Fideiussor quando non teneatur representare reum.*
23 *Fideiussor non tenetur representare reum, quando effectus est irrepresentabilis.*
24 *Relaxatio rei ex carcere habet vim tacitæ absolutionis.*
25 *Fideiussor non tenetur representare reum relaxatum.*
26 *Fideiussor non tenetur representare reum, quando timet molestari pro alio crimine.*
27 *Fideiussor non tenetur reum representare, quando Iudex iubet eum representari.*
28 *Fideiussor non tenetur reum representare, quando adest metus in ipso.*
29 *Metus est excusatione dignus.*
30 *Metus quando dicatur iustus.*
31 *Metus dicitur id, quod absq; periculo esse non potest.*
32 *Metum probandum sufficit iusta causa timendi.*
33 *Metum iustum inducit iusta suspicio.*
34 *De carceratione potest dubitari, quando à Iudice fuit*
35 *relaxarum mandatum.*
36 *Metus dupplex est.*
38 *Metus reuerentialis tollit contractum factum.*
38 *Obligatio facta à carcerato quando tollatur.*
40 *Metus reuerentialis quando præsumatur.*
41 *Metus semper dicitur durare in reo, quamuis per Curiam fuerit relaxatus.*
42 *Metus non dicitur purgatus, quousque reus viuat.*
43 *Propter metum reus non tenetur comparere.*
44 *Impedito ex legitima causa tempus siue legis, siue hominis non currit.*
44 *Tempus siue legis, siue hominis impedito ex legitima causa non currit.*
45 *Iustitia, &) magis est attendenda quam culpa delin-*
46 *Æquitas) quentis.*
47 *Saluus conductus est fragilis cautio.*
48 *Periculo nemo se exponere debet.*
49 *Saluus conductus sæpe sæpius non seruantur.*
50 *Carcer est species tormenti habens grauamen successiuum.*
51 *Fugiens ne capiatur, non tenetur se representare.*
52 *Captura continet prauudicium irreparabile.*
54 *Fideiussor non tenetur reum representare, si semel eum representauit.*
55 *Fideiussor promittens reum representare toties quoties representando bis liberatur à d. promissione.*
56 *Fideiussor promittens sistere aliquem certa die est liberatus à fideiussione.*
57 *Fideiussor non tenetur de fuga rei, quando iuit ad superiorem.*
58 *Fideiussor quando noua non superueniant inditia.*
59 *Fideiussor in dubio non representando reum non tenetur ad pœnam.*
60 *Fideiussor non tenetur ad pœnam reum non representan-*
61 *do, quando est innocens.*

1 FIdeiussor, qui promisit representare reum ex plu-
ribus non tenetur. Primo quando post fideius-
sionem præstitam d. Reus effectus est banditus, l. sed
etsi quis, vbi not. omnes, ff. si quis caut. Ratio est,
2 quia omnis promissio habet in se tacitam conditio-
nem, rebus sic stantibus, & non alias, c. quemad-
modum, & c. clericus, extra de iureiurand. C. con.
3 ff. qui satisd. cogan. Quod procedit; etiamsi reus sit
solum accusatus de nouo delicto. Cæphal. cons. 187.
& lib. 2. per totum. Gabriel. cons. 173. num. 11. seq.
vol. 2. Secundo non tenetur secuto banno, seu con-
fiscatione bonorum, etiam in eadem causa in perso-
na d. Rei. Bossi. tit. de reuocatione fideiuss. committ.
4 num. 43. Tertio non tenetur, etiam si fideiusserit eum
non esse discessum de palatio, quando Iudex ei con-
cessit licentiam de discededendo de palatio, vel eam
præsupponitur dedisse; nam tunc ob discessum nul-
lum habet ius proscindi; quamuis non dixerit damus
licentiam; quia si dixerit alia similia verba licentiam
inferentia, dictam cautionem dans non tenetur eum
5 representare, nec vllam pœnam persoluere: Nam
quod ex verbis infertur, expressum dicitur; etiam
quod pro forma expressio requiratur. Aym. cons. 149
6 num. 11. & cons. 257. lib. 1. Immò quando Iudex
oretenus, vel coniunctis oculis concessit licentiam
Reo de discedendo è palatio, etiamsi in instrumento
fideiussionis adsit clausula de non discedendo sine li-
centia in scriptis, tamen de communi stylo non po-
7 test molestari; quia per dictam licentiam dicitur mu-
tatus status ipsius Rei. Vltra quod Iudicis licentia in
8 omni casu pœnam excludit. l. ait Prætor, §. penult.
& ibi Glos. in verb. imputandum, ff. de minor. l. 2.
§. Cassius, ff. de aqua plu. arcen. l. furti, §. qui
iussu, ff. de his, qui notantur infam. l. si is id quod,
§. primo, & ibi Glos. in verb. iussus, ff. de iurisdict.
9 omn. Farinac. cons. 59. num. 9. Ratio est, quia turpe
est fidem quomodocumque datam fallere. l. 1. ff. de
constit. pec. l. conuentionũ, ff. de pact. c. extra de dolo.
Immo turpius est sub Iudicis fide publica quem de-
ceptũ remanere, l. 1. cũ ibi not. C. de his ven. ætat. im-
10 petr. Nec mirũ videri debet; quia fides est fundamẽ-
11 tum iustitiæ; quoniam sub fide lex, & iustitia con-
tinentur. §. festinabis. In Auth. de mandat. Princ.
11 Additur etiam, quia Iudeis licentia, quamuis taci-
13 ta in omni actu (vt dictum est) pœnam excludit d.
l. ait Prætor. cum aliis supradictis allegatis præsertim
quando in facti specie fideiussio de non discedendo
14 est restricta ad discessum sine licentia: Nam tunc si
de licentia appareat, fideiussorem non teneri consu-
luerunt Calephat. inter cons. crim. diuers. cons. 87.
nu. 846. lib. 2. in parua impressione. Hyppol. Rimi-
15 nal cons. 135. nu. 10. seqq. iuncto nu. 27. in fin.
lib. 2. licet non esset probato licentia. Bertazz.
16 cons. 80. lib. 1. Vbi loquitur in fortioribus termi-
nis, quando scilicet de licentia non plenè constat;
sed discedens iuste credit illam fuisse concessa à Iudi-
17 ce. Et facit viua ratio, quia obligatio ad pœnam
in casu, quo quis sine licentia discesserit habet in se
tacitam contrariam conditionem, vt non teneatur
obliga-

obligatus, si discesserit cum licentia c. Cum apposto-
lica. §. fin. vers. Nam & in Lateranense Concilio. Et
ibi Glos. in verb. datur intelligi extra de his, quæ fi-
unt à Prælat. sine consensu. l. inter Socerum § Cum
18 inter. ff. de pact. dotal. &c. Tacita enim conditio
impedit ortum actionis, & obligationis, sicut ex-
pressa l. Item quia §. huius rei. Et ibi Glos. in verb.
malè petitur. Et communiter DD. ff. de pact. Et l.
fideiussores Magistratum. §. Aurelio & l. si in pigno-
re. ff. de fideiusso. cum aliis per Riminal. d. consi. 135.
19 nu. 8. seqq. Et per Oldrad. cons. 11. nu. 25. seqq.
Non valet, si per Fiscum dicatur, quod licentia de-
discedendo Reo data intelligi debet, dummodò fi-
deliter discedat, si post discessum non fideliter se ges-
sit v.g. quia stat latitans, seu fugitiuus: Nam quanto
magis licentiatus post discessum prætenditur à Fisco
20 delinquens; tanto magis fideiussor (vt dictum est)
liberatur per mutationem status; Cum omnis pro-
missio siue de repræsentando, siue de non disceden-
do habet in se tacitam conditionem (vt pariter di-
21 ctum est) rebus sic stantibus, & non alias d. c. Quē-
admodum, & cap. Clericus extra de iureiuran. l. fin. ff.
qui satisdar. cogant. quoniam data licentia (vt quoq;
22 dictum est) dicitur mutatus status. Quartò non te-
netur repræsentare d. Reum certa die, nisi prius per
Iudicem fuerit monitus Boss. tit. de carcerat. fideiuss.
23 committ. nu. 61. Quintò non tenetur representare,
quando relaxatus effectus est irrepræsentabilis v.g. ex
eo, quod aufugerit, timens capi à Curia propter no-
uum delictum, cuius causa mutauit statum. Farinac.
24 cons. 59. num. 40. seq. Et optima ratione quidem,
quia d. relaxatio habet vim tacitè absolutionis. Ancan.
cons. 17. col. 3. Alex. cons. 179. vol. 2. Boss. tit. de
25 carcerat. Fideiuss. num. 19. Sextò non tenetur re-
præsentare, quando Reus accusatus comparuit, &
dedit fideiussionem de se representando, & soluendo
condemnationem, si quæ facta fuerit; Condemna-
tus fuit, & citatus ad soluendum condemnationem,
& ad d. Reum repræsentandum; quia Iudex habuit
Principalem in suam fortiam, & ipsum dimisit, seu
permisit recedere. Vnde d. fideiussor. est liberatus
ab ipsa fideiussione. Per l. fin. ff. de pact. l. qui res. §.
aream. ff. de sol. l. post mortem. §. fin. ff. de bon.
poss. C. de fideiuss. l. ex persona loca l. si cum Her-
mes. & l. si cum hæredes cum sim. Multo magis sunt
liberati fideiussores, si principalis est in fortia Iudi-
cis. Per iura prædicta cum sim Bonifat. Rubr. Quid
25 sit accusatio num. 85. Septimò non tenetur repræ-
sentare Reum, si licentiatus latitat, & fugitiuus ap-
paret, vel quia iterum carcerari, & puniri timet pro
primo prætenso crimine; vel eo quia pro aliquo alio
26 prætenso crimine pariter capi, carcerari, & puniri
27 dubitat, seu timet propter mandatum relaxatum
per Iudicem, vel citationem factam ad Reum repræ-
sentandum. Vnde non debet se periculo exponere.
Innoc. & Bal. c. 1. Quod met. caus. Cum quilibet
iustus in prohibitis excuset ab omni culpa, & dolo
Bal. c. 1. vers. vbi furtum de pact. iuram. firman. Et
quando durat præsentia minantis, durat etiam me-

tus. Tradit in propriis terminis Cyn. l. 2. C. quod
met. caus. Quare tacto, & culpa Iudicis irrepræsen-
tabilis efficitur. Foller. in pract. crim. in verb. Etsi
28 confitebuntur num. 57. Et quando inest huiusmodi
metus in Reo non tenetur fideiussor ipsum repræsen-
29 tare: Ratio est, quia metus est excusatione dignus
Gram. cons. 13. num. 21. Clar. q. 60. vers. quæro
30 modo. Vbi testatur de communi. Et metus iustus
vt dicatur inductus, satis est probabiliter timere; nè
ius inferatur. Paris. cons. 60. num. 13. vol. 4. Alex.
cons. 99. num. 7. lib. 3. cum aliis per Modern. de-
31 probat. conclus. 1051. num. 49. vol. 2. Et timen-
32 dum est, quod absquè periculo esse non potest. Et
iusta causa sufficit subesse ad probandum, quod me-
tu factum sit Bal. in l. fin. col. 1. C. de iur. deliber.
33 Et iusta suspicio inducit iustum metum Alex. cons.
144. vol. 2. Et ea quæ per iustum metum fiunt, excu-
sationem merentur, c. fin. cum vulg. de appellat.
34 Gram. decis. 5. num. 11. Nec non probabiliter po-
test dubitari de carceratione, quando v. g. à Iudice
35 fuit relaxatum mandatum, vel citatio fuit facta ad
repræsentandum Reum Innoc. c. si verò de sent. ex-
comm. Refert, & sequitur Ang. in §. ius autem gen-
tium, instit. de iur. natur. gent. & ciuil. Et dupplex
36 est metus vnus dicitur, qui cadit in virum constan-
37 tem; Alter dicitur reuerentialis erga Superiorem:
Et vterque tollit obligationem factam in carcere à
carcerato, vt se eximet è manibus dicti Superioris.
38 Et quod metus reuerentialis tollat contractum fa-
ctum tradit Soc. Iun. cons. 47. num. 33. lib. 3. Qui
ait solam ipsam reuerentiæ causam probabilem esse
39 ad rescindendum cōtractum d. obligationis factum.
40 Dixit Rip. lib. 3. respon. c. 15. nu. 8. in fin. Et d.
metus reuerentialis non solum præsumitur ob enor-
mem læsionem subsecutam. Vt tradit Soc. sen. cons.
263 col. 3. vers. propterea facit lib. 2. Ruyn. cons.
170. nu. 17. lib. 1. Menoch. de arbitrar. casu 136.
num. 4. seqq. lib. 2. sed etiam ob timorem carceris,
41 & pœnæ. Qui metus semper dicitur instare, licet
quod quis sit per Curiam relaxatus è carceribus se-
cundum Bal. in l. nouissimè in fin. principii. ff quod
fals. tut. Au. Quod est menti tenendum secundum
Brun. tract. de indic. & tortur. q. 6. secunda par.
42 num. 17. Immò non dicitur purgatus, quousquè
viuat, qui illum intulit. Vt in terminis tradit Aret.
cons. 14. col. 10. vers. sed restat nunc videre Alex.
cons. 1. col. 4. lib. 3. Corn. cons. 41. col. 2. vers. Et
debet Iudex lib. 2. prout in simili dicitur de Muliere
ingressa in Monasterium per metum, & ibi per plu-
res annos perseuerauerit, tamen non dicitur purga-
tus metus, donec Dominus viueret, qui illam ingre-
di compulit. Calder. cons. 1. quia dicitur durare,
durante detentione in d. Monasterio Boss. tit. de mā-
dat. ad homic. num. 34. Qua quidem ex re omninò
dicitur, quod Reus non tenetur propter d. metum
43 carcerationis, & pœnæ comparere in illo Tribuna-
li, in quo habet contra ipsum appositum aliquam-
pœnam, & ad quod non est ei tutus accessus: nam
quando aliqua ex causa Reo non est tutus accessus,
non

non tenetur comparere Bart. in l. fin. col. 2. ff. de
44 restit. in integr. Boss. tit. de citat. nu. 35. Ratio est,
quia impedito ex legitima causa tempus siue legis,
siue hominis non currit l. 1. in fin. C. de annual. præ-
script. Dec. conf. 365. col. 2. Vbi ait id procedere,
etiam quod non fuerit protestatum de impedimen-
45 to. Et optima ratione quidem; quoniam magis
attendi debet iustitia, & æquitas, quam culpa De-
linquentis l. Papinianus exuli. ff. de minor. c. quia
46 diuersitatem de concess. præben. Et si condemne-
tur, sententia redditur nulla, non obstante quouis
saluoconductu concesso; cum non teneatur ei crede-
re c. accedens. Vbi not. omnes. Vt lit. non contest.
latè Afflict. decis. 289. num. 20. cum aliis seqq.
47 Ratio est, quia Saluus Conductus est fragilis cautio
48 l. qnd ita §. 1. ff. ad Trebell. Et ideò quis excusa-
tur non comparendo, ex quo nemo periculo se ex-
ponere debet. Not. in c. 1. de Cler. non residen. in
sexto Nec dissentit Bart. in l. Idemquè. ff. pro soc. Et
eo magis id dici debet; tum quia hodie isti Salui Cō-
ductus sæpe sæpius non seruantur. Vt per plura exē-
49 pla ostendit Menoch. conf. 100. num. 191. lib. 1.
Tum etiam; quia Carcer est mala mansio. l. Item
apud labeonem. §. quæstionis. ff. de iureiur. Boss. tit.
de carcere num. 1. Ac etiam quia ignominiosus est.
Ideò fugit Demosthenes: Et Epistola secunda de suo
reditu inquit. Iam ob discessum meum ne irasci mi-
hi non potestis, nec enim ideò abii, quod aut de vo-
bis desperarem, aut vspiam alio re picerem, sed pri-
mum carceris ignominiam animo ferebam grauiter,
deinde propter ætatem afflictionem illam corporis
perpeti non poteram. Simanc. Enchirid. tit. 52.
50 num. 17. Vltra quod d. carcer est species tormenti,
habens grauamen successiuum. Bal. l. si Clericus in
1. q. C. de Episcopal. Audien. & in l. fin. C. quib. ad
51 libert. perueu. non licet. Vnde quando quis se re-
52 traxit, seu aufugit, nè capturetur, non tenetur se
repræsentare; quoniam captura continet præiudici-
um irreparabile, & infamiam capti. Vt tradunt om-
nes in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Octauo
53 non tenetur Reum repræsentare, quando fuit rela-
xatus; & postea quia commisit v.g. homicidium,
fuit positus in Banno perpetuo; quamuis Iudex pe-
tat, vt eum repræsentet l. sed si. quis. §. rei capitalis.
ff. si quis caut. ibi quid ergò hæc exceptio. Et ad hoc
facit l. si fideiuss. in fin. ff. qui satisdar. cogant. Sed tu
dic, quod ibi fideiussores fuerunt in mora. Et ità nō
est contra. At in d. casu commune successit Malefa-
ctori; Vnde fideiussores amplius non tenentur; Vt
l. hæredes. ff. de fideiuss. l. Nera. Nec obstat ad hoc
l. 1. C. de fideiuss. qui fideiusserit in contractu mutui,
vel venditionis Gand. tract. malef. Rubr. de aliquib.
quæst. variis Nonò non tenetur repræsentare Reum,
54 si legitimè semel repræsentauit, licet postea fugiat,
nisi dixerit, quod repræsentabit toties quoties, &c.
Boss. tit. de carcerat. fideiuss. commit. num. 35.
55 Immò promittens eum repræsentare toties quoties
Curiæ placuerit, quando fuit excarceratus repræsen-
tando bis liberatur à d. promissione. Rom. cons. 14.
& cons. 15. Angel. de Malef. in verb. Pro quibus
Antoniol. in addit. 3. Lucerna Inquisit. in verb. fide-
56 iussor. num. 3. Decimo fideiussor promittens sistē-
re aliquem certa die est liberatus à fideiussione, Boss.
57 tit. de carcerat. fideiuss. committ. nu. 41. Vndeci-
mò fideiussor non tenetur de fuga Rei, qui propter
imminens periculum iuit ad Dominum, vel ad Ami-
cum Domini pro implorando auxilio, quia non di-
citur fugisse. Boss. tit. de carcerat. fideiuss. commit.
58 num. 46. Duodecimò fideiussor, quando noua
non superueniunt inditia illius delicti, pro quo Reus
fuit carceratus, & relaxatus, & ipse cautionem præ-
stitit, etiam nulla secuta condemnatione ad nullam
pœnam, nec ad Reum repræsentandum tenetur. Fa-
rinac. cons. 34. num. 68. ad fin. & cons. 59. nu. 35.
Et hanc distinctionem in d. nu. 68 in fin. dixit mul-
tum æquam & rationabilem, & ab ea in consulen-
59 do, & sententiando non esse recedendum. Deci-
motertio fideiussor in dubio non repræsentando Re-
um non tenetur ad pœnam. Calephat. cons. 87. nu.
17. Gab. cons. 181. nu. 76. seq. lib. 1. Et cons. 173.
60 nu. 4. & 23. lib 2. Decimoquarto quando Reus vt
innocens absoluendus est fideiussor non tenetur eum
repræsentare, seu pœnam soluere, nec d. Reus per
61 Iudicem confiscata causa potest ad carceres remitti.
Gabriel. cons. 181. nu. 6. seq. lib. 1. sed pluries per
Farinac cons. 59. num. 30. Immo nec tenetur fide-
iussor exhibere diligentiam in repræsentando d. Re-
um, Vt Farinac. in d. cons. 59. num 40. Et multa
alia reperiuntur pro fideiussore apud d. Farinac. in d.
cons. 59. Tamen ad propositum huius materiæ illud
mihi quoquè dicendum videtur, quod fideiussioni nō
dicitur Reus contrauenisse, quando v.g. discessit de
Palatio, vel ab alio loco sibi pro carcere assignato,
& infra breue tempus reuersus est. Carrer. in sua
prax crim. in 2. tract. de indit. ad tortur. §. tertium
inditium est num. 20. Farinac. de carcer. & carce-
rat. q. 30. num 70. quamuis contrariam opinionem
teneat. Vulpell. in Respons. 39. lib. 1. fundans se
præcipuè in contemptu Iudicis, cuius opinio verior
videtur, & aliquibus rationibus à Farinac. compro-
batur q. 27. Ipse tamen putat non esse integram
pœnam exigendam, sed mitiorem summam ob Iu-
dicis contemptum. Hic casus cum pluries euenisset
in Curia Archiepiscopal. Neapolit. nunquam repe-
ritur fuisse exactam pœnam, sed carceratus fuit po-
situs sub claue, & non amplius habilitatus. Ac etiam
hoc casu placuit d. Curiæ Archiepiscopali Neapolit.
sequi decis. Gram. 95. licet loquatur in aliis termi-
nis, & expectetur exitus causæ; ac etiam vt possit
pœna exigi, quando carceratus discessit à loco sibi
pro carcere assignato, & commisit alii, quod deli-
ctum. Pract. Archiepiscopal. Neapolit. c. 27. n. 29.
Ego autem omninò dico, quod fugisse non dicitur
de Palatio, &c. qui discessit, & breui reuersus fuit in
iuris, & Iudicii locum. Bal. l. 1. num. 15. vers. quid
de errore. C. de seru. fugit. Boer. decis. 215. nu. 17.
seq. Vbi concordantes antiquiores adducit. Clar. q.
21. vers. tertio autem modo in fin. Vbi attestatur
de

de communi: Nanq; spontè redeundo recedēdi animum non habuisse dicitur l. nihil interest. Vbi etiam Bart.not.ff. Capt.& postli.reuers. Plot.cons.63.nu.23. seqq. inter con. crim. diuers.lib. 1. Bal. l. quis sit fugitiuus. §. 1. per illum Text. ff. de Edilit. Edict. Ias. & alii in l. admonendi. ff. de iureiur. Vbi loquitur de carcerato aufugiente de carcere, seù de manibus Berroariorum: Vnde nullo modo potest dici, quod contrauenerit fideiussioni.

DISCEPTATIO XXII.

De Citatione.

SVMMARIVM.

1 *Citationis defectus dicitur optima, & superlatiua omnium nullitatum probatio.*
2 *Ex sententia lata nulla praecedente citatione non oritur contumacia, & confessio.*
3 *Ob citationis defectum redduntur nulli omnes actus deinde facti.*
4 *Ob citationis defectum corruit totus processus.*
5 *Citatio partis requiritur in principio causa, ac etiam in quolibet actu praeiudiciali.*
6 *Causa merita partium assertione panduntur.*
7 *Citatio minus legitimè facta habetur pro non facta.*
8 *Citatio à Principe tolli non potest.*
9 10 *Citationis defectus est adeò maximus, quod nec à statuto, nec à Principe sanari suppletiuè potest.*
11 *Citatio non solum est de iure positiuo, sed etiam de iure diuino.*
12 *Citatio est de iure positiuo, naturali, & diuino.*
13 *Citatione deficiente, seù non legitimè executa totus processus est nullus.*
14 *Citatio vt credatur, quod fuit facta, apparere in processu, & penes acta scribi debet.*
15 *Citatio non valet, quando Reo non fuerunt data defensiones.*
16 *Citatio non valet, quando fuit facta tempore incongruo, & prohibito v.g. veneris, & sabbati sancti.*
17 *Citatio si fuit emanata tempore prohibito, idest veneris, & sabbati sancti, facit corruere totum processum.*
18 *Citationis defectus est adeò substantialis, vt faciat initium etiam actum factum in fauorem Absentis.*
19 *Iudicis iurisdictio est interdicta hebdomada sancta, idest per octo dies ante, & post Pascham sanctissima Resurrectionis.*
20 *Citatio personaliter fieri debet.*
21 *Citatio domi fieri debet, si citandus reperiri non potest.*
22 *Citatio quando non fuit legitimè facta, sententia, & omnia inde secuta sunt omninò nulla.*
23 *Citatio non valet, si fuit executa ad Valuas Palatii, quando citatus habet domum.*
24 *Citationes de iure communi personaliter, & de consuetudine saltem domi solita habitationis fieri debet.*
25 *Constitutiones edita contra Bannitos procedunt contra ritè, & rectè bannitos.*
26 *Citatio, seù monitorium, quando non est executum domi solita habitationis Rei, sed ad valuas Curia, sententia non valet, & est reuocanda.*
27 *Citatus quando Reus non fuit legitimè, totus Processus est nullus.*
28 *Citatus qui non fuit legitimè, non dicitur contumax.*
29 *Citatio quādo fuit facta ad Valuas Curia* } *Mulcta non*
29 *Citatio quando fuit facta domi* } *afficit.*
30 *Mulcta vt afficiat, requiritur, vt inquisitus fuerit citatus personaliter.*
31 *Mulctari non potest fictus contumax.*
32 *Mulcta non fertur in fictum contumacem, sed in verum.*
33 *Citatio noua requiritur post inobedientiam in non comparendo ad dicendū causam quarè non debeas mulctari.*
34 *Mulcta redditur nulla, & iniqua, quando noua citatio, & termini praefixio non emanatur.*
35 *Mulcta in criminalibus non debet induci, sed Iudex debet sequi ius commune contra contumaces absentes.*
36 *Citatio non valet, nisi prius indicia legitimo ordine prolata accesserint.*
37 *Citatio Rei antequam fiat, requiruntur indicia ad torturam sufficientia.*
38 *Citationis defectus reddit sententiam, & processum nullum.*
39 *Citatio non valet, si Baiulus non attestatur de diligentia facta, quod monitum inuenire non potuit.*
40 *Citatio in criminalibus non valet, nec in ciuilibus, nisi sit trina, vel vna pro tribus.*
41 *Citatio prima non valet in criminalibus, nisi fiat ad componendum mestos paenates.*
42 *In citatione prima debet inseri tenor inquisitionis, quando transmittitur ad domum, aliàs non valet.*
43 *Citatio si extra territorium transmittatur, etiamsi Iudex alterius territorii consentiat, non valet.*
44 *In citatione debet exprimi causa.*
45 *Citatio vnica non sufficit, quando fit, vt deueniatur ad sententiam.*
46 *Citatio non valet, quando est prima, nisi contineat 30. dies.*
47 *Citatio quando fit ad respondendum Inquisitioni, debet continere 30. dies.*
48 *Citatio generalis non valet.*
49 *Citatio in criminalibus non valet, si non est peremptoria quando reus non est absens.*
50 *Citatio quando est peremptoria, sufficit vna pro tribus.*
51 *Citatio non valet, si contineat notoriam iniustitiam.*
52 *Citatio facta ad sententiam non valet, si dicatur ad audiendam voluntatem, seù intentionem Iudicis.*
53 *Citatio non valet, si non fuit facta parti, quando praesens contradicendo potest impedire actum.*
54 *Citatio non valet, quando fuit facta ad valuas nulla facta diligentia de reperiendo domum solita habitationis.*
55 *Citationis forma quando non fuit seruata.*
55 *Citationum inualidarū ratione sententia redditur nulla.*
56 *Citatio non valet post latam sententiam.*
57 *Citatio est nulla, quando in aliquo monitorio legitur, quod sit exequenda ad valuas Curia Episcopatus, & ad valuas Ecclesia, & solum fuit executa ad valuas Curia Episcopatus.*

59 Dictio

59 *Dictio, Et, stat pro dictione etiam.*
60 *Citatio non valet, si fuit facta aliquo die, & illo die datur sententia.*
61 *Dies termini non computatur in termino.*
62 *Citatio non valet, quando ipsius relationem Iudex non vidit.*
63 *Citatio est nulla, quando non fuit facta domi solita habitationis citati, sed ad valuas Tribunalis Gubernatoris.*
64 *Citatio non valet, quando non fuit personaliter, & legitimè executa.*
65 *Citatio est de ordine iuris.*
66 *Citatio in crimine notorio non requiritur.*
67 *Citatio est exequenda vbi citatus habitat, & non vbi habitauit.*
68 *Citatio non tenet, si fuit executa in Apotheca, vbi citatus exercet artem.*
69 *Citatio circumducta non est citatio, & habetur, acsi nunquam fuißet executa.*
70 *Citatio nulla non est citatio.*
71 *Citatio quando est nulla, Iudex debet de nouo illam exequi.*
72 *De citationis nullitate quando dicitur.*
73 *Citatio quando solummodò constat per fidem Notarii, non valet.*
74 *Citationis relatio debet esse clara, non dubia.*
75 *Citatio contra Reum malitiosè se occultantem domi fieri debet.*
76 *Citatio de stylo Rom. Curia personaliter fieri debet, si citandus reperiri non potest, sin autem domi.*
77 *Stylus Romana Curia seruari debet vbiquè locorum.*
78 *Stylus dictus quando non fuit seruatus in causa; sententia non tenet.*
79 *Citatus malè non dicitur contumax.*
80 *Citationis obseruantia ad Valuas Curia est abusus.*
81 *Obseruantia contra ius non attenditur.*
82 *Magistratus) non potest aliquid statuere contra ius Iudex) commune.*
83 *Rusticus excusatur à vera contumacia, etiamsi fuißet legitimè citatus.*
84 *Citatio non valet, quando quis est certus, idest habet domicilium, & citatur per edictum ad valuas Palatii.*
85 *Citatio contra Clericum, seù Presbiterum non valet, quando non fuit executa ad valuas Ecclesia, vbi habet domicilium.*
86 *Domicilium principalius) Clerici, seù Presbiteri est Domus principalior) Ecclesia, in qua habitat, vel inseruit.*
87 *Principalius quod est attenditur.*
88 *Citatio ad domum contra Clericum, seù Presbiterum non sufficit.*
89 *Clericus est necessarius incola Ecclesia.*
90 *Citatio non legitimè facta non valet.*
91 *Testes qui ex facto Fisci, qui eos induxit, non fuerunt examinati, non possunt iterum examinari.*
92 *Paria sunt aliquid non fieri, & minus legitimè fieri: Prout etiam citationē non fieri, & minus legitimè fieri.*
93 *Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere.*
94 *A citatione ad locum non tutū non est necesse appellare.*
95 *Paria sunt procedere contra non citatum, vel ad locum non tutum citatum.*
96 *Citatus ad locum non tutum non potest dici contumax.*
100 *Citatus peremptoriè ante libelli oblationem non dicitur contumax.*
101 *Citatus à Delegato, quando non teneatur comparere, & citatio sit nulla.*

1 Citationis defectus dicitur optima, & superlatiua
omnium nullitatum probatio. Ità Bal. in Rubr.
C. de probat. col. 2. latè Ias. in l. fin. ff. de in lit. iu-
2 ran. Et ex sententia lata nulla præcedente citatione
non oritur contumacia, nec confessio Bertaz. cons.
215. num. 165. vol. 2. & cons. 462. nu. 13. Gram.
3 decis. 79. nu. 10. Hinc infertur, quod ob citationis
defectum redduntur nulli omnes actus deindè facti,
4 atque totus corruit processus. Clar. communem di-
5 cens in pract. crim. q. 31. nu. 1. seq. Ratio est, quia
citatio partis necessariò requiritur in principio cau-
sæ; nec non etiam in quolibet sequenti actu præiudi-
ciali, in quo quis lædi, & contradicendo actum im-
pedire potest l. de vno quoquè. ff. de iudic. l. non
ità Diuus. ff. de adoptio. Dec. c. dilecti filii num. 4.
in fin. de re iud. & cons. 16. nu. 24. seq. Ias. cons.
147. col. pen. in princ. lib. 2. Alias tanquam res in-
ter alios acta nullum parti parit præiudicium. Sat. not.
tit. C. Res inter alios acta. Vulpell. cons. 32. nu. 2.
6 Et id quia partium assertione merita causæ pandun-
7 tur. l. fin. C. si per vim, vel alio modo. Ideò citatio
minus legitimè facta habetur pro non facta, & totus
processus corruit; ex quo est contra ordinem iudicii.
Bal. in l. properandum. §. Etsi quidem col. 2. C. de
iudic. c. 1. de caus. possess. & propriet. Boss. tit. de
8 citat. num. 13. Gram. cons. 1. de for. iudiciali num.
8. seq. Et dictæ citationis defectus est adeo maximus,
quod per Principem tolli non potest. Dixit Rom.
sing. 664. Curt. Sen. cons. 50. col. 71. Et est Text.
in l. quod si nolit. §. quod si quid ità. ff. de Edilic.
9 edict. Boss. tit. de citat. nu. 14. Immò nec à statuto,
nec à d. Principe sanari suppletiuè potest. Vt post
10 Vant. tradit Dec. cons. 603. nu. 12. seq. Nec mi-
11 rum videri debet; quia citatio non solum est de iu-
12 re positiuo, sed etiam de iure diuino; qua defici-
ente, & nō legitimè executa totus processus est nullus:
Deus enim noluit condemnare Adam, nisi præula
13 vocatione. Gomez. c. 3. Adam Adam vbi es. Et est
quoquè sollemnitas iuris naturalis, quæ secundum
communem doctrinam omitti non potest. Clem. pa-
14 storalis de re iudic. Afflict. decis. 245. nu. 10. Et vt
d. citatio credatur, quod fuit facta, apparere debet
in processu, & penes acta scribi debet. Vt per Ma-
rian. Soc. tract. de citat. num. 3. art. nu. 5. & cons.
87. num. 19. vers. Capio sextum lib. 3. cons. 164.
num. 16. in fin. & cons. 266. nu. 46. lib. 2. & cons.
120. num. 10. lib. 3. Brun. cons. 115. num. 62. in-
ter cons. crim. diuers. lib. 2.

Cæterum illud per Iudicem est omninò aduerten-
15 dum, quod citatio in multis casibus non valet, nem-
pè quando Reo non fuerunt datæ defensiones Mars.

l. vnius

16 l. vnius §. cogniturum col. 9. vers. nunc reuertor. ff.
de quæst. Non valet, quando fuit facta tempore in
congruo, & prohibito v.g. Veneris, & Sabbati San-
cti, seu in hebdomada sancta per octo dies ante, &
post Pascham Sanctissimæ Resurrectionis, quod fieri
non licet, & est interdictum; & si fiat, tam proces-
sus, quam sententia redditur nulla, quia dictis die-
bus non potest exequi. c. fin. de fer. & l. vlt. de fer.
Bart. l. prima nunciatio. ff. de nou. op. nunciat. nu.
3. Foller. in pract. crim. §. vel eos, vel aliter citari
nu. 34. c. conquestus. de feriis l. quadraginta l. om-
nes & l. dies festos. C. de fer. Vbi loquuntur etiam
in criminalibus. Text. in c. Placita secularia 15. q. 4.
& ibi Glos. quod loquitur in banno, seu contumacia
17 die feriata, seu festa. Vbi Archid. tradit de citat. quæ
facit corruere totum processum, si eo tẽpore sit ema-
nata. Vt est videre ibi etiam cum notab. Apostill.
18 Boss. tit. de citat. num. 13. cuius defectus est adeò
maximus, & substantialis, vt faciat initium actum
factum in fauorem absentis. Vant. de nullit. ex de-
fectu citationis num. 10. Nec non etiam viciat sen-
tentiam contumacialem, latè probauit in his termi-
nis Carrer. de execut. sent. contumac. cavit. nu. 15.
19 Vbi alios congerit: Ratio est, quia iurisdictio all.
20 iure diuino est interdicta. Vt est videre Gomez. c. 2.
Exodi c. 2. & Deuteron. c. 5. Non valet, quando
personaliter non fuit executa, si citandus reperiri
potest l. 1. §. 1. ff. de lib. agnoscen. Dyn. & Bart. in l. 4.
§. Prætor. ff. de damn. infect. Bart. & Salyc. in l.
consentaneum. C. quomodo, & quando Iudex.
Matth. sing. 85. Et ad materiam vide Marian.
Soc. de citat. Rebuf. practicè tract. de citat. tom. 3.
Aegid. constit. Prouinc. March. Glos. C. num. 1.
21 fol. 324. Sin autem d. citandus non potest re-
periri, eius domi fieri debet, alias sententia est
nulla. Abb. in c. 1. num. 22. C. de hæred. instit. Bal. l.
consentaneum nu. 44. C. quomodò, & quando Iu-
dex. Clar. §. fin. q. 51. vers. dictum est de forma.
22 Et quando Reus non est legitimè citatus, sententia,
& omnia inde secuta sunt ipso iure nulla, Glos. l. ac-
cusatoribus in fin. C. de accusat. Rolan. qui testatur
de communi cons. 68. nu. 14. lib. 2. Bal. c. si Cleri-
cus col. 1. de pac. ten. & consuetudn id postulat. Bal.
d. l. consentaneum Foller. in sua prax. crim. fol. 42.
Boss. tit. de citat. num. 16. Clar. §. fin. q. 31. vers.
23 sed nunquid. num. 4. in fin. Non valet, nec non
totius processus, & sententiæ euidens resultat nulli-
tas, quando fuit executa ad valuas Palatii, & sic per
edictum, si citatus habet domum. Nota omnes in l.
fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen. cum aliis addu-
24 ctis per Mars. sing. 259. quia citationes de iure
communi personaliter, & de consuetudine saltem
domi habitationis Rei exequi debet, aliter Reus di-
citur nulliter, & iniustè condemnatus. Et talis nulli-
25 tas tanquam euidens ex eisdem actis à bannito, &
condemnato etiam non admisso ad nouas defensio-
nes opponi potest, & à Iudice attendi debet; quia
25 constitutiones editæ contra bannitos restringuntur;
atque procedunt contra ritè, & rectè Bannitus. Vt

latissimè post alios tradit in his terminis Carrer. Vbi
supra nu. 143. cum multis seqq. & sequitur Farinac.
26 q. 11. num. 41. Ratio est, quia citatio, seu Moni-
torium quando non est executum domi solitæ habi-
tationis Rei, prout necessariò requiritur, sed ad Val-
uas Curiæ, sententia est nulla, & est reuocanda. Clar.
27 q. 31. vers. dictum est in fin. Nanque Reus quando
non fuit legitimè citatus, totus processus est nullus
Boss. tit. de citat. num. 13. Gram. cons. 71. num. 8.
28 Et ideò quando quis non fuit legitimè citatus, non
dicitur contumax. Curt. sen. cons. 60. num. 38. qua-
re citatio domi exequenda est, vt citandus tanquam
29 contumax condemnari possit Cartar. q. 31. nu. 16.
Sed illud dicere non est prætermittendum, quod quã-
do citatio fuit facta ad Valuas Curiæ, seu domi, mul-
30 cta non sufficit, quoniam requiritur, quod inquisi-
tus fuerit citatus personaliter Bart. l. 1. §. fin. ff. si quis
31 ius dicen. non obtemp. Et est Text. in d. l. 1. §. si pro-
curator, ff. eod. tit. Ratio est, quia contumax fictus nõ
32 potest mulctari, sed verus Angel. cons. 8. vers. quarta
ratio est, quia mulcta non fertur in fictum contuma-
33 cẽ, Sed in verum. Accedit, quod propter inobedien-
tiam in non comparendo requiritur noua citatio ad
dicendum, & allegandum causam quarè non debeat
mulctari vna cum termino præfixo ad faciendas suas
34 defensiones. Et quando noua citatio, & termini
præfixio non emanatur, mulcta redditur nulla, &
iniqua Bart. l. 1. col. 2. vers. sed quæro. ff. si quis
ius dicen. non obtemp. per Text. in l. 2. §. 1. ff. si quis
35 in ius voc. non ierit. Et hoc est etiam de iure diui-
no. Vt habemus Genesis c. 2. num. 3. Nanq; mul-
cta est remedium extraordinarium; Vnde in crimi-
nalibus contra contumaces absentes non debet indu-
ci; Sed Iudex debet sequi ius commune. Bart. l. pen.
vers. circa istam lecturam. ff. de quæst. Boss. tit. quo-
36 modo procedat per precept. Non valet ad persona-
liter comparendum, nisi prius legitimo ordine in-
ditia probata accesserint. Bal. & Angel. l. fin. C. de
37 procurat. immò requiruntur ad torturam sufficientia
Bal. l. seruum quoquè §. publicè propè fin. ff. de pro-
38 curat. Non valet, ac sententiam, & processum red-
dit nullum, quando aliquos patitur defectus. Neuiz-
39 zan. cons. 60. num. 4. in fin. Non valet quando
Baiulus non attestatur de diligentia facta, quod mo-
nitum inuenire non potuit; quæ fides in actis appa-
rere debet; alias sententia tanquam nulla non præ-
iudicat Boss. tit. de citat. nu. 16. Et nouissimè scripsit
40 Decian. cons. 18. num. 84. lib. 1. Non valet in cri-
minalibus, & in ciuilibus, nisi sit trina, vel vna pro
41 tribus Boss. tit. de citat. num. 1. & tit. de senten.
num. 3. Et d. citatio trina requiritur in adnotatione
bonorum Boss. tit. de citat. num. 2. Non valet in cri-
minalibus, si est prima citatio, nisi fiat de compo-
nendo mestos pœnates, & habeat 30. dies Boss. tit.
42 de citat. num. 4. & tit. de sent. num. 8. Et in d. pri-
ma citatione debet inseri tenor inquisitionis, quan-
do transmittitur ad domum, alias sententia est nulla
Marian. Soc. in c. qualiter, & quando num. 212. in
fin. de accusat. Clar. q. 31. vers. quæro nunquid. Et
nouissi-

nouiſſimè Cartar.capto bannito,nu.386.vbi teſtatur
43 de comm. Non valet, ſi extra territorium tranſmit-
tatur, etiamſi Iudex alterius territorii cōſentiat,quia
requiritur conſenſus citati. Boſſ. til. de citat.nu.27.
44 Non valet, ſi in ea non fuit expreſſa cauſa. Boſſ.tit.
45 an in criminalibus iudiciis,n.3. Non valet ſi eſt vni-
ca,quando fit,vt deueniatur ad ſententiam diffinitiuā
ſeù interlocutoriā alicuius momēti, quia trina requi-
46 ritur. Boſſ.tit.de ſent.n.3.& 6.Non valet quando eſt
prima citatio,niſi contineat 30.dies. Boſſ.tit.de ſent.
n.6. Ratio eſt,quia quando fit ad reſpondendum in-
quiſitioni debet continere 30.dies, namq; fit, vt de-
47 ueniatur ad adnotationem bonorum,& ad condem-
48 nationem.Boſſ.tit.de ſent.n.9. Non valet, quādo eſt
generalis, quia reſcinditur per appellationem à reo
interpoſitam,ſi Iudex non facit ſibi dari licentiā pro-
cedendi citato, & non citato reo. Boſſ. tit. de citat.
49 nu. 13. Non valet in criminalibus ſi non eſt perem-
50 ptoria,quando reus eſt abſens: Et quādo eſt perem-
ptoria,ſufficit vna pro tribus. Boſſ.tit.de citat. n.14.
51 Non valet, ſi contineat in ſe notoriam iniuſtitiam,
quia non arctat citatum.Innoc.in c.2.de dilat.Panor.
in c.ex parte tua,de appell.in fin. Lucern. Inquiſit. in
52 verb.citatio,n.6.Non valet,quando fuit facta ad ſen-
tentiam,ſi dicatur ad audiendam voluntatem, ſeù in-
tentionem Iudicis. Gloſ.in Clem.ſæpè,in verb. ad id,
de verb. ſignif. Lucern.Inquiſit. ibidem. Sed quando
ponuntur illa verba,Niſi veneris,procedemus ad ſen-
tentiam,valet; quoniam illa verba habēt vim perem-
ptorii. Specul. tit.de citat. §.viſo,Innoc.in c.ad peti-
tionem, de accuſat. Felyn. in c. conſuluit, de offic.
deleg. Lucern. Inquiſit. ibidem, nu. 10. Non valet,
53 ſi non fuit facta parti, quando præſens contradicen-
do poteſt impedire actum, c. 1. de acquir. poſſeſſ. &
propriet. cum aliis adductis per Natt.conſ.529.n.14.
54 Non valet,quando fuit executa ad valuas nulla facta
diligentia de reperiendo domum ſolitæ habitationis,
quando in monitorio narretur exercitium citati,&nō
exquiritur domus, in qua fit dictum exercitium; cum
55 non ſit ſeruata forma d. monitorii; nam tunc ſen-
tentia redditur nulla ratione citationum inualidarū.
Boſſ. tit.de citat.nu.13.ſeqq. Marſ.conſ.64.nu.2.cum
aliis adductis per Bertazz. conſ. 263. in fin. Non va-
56 let,quando in aliquo monitorio legitur,quod ſit exe-
quendum v. g. ad valuas Curiæ Epiſcopatus, & non
57 Eccleſiæ. Et hoc caſu ſententia lata eſt reuocanda;
quia illa dictio, Et, ſtat pro dictione, etiam. Ità Soc.
Iun. in l.1. nu.1. ff. ſolut. matrim. Dec. in l.qui ſe pa-
58 tris, nu.10. C.vnde liberi. Non valet, quando fuit
facta ad ſententiam aliquo die, ſi reus fuit damnatus
59 illomet die, quia dies termini non computatur in
termino. Vt poſt multos oſtendit Claud. ad Bertaz.
60 conſ.14. Non valet,quando ipſius relationem Iudex
non vidit. Ità Marſ.conſ.76. nu. 28. quia eſt de for-
ma ſubſtantiali. Bart. & alii in l. multum, ff.de con-
61 dit. & demonſtrat. Non valet, quando fuit facta do-
mi ſolitæ habitationis citati, ſed ad valuas Tribuna-
lis v.g. Gubernatoris, & proceſſus redditur nullus;
quia reus non poteſt dici legitimè citatus. Boſſ. tit.de
citat.n.13.ſeqq. Marſ.conſ.16.n.9. Bertaz.conſ.462
62 nu. 2. ſeq. Non valet, ſi non fuit perſonaliter & le-
gitimè executa, d. l. de vno quoq; ff. de iud. l. non
ità Diuus, ff. de adopt. c. S. Maria, in fin.de conſtit.
Gabriel concluſ.1. de citat. Quod procedit, etiamſi
eſſet videndum,omiſſa omni iuris ſolemnitate. Hon-
ded. qui multos alios congerit conſ. 107. nu.9. lib.1.
63 Ratio eſt, quia citatio eſt de ordine iuris, licet in
crimine notorio non ſeruetur dictus iudiciarius ordo,
vt c.ad noſtrā,de accuſ. & 2. q. 1.c.manifeſta, cū ſim.
64 Sed vide ad hoc Aret.conſ.165. Bonifat.rubr.de no-
65 toriis criminibus, nu.13. Non valet, ſi fuit executa
domi, vbi citatus habitauit, quoniam eſt exequenda
domi, vbi habitat, l.1. §.domum, ff. de aleat. l.4. §.
Prætor ait, ff.de damn. infect. Vbi not. omnes. Hinc
65 infertur, quod citatio executa in Apoteca, vbi quis
exercet artem, non tenet, vt ſcribit Aſin. in pract.iu-
diciaria, §.6. nu.5. & 67. Claud. ad Bertaz.conſ.559.
67 in littera A. Non valet, ſi eſt circumducta, quia ha-
betur acſi nunquam fuiſſet executa. Ità Bal. in l. fin.
verſ. in eodem, Gloſ. ff. eod.per quem fact. erit. Re-
fert,& ſequitur Vinc. de Franc. deciſ. 232. nu.4. lo-
68 quens in indiuiduo: Ratio eſt,quia cum ſit nulla,non
eſt citatio, l. ſi aut nullum, vbi Bal.C. de legit. æred.
Marſ.conſ.65. col.1.ſeq. Clar.ex communi, q.31. in
69 princ. Vnde Iudex debet de nouo citationem exe-
qui, prout neceſſariò requiritur, aliàs ſententia eſt
nulla. Plot. conſ.72.nu.28. ſeqq. diuerſ.criminal.lib.
2. Bertaz.conſ.233. nu.2. Bal. in l. recepticias, antè
fin. C.de conſtit. Clar.q.31. verſ.quæro modo. vbi de
communi. Et quando dicitur de nullitate, admittitur
illa, quæ prouenit ex citationis defectu, vt poſt Boſſ.
quem allegat, tradit Bertaz conſ.219. nu.10. Immò
70 poteſt etiam dici de nullitate trium conformium.
Boſſ. tit. de nullit. aduerſus ſent. in fin. Non valet,
71 quando in proceſſu ſolumodò conſtat per fidem No-
tarii,& ſententiā non eſt executioni demādanda;quia
non poteſt dignoſci,an reus ſit contumax,nec nè. Ità
in punto ſcribit Marſ.conſ.76.num.28. Et hoc eſt de
forma ſubſtantiali. Bart. & alii in d. l. multum, ff. de
condit.& demonſtrat. Ideò Iudex non poteſt digno-
ſcere,an relatio ſit clara; quia dubia non releuat, vn-
de debet videre per extenſum. Vt teſtatur ibi Bart.
72 Non valet contra reum malitioſè ſe occultantē, niſi
domi fiat. Cartar.Farinac. & cæteri omnes ab eis re-
73 lat. Et prædicta iuris concluſio de citatione domi e-
xequenda nè dum intelligitur de propria domo, quā
habet in loco citatus,ſed etiam de cōductitia ex iden-
titate rationis, l.4.§.Prætor ait,in verb.domum,& ibi
Bal. in primo,& alii communiter. Hoc notatur, ff.de
damn. infect.& in l.qui domum,vbi Alber.ff.de adul-
ter. Card in Clem.1. de for.compet. in 10. notab. &
Bal.conſ.242.lib.1. Tamen ſtylus Rom.Curiæ extat,
74 quod inquiſitus citatur ad perſonaliter comparendū,
ſi reperiri poteſt,ſin aūt citatio exequitur domi ſolitæ
habitationis,vt plenè probatur in ōibus Vrbis tribūna
75 lib.Et iſte ſtylus ſeruari debet vbiq;locorū.Ita Dec.in
c.auaritiæ,n.9.de præben.poſt Spec. in tit. de appell.
76 §.de officio,n.14.Et quādo in cauſa nō fuit ſeruatus,

77 sententia non tenet. Hinc infertur, quod malè ci-
tatus non redditur contumax. l. hoc autem, §. 1. ff.
ex quib. caus. in possess. erat. Alex in l. 3. C. de pro-
curat. & in l. si finita, §. iubemus, col. 13. ff. de
78 damn. infect. Et obseruantia citandi ad valuas Cu-
79 riæ est abusus: Nam obseruantia contra ius com-
mune, quatenus extet, non attenditur; quia Ma-
80 gistratus, seù Iudex non habens potestatem con-
dendæ legis, non potest per stylum eius aliquid sta-
tuere contra ius commune, secundum Alex in cons.
36. col. fin. lib. 2. Vbi alios refert. Nec dissentit Dec.
81 in c. 1. nu. 16. de consuet. Et rusticus excusatur à
vera contumacia, etiamsi fuisset legitimè citatus, l. 1.
§. fin ff. de eden. l. 2. §. fin. ff. si quis in ius vocat. non
ierit. Farinac. in tract. de pœn. temper. q. 98. nu. 38.
82 Non valet, quando quis est certus, idest habet do-
micilium, & citatur per Edictum ad valuas Palatii.
Not. omnes in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen.
83 cum aliis adductis per Mars. singul. 259. Non valet
contra Clericum, siuè Præsbyterum, quando non fuit
executa ad valuas Ecclesiæ, vbi habet domicilium, &
sententia tunc annullatur: Et domicilium principa-
84 lius Clerici, seù Præsbyteri est Ecclesia, in qua inser-
uit. Innoc. in c. ex ore, de priuileg. Abb. in c. postu-
lasti, col. 2. de for. compet. Refert, & sequitur Dec.
in c. quia intentatum, in fin. de præben. & tale domi-
cilium inuentum est à iure, sicut domicilium vxoris in
domo mariti. Ità Bal. in l. ab eo, in fin. C. quomodo,
85 & quando Iudex. Et quod principalius est attendi-
tur, latè Ias. l. more, nu. 21. ff. de acquir. hæred. Hinc
est, quod quando agitur contra Clericū, seù Præsby-
terum, vt pareat inquisitioni contra eum formatæ, nō
86 sufficit citatio ad domum. Ità in indiuiduo scribit
Felyn. in c. dilectus filius, el 2. sub nu. 7. vers. vel pa-
raretur inquisitio contra eum, de rescript. Ideò dixit
87 Bal. in l. Senatores, ff. de senat. quod Clericus isto ca-
su efficitur necessarius incola Eccl. vbi inseruit. Immo
licet fuerit citatus domi solitę habitationis, debet etiā
citari ad valuas Eccl. vbi inseruit. Et iste est stylus an-
tiquus, quando citantur clerici, alias sententia est nul-
la defectu citationis; nanque potest quis duo habere
domicilia, ità Alex. cons. 16. col. fin. lib. 1. Et domi-
cilium, quod ratione beneficii Clericus obtinet prin-
cipalius est, d. Innoc. d. c. ex ore, Abb. d. c. postulasti, &
Dec. d. c. quia intentatum. Et quod Clericus debeat
citari ad valuas Eccl. secundum Felyn. præcitato loco
procedit, quando aliqua extranea persona agit contra
ipsum puta propter residentiam. Cæterum quando
v. g. Episcopus non agit contra ipsum propter residē-
tiam vti Prælatus pro Ecclesia, sed tanquā extraneus
propter suum interesse particulare, & commodum nō
valet citatio ad domum. Vnde ad valetudinē senten-
tiæ necessariò requiritur citationē fieri ad valuas Ec-
clesiæ. Non valet, etiamsi pro d. Episcopo dicatur,
quod quando Clericus est absens, sufficit eum citari
ad domum; quia hæc conclusio procedit, quando nō
adest legitima causa; verum quando adest legitima
causa se absentandi, puta quia Clerico non est tutus
accessus ad Episcopum propter ipsius odiū; quia agi-
tur de eius interesse, & commodo, pro valitudine sen-
tentiæ requiritur citatio ad valuas Ecclesiæ. Idem Fe-
88 lyn. d. nu. 7. & 14. vers. illis adde. Non valet, quando
non fuit legitimè facta, & taliter, vt verisimiliter,
posset venire ad notitiam citandi. Et testes, qui ex fa-
88 cto Fisci, qui eos induxit, non fuerunt examinati, non
possunt iterum examinari. Ità Bal. in l Prætor, §. nec
iterum, ff. de eden. Innoc. c. per tuas, de probat. Immò
sententia contumacialis dicitur nulla, cum contumax
89 dici non possit non legitimè citatus: Nam paria sunt,
aliquid non fieri, vel minus legitimè fieri; prout etiā
citationem non esse factam, & minus legitimè factā,
c. fraternitatis, vbi Glos. in verb. deerant, de frigid. &
malefic. Aym. cons. 6. Bal. cons. 126. col. 2. lib. 2. Ex
90 quibus infertur, quod citatus ad locum non tutum nō
tenetur comparere. Clem. pastoralis, § nos circa, de re
iudic. Bart. in l. recusare, §. vlt. & ibi Alex. ff. ad Senat.
Consult. Trebell. Afflict. dec. 289. n. 24. Bart. in l. fin.
col. 2. vers. sed iuxta hæc quæro, ff. de restit. in integr.
91 Boss. tit. de citat. nu. 35. Vbi quod aliter dicere esset
impium. Et est adeò nulla citatio ad locum non tutū,
quod non est necesse ab ea appellare. Vt post multos,
quos allegat, ostendit Rolan. cons. 68. n. 20. seqq. lib. 2.
92 Et paria sunt procedere contra non citatum, vel ad
locum non tutum citatum. Ità Corn. cons. 159. col. 3.
93 vol. 1. Et d. citatus nō potest dici contumax, d. Corn.
94 d. cons. Prout nec etiam citatus peremptoriè ante li-
belli oblationē, l. si finito, § plures, ff. de damn. infect.
Deniq; dicitur, quod citatus à Delegato non tenetur
comparere, si in citatione ad comparendum non ap-
ponatur delegationis copia; Et citatio redditur nulla.
Innoc. c. 1. vers. vlterius, de dilat. Angel. cons. 8. col. 1.
in fin. vers. secundò quia ex serie. Decian. tit. de Dele-
gat. lib. 4. c. 24. nu. 12.

DISCEPTATIO XXIII.

De Adulterio, Stupro, & Incestu, & quauis alia Coppula carnali.

SVMMARIVM.

1 *Accusationis libello Inquisiti qualitas, seù conditio exprimi debet.*
2 *Qualitas personę carnaliter cognitę in puniendis delictis attenditur.*
3 *Ex hominum personis dicta pensamus.*
4 *Pro adulterio de consuetudine Italię imponitur pœna pecuniaria, & modica.*
5 *Adulteria nostris temporibus soli Deo relinquuntur punienda.*
6 *Consuetudo Italię est seruanda in impositione pœnarum.*
7 *In delictis carnis mitius agitur.*
8 *Reus à Iudice semper debet haberi in consideratione.*
9 *Reum pro vno delicto punire obnoxium est.*
10 *Reus magis est expectandus, & corripiendus quam puniendus.*
11 *Reum, qui est laudabilis vitę pro vno delicto punire est scandalum.*

12 *Pœna*

12 Pœna mortis, quando aliqua ex causa venit minoranda, non imponitur alia minor, seù diuersa corporalis, sed conuertitur in aliam, dummodo non corporalem.

13 De adulterio, stupro, & incestu quis alium querelare possit.

14 Consanguinei, seù coniuncti in consanguinitate, seù affinitate, qui intelligantur.

15 Ob delicta plura siue eodem tempore, siue ex interuallo commissa vna tantum pœna est imponenda.

16 Reus si pro vno quoque delicto esset puniendus, nunquam foret finis tormentorum.

17 Delicta plura commissa, & ad eundem finem tendentia, si incontinenti essent ab aliquo commissa, confunderentur, nempè vnum cum alio, & vna tantum pœna esset imponenda.

18 Delicta plura ad eundem finem tendentia, licet diuersa essent crimina, quo ad initium pro vno habentur.

19 Delicta plura commissa eiusdem generis pro vno tantum delicto habentur.

20 Delicta plura non corporis afflictiua ex reiteratione ipsorum ex asperitate legum non extenduntur ad pœnam capitalem.

21 Delicta plura eiusdem generis commissa, quamuis ex interuallo, & diuersis temporibus pro vno habentur.

22 Furta plura commissa ab aliquo contra alium, quamuis ex interuallo, & diuersis temporibus pro vno furto habentur, cum sint eiusdem generis.

23 In coppula carnali, quandò non perficitur actus cum immissione seminis intra claustra pudoris, reus extraordinaria, & vnica tantum pœna punitur. Vide etiam in verb. Adulterium.

24 Furtum non dicitur commissum, quando quis accipit bona animo restituendi valorem.

25 Attentatum ex consuetudine Italiæ etiam in atrocissimis non punitur.

26 Arbitrium Iudicis habet locum in delictis consumatis, non in attentatis.

27 Propositum cum actu imperfecto mitius punitur, quam cum perfecto.

28 Coppula carnalis mitius punitur cum actu imperfecto, quam cum perfecto.

29 Attentatum quando cum actu propinquo non deuenitur ad consumationem, non punitur.

30 In delictis puniendis requiritur consumatio, non sufficit præparatio ad ipsam.

31 Tortura non potest infligi, nisi pro delicto, quod meretur pœnam corporalem.

32 Pro attentato imponitur leuis pœna.

33 In attentato cessat pœna, quando nemini nocet.

34 Temeritati per legem in totum parcitur.

35 In delicto etiam atrocissimo non sufficit actus imperfectus.

36 Pœna corporalis requirit actum consumatum.

37 Pœna quando imponitur ipso iure, vel ipso facto, nunquam imponitur pro actu imperfecto, sed pro consumato, licet per conantem non steterit.

38 Delicto attentato, & non consumato, etsi prætendatur deuentum fuisse ad actum facti, ex quo nullus fuit subsecutus effectus, reo nulla pœna potest imponi.

39 Delictum quando non perficitur, ex eo quod quis non vult, cessat pœna.

40 Delictis quantumcumque grauibus, si delictum fuerit attentatum per actum facti adeò proximum, vt illo magis proximum non detur, non secuto effectu non punitur attentans pœna ordinaria.

41 In delictis, & pœnis imponendis non attenditur initium, sed finis.

42 Delictum attentatum punitur eadem lege, non eadem pœna.

43 Delictum nisi fuerit consumatum, perfectum, & præfinitum, non punitur.

44 Archibusiũ exonerans animo occidendi non secuta morte non punitur.

45 Coppula carnali si quis non perficit actum eum immissione seminis, pœna extraordinaria punitur.

46 Arbitrium non se extendit ad pœnam vitimi supplicii.

47 In delictis enormissimis non punitur quis pœna ordinaria nisi effectu perfectè consumato.

48 Monetam falsam cudens, si non formauit, vltimo supplicio non subiicitur.

49 In Banno si Iudex dicat, quod sufficit, quod sit deuentum ad actum facti, quid agendum.

50 In delictis puniendis requiritur consumatio, non sufficit præparatio, seù conatus ad ipsa, etsi deuentum sit ad actum proximum.

51 Delictum attentatum intelligitur de conatu proximo actui, non autem de remoto, & quando attentans prostrauit in terram mulierem, & ad actum venereum venit.

52 Semen viri quando nõ fuit immissum intra vas mulieris.

53 Semen viri opus est probari fuisse immissum intra vas mulieris.

54 Adulterium, stuprum, incestus, fornicatio &c. non probatur præsumptionibus, coniecturis, inditiis &c.

55 Inditia, præsumptiones, coniecturæ, præparatoria, verisimilitudines &c. non sufficiunt ad torquendum, seù condemnandum.

56 Delictum confessatum omninò per testes uerificari debet.

57 Ex inditiis etiam indubitatis, præsumptionibus, coniecturis &c. nemo diffinitiuè condemnari potest, etiam de hæresi ad pœnam capitalem, nec ad quamuis aliam.

58 Probationes etiam in iudiciis enormium delictorum, vt Assasinii &c. debent esse liquidissimæ, & apertissimæ.

59 Ex inditiis, præsumptionibus &c. non potest procedi
60 ad condemnationem in pœnam aliquam, nisi in casibus, in quibus lex ipsa præsumit, & super præsumpto disponit.

61 Inditia non pro probatione, sed pro quadam probationis specie habentur.

62 Inditia, præsumptiones &c. in criminalibus requiruntur luce meridiana clariores.

63 Probationes in criminalibus requiruntur luce meridiana clariores.

64 Probatio delicti solummodo fit per testes luce meridiana clariores.

1 IN Accusationis libello, quando criminaliter agitur de delictis carnis, necessariò mulieris inquisitae conditionem, seu qualitatem exprimi debet, v. g. an sit virgo, siue nupta, aut vidua, vel delicti complicis consanguinea, seu inhonesta, &
2 vilis conditionis: Ratio est, quia in puniendis delictis personae carnaliter cognitae qualitas multum attenditur. l. aut facta, §. persona, & §. causa, & ibi
3 not. ff. de poen. Nam ex hominum personis dicta pensamus, vt per plura iura, & authoritates tradit Boer. tract. de sedit. vers. quartò iuxta praedicta. Nec ab re videri debet; quoniam si mulier est virgo, vel vidua stuprum committitur: si est nupta adulterium: si est consanguinea incestus: si est inhonesta, & vilis conditionis fornicatio. Et sic iuxta mulieris qualitatem, & conditionem vir venit puniendus: Tamen in omni casu illud per Iudicem est omninò aduertendum, quod quamuis antiquitus de iure ciuili imponatur poena capitis pro adulterio. l. coercendae, ff. ad l. Iul. de adult. Text. in l. si quis vidua, ff. de quaest. Tamen hodie d. poena ex consuetudine
4 totius Italiae non solum pro adulterio recessit ab Aula, & imponitur tantum poena extraordinaria, idest pecuniaria, & modica, vt per Bald. & Rom. quos allegat, consuluit Aym. conf. 137. n. 10. per totum. Abb. in c. tuae, de procurat. in 3. col. circa princ. Gram. decis. 16. num. 5. in fin. Vbi quod semper fuit seruatum in Regno, sequitur Clar. q. 84. vers. sed hic incidenter quaero. Vbi dicit, ità seruari in Statu Mediolani; cum adulteria nostris tem-
5 poribus soli Deo relinquantur punienda. Vt latè Brun. tit. de Adult. in eius praxi. Sed etiam pro di-
6 cto stupro, quod leuius est crimen, c. adulterii, 32. q. 7. ac etiam pro d. incestu. Glos. si adulterium, vbi Bart. nu. 2. ff. de adult. Anan. cap. fin. post num. 11. de collus. deteg. Et d. Italiae consuetudo est attendenda, & seruanda in impositione poenarum, l. hodie, ff. de poen. quia quoad carnis, & naturae vitium mitius

agitur,

agitur. Aym.cons.137.nu.10. per totum. Tiraquell.
de legib. connub. l. 3. nu.23. Clar. in pract. §. adul-
terium, vers.sed quæro, prope fin. Vulpell.cons.61.n.
8 Et iure optimo quidem, quia cum motus ad actum
sit de iure naturali Bal.c.atsi clerici, §.adulterii, col.2.
de iudic. pęna non debet esse corporis afflictiua. Bal.
8 d.l.data opera. Gram.cons.26. Ratio est, quia semper
habetur in consideratione reus, maximè quando se-
mel tantum deliquit, & in suo gradu est honesta per-
sona. Gand.tract.de malef.rubr.vtrū pœna possit au-
geri. per Text.in l. seuerior, C. de infam. Idem tenet
Paris de Put. in tract.de Scindic. in verb. composito,
9 col.2. Vbi quod obnoxium est, reum saltem pro vno
crimine punire; quia magis est expectandus, & corri-
10 piendus, quam puniēdus, c.licet, dist.45. & sub col.5.
11 ait, quod pro vno prætenso delicto commisso punire
reum, qui est laudabilis vitæ, est scandalum. Text.in c.
rursus 11.q.3. refert, & sequitur Natt.cōs.458.in fin.
12 Et quando pœna mortis aliqua ex causa venit mino-
randa, nullo modo potest imponi alia minor, seù di-
uersa corporalis, sed conuertitur in aliam, dumodò
non corporalem. l.qui ædes, & l.qui fortuitu, ff.de in-
cend. ruin. naufr. & consuluit Bal. in d. l.data opera,
col.2. C. qui accus. non poss. Mars.post multos, quos
allegat in l.1. §.si Diuus Adrianus, num.29.de sicar.
loquens in terminis homicidii. Gram. decis. 23. nu.
13. diuers. de graui delicto. d. Mars. §.quoniam, nu.
95. Blanc. in pract. fol. 75. nu.88.

Illud pariter debet aduertere Iudex, quod in causa
13 adulterii, stupri, & incestus nemo querelare potest
priuatim, vel publicè, nisi sit pater, mater, auus, auia,
filii, & nepotes vtriusq; sexus vsq; ad secundum gra-
dum fratres, & sorores, & filii fratrum, & sororum;
qui prænominati solum ad accusandum admittuntur
quoniā domus, & generis sui quodamodo prosequū-
tur iniuriam. Aegid.Constit.Prou.March.tit.de rapt.
mulierum, adulterio, incestu, & stupro, c.69.lib.4. Et
illud accusandi ius ad proximiorem sanguinis perti-
net; Qui nimirum proximior omnibus aliis est præ-
ferendus, l.si verò §.hæc actio, ff de his, qui deiec. &
effun. Petr.à Plac.lib.1.Epit.delictorum, c.3. Vulpell.
14 q.11. Et admittitur etiam coniuncti siue sint ex la-
tere mulieris, siue viri. vt not. Salyc. in l. quamuis, la
seconda, C. de adul. in verb. oppono.

Non valet, si per Fiscum dicatur, quod reus in per-
15 sonam mulieris plura commisit delicta, nēpè adul-
terium, quia ipse habet vxorem, stuprum, quia d.mu-
lier nunquam habuit virum; incestum, quia est eius
consanguinea; & ideò pluribus est afficiendus pęnis:
Nam dato, quod ità esset; tamen dicta omnia præ-
tensa delicta, siue incontinenti, & eodem tempore,
siue ex interuallo commisisset, licet plura dici possent
commissa, vnica tantum pœna esset afficiendus, illa
scilicet principalioris, & maioris delicti; quoniam
16 aliter, si pro vnoquoque prætenso delicto esset tor-
mentandus, & puniendus, nunquam foret finis tor-
mentorū. Bart.in l.inficiendo, §.infans. num.3. ff.de
fur. d. Bart.& Alber. in l. quicunq. C. de seru. fugit.
Soccin. cons. 26. num. 8. seq. Plot. in l. si quando,
n. 715. C. vnde vt secundum antiquam impressionem
Monticell. in pract. crim. reg.15.n.160. Couar.varia
resolut.lib. 1. nu. 8. vers. Quintum est hoc in tantum
17 prænotandum Farinac.q. 22. n. 25.seq. Immò dici-
tur, quod si dicto incontinenti eadem fuissent ab ipso
commissa delicta, & ad eundem finem facta confun-
derentur, nempè vnum cum alio. Vt eleganter scri-
bit Bart. in l. illud. ff. ad l. Aquil. Bal. Alex. & Ias.
in l. diuortium. ff. solut. matrim. Mars. in pract. in
§. & quia nu. 37. Et vnica tantum pœna esset impo-
nenda: Ratio est, quia istud diceretur vnum tantum
factum, & vnam tantum assumeret delicti speciem.
Ità Bal. in d. l. illud Glos. & DD. l.qui de crimine C.
de accusat. Vbi quod licet diuersa essent crimina, ta-
18 men quoad initium pro vno haberentur: Nam quan-
19 do eiusdem generis plura committuntur delicta, est
20 vnum tantum delictum Boss.tit.de pœn.n. 7. Nec ex
ipsorum reiteratione ex asperitate legum ad pœnam
21 capitalem extenditur, quia de consuetudine d.asperi
tas non seruatur. Gram. decis. 16. ad fin. Et delicta
plura eiusdem generis ab vno commissa; quamuis ex
interuallo, & diuersis temporibus pro vno habentur;
22 prout in simili dicitur de illo, qui furta commisit cō-
tra aliquem, quamuis ex interuallo, & diuersis tempo-
ribus pro vno furto habentur, cum sint eiusdem ge-
neris, & vna tantum persona sit offensa. Ità eleganter
scribit Soc. cons. 63. n. 9. in 2. dub. vers.nunc sum-
pta occasione. Et subtilius tradit Bal.cons.247. lib.5.
Nec dissentit Cœpoll. cons. 77. num. 8. seq. vers.
Item quod ex hoc reiterauerit: Ratio est, quia dd.
delicta non sunt diuersi generis, seù diuersa. Not. in
l. nūnquam plura. ff. de priuat. delict. Contra hanc
meam opinionem facit, quando delicta sunt pœnitus
diuersa, & ad diuersos fines tendentia.

Et eo magis Reus in similibus carnis delictis non
ordinaria, sed extraordinaria, & vnica tantum pœna
puniri debet, tamen citra mortem, quando fatetur
23 (vt in casu) de quo tractatur, non de perfectione
actus carnalis, sed de pollutione extra vas naturale,
seù extra claustra pudoris: siue dicit non immisisse
membrum, seù semen intra pudenda. Vt dicit Af-
flict. in Constit. Regni legum asperitate sub Rubr.42.
de Adult. & lenoc. col. fin. nu. 15. Gram. d. cons.
36. n. 16. seq. Et probatur in l. 2. §. fin. ff. de extra-
ord. crim. Cum fuerit solumodò attentatum. Clar. §.
sodomia in fin. vers.quarè nūquid cum simil. Soc.Iun.
cons. 7. n. 1. vol. 3. quos refert, & sequitur Menoch.
de arbitrar. iud. casu 246. num. 18. cum non fuerit
completus libidinis actus, sed fuerit solum quædam
d. libidinis attentatio, seù delectatio; & maximè
quando Reus dicit, quod non animo perficiendi actū
carnalem immisit membrum intra claustra pudoris,
sed solum animo delectandi; prout in simili dictum
est, nempè quod non dicitur quis furtum commisisse,
24 quando accepit bona alterius animo restituendi va-
lorem. Alex. cons. 135. col. 2. vol. 1. Mars. in pract.
§. constante nu. 36. seq. & cons. 58. n. 17. Nanquè
præsumitur potius animo satisfaciendi, quam furan-
di. Et id maximè procedit, quando nulla violentia,

vel fractura interuenit. Alex.d.conf.135. nec dissen-
tit Petr. Calefat. consl.106.nu.3. diuers. lib.1. Vero-
nen. conf. 26. in tertio dubio. Et maximè quando
pacatè bona accepit, seù abstulit, cessat actio furti.
Ità quoque in casu stupri, seù sodomiæ præsumitur
quis potius animo delectandi, non autem coeundi.
Marsf.consf.21. nu.14. & conf. 35. nu. 9. & conf. 40.
per totum; quia cessat consumatio coitus, cum non
immiserit semen; & maximè quando actus fuit factus
de voluntate mulieris, & de immissione seminis non
apparet. Et huiusmodi animus solumodò iuramento
inquisiti probatur. Vt per Glos. in c. significasti, de
homic.& ibi Felyn. nu.2.cum aliis adductis per Ma-
scard. de probat.conclus.94.nu.5. Et id maximè cre-
dendum est, quando inquisitus in tortura dixit. Albert.
in l.edictum, nu.9. C.de quæst. Additur etiam, quod
in isto casu non intrat d. pœna ordinaria; sed tantū
extraordinaria; quoniam (vt dictum est) delictum so-
25 lumodo attentatum ex generali consuetudine totius
Italiæ etiam in atrocissimis non punitur. Bal. cons.
361. in fin.lib.1. Angel.cons.14.nu 3. Vbi quod ista
Consuetudo est approbata per totum mundum. Spec.
& sic generalis non indiget probatione. Catald. de
Scyndic. q. 98. Et quod attentatum in atrocissimis
criminibus non punitur sicut consumatum ex prædi-
cta consuetudine mundi. Dixerunt Gram. decis.2. n.
8. per totam, & vot.19. num.4. & cons.20. num.9.
Hyppol.cons.51.nu.14. Boer.decis.316.nu.3. Ratio
est, quia delictum attentatum habetur pro consuma-
to non secundum rerum naturam, atque veritatem,
sed ex fictione, quæ non habet locum in imponendo
pœnam, maximè vltimi supplicii. Not. l. 3. §. hæc
verba, ff. de negot. gest. Bart. l. 1. §. Diuus, ff. ad l.
Cornel. de Sycar. Cyn. l. si quis non dicam rapere,
C. de Episc. & Cler. Bal. l. 1. §. hæc autem, ff quod
quisq; iur. Vbi ait naturale hoc esse, quod quisq; mi-
tius punietur attentans delinquere, quam consumans
delictum. Et idem Bal.cons.443.col.1.lib 3. vbi al-
legat Glos. notabilem in §. in summa, Instit. tit. de
26 iniur. quæ voluit Iudicem posse extendere eius arbi-
trium vsque ad pœnam mortis naturalis, vt procedat
in delictis consumatis tantum in attentatis solum. Et
27 d. consuetudo est æqua, & naturalis æquitas dictat
propositum cum actu imperfecto mitius puniri, quā
cum actu perfecto. l. si fugitiui, C.de seru. fugit. vbi
etiam Bal. Angel. & alii l. 1. §. hæc autem, ff. quod
quisq; iur. Afflict. decis.276. num.6. seq; loquens in
propriis terminis, & fortioribus puellæ per vim deos-
28 culatæ, non autem defloratæ. Et quod attentatum
in atrocioribus non puniatur eadem pœna, quasi de-
lictum fuisset consumatum. Bisl.l. 1. ad fin. ff. de ex-
traord. crim. Spec. tit. de accusatore §. 1. vers. quid
si primo actum fuerit, Refert, & sequitur Cyn. in l. si
quis non dicam rapere, C. de Episc. & Cler. Quod
procedit etiam de iure diuino; nam licet voluntas
pro facto reputetur. c. magna, in fin. de pœnit. dist.
1. Tamen nō imponitur tanta pœna pro voto, quam
pro facto etiam in foro conscientiæ. Glos. c. qui vi-
derit 32.q.5. Et idem tenent Theologi, vt attestatur

Bonauentura in secunda sententiarum, distin.42. In-
29 mo attentatum quamuis in atrocioribus puniatur,
tamen quando cum actu propinquo non deuenit ad
consumationem, vt quia agens non impeditus impe-
dimento facti destitit agere pœnitens incœpti; quam-
uis peccet mortaliter, non tamen punitur criminali-
ter, l. qui ea mente, vbi Glos. ff. de furt. l. qui falsam,
vbi not. etiam Marsf. nu.16. ff. de fall. Felyn.tract. de
conatu, in prima limitat. Capic.decis.155. num.21.
30 Ratio est, quia in delictis puniendis requiritur con-
summatio, & non sufficit præparatio ad ipsa delicta.
Crauett. viden. cons. 46. nu.2. Bart.in l. 1. §. Diuus,
ff.ad l.Cornel. de Sycar. Salyc. in l. is, qui cum telo,
3. notab. C. de Sycar. cum aliis adductis per Alex.
cons. 15. lib. 1. & cons. 140. col. 2. lib. 2. Quod eo
magis dici debet, quando non fuit deuentum ad actū
proximum; nam quando agitur de puniendo deli-
ctum attentatum, intelligitur, quando fuit deuentum
ad actum proximum; non autem remotum; tamen
pœna extraordinaria punitur. Vt scribit Bal. d.cons.
443. nu.2. col.3. Gram.decis.2. num.6. & decis.38.
num.5. Immo quando attentatum à principio nemi-
nem lædit, tunc attentans nulla pœna puniri potest.
Ità egregiè scribit Ias.cons.111. nu.3. vol.1.

Denique dicitur, quod attentatum non sufficit, vt
30 quis possit condemnari ad mortem. Crauett. cons.
941. nu.23. vol.5. Ratio est, quia (vt dictum est) at-
tentatum non attenditur in puniendis delictis; cum
requiratur consumatio, & non sufficiat preparatio ad
ipsa delicta. Bart. in d.l. 1. §. diuus, ff. ad l. Cornel. de
Sycar. Angel. in l. 3. §. hæc verba, ff. quod quisque iur.
cum aliis adductis per Crauett. cons.46. nu.2. Gram.
31 decis.2. nu 8. & 10. Et cum d. attentatum non sit pu-
nibile per supradicta, non est disputandum an inqui-
situs sit torquendus, cum tortura non inferatur, nisi
pro delicto, quod mœretur pœnam corporalem. l. e-
dictum. Vbi not. omnes, ff. de quæst. Cartar. in pract.
interogandorum reorum, lib. 4. c. 1. nu. 17. seq. vbi
de communi. Et quando pro delicto attentato venit
32 imponenda pœna, imponitur leuis, vt per Gram. de-
cis.2. per totam. Loquens id procedere etiā in atro-
33 cissimis; tamen cessat quando delictum nemini dā-
num infert; quia tunc tantum temeritas considera-
34 tur: Et temeritati per legem in totum parcitur, l. fa-
mosi, vers. quanquam, ff. ad l. Iul. maiest. quod proce-
35 dit, etiamsi ageretur de delicto atrocissimo; in quo
nec etiam sufficit actus imperfectus. Not. in c. perpe-
tua, de elect. in sexto, & tradit Bal. in l. data opera,
C. qui accus. non poss. vbi ait, quod vbi imponitur
36 pœna corporalis, requiritur actus consumatus. Hinc
37 est, quod pœna, quæ imponitur ipso iure, vel ipso
facto nunquam imponitur pro actu imperfecto, sed
pro consumato, licet per conantem non steterit. Io:
Andr. in d.c. perpetua, de elect. in sexto. Immò de-
licto attētato, & non consumato etsi prætendatur de-
uentum fuisse ad actum facti, ex quo nullus fuit sub-
38 secutus effectus, Reo (vt dictum est) nulla pœna po-
test imponi; etiamsi simus in atrocissimis. Gram. dec.
74. Ioseph Ludouis. decis. Lucen. 15. nu. 30. vbi at-
testatur

teſtatur dc communi; quoniam delictum, quando
39 non perficitur, ex eo, quod quis non vult, ceſſat pœ-
na, l. qui falſa, ff. de falſ. Et optima ratione quidem,
quia delictum non conſumatum eſt inconſiderabile,
& impunibile. Bal. & alii in l. quicunque, C. de ſeru.
40 fugit. Quibus additur, quod in delictis quantum-
cunq; grauibus, & in quibus pœna mortis ſpecialiter
eſt impoſita, ſi delictum fuerit attentatum per actum
facti proximum, non propterea attentans d. delictum
punitur pœna vltimi ſupplicii, ſed mitiori, vt in ca-
ſu veneni propinati. Dixit Gram. deciſ. 2. nu. 7. ſeq.
ità concludit eſſe faciendum, maximè in euitanda
pœna mortis. Clar. q. 92. verſ. ſcias tamen: Ratio
41 eſt, quia in delictis, & pœnis imponendis non atten-
ditur initium, ſed finis, aut euentus: Et vulnerans
animo occidendi non ſecuta morte non tenetur lege
Cornelia de Sycar. ſed leuiori pœnâ; quia verum eſt,
quod ex euentu hominem interemptum non fuiſſe,
ſed vulneratum. Et vbi ſupereſt grauius delictum cō-
mittendum à Reo, grauior pœna reſeruanda eſt. l. re-
ſpiciendum, ff. de pœn. l. Sancimus, C. eod. tit. nam
v.g. durum eſt, quod pro ſimplici exoneratione Ar-
chibuſii quis puniatur pœna mortis, cum ſi occidiſſet
eadem teneretur pęna: Ex euentu enim facta pen-
ſantur, & puniuntur. Et diſpoſitio iuris, & ratio na-
turalis fuerunt à generali conſtitutione delictum at-
42 tentatum non ſecuto effectu puniatur eadem lege,
ſed non eadem pęna. Spec. tit. de accuſat. §. 1. Et
propterea derogatum eſt legibus loquentibus de de-
43 lictis puniendis; & hodie non fit punitio delicti, ni-
ſi delictum fuerit conſumatum, perfectum, & præfi-
nitum. Angel. & Caſtr. l. 1. C. quod quiſq; iur. Afflict.
dec. 21. Gram. dec. 21. n. 8. 9. 13. & 16. quia requiri-
tur, vt quis moriatur, quod delictū ſit perfectè conſu-
matum. Vide plura in alio meo lib. in Diſcept. 192.
44 nu. 84. 85. 86. & pluribus ſeqq. Ideò exonerans v.g.
archibuſium animo occidendi non ſecuta morte pę-
na mortis puniri non debet, quamuis grauiter caſti-
ri poſſit; prout in huiuſmodi caſu poteſt dici de illo,
45 qui in coitu cum muliere non perfecit actum ipſius
coitus cum emiſſione ſeminis intra vas naturale, ſed
tantum delectationis cauſa immiſit membrum. Clar.
q. 42. verſ. ſcias tamen.

Non valet, ſi dicatur, pęnam exonerantis archi-
buſium cum in aliquem eſſe arbitrariam, & ideò poſ-
ſe Iudicem extendere arbitrium ad mortem natura-
lem, ſecundum Gloſ. in §. in ſumma, Inſtit. de In-
46 iur. quia arbitrium non ſe extendit ad pęnam vltimi
ſupplicii. Et opinio Gloſæ non eſt vera, immo com-
muniter reprobata. Afflict. deciſ. 276. poſt num. 6.
Gram. conſ. 48. nu. 9. Boer. deciſ. 317. nu. 3. Et ho-
rum præſtantiſſimorum DD. opinio eſt tuta, & mi-
tior, & in iudicando ab ipſa non eſt recedendum.
Dixit Clar. q. 83. verſ. ſed quæro, quando pęna. Vbi
citat infinitos dictum Gloſæ reprobantes. Et dato,
& non conceſſo, quod Gloſæ opinio eſſet vera, pro-
cederet, quando qualitas delicti, & circumſtantiarum
eſſet talis, quæ de iure communi, vel conſuetudine
pro eo delicto pęna mortis naturalis veniret impo-
nēda, alias ſecus. Alex. comm. dicens conſ. 121. in fin.
lib 7. Aym. conſ. 214. 224. poſt nu. 2. Clar. q. 87. verſ.
ſed quęro quando pęna eſt à lege. Vnde dicitur, quod
cum de iure communi propter exonerationem Ar-
chibuſii, non tamen morte ſecuta pœna mortis non
ſit impoſita exonerantibus Archibuſium, nec de con-
ſuetudine talis pœna imponatur, ſequitur Inquiſitum
à pœna mortis eſſe tutum. Et hoc præcipuè eſt di-
cendum, quod etiam in enormiſſimis delictis quis
47 non punitur pœna ordinaria niſi effectu perfectè
conſumato; prout dicitur de eo, qui falſam mone-
tam cudit, ſi eam non formauit, vltimo ſupplicio
48 non ſubiicitur l. qui falſam, & ibi Hyppolit. col. 2.
ff. ad l. Cornel. de falſ. Et ideò concludendum vide-
tur, quod quando delictum non fuit perfectè conſu-
matum, a pœna ordinaria recedendum eſt. Ioan.
Andr. in c. inprimi. de reg. iur. in ſexto, quia iura,
quando pœnam imponunt ratione delicti, ſæpè ſæ-
pius loquuntur per verba temporis præteriti perfecti,
ad denotandum, quod pœna requirit perfectionem
actus. l. 1. in princ. ff. ad l. Cornel. de Sycar. Hyp-
pol. conſ. 106. nu. 26. Bal. conſ. 444. nu. 2. vol. 3.
alias ſequeretur, quod legitima eſſet comparatio de
actu perfecto ad imperfectum, quod minimè dicen-
dum eſt.

Nec etiam valet, ſi per Fiſcum dicatur, quod ſi
Bannum, ſeù aliquod Superioris mandatum, ſiuè or-
49 do dicat, quod ſufficit, quod ſit deuentum ad actum
facti; itanq; Iudices criminales tenentur, & debent
iuris communis diſpoſitionem ſeruare in omnibus
occurrentiis. Ità formaliter deponit conſtitutio Fœl.
rec. Pauli III. in prima par. Bullarii in ordine 73.
confirmata à Paulo V. in reformatione Tribunalium
Vrbis in Rubr. de Iudicibus criminalibus Vrbis verſ.
Captus pro vno crimine. Quæ Conſtitutio, cum ſit
munita illo terribili decreto irritanti, quicquid fit
contra, eſt ipſo iure nullum. c. penult. de preben.
Ruyn. conſ. 70. nu. 3. vol. 5. Gabriel tit. de Clau-
50 ſul. concluſ. 3. nu. 57. De iure verò communi in
puniendis delictis requiritur conſumatio, nec ſufficit
præparatio, ſeù conatus ad ipſa, & quod ſit deuen-
tum ad actum proximum. Ità Bart. in l. 1. §. Diuus.
ff. ad l. Cornel. de Sycar. Angel. in l. 3. §. hæc ver-
ba. ff. quod quiſq; iur. Salyc. in d. l. is, qui cum te-
lo. 3. notab. C. de Sycar. cum aliis adductis per Alex.
51 conſ. 15. lib. 1. & conſ. 140. col. 2. lib. 2. Et deli-
ctum attentatum intelligitur de conatu proximo actui
non autem remoto, vt quando tentans proſtrauit in
terram mulierem, & ad actum venereum venit. Ità
eleganter ſcribit Bal. conſ. 356. lib. 1. quem refert,
& ſequitur Menoch. de arbitrar. q. 360. n. 118. Idq;
eo magis procedit, quando vir commodè poterat
carnaliter cognoſcere mulierem, puta nudam iacen-
tem in lecto, ſed potuit, & noluit adimplere delictum
perficiendo actum intra vas naturale cum immiſſio-
ne ſeminis; ſed ſolum delectatur intra d. vas: Sed
52 quando ſemen, ſeù pollutio ordinaria non fuit im-
miſſa intra vas naturale mulieris, non intrat pœna
ordinaria, ſed extraordinaria; cum ſolumodò fue-
rit

rit facta attentatio. Clar. §. Sodom. in fin. Soc. Iun. cons. 7. nu. 1. vol. 3. quos refert, & sequitur Me-
53 noch. de arbitrar. Iud. casu 246. num. 18. Et qualitas aggrauans delictum consiare debet in actis. Angel. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemadmod. testam. aper. Veronen. cons. 58. cum aliis adductis per Marsi. cons. 87. Ex quibus infertur, quod quando non fuit completus actus carnalis, Reus nulla pœna punitur. Gabriel. cons. 171. nu. 3. lib. 1. Et hoc est receptissimum scribit Hondad. cons. 98. nu. 12. vol. 1. Nec dissentiunt Grat. cons. 136. num. 26. Vbi etiamsi fuerit deuentum ad aliquem actum exteriorem. Bonifat. de furt. §. continuatio num. 51. Et reformatio Tribunalium cum sit nouissima lex, nulli dubium est, quod bannum per prius factum à Iudice est correctum, & sublatum super isto particulari; cum lex posterior priori deroget, illamque corrigat l. sed & posteriores. ff. de legib. Bart. & alii in l. omnes populi. Vbi Crott. num. 64. ff. de iust. & iur. Bertaz. cons. 115. nu. 8 seq. Nec omitto, quod in dd. constitutionibus Pontificiis adest (vt dictum est) illa clausula teneantur, & debeant, quæ importat necessitatem cum effectu l. Prætor ait in princ. ff. de Eden. Bart. in l. creditores col. 1. C. de pignor. l. sepè audiui Cæsarem. ff. de offic. Præsid. Cæphal. cons. 14. num. 14. lib. 1. Alex. in l. Caius num. 7. ff. solut. matrim. Vbi quod d. clausula obligat Iudices ad ità exequendum.

Cæterum vltra supradicta dicitur, quod quando de delictis carnis criminaliter agitur; illud per Indicem est omninò aduertendum, quod adulterium,
54 stuprum Incestus, & quæuis alia coppula carnalis non probatur præsumptionibus, præparatoriis, coniecturis, inditiis, &c. Adden. ad Bart. in l. capite quinto nu. 2. Nota ergò. ff. de adult. Mattheus singul. 119. Corn. cons. 191. in fin. lib. 4. Aym. cons. 205. num. 20. seqq. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 59. num. 10. & 20. Farinac. cons. 80. nu. 10. & 52. Vbi aliegat Glos. in c. veniens el 1. Vbi Abb. num. 4. & Dec. num. 8. de test. Alciat. cons. 2. nu. 41. tom. 1. lib. 1. Natti cons. 299. num. 15. in fin. vers. quia respondet lib. 2. Et Rot. in illa firman. Cappellaniæ die 7. Maii 1572. vers. effectuatio non obstat. Coram sanctissimo D. N. Clemente Octauo tunc Rotæ Auditore. Et in vna Tollen. parochialis die 28. Maii 1593. coram R. P. D. Seraphino. Et in alia Clauritana confidentiæ die 25. Iunii 1593. coram R. P. D. Pamphilio. Idque præsertim dicitur in delictis carnis, quorum post factum nulla remaneret vestigia, prout est Adulterium, seu alia Fornicatio: Nanque confessiones, præsumptiones, præparatoria, inditia, &c. non sufficiunt ad torquen-
55 dum, seu ad condemnandum Reum, cum confessatum delictum, seu carnalis coppula per testes om-
56 ninò verificari debet. Flor. cons. crim. diuers. 132. num. 22. lib. 1. Vbi in terminis loquitur in stupro commisso in puerum Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem num. 2. Vbi & in specie loquitur in crimine sodomiæ Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 830. num. 7. Vndè dicitur, quod non sufficit ingressus in domum mulieris, maximè de die, & non de nocte. Et vt scribit Matthesila notab. 119. nec etiam sufficit illa tam violenta præsumptio; cum quis solus cum sola, & nudus cum nuda in thalamo clauso repertus fuerit, & vir habeat caligas solutas, & mulier recuset aperire ostium clausum. Idem scripserunt Corn. cons. 192. in fin. lib. 4. Crauett. cons. 205. nu. 20. seq. post Anton. Rosell. qui scribit Adulterium non censeri probatum, ex eo, quod quis solus cum sola in thalamo clauso repertus fuerit, & mulier recuset aperire ostium. Immò coppulæ carnalis inditium nullum oriri potest, quando vir, & mulier visi sunt dormire vestibus induti. Ità Boss. in terminis tit. de opposit. contra test. nu. 96. Nam si supradicta illa tam violenta præsumptio non sufficit, cum quis nudus cum nuda, &c. multo magis cessare debet suspicio coitus, quando iacent in lecto vestibus de die, & ostio aperto. Auth. multo magis. C. de sacrosanct. Eccles. Et si quidam frater, qui per biennium in eodem lecto cum sorore sua iacuerat, fuit defensus à Crauett. in suo aureo cons. 321. prout refert Clar. in §. incestus. in princ. multo magis defenditur ille, qui semel tantum iacuit vestitus in die ostio domus aperto; quia ea, quæ publicè fiunt, carent omni suspicione mali. Clar. q. 21. in fin. Qua quidem ex re dicitur, quod ex præsumptionibus, inditiis,
57 etiam indubitatis, &c. nemo condemnari potest diffinitiuè etiam de hæresi ad pœnam capitalem, immò nec etiam ad quamuis aliam. Gand. tract. malef. in Rubr. de præsumptionibus, & indit. indubitatis. Et Boer. latissimè decis. 164. incip. Alia insuper, quia in Tribunali Sanctissimæ inquisitionis ità obseruari dicit Campegius apud Zanchin. c. 11. vers. vel doctrinam hanc Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 380. comm. 80. nu. 1. Innoc. & alii in c. quia verisimile. de præsumpt. Bal. in l. fin. in vlt. col. C. de probat.
58 Ratio est, quia probationes etiam in iudiciis enormium delictorum (vt Afflictis, &c.) debent esse liquidissimæ, & apertissimæ l. in testamento ff. de condit. & demonstrat. quem Text. singularem affirmat Bal. in c. 1. Qualiter Dominus à propriet. priuet.
59 Immò (vt superius dictum est) ex præsumptionibus, inditiis etiã indubitatis in nullo casu potest procedi ad condemnationem in pœnam aliquam, nisi in casu, in quo lex ipsa præsumit, & super præsumpto disponit. Vt de communi testatur Boss. tit. de coniuict. num. 34. vers. veritas tamen est, & communis opinio: de qua ante ipsum testatur Gand. in tit. de præsumpt. & indit. §. iustè restat sub num. 12. in fin. Ratio est, quia, vbi non est præsumptio iuris, & de iure non oritur inditium adeò indubitatum, quin quandam sollicitam recipiat dubitationem. Vt post Gand. tradit etiam Boss. ibidem nu. 45. sed secundum aliquas DD. intelligitur pœna criminis ordinaria, sed alia mitiori Iudicis arbitrio Boer. d. decis. 164. num. 5. seqq. Et in d. Director. Inquisit. ibidem dicitur obseruari in d. Tribunali sanctæ inquisitionis; nempè quando præsumptiones, coniecturæ, inditia, &c.

&c. sunt adeò indubitata, vt rem ponant ante oculos
de visu v.g. quod quis visus fuerit exire de domo cum
gladio sanguinolento, vbi repertus fuit quis mortuus,
& alia similia. Vt dicit Brun. tract. de indit. & tortur.
5. q. 1. nu. 4. seq. vel quando inditia sunt talia, vt
ex qualitate, & multitudine ipsorum inducatur veri-
tas oculis Iudicis, sicut clara lux ostendit veritatem
oculis corporis. Exemplum datur in eo, qui introi-
uit domum mulieris, auditus fuit mulieris clamor, &
visus fuit ille, qui intrauit domum, exire cum gladio
sanguinolento, & mulier in facie vulnerata. Tamen
alii DD. aliter sentientes dicunt, quod Reus non po-
60 test condemnari criminaliter ex coniecturis, præ-
sumptionibus, inditiis, &c. quamuis indubitatis, &
violentissimis. Vt per plures authoritates ostendit
Boer. decis. 164. per totam Mars. §. diligenter num.
152. Dec. cons. 175. nu. 8. vers. præterea; qui dicit
quod ex inditiis indubitatis in causis criminalibus
condemnatio secundum communem opinionem fie-
ri non debet secundum Bal. & Imol. quos allegat l.
singuli C. de accusat. & l. qui scientiam C. de pœn.
Dec. cons. 415. num. 1. par. 3. Boss. tit. de confess.
61 nu. 21. Et id pluribus rationibus. Prima ratio est,
quia (vt superius dictū est) inditia non pro probatio-
ne, sed pro quadam probationis specie habentur, Ca-
lep. de Calep. cons. 52. num. 33 seq. diuers. lib. 1.
62 Secunda ratio est, quia in criminalibus ad proban-
dum delictum non coniecturæ, præsumptiones, in-
63 ditia, &c. sed probationes requiruntur luce meri-
diana clariores Text. in l. sciant cuncti, quæ est final.
C. de probat. canonizata 2. q. vlt. c. sciant cuncti.
Vbi dum loquitur de probat. test. Addit idoneorum;
Et dum de probatione inditiorum, addit indubita-
64 torum, & luce meridiana clariorum; quæ solumo-
dò fit per testes omni exceptione maiores. Et ibi not.
Glos. & communiter DD. Et hanc adducunt ratio-
65 nem; cum in criminalibus de salute hominis tracte-
tur; ideò arctior requiritur probatio. Boer. decis. 164.
nu. 1. Dec. cons. 415. nu. 1. Farinac. q. 86. nu. 6.
66 Et talis probatio non solum requiritur ad proban-
dum delictum, sed etiam ad Reum torquendum, l.
qui vltimo in fin. ff. de pœn. quam allegat Bart. in l.
cunctos populos, & declarat ibi Ias. n. 51. in fin. Fa-
rinac. q. 56. num. 121. Mant. cons. 67. seqq. Mars.
cons. 63. nu. 13. seq. Quod procedit etiam in occul-
tis, & difficilis probationis, Clar. q. 64. vers. dixit
etiam, in fin. Rolan. cons. 361. vol. 3. vbi reddit ra-
67 tionem, quia quanto crimen est grauius, & atroci-
us, tanto inditia debent esse grauiora, & vrgentiora
68 c. Vbi periculum de elect. in 6. Nam atrocitas cri-
minis non debet mouere Iudicem ad torquendum,
seù condemnandum, nisi legitima adsint inditia. Ro-
lan. cons. 7. nu. 38. seq. lib. 1. idest legitimæ adsint
69 probationes: Ratio est, quia quodlibet delictum
debet probari per testes omni exceptione maiores;
70 quoniam nunquam reperitur in iure scriptum, quod
verisimilitudines, suspiciones, coniecturæ, præsum-
ptiones, inditia, &c. in omnibus casibus sufficiant
ad torquendum, seù condemnandum, nisi solum

(vt dictum est) quando lex ipsa expresse disponit dd.
verisimilitudines, suspiciones, coniecturas, præsum-
ptiones, inditia, &c. haberi loco probationis. Alex.
l. licet. de legat. 1. Mars. in l. fin. ad l. Cornel. de Sy-
car. Et Rubr. de probat. nn. 113. seq. Ratio est, quia
probatio delicti per dd. verisimilitudines, suspicio-
nes, coniecturas, præsumptiones, inditia, &c. dici-
tur probatio in genere, idest ad assumendas informa-
tiones; & tamen vt probatio faciat inditium ad tor-
71 turam, seù condemnationem, debet esse in specie;
idest vt d. delictum probetur per testes omni excep-
tione maiores, luce meridiana clariores, idonei, &
inconfutabiles, alias non dicitur probatum. Not. c.
cum oporteat de accusat. Cason. de indit. tract. 2.
nu. 2. & 5. seq. Bart. cons. 65. nn. 2. Crauett. cons.
21. n. 4. vbi inducit concordantes. Item d. delictum
non debet probari per præsumptiones, inditia, &c.
sed per testes idoneos, & legales, qui deponant di-
rectè, & immediatè super delicto, & non super indi-
tio ad delictum, Bal. l. fin. C. famil. herc. isc. l. fin. ff.
de quæst. Alex. cons. 5. nu. 1. & cons. 2. nu. 4. Dec.
c. tertio loco nn. 15. de probat. Gram. vot. 22. Vul-
pell. cons. 35. nn. 6. Item d. delictum debet probari
per dd. testes, non autem per verisimilitudines præ-
sumptiones, inditia, &c. Ratio est; quia Iudicis iu-
dicium debet conformari cum iudicio Dei, c. de re
iudic. lib. 6. sed Deus non fallit per inditia præsum-
ptiones, &c. nec quanis alia de causa, c. Nouit. de
offic. delegat. Ita, & Iudex debet sequi veritatem, &
non quęrere cōdemnare ad mortem ex præsumptio-
nibus, inditiis, &c. quæ non reddunt rem claram ad
torquendum, & ad exequendam sententiam capita-
lem, vt requiritur: Et ideò iudicare secundum appa-
rentiam extrinsecam non est tutum. Vt tradit Canal-
can. in tract. de brachio regio in verb. Iudicare se-
72 cundum apparentiam extrinsecam. Item debet pro-
bari per dd. testes, qui deponant per vnum ex quin-
que sensibus propriis non alienis, Bart. in l. quodta-
men §. si arbiter. ff. de arbitr. Curt. Iun. post multos,
quos recenset latè cons. 165. n. 17. illis accedit Dec.
cons. 459. n. 10. & cons. 469. nu. 9. Paris. cons. 103.
73 num. 37. lib. 1. quia Testis debet præcipue videre
actum oculis corporeis, & non sufficit v.g. quod vo-
ces audierit l. si vnus cum ibi not. C. de test. Verum
benè est menti tenendum, quod ad probandum de-
lictum non sufficit vnus testis, quamuis de visu, sed
74 multa alia requiruntur, quando delictum con-
sistit in facto, quia facta non præsumuntur, nec iudi-
75 cantur, &c. sed probanda sunt l. in bello §. facta
ff. de capt. Et testes (vt dictum est) debent esse om-
ni exceptione maiores, luce meridiana clariores,
idonei, legales, inconfutabiles, inuulnerabiles, &
optimè concludentes. l. qui vltimo in fin. ff. de pœn.
quam allegat Bart. in l. cunctos populos, & decla-
rat ibi Ias. num. 51. in fin. Farinac. q. 37. seq. Dec.
cons. 189. col. 1. seq. Mars. cons. 63. num. 13. seq.
Glos. & Bart. in l. maritus nu. 1. ff. de quæst. Idem
Bart. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. eod. tit. Gram. cons.
1. in princ. Aym. cons. 6. num. 12. Rolan. à Valle
commu-

communem dicens conf. 37. nu. 3. & 10. Plot. in l. si quando nu. 879. Bal. conf 259. nu. 5. lib. 1. Crauett. conf. 99. n. 4. lib. 1. Ruyn. ex communi conf. 147. nu. 3. lib. 1. cum aliis adductis per Clar. q. 64.
76 vers. Dixi etiam in fin. Et illi dicuntur omni exceptione maiores, quibus nihil prorsus potest opponi, & superant etiam omnem friuolam exceptionem, & nullam etiam minimam patiuntur maculam; immò vndique sunt inuulnerabiles, alias secus d. l. 1. §. Idem Cornelio, d. l. maritus, Vbi Glos. in verb. illicitè in fin. ff. de quæst. Clar. q. 21. vers. vnus testis.
77 Et quando per dd. testes non constat delictum fuisse commissum, nō potest procedi contra aliquem, Bart. in l. si is, qui tem, §. si Titium nu. 2. ff. de furt. Salyc. l. 1. col. 8. n. 27. C. de part. Virg. Alex. l. si duo patroni in princ. n. 6. ff. de iureiur. Anchar. conf. 216.
78 in fin. Ratio est, quia incertitudo delinquentis inaccessorio infert impotentiam procedēdi. Hyppol. conf. 49. col. 3. nu. 13. & absoluendus est Glos. in l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. paup. fecisse dicat. quem secuti sunt Bart. Alex. Boer. decis. 237. in princ. nu. 2. seqq. Clar. q. 60. nu. 31. vers. vidi ego. Ratio est, quia lex multum detestatur incertitudinem,
79 Menoch. conf. 37. nu. 119. lib. 1. Tertia ratio est, quia inditium nullum est adeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari cōtrarium, Boer. decis. 165. nu. 1. Ac etiam quin quandam sollicitam recipiet du-
80 bitationem, Bols. tit. de conuict. nu. 45. Quarta ratio est, quoniam delictum debet probari per testes; ideò inditium non potest dici probatio, sed secundū Guid. tract. de malef. sub Rubr. de præsumpt. & indit. §. videmus, est signum alicuius maleficii, vel alterius rei, de qua agitur. Quæ diffinitio secundum eum colligitur ex ll. tractantibus de indit. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de probat. §. fin. in verb. Item
81 per inditia dicit, quod inditium est notabile signum maleficii, vel alterius rei ad ipsius rei veritatem habendam. Itaquè dicitur, quod si est signum, non est probatio; quia signum indicat, non probat identitatem facti, Vt post Bart. & alios tradit Carrer. conf. 169. num. 4. Et tamen de delicto constare debet per probationes, non autem per signa, inditia, præsumptiones, coniecturas, suspiciones, imaginationes, &c. Bal. conf. 78. vol. 3.

Vel secundum Paul. de Liza. in c. grauius de opposit. in vlt. charta inditium est Adminiculum demonstratorium, vel adminiculum probationis ad d. probationem indagandam. Per tex. l. si quis adulterium, C. de adult. & cap. præterea de test. & c. tua §. Adulteria de homic. Bart. in l. 2. ff. de excusat. tutor. diffiniendo quid sit inditium, Sit est adminiculum demōstratorium, seu demonstratio rei: Vel adminiculum probationis non est probatio; quia adminiculum dicitur vehemens inditium, non autem probatio c. Cum dilectus de success. ab intestat. Vltra quod si est demonstratorium, vel demonstratio rei, ostendit rantum delictum, sed ipsum non probat, l. fin. & l. instrumenta domestica. C. de probat. Et hoc dicit Guid. in d. tract. de malefic. in Rubr. Quæ debeant præcedere quæstionem, in verb. quæro, quę, & qualia debeant esse inditia.

Aut secundum Bart. in d. l. 2. & Bal. in l. Cum probatio. ff. de probat. inditium est minus quam semiplena probatio, dicens Bal. in Addit. suis nullibi clarius id probari, quam in illa lege. Si est minus quam semiplena probatio, non est probatio; quia cum sit minus quam semiplena, parum, aut nihil in se habet probationis, & ideò non sufficit ad torturam; quoniam in criminalibus ad ipsam infligendam ad minus requiritur semiplena, Clar. in §. fin. q. 62. in princ. quamuis Bal. in l. ea quidem dicat quod nec etiam sufficit semiplena; sed plusquam semiplena requiritur; quę nimirum est, quando duo
81 adsunt Testes, vnus integer, alter non, vel cum vno teste idoneo alia adsunt adminicula. Vt latè per Boer. decis. 85. nu. 4. Ioseph. Ludouis. decis. 100. num. 4. seq.

Vel secundum Bal. in Rubr. C. de probat. est minima præsumptio boni viri: si est minima præsumptio boni viri, non est probatio; quia præsumptio non sufficit ad torturam, sed ad pœnam pecuniariam tantum, seu ad capturam. Bos. tit. de conuict. n. 35. & tit. de indit. nu. 180. Et ideò dicitur probatio in genere; & tamen vt probatio sufficiat ad torturā,
81 debet esse in specie contra personam inquisiti; idest per testes omni exceptione maiores, Farinac. de indit. q. 37. alias maleficium non dicitur idoneè, & concludenter probatum. Not. in c. Cum oporteat, de accusat. Cason. de indit. tract. 2. nu. 25. seq. Bart. conf. 65. nu. 2. Alex. conf. 3. nu. 1. lib. 3. Crauett. conf. 21. Vbi adducit Concordantes.

Seu secundum Bal. in d. Rubr. de probat. est argumentum distans à specie veræ probationis, si est argumentum distans à specie veræ probationis, non est probatio; nanquè argumentum est ratio rei dubię fidem faciens. De hæret. c. cum ex iniuncto. Et d. argumentum, quod dicitur argutè inuentum, non est probatio, quia arguit rantum Iudicis mentem ad cognoscendum d. inditium. Vt not. Boer. in c. forus, de verb. signif. Vltra quod si est Ratio rei dubię, non potest dici probatio; quia probatio nihil commune habet cum ratione, cum sit certa, & non dubia in probando delictum. Vltra quod delictum non per rationem rei dubię, sed solum per testes certos probatur. Additur etiam, quod d. argumentum non per testes, & tabulas, sed solum naturali probatione potest induci, d. c. forus, de verb. signif. Vnde si non potest induci per testes, non probat delictum, quod omninò probari debet per testes idoneos, fide dignos, ac omni exceptionę maiores (vt superius dictum est) & non per naturalem probationem, quæ inducitur per imaginationes, suspiciones, & hominum præsumptiones. Item si argumentum distat à vera probatione, nihil in probando operatur; quia probatio non distat, sed semper hæret delicto, & sequitur illud.

Vel secundum Gand. in d. tract. malef. Rubr. quę debeant præcedere questionem. In verb. Quæ, & qualia debent esse ista inditia, est pars probationis,

si est

si est pars probationis, non potest dici totalis, integra, plena, & perfecta probatio, sed quidem imperfecta Rimnal. cons. 83. num. 16. seqq. in cons. crim. diuers. lib. 2. Calepin. de Calep. cons. 52, Decis. Pedamon. 60. nu. 9. Surd. cons. 173. num. 166. lib. 2. Et ideò non sufficit ad torturam; quoniam ad probandum delictum requiruntur probationes integræ, perfectæ, & luce meridiana clariores (vt dictum est) Vnde dicitur, quod ex imperfecto, vel ex pluribus imperfectis non potest oriri, & resultare perfectum in probatione delicti. Aym. de antiq. temp. vers. testis quid in lib. officialis nu. 17. & 19. Gram. decis. 31. nu. 2. Becc. cons. 85. nu. 70. post alios, quos allegat l. 1. C. minor. tutel.

Aut secundum Calep. de Calep. cons. 52. nu. 33. diuers. est quedam probationis species, si est species probationis, non est ipsa probatio; & ideò non sufficit ad torturam; Ratio est, quia ex quo remouetur genus, remouetur quoque quelibet eius species, l. fundi, ff. de fund. instrum.

Ex quibus omnibus infertur, quod d. Coppula carnalis non probatur præsumptionibus, suspicionibus, præparatoriis, verisimilitudinibus, coniecturis, indiciis etiam indubitatis, &c. Sed (vt dictum est) requiruntur testes omni exceptione maiores.

Sed quid multa? pro nunc de delictis carnis hactenus: De adulterio verò illud restat dicendum, quod
82 in multis casibus non committitur. Primò quando Vir ignorat an Mulier sit nupta; nanquè ignorantia, quod mulier sit nupta, eum excusat: Quæ ignorantia
83 præsumitur ad euitandam pœnam corporalem, & pecuniariam. Crauett. cons. 244. nu. 4. & Gram. in specie cons. crim. 25. nu. 1. Vbi quod ignorantia
84 præsumitur, vbi scientia non apparet. Secundò nõ committitur, quando Mulier est vilis conditionis, etiamsi inquisitus notitiam habuisset, quod mulier habet virum; Sed agi potest actione iniuriarum, l. qui adulterium, C. de adult. Alex. cons. 13. num. 6. vol. 7. Et ista vilitatis qualitas consideratur respectu mulieris, non autem Viri, Ghirlan. tract. de pœn. omnifar. Coitus, q. 7. nu. 4. in 2. fallent. Et constitutio Sixti Quinti contra adulteros non comprehendit casum istum; cum requirat, quod palam, & cum diuersis personis adulterium sit commissum. Vt
85 apertè disponit in verb. similiter vxorem. Et in sex casibus Coniux non potest opponere coniugi adulterium; nempè si ipse est in simili delicto. Vt in c. intelleximus. De adulterio, & stupro. Item si eam tradidit adulterandam, c. discretionem. De eo, qui cognouit consang. Vxor. suæ. Item si mulier violenter fuit oppressa, l. Cum passa. ff. ad l. Iul. de Adul. Item si ignoranter cognita fuit ab illo, qui credebat ipsam non esse nuptam, Arg. 34. q. 1. in lectum, Item si mulier, credens virum suum absentem esse mortuum, alii nupserit 34. q. 2. Cum per bellicam. Item si mulier post adulterium reconciliauit suum virum sibi, c. quemadmodum de iureiuran. & 34. q. 4. sic illic, ex Glos. c. intelleximus de adult. & stupro. Tertiò quando vir persuasionibus mulieris ipsã carnaliter cognoscit, quoniam potius coactus, & compulsus, quam spontè deliquisse dicitur, l. 2. §. persuadere. ff. de seru. corrupt. Crauett. cons. 191.
86 nu. 12. Oldrad. cons. 26. col. 1. Vbi quod suasio ad malum est plusquam compulsio. Nec ab re vide-
87 ri debet, quia delinquens dolo alicuius prouocatus non dicitur dolosè, sed culposè deliquisse, Gram. de-
88 cis. 5. nu. 3. Veronen. cons. 42. n. 5. Et vbi ad incurrendam pœnam requiritur dolus, non sufficit culpa, l. 1. C. ad l. Iul. de sicar. Abb. cons. 4. in fin. lib. 1. Vnde d. mulier solummodò est punienda; quia Consultor, quando eius consilium, seu persuasio continet delictum est puniendus. Est specialis titulus criminis in l. 1. §. persuadere. ff. de seru. corrupt. Tradit. Bart. in l. non solum §. si mandato in fin. ff. de iniur. Quartò quando mulier nupta est malæ conditionis, & famæ, & assueta se exponere multis, & ipse Vir eam pluries carnaliter cognouit, quia excusandus est. Per l. de adult. l. si ea quæ. ff. de adult. l. si vxor §. plane de ritu. nupt. §. palam de furt. l. eorum. fin. Alias si d. vir non probet, de d. adulterio punitur, Vt l. quamuis, in fin. C. de adult. Bonifac. Rubr. Quid sit accusatio nu. 35. Quintò quando vir meretricem nuptam carnaliter cognoscit, Bart. in l. si vxor. ff. ad l. Iul. de adult. Mars. sing. 159. quia licet quoad ipsam puniri possit; tamen quoad accedentes, & cum ea se commiscentes secus est. Vt bene testatur Alex. cons. 99. visa inquisitione num. 9. lib. 6. & cons. 157. lib. 5. in fin. Sextò quando mulieris nuptæ maritus est leno, vel infamis. Mars. in l. 1. nu. 34. de rapt. virg. Septimò quando mulier nupta est inhonesta, Capic. decis. 44. nu. 4. Crauett. loquens in terminis adulterii cons. 137. Baiard. in addit. ad Clar. §. adulterium nu. 55. Et illud omninò est sciendum, quod in terminis adulterii non est locus torturæ, nè modus probandi tale crimen plus acerbitatis, & vindictæ habeat, quam ipsa pœna, quæ (vt dictum est) ex consuetudine Italiæ non est personalis, sed pecuniaria, Argum. l. Diuus. ff. de quæst. quia esset absurdum, quod si pœna delicti esset
89 pecuniaria tantum, affligeretur corpus ad proba-
90 tionem criminis; quę corporis afflictio excedit omnem pœnam pecuniariam, l. seruorum §. 1. ff. de pœn. Et in impositione pœnarum attenditur consue-
91 tudo. Vt d. l. hodie. ff. de pœn. Et illud sciendum, quod vir non potest querelari à consanguineis mu-
92 lieris non nuptè, nec etiam quando est matrimonii vinculo solutus, quia ad euitanda maiora mala forni-
93 catio de iure non est punibilis, l. 1. C. de connub. Bart. in l. vxor ff. de furt. Menoch. de arbitrar. casu 289. nu. 3. Vbi alios refert, d. Bart. in l. si vxor. ff. ad l. Iul. de adult. Alex. d. cons. 99. Matthesil. not. 101. Vulpell. cons. 42. num. 13. Mars. singul. 150.
94 Prout nec etiam potest accusari de dicto adulterio ab extraneis alienę vxoris, licet d. adulterium sit crimen publicum. Vt not. Glos. & ibi Bart. quamuis se non firmet in l. mulieres §. volenti. ff. de adult. in verb. oppono cum Glos. 4. cum vir. seq. & ibi assignat rationem, quarè, &c. Angel. de malef. Rubr.

Cũ bai

95 *Ch' hai adulterato n. 33.* Octauo quando à viro non solum adulterium, sed etiam quæuis alia coppula carnalis non contrahitur per vim; sed ex nimio, ardentiorique amore, & non ex animi sententia, sed ex furoris impulsu tanquam ab amente, aut ebrio di-
96 citur contracta. Amor enim Cæcus est, & exoculatus homines cæcos facit, nesciunt discrimen recti, prauique, nec quid album, quidue nigrum, ac iudicium hominum peruertit, c. quatuor 11. q. 3. c. 1. de sent. excomm. in 6. Clar. q. 60. vers. Amor est. Vbi ponit plura exempla minorationis pœnæ ob delicta capitalia causa vehementis amoris commissa. Et ego etiam non temere contendo, eum leuiter puniendum, nè dicam impunitum relinquendum, qui pre nimio, ardentiorique amore quicquè deliquerit, veluti non ex animi sententia, sed furore concitatus ad ipsum admiserit. In qua sententia nè id nouiter dixisse videar; Fuit Oldrad. cons. 210. Regularis habet traditio col. 2. vers. secunda consideratio; Vbi aliquem quodamodo excusar tanquam furiosum, qui vt quadam muliere potiretur, quam deperditè amabat, magicas artes, ad eam rem, vt ipse putabat, accommodatas confecerat, Demonesquè conuocauerat, quod grauissimum est delictum. Vt not. in c. 2. de sortil. citatquè testimonium Aristotelis, qui lib. 7. Ethicorum c. 2. scribit hos venereos appetitus nonnullos in furorem, & insaniam adigere. Itaquè sicut ebrius delinquens mitius punitur, Salyc. in l. Diuus C. ad l. Cornel. de Sycar. Bal. in l. 1. nu. 45. C. vnde vi. Et secundum hanc sententiam Iosephus lib. antiquitatum, c. 18. c. 6. Et Aegesippus lib. 2. rerum iudiciarum, c. 4. historiam referunt huic loco non parum accommodatam, & conuenientem. Paulina Romana spectatissimi generis fœmina in templo Isidis à Iuuene quodam nomine Mundo, qui illam misere deperiebat miro commanto stuprata est Sacerdotum Isiacorum fraude, qui d. Mundum amatorem Paulinæ complexibus coppulauerunt. Quo facinore comperto Tiberius Imperator d. Mundum in exilium tantum damnauit, dignum eum maiori pœna non iudicans, quod amoris vehementia deliquisset, Tiraquell. causa quarta nu. 3. seq. Nec mirum, quia amoris furore delinquens excusandus est: nanq. nullus vehementior, quam amoris furor. Itaquè Bal. in l. precibus, col. 6. vers. quid ergò. C. de impuber, & aliis substitut. Vbi ait philosophium esse, non muliebre, talem effectum intra terminos, seu debitos limites coercere. Refert. & sequitur Franc. Curt. sen. cons. 67. col. 3. vers. transeo ad secundum.
97 Additur etiam, quod amor obcæcat homines, & facit illos insanire. Vt per plures authoritates ostendit Tiraquell. de pœn. temperan. causa 51. num. 81.
98 Cason. tract. de indit. tract. 2. & 3. n. 11. Vbi quod Amasius causa amoris præsumitur deliquisse, & non ab aliam causam; Et ideò in omnibus primordialis causa attenditur, Crauett. cons. 131. num. 15.

Vltra supradicta dicitur, etiam quod si quis dixerit hæreticalia verba amoris furore, vel zelotipia, aut desperatione correptus, defendi nunquam poterit, nè hæreticus esse credatur, excusandus tamen erit, quod talia dixerit potius vt ebrius, & non vt hæreticus. Idem qui nimio insaniens amore suæ Amasiæ imaginem adorat, aut aliqua emitteret verba, quæ idolatriam senant. Est enim propriè illius, qui vehementer amat, vt horreat, & metuat, ac etiam suam inspiciens dilectam eam tanquam Deam adoret, & nisi vereretur, se insanum apparere, eidem amate non aliter quam Deo, statuam faceret, sicut legitur apud Platonem in Phedro. Simanc. de cathol. instit. tit. 17. Rubr. Defens. Reorum num. 42. seq. Franc. Monal. cons. 101. nu. 11. Farinac. q. 97. num. 83.

Deniq; in omnibus casibus coppulæ carnalis benè, prudèterq; Iudex considerare debet, an verisimile sit, quod d. coppula carnalis fuerit commissa; nanq; v.g.
99 haud verisimile est, quod iuuenis voluerit carnaliter cognoscere mulierem turpissimam, & senio con-
100 fectam. Ad tradita per Bart. in l. fur. in princ. ff. de furt. Prout etiam non est verisimile, quod senex, puta 60. aut 70. annorum voluerit habere rem carnalem Cum muliere, & maximè iuuene, cum propter
101 senectutem coire non possit. Et plura ad propositum Sylua Nupt. lib. nu. 85. seqq. Ratio est, quia in probationibus multum attenditur verisimilitudo, Crauett. cons. 75. num. 24. & cons. 135. num. 33.
102 Et quod non est verisimile habet falsitatis imaginem, Bal. l. 1. C. de seru. fugit. Vulpell. cons. 12. n. 13. Marsl. l. 1. §. ad quęstionem n. 32. ff. de quęst.
103 Immò inuerisimile non est credibile, l. hac consultissima in fin. C. qui testam. fac. poss. Aym. cons. 75. num. 19.

DISCEPTATIO XXIIII.

De prætensa falsitate Notarii.

SVMMARIVM.

1 *Falsitatis præsumptionem bona qualitas, & conditio Rei excludit.*
2 *Notarius quodcunquè in instrumento scribit, de partium consensu scripsisse præsumitur.*
3 *Notarius quodcunquè scribit in instrumento habetur, ac si à partibus fuerit scriptum.*
4 *De Notario est præsumptio iuris.*
5 *De falsitate contra Notarium liquidissimè constare debet.*
6 *Præsumptio iuris efficit; quod Notarius potius præsumatur errasse, quam falsitatem commisisse.*
7 *Notarius scribens vnum locum pro alio, vel vnam diem pro alia præsumitur errasse, quando vis non est in loco, seu in die.*
8 *Notarii error non potest nocere partibus.*
9 *Ob Notarii imperitiam mundus destruitur, & bonorum Virorum conscientiæ in periculum ponuntur.*
10 *Notario asserenti esse aliquid à se scriptum, plena fides adhibetur, quando nec commodum, nec incommodum expectat.*
11 *Notario permissum est suas imbreuiaturas corrigere, extendere, & declarare, dumodò non mutet substantiam.*

12 Quod

12 Quod poteſt facere à ſe ipſo, & ſine Iudicis authoritate.
13 Notarius poteſt inſtrumentum corrigere, extendere, & declarare, dummodò non mutet ſubſtantiam, etſi redactum ſit in publicam formam, dummodò non ſit datum partibus, vel productum in iudicio.
14 Notarius poteſt addere in Baſtardello circa intellectum contrahentium.
15 Notarius poteſt addere Inbreuiaturæ circa veritatem, & id abſque Iudicis decreto.
16 Immò etiam poſtquam inſtrumentum eſt redactum in publicam formam, dummodò non ſit datum parti.
17 Notarius poteſt à ſe ipſo corrigere inſtrumentum, etiamſi errauerit in facto, vel ſi fuerit plus dictum, quam ſcriptum.
81 Notarius poteſt extendere clauſulas ſolitas apponi in Inſtrumento inſtrumenti alterius Notarij nõ mutata tamen ſubſtantia negotij, & id ſine incurſu pœna.
19 A Notario quæ pro maiori declaratione adduntur in Inſtrumento, dicuntur in eo uirtualiter ineſſe, & comprahendi ſub ea diſpoſitione, cui ſunt additio facta.
20 Notarius non doloſè conficiens Inſtrumentum falſum, nulla pœna plecti debet, & abſoluendus eſt.
21 Dolo ceſſante etiam pœna extraordinaria ceſſat.
21 Pœna extraordinaria ceſſat dolo ceſſante.
22 Notarius non peruertens conſuetudinem ſuam non cenſetur ſuſpectus de falſo.
23 Notario permiſſum eſt de contractu plures contractūras conficere, vſq; lacerare, donec Inſtrumentum extenſum ponat in libro extenſorū.
24 Notarius addendo in inſtrumento quod addere poteſt, & propria authoritate ſuum corrigendo errorem non poteſt dici temerarius.
25 Temeritati quando parcitur.
26 Notario magis creditur, quamuis vnus teſtis contrarium deponat.
27 Notarius eſt perſona publica, qui curat officium ſuum legaliter exercere.
28 Notarius in ſua diſpoſitione obtinet vices duorum teſtium.
29 Notarius, quia eſt perſona publica, præualet vnico teſti, qui pro vno ſolo putatur.
30 Notarius, & teſtis quando ſunt malæ famæ, magis credi debet Notario, maximè dum tolleratur in officio.
31 Notarius, & teſtis quando inuicem contradicunt, ſi torqueantur, & vterque perſeueret in dicto ſuo, magis credendum eſt Notario.
32 Notarius ſuum poteſt emendare errorem, antequam copiam inſtrumenti data ſit, vel ſit de falſo accuſatus.
33 Notarius abradens à Protocollo clauſulam nemini nociuam, non incidit in falſum.
34 Notarius quando de falſi crimine accuſatur, ipſi magis creditur, quam teſti, quando ſcriptura in Iudicis præſentia facta fuit.
35 Notarius dato quod unam ſcripturam falſauerit, aliæ non infirmantur, ſed dicitur de illo, qui publicum gerit officium.
36 Notarij, & aliorum publicum officium gerentium ſcriptura falſa non rumpit alias ſcripturas benè confectas.
36 Scriptura falſa Notarij, & aliorum publicum officium gerentium non rumpit alias ſcripturas benè confectas.
37 Notarius non præſumitur ſine aliquo commodo, & cauſa falſum commiſiſſe.
38 Dolus non ſolet committi ſine animo lucrandi.
39 Contra Notarium puniendum de falſo non admittitur in teſtem vilis perſona, maximè quando eſt ſola.
40 Cōtra Notariū in criminalib. nec curſori creditur
41 Notarius vt poſſit puniri de falſo, quot, & quales teſtes eſſe debeant, qui contradicunt inſtrumēto.
42 Falſitas non committitur, quando non adeſt dolus.
42 Dolus quando nō adeſt, non committitur falſitas.
43 Falſitas ſine dolo non præiudicat.
44 Dolus non præſumitur, quando ex illo nullum acquiritur emolumentum.
45 Ex falſitate, quando quis non conſequitur emolumentum puniri non poteſt.
46 Falſum non dicitur, quando iuuatur primordio veritatis.
47 Principale quod eſt, curatur, non autem acceſſorium.
48 Falſum dici non poteſt, quando habet in ſe aliquid veritatis.
49 Falſitatem committens ex lata culpa, ſi abſit dolus non punitur.
50 Falſi crimen ceſſat, & omnis pœna vno ex tribus requiſitis deficientibus, nempè veritatis immutatione, doloſa immutatione, & nociua immutatione.
51 Falſitas non committitur, quando non eſt nocibilis, nec nocitura, aut quæ nemini præiudicat.
52 Falſitas, quæ neceſſario non eſt punibilis, pœna ordinaria ceſſat, licet ſit doloſa.
53 Falſitas, quæ nemini nocet actu, vel potentia tanquam nugatoria eſt ſine aliqua pœna.
54 Falſitatem faciens ſine aliquo cōmodo nō punitur.
55 Falſitas quando non eſt nociua, nec nocere poteſt, non eſt punibilis.
56 Falſitas vbi nemini nocet, ceſſat actio ciuilis de dolo propter deficiens intereſſe, & per conſequens criminalis.
57 Falſitas, quæ nemini præiudicat, vel nullam probationem, nec inditium facit non eſt punibilis.
58 Falſitas ex marginatione, quæ nemini nocere poteſt, nulla pœna punitur.
59 Falſitas in ſcriptura nihil probante nõ cõmittitur.
60 Falſitas non committitur in ſcriptura, qua quis vſus non fuit.
61 Falſitas, quæ nullum producit effectū, nõ punitur.
62 De falſo ſubſtantia eſt nocumentum.
63 Falſitas quando non nocuit, licet fuerit apta ad nocen-

nocendum, pœna minorari debet, etiam extraordinaria.

64 *Falsitas non committitur sine aliqua causa.*

64 *Ad delictum nemo mouetur sine causa eum impellente.*

65 *Dolus non solet committi sine animo lucrandi, & aduersus personam non maleuolam.*

66 *Falsitas non committitur in scriptura priuata.*

67 *Scriptura priuata nullã fidem facit, cum sit scripta a persona priuata.*

68 *Scriptura priuata nullo modo probat, quia non est apta ad nocendum.*

69 *Falsi crimen in scriptura priuata cessat, & accusatus puniri non debet, etiam extraordinariè.*

70 *Ex falsitate super scriptura priuata, quæ nec plenam, nec semiplenam probationem facit, quis non punitur.*

70 *Scriptura priuata nec plenam, nec semiplenam probationem facit.*

71 *Falsitas*) *Dolus*) *non cadit in scriptura priuata.*

72 *Falsitas in scriptura priuata non potest afferre commodum doloso, nec contra alium damnum parare.*

73 *Falsitates frustra non committuntur.*

74 *Falsi crimen nõ intrat in scriptura priuata scripta à persona priuata, quamuis fuerit appositum sigillum Communitatis.*

74 *In scriptura priuata non intrat falsi crimen, quãdo fuit scripta à persona priuata; quamuis fuerit appositum sigillum Communitatis.*

75 *Scripturam priuatam non corroborat sigillum Communitatis, quando non est munita trino teste.*

76 *Lex puniens facientem actum non comprehendit actum nullum.*

77 *Statutum puniens cedentem actionem non habet locum in actione nulla.*

78 *Scriptura priuata* } *Fides* } *non subscripta à Cancellario non facit scripturam publicam.*

80 *Sigillum publicum Communitatis in scriptura priuata, vel fide præsente Iudice apponens non potest puniri.*

81 *Credens viro fide digno, puta si est rusticus, & vilis persona, excusatur ab omni pœna.*

81 *Rusticus credens viro fide digno excusatur ab omni pœna.*

82 *Credulitas iniusta quando excuset.*

83 84 *Scriptura priuata nullam fidem facit etiam de partium voluntate.*

85 *Scriptura priuata, quando non continet diem, nec mensem, nec annum, nec est subscripta à N. principali redditur nulla.*

86 *Scriptura non publica non censetur publica sine subscriptione, etiamsi adesset sigillum.*

86 *Sigillum etiamsi adesset, scriptura non publica non censetur publica.*

87 *Scriptura priuata, & recognita per duos testes non valet, si dd. testes non deponunt vidisse scribere.*

88 *Scriptura priuata non valet, quando in ea non exprimitur ob quam causam fuit confecta.*

89 *In actu quolibet requiritur expressio causæ.*

90 *Scriptura archiuiata non probat, quando de consuetudine non facit fidem.*

91 *Scriptura sine die, mense, & anno non subscripta à principali, nec recognita à testibus, qui viderunt illam scribere non valet.*

92 *In scriptura priuata, quia nec plenam, nec semiplenam fidem facit, cessat omnis pœna falsi.*

92 *Falsi pœna cessat in scriptura priuata, quia nec plenam, nec semiplenam fidem facit.*

93 *Scriptura priuata, etiam recognita à scribente, & ab uno teste nullum parit inditium contra scribentem.*

94 *Scriptura priuata non valet, si testis dicat habere notam manum scribentis, quia necesse est, vt dicat etiam quod vidit eam scribere.*

95 *Testis, quando non reddit rationem euidentem, eius dictum non attenditur.*

96 *In teste ratio est illa, quæ dat esse in testimonio.*

97 *In scriptura recognitione testes deponere debent de qualitate ipsius.*

98 *Testis dictum de necessitate præcisa concludere debet.*

99 *Scriptura priuata, quando non est subscripta à tribus testibus, comparatio litterarum non admittitur. Immò*

100 *Comparatio litterarum non admittitur, quando scriptura non est subscripta à tribus testibus.*

100 *Scriptura non dicitur probata per comparationem litterarum, quando prætenditur facta per aliam scripturam penes Inquisitum repertam.*

101 *Comparatio litterarum quando prætenditur facta per aliam scripturam.*

102 *Testes de necessitate deponere debent, quod viderint scribere d. scripturam ab Inquisito.*

103 *Scriptura, ob quam fit comparatio litterarum debet esse certa, & indubitata.*

104 *De scripturæ certitudine constare debet Iudici causæ, & non peritis.*

105 *Falsitas non dicitur commissa, quando probationes non concludunt per necesse, & non per possibile.*

106 *In falsi crimine multo exactiores, & magis concludentes requiruntur probationes, quam in alijs delictis ob infamiam, & grauitatem delicti.*

107 *Falsitatis crimine probationes magis concludentes, & structiores requiruntur, quando criminaliter agitur.*

107 *Probationes falsitatis crimine magis concludentes, & structiores requiruntur, quando criminaliter agitur.*

108 *Probationes, quæ in ciuilibus admitterentur, in criminalibus ad condemnandum non sufficiunt.*

108 *In falsi crimine non sufficiunt coniecturæ, præsumptiones & c. ad aliquẽ condemnandum in pœnam:*

sed

sed probationes requiruntur legitimæ, & optimè concludentes: Immò exactissimæ plusquã in alijs criminibus.
109 *Probatio in crimine falsi debet de necessitate concludere, ità vt aliter esse non possit.*
110 *In falsi crimine testes debent esse omni exceptione maiores.*
111 *In falsi crimine testes probare debēt per necesse, non autem per possibile, & taliter quod res non possit aliter se habere.*
112 *Falsitatis crimine stellionatus, idest extraordinariæ pœnæ cessat pœna, quando abfuit dolus, & scriptura nemini nocere potuit.*
112 *Pœna non imponitur contra neminem lædentem.*
113 *De falsitate quis non punitur, quando non vult vti instrumento, nec vsus fuit.*
114 *Delictum omnino perfectum non est, antequam deuentum sit ad sententiam.*
115 *Falsum committens, seu deponens sub scriptura inualida, seu falsificata non committit falsum, nec incidit in pœnam falsi attenta nullitate scripturæ.*
116 *Falsi suspicio cessat, cum cessat vtile, seu lucrum.*
117 *Falsi suspicio cessat, quando adest bona fama Inquisiti.*
118 *Falsitas non committitur sine lucrandi animo.*
119 *Falsitatis) præsumptio cessat in eo, qui nul- Doli) lum emolumentum facit.*
120 *Falsitatis crimen cessat in homine in dignitate constituto.*
121 *Falsitas non committitur absq; spe lucri, & commodi non leuis.*
122 *Immò non committitur sine lucro.*
123 *Delictum non præsumitur commissum sine causa.*
124 *Falsitatem quis præsumitur commisisse per errorem, non autem per dolum, quando nulla delinquendi deducitur causa.*
125 *De errore quando præsumptiuè constat, Reus puniri non potest, sed absoluendus est.*
126 *Errans non delinquit.*
127 *Dolo cessante omnis pœna etiam extraordinaria cessare debet.*
128 *Dolo cessante ex simplicitate quis errasse cēsetur.*
129 *Falsum quod quis voluerit committere pro modico lucro non præsumitur.*
130 *Falsitas non committitur, nisi tria copulatiuè concurrant, nempè mutatio veritatis, dolus malus veris non præsumptus, & nocumentum.*
131 *Falsum non punitur, si ad actum facti deueniatur, non tamen compleatur.*
132 *Dolus euidentissimè probari debet.*
133 *Dolus non committitur contra personã beneuolã.*
134 *Dolus cessat, vbi non est causa cōmodi, & vtilis.*
135 *Commodi causa vbi non est, cessat dolus, nec oritur falsitas.*
136 *Falsitas non nocibilis, nec nocitura non punitur.*
137 *Falsi pœna cessat, vbi dolus, præiudicium, & veritatis immutatio copulatiuè non concurrunt.*
138 *Falsitas non committitur, vbi veritas non immutatur.*
139 *Dolus vbi non adest, nec falsum, nec crimen aliquod punibile committi potest.*
140 *Delictum saltim punibile nullum committitur sine dolo.*
141 *Falsitas non committitur in scriptura, quæ nemini nocere potest, & si committatur, nec stellionatus pœna, idest extraordinaria puniri potest.*
142 *Dolus quando abfuit, stellionatus pœna cessat.*
143 *Falsi pœna cessante, nec extraordinaria procedit.*
144 *Ad falsitatis præsumptionem remouendam multum operatur qualitas personæ.*
145 *Rusticus sibi contrarius excusatur à falso.*
146 *Falsitas quando commissa fuit super accidentalibus tantum, & non super contentis in instrumento cessat pœna falsi.*
147 *Falsitas non committitur per Procuratorem, & quando per ipsum fuit commissa, nec Domino, nec testi nocere potest.*
148 *Ad falsitatem committendam non sufficit preparatio, sed delicti requiritur consumatio.*
149 *Falsitas quando committitur absq; commodo, vel vtilitate committentis non est dolosa.*
150 *Falsitas commissa in actu nullo, quis non incidit in pœnam falsi.*
151 165 *Falsitas de facili nō debet præsumi à Iudice.*
152 *Falsitas non committitur in fabricatione Instrumenti ab eo, qui non reportat commodum.*
153 *Falsitas vt committatur, requiritur, quod testes ex necessitate concludant, præsertim in tempore.*
154 *Falsitas vt probetur, debent esse illimet, qui sunt descripti in instrumento.*
155 *Falsitas non committitur, si scriptura ab initio non faciebat fidem.*
155 *Scriptura si ab initio non faciebat fidem falsitas non committitur, licet postea conualidetur.*
156 *Falsitatis suspicio non habetur pro veritate nisi secuta sententia declaratoria.*
157 *Falsitatis suspicio non habetur pro falsitate.*
158 *Falsum non est pronunciandum propter præsumptiones hominum.*
159 *Falsitatis præsumptio cessat in re modica.*
160 *Falsitas vt excludatur, in dubio potius ignorantia, quam dolus præsumitur.*
161 *Rusticus nullatenus intelligens, nullatenus venit puniendus.*
162 *Falsitas vt excludatur, potius error præsumitur, quam malitia.*
163 *Falsitas vt excludatur, præsumitur diuersitas loci, temporis, & actus, & possibili veritate in esse posita, cessat falsitas.*
164 *Falsitas vt excludatur, subtilis debet fieri interpretatio.*
166 *Falsitas non resultat ex eo, quod v.g. Notarius, qui de illo fuit rogatus, asserat ipsum esse falsum.*
167 *Falsitas nulla necessariò sequitur, quando possibili veritate in esse deducta est.*

P 2 Nota-

1 NOtarij bona qualitas, seù conditio ad falsi-
tatis præsumptionem excludendam multum
operatur. Vt tradit.Bal.in l.2. C. de fals. Veronen.
cons. crim. 21. nu. 24. post alios, quos allegat.
2 Becc. cons.78. n.26. Nec ab re dicitur, quia No-
tarius quodcunq; in instrumento scribit, de partiũ
consensu scripsisse præsumitur, & habetur, ac si à
3 partibus sit scriptum Bal. in l. sciendum, col. 1. de
verb. obligat. Natt. cons. 262. nu. 2. Ratio est,
4 quia pro Notario est præsumptio iuris, adeò quod
5 de falsitate contra eum liquidissimè cóstare debet.
Glos.&DD. in l. ius gentium, §. quod ferè, ff. de
pact. Ias. in l. singularia, col. 2. vers. confirmo
6 etiam prædicta.ff.si cert.pet. Et d iuris præsumptio
dictat, & efficit, vt d. Notarius potius præsuma-
tur errasse, quam falsum commisisse. Boss. tit. de
fals. n.55.& 68. Vbi v.g. locus vnus pro alio scri-
7 ptus est, quando non est ius in loco. l. quod adhi-
bitus.§.1. Vbi Bart. ff. de hæred. instit. Mars. l. 1.
nu.72. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Alcial. tract. de
præsumpt.reg.3.præsumpt.13.n.10. Vulpell. cons.
47.n.2. Prout etiam vna dies pro alia descripta est.
Bal.& Angel.in l.Imperator. ff. de stat. homin. Vt
si non sit vis in die, puta quod hipothecaria non
tractetur. Vel quod magis vna die valeat, quam
8 alia. Vulpel.d.cons.47.n.3. quia Notarij error non
potest nocere partibus d. l.Imperator. de stat. ho-
min. & l. si librarius. ff. de reg.iur.Aym.cons.147.
nu. 5. Glos. in l. fin. C. de fideiuss. Bal. in l. si cum
ante. C de donat. ante nupt. quando constat de
substantia actus.Purpurat. in l. admonendi n.237.
ff. de iureiur. sequitur Menoch.cons.42. n.36. Ra-
tio est, quia alteri per alterum iniqua conditio in-
ferri non debet, c. alteri. de reg. iur. in 6. Alber.
in l. vlt. ff. ad Velleian. Ias. in l. error. nu. 6. ff. de
9 testam.l.1.§.si autẽ.ff. de hæred. instit. Et ideò non
immeritò Bal cons.5.lib.2.conqueritur Notariorũ
imperitiam mundum destruere, & bonorum viro-
rum conscientias in periculũ ponere. Nec dissen-
tiunt Angel cons.250. Rip in l. si vnq; n.43.C. de
renocat.donat.& plura Neuizz.cons.28.n.11.seq.

Qua quidem ex re Notario asserenti esse aliquid
à se scriptum, plena fides adhibetur, quãdo ideò nec
10 commodum, nec incommodum expectat. Cyn.
in l. si quis Decurio, opposit. 18. & ibi Salyc. op-
pos.4 C. de fals. Alex. cons. 92. n. 13. lib.6. Immò
11 ipsi permissum est suas imbreuiaturas corrigere,
extendere, & declarare, dummodò non mutet sub-
stantiam. Bal. l. Contractus, C. de fid. instrum. Not.
c.cũ P. Tabellio de fid. instrum. Soc. cons.44.col.3.
12 lib.1. Et id ei permissum est, vt faciat à se ipso, &
sine Iudicis authoritate. Felyn.c. ex litteris, col 3,
vers. secuudus casus de fid.instrum. & si redactum
sit in publicam formam; dummodò non sit datum
partibus, vel productum in iudicio, d. Felyn. ibi-
13 dem Paris. cons.28. n. 42. Nec non etiam potest
addere in Bastardello circa intellectum cõtrahen-
14 tium. Bertrand. cons.44. nu. 9. lib. 2. Vbi quod
Notarius potest addere imbreuiature circa veri-
14 tatem, & id absq; Iudicis decreto. tradit Paris.
15 d. cons.28. num.38. lib. 2. sequitur Felyn. in d. c.
ex litteris, col. 3. vers. quartus casus, de fid. in-
16 strum. Et id postquam Instrumentum redactum
est in publicam formam; dumodò non sit datum
parti. Paris. d. cons. 28. num. 42. Immò etiam
17 Notarius potest à se ibso corrigere instrumen-
tum, etiamsi errauerit in facto, vel si fuerit plus
dictum, quam scriptum. Angel. post Cyn. d. l. Im-
perator, ff. de stat. homin. Bal. in rubr. C. de fid.
18 instrum. num.25. Ac etiam sine incursu pœnæ
potest extendere clausulas solitas apponi in In-
strumento Instrumenti alterius Notarij, non
mutata tamen substantia negocij, d. Bald. in d.
rubr. C. num.22. vers. quartò quæritur. Bertran.
19 cons.44. num.9. lib. 2. Ratio est, quia ea, quæ
pro maiori declaratione adduntur, virtualiter
dicuntur inesse, & comprehendi sub ea disposi-
tione, cui fit additio, & id dicitur licitè fieri.
l. si donatè, §. si sponsus, ff. de donat. inter vir.
& vxor. Bald. cap. 1. in princip. de fid. instrumen.
20 Quinimò dictus Notarius non dolosè conficiens
Instrumentum falsum nulla pœna plecti debet, sed
21 absoluendus est; quia cessante dolo, cessat etiam
pœna extraordinaria. Veronen. cons. crim. 21.
num.24. Becc. cons. 78. num.15. post alios, quos
22 allegat. Nec non etiam Notarius peruertens
consuetudinem suam non censetur suspectus de
falso, si ordo non erat de substantia. Boss. tit.
23 de fals. num.64. Insuper dicto Notario permis-
sum est de contractu plures conficere contractu-
ras, easque lacerare, donec instrumentum ex-
tensum ponatur in libro extensorum. Vt post a-
lios citatos scripsit Paris. d. cons. 28. sub num.21.
Vbi quod istud extensum positum in lib. habetur
pro originali. Et idem Paris tenet cons. 61. nu.
2. lib. 3. Nec ob supradicta dictus Notarius ad-
24 dendo id, quod addere potest, ac verum propria
authoritate suum corrigendo errorem, potest di-
ci temerarius. Vt tradit Aym. cons. 46. num. 10.
25 lib. 1. Vbi plus dicit, quod temeritati quando-
que parcitur. Per Text in l. famosi, vers. quan-
26 quam, ff. ad l. Iul. Maiest. Et super prædictis No-
tario magis creditur, quamuis vnus testis con-
27 trarium deponat; quia Notarius est persona pu-
blica, qui legaliter curat suum exercere officium:
28 Et in cuius dispositione obtinet vices duorum
testium. Vt not. in c. cum Ioannes Eremitanus,
de fid. instrum. l. in exercendo, C. eod. tit. Et te-
29 stis vnus est singularis, & pro vno solo putatur,
& non est persona publica; Ideò præualere debet
scriptura Notarii, & maximè quando ipse est bo-
næ famæ, l. non omnis, §. à Barbaris, ff. de re mi-
lit. l. sciant, §. isdem, ff. de accusat. Quod pro-
30 cedit etiam, quando vterq; est malæ famæ; quod
magis credi debet Notario, maximè dum tollera-
tur in officio l. Barbarius, ff. de off. Præt. Et clarũ est,
ꝙ credatur Notario per ea, quę not. Paul. de Castr.
viden. in cõs. 371. præmitt. in 3. col. vol. 1. post DD.
in c. ad audientiã, de præsump. Et quãdo Notarius,
& testis inuicẽ cõtradicũt, si torqueãtur, & vterq;
per se-

31 perseueret in dicto suo, magis credendum est No-
tario, Boss. tit. de fals. nu. 18. & 42. Vltra supradi-
cta suum potest emendare errorem, antequam, puta,
32 copia instrumenti data sit, vel sit del falso accusatus,
Lanfranc. tract. de fid. instrum. nu. 6. Vulpell. cons.
47. nu. 4. Immò etiam, quod magis est, abradens à
33 Protocollo clausulam nemini nociuam non incidit
in falsum, Vulpell. cons. 129. n. 21. Et quando ab ali-
34 quo de falsi crimine accusatur, ipsi magis creditur,
quam testi. Et id quando scriptura in Iudicis pręsen-
35 tia facta fuit, Vulpell. cons. 170. vel 1070. Et vltra
supradicta dicitur, quod dato etiam quod d. Notarius
vnam scripturam falsauerit, aliæ non infirmantur;
sed de illo dicitur, qui publicum gerit officium, cum
in officio tolleretur, secus de aliis, argum. 8. q. fin.
Non nè & melius de coab. Cler. & mul. vestra. Et
hoc propter publicam vtilitatem; nè venientes ad
eum decipiantur, l. 3. desponso. t. ff. de offic. Pręsid.
si fortè, C. de delat. lit. toll. l. vnica. §. Sed qui Do-
mini, & §. sed & si quis homini libero, C. de testam.
36 l. 1. Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 145. Qui-
nimo Notarii, & aliorum publicum officium geren-
tium scriptura falsa non rumpit alias scripturas benè
factas; quia licet vnam chartam fallam fecerit; ta-
men valent aliæ, quando in officio tolleratur. Ar-
gum. 8. q. 4. Non nè melius supra de cohabi. Cler.
& mul. Vestra. Et (vt dictum est) hoc propter pu-
blicam vtilitatem, nè venientes ad eum decipian-
tur, d. argum. ff. de offic. Præsid. si fortè, C. delati.
lib. tol. l. vnica, §. sed Domini, §. sed & quis homini
libero, C. de testam. l. 1. Director. Inquisit. 2. par.
pag. mihi 167. nu. 2. Nec ab re videri debet, quia
37 Notarius non præsumitur sine aliquo commodo, &
causa falsum commisisse, volens se sub periculo vitæ,
honoris, & amissionis bonorum ponere. Crauett.
38 cons. 75. nu. 13. Et dolus non solet committi sine
animo lucrandi. Corn. cons. 63. circa fin. lib. 3. Natt.
cons. 39. nu. 35. Vbi quod lucrum debet esse magnũ.
39 Et illud per Iudicem est aduertendum, quod quan-
do agitur de puniendo Notarium de falso, non ad-
mittitur in testem vilis persona, & maximè quan-
do est sola. Ità Bart. in l. Diuus, la seconda, num. 8.
ff. de custod. reor. Alex. cons. 75. col. pen. lib. 4.
Dec. cons. 94. col. 2. nu. 3. Nec id ab re dicitur, quia
40 in criminalibus nec Cursori creditur. Vt inquit Roc.
in nouis. decis. 15. de dolo, & contumacia. Et vt No-
41 tarius possit puniri de falso, quot, & quales testes
esse debeant, qui contradicunt instrumento. Vide
Boss. tit. de fals. num. 40. Et in hoc casu à Iudice pro-
cedi debet; quia pro Notario adest præsumptio iu-
ris (vt dictum est) adeò quod liquidissimè constare
debet de falsitate contra eum. Glos. & DD. in l. ius
gentium, §. quod ferè, ff. de pact. Ias. in l. singularia,
col. 2. vers. confirmo etiam prædicta, ff. si cert. pet.

Sed quid multa? Illud per Iudicem omninò scien-
dum, quod non committitur falsitas ex pluribus.
42 Primò quando non adest dolus. l. nec exemplum,
l. si quis Decurio, C. ad l. Cornel. de fals. omnis. in
c. cum Ioannes, de fid. instrum. Gram. decis. 60.
43 fusè. Soc. Iun. cons. 37. num. 28. lib. 2. Et falsitas
sine dolo non præiudicat; & dolus non præsumitur,
44 quando ex illo nullum acquiritur emolumentum.
Glos. in l. qui iurasse, §. si pater, ff. de iureiur. Cra-
uett. cons. 8. num. 4. & 13. Mars. cons. 77. nu. 7. 10.
Et quod quis nunquam censeatur deliquisse ex illo
actu, quem fecit, si ille actus non est ei fauorabilis. Di-
xit Alex. cons. 127. nu. 2. & 12. lib. 4. Et quod quis
non possit puniri pœna falsi, vbi ex falsitate non con-
sequitur emolumentum, consuluit Soc. Iun. cons. 38.
45 num. 12. lib. 2. Argum. l. 1. ff. de furt. Ratio est, quia
46 non dicitur falsum, quod iuuatur primordio verita-
tis. Est Text. clarus in l. cum filius, §. hæres meus, in
l. fin. vbi Glos. Bart. Castren. & omnes, ff. de legat.
tertio. Foller. in pract. crim. fol. mihi 185. num. 31.
47 Ideò sufficit, quod veritas requiratur in eo, quod
erat principale, licet accessorium dicatur non verum.
Ità concludunt omnes in d. §. hæres meus, Castren.
cons. 151. in antiq. impress. vers. tertiò videndum est.
48 Et quod falsum dici non possit, quod habet in se ali-
quid veritatis, nos docet Castren. cons. 120. nu. 4. lib.
1. in nou. impress. Gram. vot. 26. n. 2. & 12. & cons. 19.
49 nu. 8. & cons. 33. n. 13. Immò dicitur, quod falsita-
tem committens ex lata culpa, si absit dolus, non pu-
nitur, vt de communi Ias. in l. actionibus, nu. 26. & 28.
ff. in lit. iuran. vbi etiam concurreret commutatio ve-
ritatis cum dolo; tamen non est locus pœnæ, si de-
ficiat tertium requisitum, quod scilicet immutatio ve-
ritatis non sit damnosa. Vt ex vulg. Glos. in l. damus,
in vers. priuatus, C. de fals. Est communis opinio, Soc.
cons. 104. post nu. 3. vers. tertius casus, lib. 3. Alciat.
cons. 14. Trium Inquisitionum, col. 2. n. 23. vers. sicut
etiam vidimus, quod Notarius, lib. 7. nu. 2. Ità quod
50 vno ex tribus requisitis; nempè veritatis immutatio-
ne, dolosa immutatione, & nocua immutatione defi-
ciente deficit crimeu falsi, & omnis pœna. Vulpell.
51 cons. 129. n. 20. Secundò Non committitur falsitas,
quando non est nocibilis, nec nocitura, aut quę nemi-
ni præiudicat; Et quæ necessariò non sit falsitas, non
est punibilis pœna ordinaria, licet sit dolosa. Boss. tit.
de defens. Reor. nu. 70. & tit. de fals. nu. 83. limitatur
52 nu. 85. Immò falsitas, quæ actu, vel potentia nemini
nocet, tanquam nugatoria est sine aliqua pœna. Ias.
53 cons. 153. n. 4. vol. 1. Et hoc indubitatum est, quando
faciens falsitatem nullum est cõsecutus commodum.
Vulpell. cons. 129. nu. 12. Additur etiam, quod falsi-
54 tas, quando non est nocua, nec nocere potest, nõ est
55 punibilis, nec etiam punitur, vt in l. quod si falsum, ff.
de fals. Text. cum Glos. & ibi Cyn. Bart. Bal. & per ea,
quæ tradit Salyc. in l. damus, C. de fals. Idem tenet
Gand. de malef. tit. de fals. Mars. cons. 111. num.
10. Natt. cons. 588. Riminal. Iun. cons. 344. num.
60. vol. 3. & in terminis Castrens. cons. 130. vol. 1.
nou. impress. Bart. in l. 1. §. qui in rationibus, ff. ad
l. Cornel. de fals. Alex. cons. 70. num. 2. vol. 1. &
cons. 221. num. 7. vol. 7. Anchar. cons. 23. num.
24. Vbi adducit bonam rationem; quoniam sicut
non interest partis, ei non cõpetit actio ciuilis; Ità nec
Curiæ, nec Fisco actio criminalis. Per Text. in l. qui

nomine, C. de fals. Soc. conf. 61. in ptinc. & melius
conf. 186. col. vlt. vol. 2. Et si delictum dici potest,
est potius temeritas, quę non punitur, l. famosi, vers.
quanquam. ff. ad l. Iul. maiest. Crauett. conf. 46 nu. 10.
56 vers. grauis temeritas. Insuper dicitur, quod falsitas,
vbi nemini nocet, cessat actio ciuilis de dolo propter
deficiens interesse, & per consequens criminalis. d. l.
qui nomine, ff. de fals. Nec dissentiunt Anchar. in c. 1.
de crim. fals. Alex. d. conf. 70. col. pen. lib. 1. & conf. 78.
57 eod. lib. Quinimo falsitas, quæ nemini præiudicat,
vel nullam probationem, nec inditium inducit, non
est punibilis. Bart. l. si quis legatum, in princ. C. de
fals. Tindar. tract. de test. lib. 2. c. 3. nu. 5. Nec etiam
58 falsitas ex marginatione, quæ nemini nocere potest,
vlla pœna punitur. Vulg. Glos. in d. l. domus, C. de
fals. Vbi Bart. ait, scribentem nec quidem de men-
dacio teneri, ex his, quæ tradit Castrens. conf. 130.
incip. videtur dicendum, lib. 1. in antiq. Immò nec
59 etiam in scriptura nihil probante. Alex. conf. 70.
num. 11. conf. 143. nu. 3. lib. 3. & conf. 74. num. 19.
60 lib. 1. Et maximè in scriptura, qua quis vsus non
fuit. Bal. conf. 32. Ias. conf. 133. lib. 1. rubr. 15. Af-
flict. decis. 20. nu. 12. Aym. conf. 46. num. 10. Mars.
l. 1. §. præterea, de Sycar. Gram. conf. 36. Clar. in prax.
verb. falsum, num. 44. vers. item excusatur. Abb. conf.
5. num. 51. Vulpell. conf. 12. nu. 1. seqq. Quinimò
61 falsitas, quæ nullum producit effectum, non punitur.
Riminal. Iun. conf. 349. vol. 3. Ratio est, quia de
62 substantia falsitatis est nocumentum: Et (vt dictum
est) vbi parti non datur accusatio ciuilis, nec etiam
Fisco datur criminalis. Mars. in conf. 35. num. 14. &
63 conf. 40. num. 10. Et vltra supradicta dicitur, quod
quando falsitas non nocuit, licet fuerit apta ad no-
cendum, pœna minorari debet, etiam extraordina-
ria. Corn. conf. 182. num. 6. vol. 4. Tertiò non com-
64 mittitur sine aliqua causa, quia nemo mouetur, seù
moueri solet ad delinquendum sine causa eum impel-
65 lente. Aym. conf. 75. nu. 13. Et dolus non solet com-
mitti sine animo delinquendi, & aduersus personam
non maleuolam. Corn. conf. 63. col. 3. circa fin. vers.
66 & ex qua actum fuit, lib. 3. Quartò falsitas non com-
67 mittitur in scriptura priuata, quia talis scriptura nul-
68 lam fidem facit, cum sit scripta à persona priuata, &
quis ex ea argui nullo modo potest. Salyc. in l. da-
mus, C. de fals. Corn. conf. 182. col. 3. lib. 4. Et adeò
69 in tali scriptura priuata, quæ nullo modo probat,
quia non est apta ad nocendum. Idem Salyc. & Corn.
Falsi crimen cessat, vt accusatus puniri non debeat e-
tiam extraordinariè, Castren. conf. 130. lib. 1. nec
dissentit Crauett. conf. 46. nu. 2. quia potius est teme-
ritas, cui aliquando in totum parcitur. l. famosi, vers.
quanquam, ff. ad l. Iul. maiest. Et illud est omninò
70 sciendum, quod ex falsitate super scriptura priuata,
quæ nec plenam, nec semiplenam facit fidem, quis
non punitur, Bart. in l. 1. §. qui etiam rationibus C.
de fals. Boss. tit. de fals. nu. 84. & in d. l. Damus. d.
C. de fals. Vbi etiam DD. Alex. conf. 145. vol. 6.
Aym. conf. 46. Paul. de Castr. conf. 130. videtur di-
cendum, vol. 1. Natt. conf. 588. nu. 4. seq. Rolan.
71 à Valle conf. 38. nu. 45. vol. 1. Bertaz. conf. 224.
nu. 15. vol. 1. Immò falsitas non cadit in scriptura
72 priuata, nec dolus, seù animus malignandi; cum
non possit commodum afferre doloso, nec contra
alium damnum parare, Alex. conf. 74. lib. 1. saltem
73 quia non præsumitur mala intentio; nanquè frustra
non committuntur falsitates, Cuman. conf. 136. col.
74 fin. nec falsi crimen intrat, quamuis in scriptura
priuata fuerit appositum sigillum Communitatis;
quando ideò d. scriptura fuit scripta à persona priua-
ta sine solemnitate: Et ideò nec pœna extraordina-
ria puniri potest. Ità Castren. conf. 130. lib. 1. quem
75 sequitur Crauett. conf. 46. n. 1. Cæterum illud om-
ninò est aduertendum, quod nec etiam d. scriptu-
ram priuatam corroborat sigillum Communitatis,
quando non est munita trino teste, Soc. Sen. conf.
258. col. 3. vers. tertio etiam lib. 2. Menoch. conf. 1.
76 nu. 134. & est text. in l. scripturas, C. qui pot. in
pignor. habe. Hinc est, quod lex puniens facientem
actum non compræhendit actum nullum. Ità Ias. per
77 illum Text. in l. 1. §. hæc autem verba num 9. ff.
quod quisquè iur. Et statutum puniens cedentem
actionem non habet locum in actione nulla, Bart. in
l. non putauit. §. non quæuis. Per illum Text. ff. con-
tra. Quod eo magis dici debet, quando scriptura
78 priuata, seù fides non fuit subscripta à Cancellario:
79 Et sigillum publicum non facit scripturam publi-
cam. Ità Abb. & Bal. in c. 2. de fid. instrum. post
80 Innoc. quem allegat. Additur etiam, quod appo-
nens sigillum in scriptura priuata, vel fide præsente
Iudice, & non contradicente, sed potius attestante,
quod poterat apponi, non potest puniri; quia quan-
81 do quis credidit viro fide digno, & actus fit coram
ipso excusatur ab omni pœna, puta si est Rusticus, &
vilis persona, Barbat. conf. 67. col. fin. circa med.
vol. 2. Dec. conf. 178. col. 3. circa med. Vbi latè.
82 Nanquè credulitas illo casu etiam iniusta excusat.
Vt post multos ostendit Bertaz. conf. 257. n. 11. seq.
Ex quibus supradictis infertur, quod scriptura pri-
83 uata nullam fidem facit, l. nuda. C. de probat. c.
scriptę eod. tit. nec presumptionem, Dec. in c. 2. n.
4. de fid. instrum. Innoc. in c. cum publicus Tabel-
84 lio, de fid. instrum. Vbi post Bal. & alios ait, Nec
etiam partium voluntate efficit posse vt priuatis scri-
turis fides adhibeatur. Idq; magis videtur dicendum,
85 quando scriptura priuata non continet nec diem,
nec mensem, & annum, nec est subscripta v.g. à N.
principali; Ideò redditur nulla, Not. omnes in l.
86 optimam. C. de contrahen. & committen. stipulat.
Et scriptura non publica non censetur publica sine
subscriptione, Alex. conf. 50. num. 5. lib. 3. Quod
procedit etiamsi adesset sigillū, Decis. Pedamon. 71.
87 nu. 9. Non valet, si dicatur, quod scriptura priua-
ta fuit recognita per duos testes; quando ideò dd. te-
stes non deponunt vidisse scribere, prout deponere
debent. Per Text. in Auth. si quis igitur, de instrum.
auct. & fide latè Gram. Decis. 166. nu. 33. seqq. Et
88 maximè d. scriptura non valet, quando in ea non
exprimitur ob quam causam fuerit confecta; & ideò
hac

hac quoq; de re redditur nulla, & inualida; cum in
89 quolibet actu requiratur expressio causæ. Ità Cra-
uett. consil. 172. nu. 7. Nec obstat, si dicatur, quod
d. scriptura fuit archiuiata; quia scriptura priuata,
90 quamuis sit posita in archiuio non probat, quando
91 de consuetudine non facit fidem, vt est scriptura
sine die, mense, & anno non subscripta à principa-
li, nec minus recognita à testibus, qui viderint illam
scribere. Ità formaliter tradit Io: Andr. tit. de in-
strum. edit. §. nunc videndum, ita addit: magna vers.
quintum supplementum, Bal. Rub. C. de fid. instrum.
col. vlt. & in l. exemplo, col. 1. C. de probat. Imol.
post Innoc. in c. de procurat. Et in d. scriptura priua-
92 ta; quia neq plenam, nec semiplenam facit fidem,
cessat omnis poena falsi, Glos. in verb. priuatus, & ibi
Bart. in d. l. Damus, C. de fals. Crauett. cons. 46.
93 per totum, Bertaz. cons. 224. nu. 13. lib. 1. Immò
quamuis recognita à scribente, & ab vno teste nul.
contra scribentem parit indicium, d. l. nulla, C. de
probat. Rolan. cons. 2. nu. 138. lib. 1. Nec etiam
præsumptionem, Dec. in c. 2. nu. 4. de fid. instrum.
Menoch. cons. 1. nu. 326. seqq. lib. 1. licet probe-
tur per testem dicentem, scripturam esse de manu
v.g. Ni. Rota Acchil. de Graff. tit. de fideiuss. decis.
2. alias 299. Eadem Rota diuers. pat. 3. lib. 2. decis.
277. nu. 1. & alias plures, ac etiam quod præcipuè
94 d. Testis dicat habere notam eius manum; quia,
vt probet, necesse est, vt dicat, quod vidit eum scri-
bere. Vt per plura iura, & authoritates ostendit
Gram. decis. 106. nu. 33. seqq. d. Rota, & Alex.
Cons. 130. col. 7. vol. 5. Gram. d. decis. 106. n. 39.
95 Et quando nullam reddit rationem euidentem, eius
dictum non attenditur, Not. in l. solam, C. de test.
96 Bal. tract. de test. par. 3. nu. 1. Vbi quod in teste
ratio est illa; quæ dat esse testimonio. Nec supradi-
97 cta sufficiunt, quando d. scriptura à teste recognita
fuit, si non deponat de qualitate ipsius, quæ v. g.
prætenditur esse libellus famosus, sed solum dicat v.g.
recognouisse folium dupplicatum ad instar litterarũ;
cum eius dictum non concludat de necessitate præ-
98 cisa; cum debeat deponere de contentis in d. scrip-
tura, seù folio, aliàs repellitur. l. non hæc, C. vnde
cogn. c. in præsentia, de probat. cum aliis adductis
per Bertrand. cons. 114. num. 15. col. 2. Sed in huius-
99 modi casu illud præcipuè est aduertendum, quod
scriptura priuata carens subscriptione trium testium,
ob quam peti non potest, requiritur, vt fiat compa-
ratio litterarum. Angel. Auth. si quis vult cautè, C.
100 qui pot. in pign. hab. Ratio est, quia quando non
est subscripta à tribus testibus, comparatio litterarũ
non admittitur. Ità docet Constant. Narmenopolus
in iuris Promptuario, lib. 1. nu. 9. rubr. de schedulis
priuat. sequitur Ioseph Ludouis. decis. nu. 10. Verum
101 illud est omninò sciendum, quod scriptura non di-
citur probata per comparationem litterarum, quan-
do prætenditur facta per aliam scripturam penes in-
quisitum repertam; quando ideò non constat legiti-
102 mè, quod sit scripta ab inquisito, quia de neces-
sitate testes debent deponere quod viderunt scribere
à d. Inquisito d. scripturam. Corn. cons. 38. vol. 2.
Riminal. Iun. cons. 213. nu. 29. seqq. Petr. Caball.
casu 201. nu. 12. Vbi adducit concordantes: Ratio
103 est, quia scriptura, ob quam fit comparatio debet
esse certa, & indubitata. Ità Salyc. in verb. compa-
rationes, sub nu. 12. C. de fid. instrum. Menoch. cons.
114. nu. 29. Vbi plures firmat, quod de certitudine
104 scripturæ constare debet Iudici causæ, & non Pe-
ritis. Thom. Turrius decis. 52. num. 20. in fin. Quin-
105 tò Non dicitur commissa falsitas, quando proba-
tiones non concludunt, quæ per necesse, non autem
per possibile concludere debent. l. neque natales, C.
de probat. Bal. l. Imperator, col. 3. ff. de stat. homin.
Dec. cons. 175. & cons. 102. nu. 32. inter cons. crim.
diuers. Castrens. cons. 371. col. 2. vol. 1. Boss. tit. de
fals. num. 49. 50. & 134. Et multo exactiores, &
106 magis concludentes requiruntur, quam in aliis de-
lictis ob infamiam, & grauitatem delicti. Glos. ap-
probata ab omnibus, in l. Iuris gentium, §. quod fe-
rè, ff. de pact. Gram. cons. 19. nu. 3. & cons. 30. nu. 3.
107 Immò falsitatis crimine probationes magis con-
cludentes, & structiores requiruntur, quando crimi-
naliter agitur. Tradit post alios, quos allegat Dec.
108 cons. 189. nu. 2. quia tali casu clariores requirun-
tur probationes. l. fin. C. de probat. Hinc infertur,
quod probationes, quæ in ciuilibus admitterentur,
in criminalibus ad condemnandum non sufficiunt.
Abb. c. fin. de præscript. Quibus additur, quod falsi
crimine nec etiam sufficiunt coniecturæ, & præsum-
ptiones ad aliquem condemnãdum in penam. Aym.
cons. 56. nu. 20. Natt. cons. 633. Suarez. in Thesaur.
in verb. falsitas, vbi de communi, nu. 16. seq. Gabr.
de communi in tit. de malef. conclus. 6. nu. 12. Sed
requiruntur probationes legitimæ, & optimè con-
cludentes; quinimò exactissimæ plusquam in aliis
criminibus. Bal. l. iuris gentium, §. quod ferè, ff. de
109 pact. Et probatio in crimine falsi debet de neces-
sitate concludere, ità vt aliter esse non possit. Cæph.
cons. 230. num. 21. lib. 1. Mascard. de probat. con-
110 clus. 1221. nu. 22. de communi. Et testes debent
esse omni exceptione maiores, aliàs non admittun-
tur. Foller. cons. 80. num. 7. inter cons. crim. diuers.
111 Et secus prætendens debet probare per necesse,
non autem per possibile (vt dictum est) Bertaz. cons.
38. num. 15. Et tali modo quod res non possit aliter
se habere. Glos. communiter approbata in d. §. quod
ferè, Gram. d. cons. 19. nu. 3. 15. & 33. Sextò Non
committitur falsitas, & stellionatus, idest extraordi-
112 nariæ pœnæ cessat pœna, quando abfuit dolus, &
scriptura nemini nocere potuit. Bart. l. si quis lega-
tum, ff. de fals. Bal. cons. 14. lib. 3. quia nullo modo
criminaliter punitur, qui neminem lædit, licet ali-
quid contra bonos mores faciat. Nec est mirum,
113 quod quædam perperam fiant, & tamen vltionem
non habent. Vt ait Bal. supra, quem refert, & sequi-
tur Natt. cons. 597. num. 10. seq sic etiam quando
cessat dolus, & scriptura nulla est, docet Gand. tit.
de fals. col. 3. vers. si subiiciamus sic, & recipi de-
bent verba. Iodoc. Brugens tit. de fals. nu. 10. seq.

dum

dum enim scribit falsitatis patratorem extraordinarie puniri dolum, & malitiam præsupponit, quę eius naturæ sit, vt ex ea aliquid detrimenti oriri possit. Et in hoc sensu ritè perpensus loquitur, Clar. vers. pup. in 1. mem. eius distin. Vbi præfert opinio Soccin. cons. 194. in prin. sententiæ, Salyc. Vulpell.
113 cons. 129. nu. 9. Septimò non committitur falsitas, nec de ea quis puniri potest, quando non vult vti instrumento, nec vsus fuit: Ratio est, quia sumus in pœnis legalibus, non autem conuentionalibus; Bart. in l. alia, C. de his, quib. vt indign. & in terminis falsi scripsit, Alex. cons. 108. circa fin. lib. 6. Vbi non punitur quis de falsa scriptura, nisi ea vsus
114 fuerit vsque ad sententiam inclusiuè: Ratio esse potest, quia delictum omninò perfectum non est, antequam sit deuentum ad sententiam, merito igitur est locus pœnitentiæ secundum Bart. l. qui ea mente, vers. Item oppono, ff. de furt. Natt. cons. 132. n. 9.
115 Itaq; dicitur, quod falsū deponens sub scriptura inualida, seu falsificata, non committit falsum, nec incidit in pœnam falsitatis attenta nullitate scripturæ Soc. cons. 103. in fin. Vbi testatur de communi. Et
116 falsi suspicio cessat, quando cessat vtile, vel lucrū, Felyn. c. tertio loco nū. 11. de præsumpt. Cephal. cons. 355. nu. 52. vol. 3. Fulgos. cons. 173. Aym. cons. 6. Rolan. cons. 37. lib. 1. Ruyn. cons. 8. lib. 4.
117 Vulpell. cons. 135. nu. 13. Item falsi suspicio cessat, quando adest bona fama Inquisiti. Ita Bal. l. 2. C. de fals. Crauett. cons. 65. nu. 12. Soc. Iun. cons. 45. in fin. lib. 3. Octauo non committitur sine lucrā-
118 di animo, Corn. cons. 63. circa fin. vers. ex quo actum fuit, lib. 3. Et probat Mars. cons. 77. col. 2. Rube. cons. 15. ex pluribus num. 3. vers. 3. suadet, qui dicit, cessare præsumptionem doli, & falsitatis in
119 eo, qui nullum facit emolumentum. Et sequitur Crauett. cons. 25. accusatur de falso, col. 4. nu. 27. vers. sed magis in terminis, lib. 1. Io. Ceph. cons. 75. Cum Illustris col. 3. nu. 22. vers. sicut & falsitatis præsumptio cessat, lib. 1. Rolan. a Valle cons. 38. nu. 38. lib. 1. Et tanto magis in persona homi-
120 nis in dignitate constituti, & optimè qualitatis, & famæ, Rub. d. cons. 15. videtur, qui dicit pœnam occultantis veritatem, quæ est pœna falsi non habere locum in persona bonæ conditionis, & famæ, & ibi per eum, & plenius per Iacob. Leonard. inter cons. crim. Soc. Iun. cons. 39. perspectis n. 25. seq. vsq;
121 ad nu. 32. lib. 2. Vulpell. cons. 129. num. 23. Et illud est omninò sciendum, quod falsitas non committitur absq; spe lucri, & commodi non leuis; c. Accedens, & ibi Glos. de crim. fals. Corn. d. cons. 63. lib. 3. & cons. 227. col. vlt. lib. 4. Roland. cons. 38. nu. 38. lib. 1. & cons. 11. n. 57. lib. 3. Crauett.
122 cons. 319. nu. 13. Immò non committitur sine lucro. Ità Bal. in l. 2. nu. 4. C. de fals. Crauett. cons 56. nu. 14. & cons. 75. nu. 16. Cæphal. cons. 652. num. 30. vbi multos Concordantes adducit. Et ista ratio sufficit pro lege allegari; cum nemo præsuma-
123 tur deliquisse sine causa. Vt per plura iura. ostendit, Bart. cons. 8. nu. 8. diuers. criminal. lib. 1. Crauett. cons. 75. num. 16. Mars. cons. 77. col. 2. Alex. cons. 74. col. 2. lib. 1. latè Gram. decis. 60. nu. 6.
124 Vbi quod præsumitur qui falsum deposuisse, seu fecisse per errorem, non autem per dolum; cum nulla causa delinquendi deducatur, & cessat in eo interesse. Per Text. in l. quoties. §. 1. & ibi Bart. ff. de
125 hæred. instit. Et quando præsumptiuè constat de
126 errore nulla pœna puniri debet, sed absoluendus
127 est; quia errans non delinquit, & cessante dolo omnis pœna etiam extraordinaria cessare debet, Corn. cons. 182. lib. 4. nu. 6. in fin. cum aliis adductis per Becc. cons. 78. nu. 15. immò ex simplicitate
128 erratie censetur; vnde ei ignoscendum est, c. ad au-
129 dientiam, & ibi DD. nu. 3. de appellat. Et quod quis voluerit falsum committere, seu deponere pro modico lucro, non est præsumendum, l. cum hi §. modus. ff. de transact. Oldrad. cons. 162. in fin.
130 Nono non committitur, nisi tria copulatiuè cōcurrant, idest mutatio veritatis; dolus malus verus, & non præsumptus, & nocumentum, Gabriel. cons. 169. nu. 14. vol. 1. Commutatio veritatis requiritur in crimine falsi, Crauett. cons. 46. Et præparatio nō
131 mutat veritatem: Immò si ad actum facti deueniatur, & non compleatur, falsum non punitur, l. qui falsum, C. de fals. Immò si mutetur veritas iniquè, & iniustè, non tamen animo committendi falsum, nulla imponitur pœna, Bertaz. cons. 140. num. 13.
132 vol. 1. & in dubio sumitur bonus intellectus, Vulg.
132 l. meritò, ff. pro Soc. dolus euidentissimè probari
133 debet, Gabriel, cons. 169. num. 17. Et non solet committi dolus contra personam beneuolam, Cra-
134 uett. cons. 75. nu. 18. Immò vbi non est causa commodi, cessat dolus, Crauett. eo loci, Bertaz. cons. 156. nu. 23. Et cessante causa commodi cessat
135 dolus, nec oritur falsitas, Mars. cons. 41. Vulpell. cons. 138. nu. 2. seq. nocumentum requiritur;
136 quia falsitas non nocibilis, nec nocitura non punitur, Salyc. in d. l. damus, C. de fals. Corn. cons. 107. & cons. 182. col. 3. vol. 4. Mars. cons. 3. n. 16.
137 Riminal. Iun. cons. 344. nu. 69. vol. 3. Et falsi pœna cessat, vbi dolus præiudicium, & veritatis immutatio copulatiuè non concurrunt. Scribentes probant Glosam in d. l. damus, C. de fals. Vulpell. cons. 129. nu. 4. Vulg. l. Quid sit falsum, ff. de fals. Idem Vulpell. cons. 75. nu. 1. Et verè vt falsitas sit punibilis dicta tria requiruntur, nempè dolus, mutatio veritatis, & tertii nocumentum, Muscatell. pag. mihi 153. nu. 22. Non autem si sit crimen falsi
138 Anchar. cons. 73. visa inquisitione cum Concordan. Vbi enim veritas non immutatur falsitas non committitur. l. quid sit falsum, ff. ad l. Cornel. de fals.
139 Et vbi non est dolus, nec falsum, nec crimen aliquod punibile committi potest, l. nec exemplum, vbi DD. C. ad l. Cornel. de fals. Bart. in l. 1. §. 1. nu. 1. ff. si quis testam. Cœpoll. de communi testatur cons. 33. col. 2. vers. quod sic probatur, Alciat. in suo tract.
140 præsumpt. reg. 3. præs. 13. num. 2. Cum fine dolo nullum committatur delictum saltem punibile, Bal. in l. data opera, vers. item si statutum punit. C. qui accus.

cus. non poss. Et deficiente vno ex his tribus deficit
crimen falsi, & omnis pœna, Vulpell. cons. 129.
141 nu. 19. Decimò non committitur falsitas, quę nemini
nocere poterat, & si committatur, nec stellio-
natus pœna, idest extraordinaria puniri potest, Clar.
§. falsum vers. Item excusatur. Et post Bart. in l. si
quis legatum, ff. de fals. Idem Clar. vt supra, Plot. l.
si quando num. 72. Menoch. de arbitrar. casu 309.
142 Vulpell. cons. 129. nu. 8. Immò inquam stellio-
natus pœna cessat, quando dolus absuit (vt dictum
143 est) Et falsi pœna cessante nec etiam extraordina-
ria procedit, quamuis actum sit contra bonos mo-
res; quia vbi alio respectu non esset mutatio scriptu-
ræ nocibilis, vel quia d. scriptura est adeò priuata,
quod nihil probet; vel quia v.g. Addictiones factæ in
scriptura sint separatę à corpore scripturæ principa-
lis, & nihil probent, vel ex aliis capitibus, quia tunc
nihil est actum contra bonos mores, esset pœna
extraordinaria, Soc. cons. 103. in facto nu. 1. lib. 4.
Rolan. à valle cons. 37. Marchionale, col. pen. nu.
44. seq. lib. 1. Clar. §. falsum nu. 44. vers. primus
est, Vulpell. cons. 129. nu. 26. Tamen ex mea sen-
144 tentia nec esset pœna extraordinaria. Vndecimò
non committitur falsitas, nisi vbi agitur de com-
modo non leui, c. Accedens, & ibi Glos. de crim.
falsi. Verum ad falsitatis præsumptionem remouen-
dam multum operatur qualitas personæ v.g. Rusticę.
Ità Bal. in l. 2. C. de fals. & in §. & licet in Authen.
145 de test. Vbi Rusticus sibi contrarius excusatur à
falso. Refert, & sequitur Io: Baptista Asin. cons.
131. nu. 11. seqq. diuers. crim. lib. 2. Tamen sem-
146 per per Iudicem est aduertendum, quod quando
falsitas est commissa super accidentalibus tantum, &
non super contentis in instrumento cessat pœna falsi,
Felyn. c. 2. nu. 18. de rescript. & in c. fraternitatis,
147 num. 25. de heret. Duodecimò non committitur
Procuratorem, & quando per ipsum fuit commissa,
nec Domino, nec Testi nocere debet, l. vnica. §. si
Procurator. ff. si quis in ius dicen. non obtemp. Et
illud semper est menti tenendum, quod ad falsitatem
committendam non sufficit præparatio, sed requiri-
148 tur consumatio delicti, vt quis puniatur. Ità Bart.
in l. 1. §. Diuus, ff. ad l. Cornel. de fals. Crauett. vi-
149 den. cons. 46. nu. 2. Et quando committitur absq;
commodo, vel vtilitate committentis, non est dolo-
150 sa, scripsit Menoch. cons. 98. nu. 23. Et quando
etiam commissa est in actu nullo, tunc non incidit in
pœnam falsi, Soc. cons. 103. in fin. Vbi attestatur
151 de communi. Et ideò de facili non debet præsu-
mi à Iudice, Barb. in Apostill. ad Bart. l. quoties. §. 1.
Apostill. magna ante fin. ff. de hæred. instituen. De-
152 cimo tertio non committitur in fabricatione in-
strumenti ab eo, qui non reportat commodum. Mars.
cons. 77. vol. 2. Alex. cons. 15. Crauett. cons. 75.
nu. 17. Gram. in propriis terminis decis. 60. nu. 6.
153 seq. Decimo quarto non committitur, quia vt
committatur, requiritur vt testis ex necessitate con-
cludat, præsertim in tempore, Boss. tit de fals. nu. 49.
154 seq. Et constare debet, quod dd. testes sint illi met,
qui sunt in instrumento descript. Boss. eod. tit. Verū
illud sciat Iudex, quod falsitas non committitur, si
155 ab initio scriptura non faciebat fidem, licet postea
conualidetur, Boss. tit. de his, qui sibi ascribunt in
156 instrumento nu. 6. Decimo quinto non commit-
titur, si non concurrant supradicta tria; nec valet,
quod suspicetur; quia falsitatis suspicio non habetur
pro veritate, nisi secuta sententia declaratoria Iudi-
cis, Muscatell. pag. mihi 155. nu. 36. Immò secun-
dum Natt. cons. 633. nu. 3. & 6. seqq. falsitatis su-
157 spicio non habetur pro falsitate. Vbi ait propter
præsumptionem hominum, non esse pronunciandum
158 falsum fuisse commissum. Et falsitatis pręsumptio
159 cessat in re modica, Oldrad. cons. 162. per Text.
in l. Cum hi §. modus. ff. de trans. nec dissentit Cra-
uett. cons. 75. nu. 15.

Cæterum omissis multis quæ super falsitatis crimi-
ne adduci possunt, illud necessario à Iudice est om-
160 ninò sciendum, quod ad hoc vt d. falsitas exclu-
datur, in dubio potius ignorantia quam dolus pręsu-
mitur, Bart. & Bal. in l. quoties. §. 1. ff. de hæred.
161 istit. Nam v.g. Rusticus nullatenus intelligens nul-
latenus venit puniendus. In §. Et licet in Auth. de
162 test. Et vt excludatur, magis præsumitur error,
quam malitia, Bart. d. l. quoties, Dec. cons. 175.
163 & cons. 189. col. 4. Nec non præsumitur, & di-
uersitas loci, temporis, & actus; & possibili veritate
in esse posita cessat falsitas, Boss. in tit. de Defensor.
Reorum nu. 70. Franc. Becc. cons. 78. num. 2. post
Bal. c. 1. §. notandum, de notis feud. Deniquè vt
164 falsitas excludatur, subtilis fieri debet interprę-
tatio, Foller. in sua praxi crim. super Glos. Item quod
commisit falsitatem pag. 18. n. 13. Alex. Stiat. cons.
117. nu. 36. seq. inter cons. crim. diuers. lib. 1. ma-
166 gnæ impressionis. Nec id mirum videri debet;
quoniam falsitas non resultat ex eo, quod v. g. No-
tarius, qui de illo fuit rogatus, asserat ipsum esse fal-
167 sum, Boss. tit. de fals. num. 12. & 95. Ratio est,
quia falsitas nulla necessario sequitur, quando possi-
bili veritate in esse deducta est. Ità Bal. in c. 1. §. no-
tandum, de not. feud. quem refert, & sequitur Ber-
taz. cons. 555. num. 21.

DISCEPTATIO XXV.

De Furto.

SVMMARIVM.

1 *Furtum si ab aliquo committatur, eo quia v.g. à suo debitore non potest aliter, nisi subripiendo, suum creditum consequi, non est punibile.*

2 *Famulus, qui aufert Domino suo aliquid causa mercedis de seruitio, non potest.*

3 *Furtum quando non sit punitur.*

4 *Furtum quis non committit, quando rapit rem, quam putat sibi debitam, licet puniatur.*

6 *Furtum non committitur, nec est punibile, quando adest necessitas.*

7 *Furari*

7 *Furari sanctius est, quam permittere, vt quis fame pereat.*
8 *Famis necessitas est potentior aliis.*
9 *Furtum quando sit licitum.*
10 *Furtum non exigit pœnam mortis naturalis.*
11 *In furtis puniendis attenduntur statuta locorum.*
12 *Statutum tollit omnem pœnam legis.*
13 *Pœna statutaria tollit pœnam legalem.*
14 *Pro furto primo, & secundo Iudex imponens pœnam mortis non dicitur homicida.*
15 *Furtum factum cum fractura non punitur pœna mortis.*
16 *Delictis primis pœna augetur ob illorum reiterationem.*
17 *Pro furtis tribus quãuis minimis pœna mortis imponitur.*
18 *Furtum non meretur pœnam vltimi supplicii.*
19 *Latrones si sæpius crassati fuerint, morte naturali puniendi sunt.*
20 *Furari solitus quãdo sit puniendus pœna mortis naturalis.*
21 *Pro furtis tribus quod de consuetudine imponatur pœna vltimi supplicii, est irrationale.*
22 *Arbitrium Iudicis non se extendit ad pœnam vltimi supplicii.*
23 *Iudices criminales in omnibus occurrentiis debent seruare iuris communis dispositionem.*
24 *Decretum irritans quid operetur; & quomodo sit intelligendum.*
25 *Furtum quamuis magnum non auget pœnam ordinariam.*
26 *Furandi frequentia, non autem magnitudo rei derobatæ attenditur.*
27 *Furtum quamuis magnum capitali pœna non plectitur.*
28 *Iudex bene inuestigare debet omnes delicti qualitates confessatas, vt cognoscat, an Reus verum dixerit.*
29 *Ex confessione etiam per torturam legitime extorta Iudex non debet deuenire ad condemnationem; quia multa dicuntur non vera.*
30 *In furibus puniendis attenduntur statuta locorum.*
31 *Lex) indistincte loquens generaliter intelligi*
Statutum) debet.
32 *Pro delicto vnico quem statim capitaliter punire nimis durum est.*
33 *Clauis adulterinæ qualitas non aggrauat inquisitum in punctione.*
34 *Accessorium debet sequi naturam sui principalis.*
35 *Propter furta tria parui valoris quis non potest suspendi.*
36 *Pœna debet esse conformis delicto, & non maior, vt pro paruis parua, & pro maioribus grauior inferatur.*
37 *Furta cum fractura v.g. parietis puniuntur, sed non pœna mortis.*
38 *Furti receptator) non tenetur ad pœnam, nisi sci-*
Receptator furti) enter receptauerit.
39 *Scientia ad pœnam inducendam debet esse certa, & vera, & non sufficit generalis, & præsumpta.*
40 *Furti receptator) vt teneatur, debet esse particeps furti,*
Receptator furti) nec satis est voluisse inseruire amico.
41 *Auxilium post maleficium commissum non punitur pari pœna.*
42 *In furtis præsumptiones, & suspiciones sufficiunt ad capiendum tantum, non autem ad torquendum.*
43 *Furtum probatur per coniecturas, quando agitur ciuiliter.*
44 *Furtum quando dicatur leue delictum.*
45 *Furta quando dicantur plura latrocinia.*
46 *Furtum commissum in aliqua Apotheca non potest probari à laboratoribus in ea.*
47 *Laboratores,) alicuius non possunt deponere ad eius*
Mercennarii) fauorem super re derobata.
48 *Laboratores) sunt inhabiles ad testificandum pro eo-*
Mercennarii) rum Dominus.
49 *Furtum modicum non exigit torturam.*
50 *Furti quando pro modica re agitur, non datur actio de dolo.*
51 *Inimicitia non oritur pro parua re ablata.*
52 *Furtum non debet esse paruum, vt fur torqueri possit.*
53 *Probationis modo grauius punitur Reus, quam condemnationis.*
54 *Medii, & finis idem debet esse iudicium.*
55 *Prohibitum fieri immediatè, mediatè fieri non potest.*
56 *Medium per quod peruenitur ad finem non debet excedere ipsum finem.*
57 *Furtum quando fuit restitutum actione furtiua agi non potest.*
58 *Furtum quando non fuit commissum in stratis homines aggrediendo cum armis, & violentia pœna vltimi supplicii non punitur, quamuis plura furta fuerint commissa, & pluries, quam per tres vices,*
59 *Furti confessio verificari debet per Emptores, seù Detemptores rerum derobatarum.*
60 *Confessione non verificata exemplo aliquem condemnare perniciosum est.*
61 *Furti confessio extorta per torturã quomodo verificetur.*
62 *Furta per quæ signa verificari debeant.*
63 *De furto quis torqueri non potest, nisi accedat illud, quod sit solitus furari, & similia facere.*
64 *Furtum commissum in domo non parit torturam domesticis, quando sunt bonæ opinionis, & famæ.*
65 *Bonus quilibet præsumitur.*
66 *In furto inditium, quod inquisitus habitat, seù habitabat in domo derobati non est sufficiens ad torquendum ex quo est remotum.*
67 *In domo habitare non est inditium sufficiens, nisi concurrat mala fama.*
68 *In furto qualitas personæ multum attenditur.*
69 *Furta commissa in domo à domesticis non puniuntur eo modo, quo alia furta.*
70 *Furtum domesticum dicitur, quod fit à mercennariis.*
71 *Fur magis dicitur, qui modica furatur, quam qui magna.*
72 *Super furto quando querela est porrecta contra suspectum v.g. post tres menses, istud longum silentium in querelando arguit dolum in derobato.*
73 *Silentium longum, & tempus in querelando arguit dolum.*
74 *Furtum confessus, sed addens se accepisse, quia credebat Dominum permissurum, pro negante habetur.*
75 *Furtum faciens Principi non incidit in crimen læsæ maiestatis.*
76 *Furtum ad hoc vt probetur esse commissum, debet constare, quod res, quæ dicuntur furto subtractæ, erant v.g. in domo.*
77 *Furtum non probatur v.g. per fracturam capsæ, vel similium,*

lium nisi per Fiscum probetur in capsa tempore commissi furti extitisse v. g. pecunias.

78 *Dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo fundatur.*

79 *Delictum non potest ascribi alicui, nisi constet illud fuisse patratum.*

80 *In furto testis non concludens v.g. quia deponit v.g. vidisse capsam in cubiculo, & non dicens quod intus aderant v.g. vestimenta, vel alia bona, non probat.*

81 *Furtum non dicitur commissum, si testis dicat, quod vidit bona in capsa non extare, non autem erepta esse, quia non concludit.*

82 *Furti suspicio tunc extat v.g. in famulo, quando vltra fracturam concurreret etiam fuga.*

83 *Furtum nō dicitur commissum, quamuis famulus haberet v.g. claues aula facta, ex qua ingrediebatur ad cubiculum, vbi erat capsa; quia necesse est, vt res derobata ibi visa fuerit.*

84 *In homine probo, & diligenti cessat contra eum præsumptio.*

85 *Pro furto commisso in domo non torquentur domestici, quando sunt bona fama.*

86 *Furtum non dicitur probatum, nisi pro parte Fisci probetur, pecunias fuisse visas saltem in capsa.*

87 *Ad furtum probandum non sufficiunt coniectura.*

88 *Furtum vt dicatur commissum, duo sunt ante omnia probanda.*

89 *Furtum non probatur per fracturam ostii, vel capsæ.*

90 *Fractura ostii quando tantum probatur, non potest contra inquisitum procedi.*

91 *Furtum, si res derobata sit penes hominem bona fama, nullum facit inditium.*

92 *Furtum quando pariat inditium.*

93 *Furtum repertum penes aliquem non facit ipsum conuictum de furto, sed tantum inditiatum ad torturam, si non ostendat, à quo habuerit.*

94 *Furtum solum quando reperitur penes aliquem, non potest torqueri, nisi sit solitus furari.*

95 *Furtum commissum in domo, vbi adest ludus, non punitur.*

96 *Furtum non potest dici magnum, seù graue delictum, quando valor rei derobatæ est exiguus.*

97 *Pro furto vno si mortis pœnam Iudex imponeret, homicida esset.*

98 *Pro furto modico Iudex non potest imponere pœnam mortis naturalis.*

99 *Furta leuia, seù modica valoris non exigit pœnam triremium, sed fur tenetur ad dupplum.*

100 *Furta leuia non requirunt pœna mortis, sed solum tribus ictibus funis.*

101 *In latrociniis publicis quid agendum.*

102 *Doctor intelligi debet secundum legem, quam allegat.*

103 *Pro furtis pœna mortis quis puniri non debet, dummodo non sint latrocinia publica itinerum.*

104 *Pœna extraordinaria non se extendit ad mortem.*

105 *Furtum quamuis notum esset in Vrbe fuisse commissum, non est sufficiens ad imponendam pœnam corporalem.*

106 *Furti criminaliter procedi non potest, vbi non apparet, quod furtum saltem in genere fuit factum.*

107 *Furtum quando committitur causa, quod quis aliter suum creditum consequi non potest, nisi subripiendo, non punitur.*

108 *Famulus, qui aufert Domino suo aliquid causa mercedis de seruitio, non debet puniri.*

109 *Furti confessio extorta per tormenta verificatur per detemptores bonorum derobatorum.*

110 *Furtum vnicum factum vnicum reputatur, quando plura crimina diuersa resultant.*

111 *Furtum absquè fractura ostiorum, seù capsa non considerant Doctores.*

112 *Furtum non dicitur quis committere, quando rem palam, & bona fide accipit.*

113 *Furtum non committitur, quando quis non habet animum furandi.*

114 *Furti domestici magni causa contra vxorem, & filium agi non potest.*

115 *Furtum dicitur rei mobilis non autem immobilis.*

116 *Ad furtum per famulum commissum non tenetur Dominus, quando non deliquit in officio sibi per eundem Dominum commisso, secus si deliquit in officio.*

117 *Furtum non dicitur publicum crimen, etiamsi furcis quis pro illo suspendatur.*

118 *Furti agi non potest, nisi res asportetur, sed potest agi actione iniuriarum.*

119 *Furtum passus, qui tantum de ciuilibus cognoscat, hoc ipso videtur actionem criminalem, & poenam remittere.*

120 *Furtum nullum parit inditium, nisi quatuor concurrant requisita.*

121 *Furtum vt dicatur commissum, non probant querela, acclamationes, & conquestus, qui nocte fiunt ad vicinos, vt veniant, & succurrant propter aduentum furum.*

122 *Fraudibus per Iudicem obuiandum est.*

123 *De furto vt constet non sufficit derobati acclamatio, & bona fama ad torquendum furem.*

124 *Aulum actiones non probant furtum.*

125 *Furtum temperatur per velamen amissionis.*

126 *Furtum non probat querela quamuis hominis bonæ famæ.*

126 *Querela accusatoris bonæ famæ non probant furtum, nec facit, quod constet de delicto.*

127 *Furtum occultum non potest ascribi alicui, nisi probetur, quod sit malæ famæ.*

128 *Furtum non committitur, quando res non fuerunt consignata in sacculo, vel in specie, sed ad numerum.*

129 *Furtum celans, seù receptans puniri non potest, nisi appareat id scienter fecisse.*

130 *Duo quando copulatiuè requiruntur, alterum interuenire non sufficit.*

131 *Scientia non præsumitur, nisi probetur.*

132 *Furtum non dicitur quis commisisse, quando palam vendit rem furatam, seù palam tenet.*

133 *Furtum potest impunè committi in bonis Maretricis.*

134 *Maretrix impunè potest rapi.*

135 *Furtum dicitur casus fortuitus.*

136 *Hospes tenetur de omni eo excepto casu fortuito.*

137 *Ab hospite quando fuit consignata Camera derobato,*

non

non tenetur de furto commisso in valisia, maximè quādo non constat de certo fure.

138 Hospes tenetur solum de eius facto, & familia.

139 Hospes non tenetur de allogiantibus derobantibus, si derobauerunt.

140 Furtum quando prouenit culpa Domini derobati, sibi imputatur.

141 Furtum quando fuit commissum ab aliquo, qui conuersatur in hospitio ad inseruiendum hospiti, non tenetur hospes, si non est de eius familia, licet inseruiat.

141 Hospes non tenetur de furto commisso in hospitio ab aliquo, qui conuersatur in d. hospitio ad inseruiendum d. hospiti, si non est de eius familia licet inseruiat.

142 Factum ob necessitatem non tenetur ad pœnam.

143 Hospes quando ex improuiso admiratus v. g. de furto obstupet magnum præstat suæ innocentiæ inditium.

144 Accidens exterius indicat animum hominis intrinsecum.

144 Extrinsecum indicat animum hominis intrinsecum.

145 Animus hominis per signa cognoscitur.

146 Intentio / Animus ex qualitate actus alicuius percipitur.

147 Furtum probari debet à personis legalibus tantum non autem v.g. à tabernariis, & similibus.

149 Furtum requirit legalitatem derobati.

150 Furtum quod committatur publicè, non est credibile.

151 Actus perniciosus publicè fieri non præsumitur.

152 Super inuerisimile non potest fundari præsumptio.

152 Præsumptio non potest fundari super inuerisimili.

153 Delictum quod voluerit quis committere animo postea illud negandi, non est credibile.

154 Verisimile quod non est, dicitur falsitatis imago.

155 Inuerisimile asserenti non creditur.

156 Furtum quando patratur in aliqua rixa coadunatione hominum facta incidenter, non qui distant à loco delicti, sed Authores rixæ tantum tenentur.

157 De furto non potest quis puniri pro bonis affidatis.

158 Furti solummodò tenetur ille, qui multis vicibus furatur, idest hodie vnam rem, cras aliam.

159 Furtum commissum de nocte potius per lasciuiam dicitur commissum.

160 In furto non aggrauatur pœna, quando non fuit patratum in loco religioso, nec de pecuniis deputatis in honorem Principis, tum etiam ratione temporis, si fuisset commissum in hebdomada sancta.

161 Furtum non dicitur probatum per accusatorem malæ famæ.

162 Furtum si per conquestum probaretur, fierent multæ fraudes.

163 Furtum non dicitur commissum, quando quis accipit bona alterius animo restituendi valorem.

164 Furtum non dicitur commissum, quando quis pacatè bona abstulit.

165 Animus solo inquisiti iuramento probatur.

166 Furtum non dicitur commissum, quando quis dicit, aliquam mulierem ab ipso per plures annos, seù menses in sua domo detentam derobasse aliqua vestimenta, seù rem, quam mulierem non permittebat cum aliis rem carnalem habere.

167 Vestimenta sequuntur mulierem, quando sunt ei tradita.

168 Donatio facta Concubinæ valet.

169 Furtum non committitur Domino volente.

170 De furto vt dicatur constare, testes in eorum depositionibus concludere debent, nempè quod viderunt v. g. vestes extare intus capsam.

171 Furtum non dicitur committere, qui palam rem emit, non videtur torquendus.

172 Dolus non præsumitur in his, quæ palam fiunt.

173 Furta plura commissa à diuersis sunt verificanda.

174 Furta plura commissa ab vno contra aliquem, quamuis ex interuallo, & diuersis temporibus pro vno furto habentur, cum sit eiusdem generis, & vna tantum persona sit offensa.

175 Delictorum reiteratio quomodo intelligatur.

176 Delictorum cumulatio non aggrauat pœnam.

177 Furtorum reiteratio non aggrauat pœnam.

178 Furtum non dicitur habere, qui rem in domo sua extare inuenit, sed solum tenetur de furti receptatione.

179 Furtum faciens non dolosè, & non scienter non potest puniri.

180 Furtum quando fuit restitutum, ratione euentus consideratur lene delictum.

181 Furti in iudicio agi non potest, nisi prius de furto constet.

182 Furtum non dicitur probatum per famam, quando testes examinati non sunt vicini.

183 Furtum non committitur, quando restituitur suo Domino petenti.

184 De furto querelare aliquem post mortem, dicitur longum silentium, & arguit dolum.

185 Furtum si quis dixerit fuit patratum v. g. cum fractura ostii, quod est corpus delicti in furto, non dicitur delicti corpus probatum, nisi de fractura doceatur.

186 Dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo fundatur.

187 Delictum non potest ascribi alicui, nisi constet illud fuisse commissum.

188 De delicti corpore si constaret, inquisitus non est torquendus si non appareant inditia.

189 Inditia remota probari debent per duos testes contestes de loco, & tempore.

190 Inditia remota, etiamsi plenè probata, non sufficiunt ad torturam.

191 Mendacium non sufficit ad torturam.

192 Inditia, quæ non sunt super delicto, sed super inditio ad delictum, non sufficiunt ad torturam.

193 Furtum receptans opem furi non dicitur præstare, quando scienter non receptauit, & celauit, quæ copulatiuè requiruntur, quia alterum interueniente non sufficit.

194 Furtum non dicitur commissum ab aliquo, quando ex b. meo

banco à furibus non fuerunt subtractę pecuniæ insciò eius socio.
195 *Furti actio non competit ei, qui habet tantum contra aliquem actionem personalem ad rem consequendam.*
196 *Ex actionis diuersitate, & modi procedendi resultat diuersitas dispositionis, & rationis.*
197 *Ratio, quæ est lex communis ad omnes casus considératur.*
198 *Diuersitas casuum quando est, diuersa quoque ratio est.*
199 *Ius idem statui non debet, quando diuersa adest Ratio.*
200 *Ex iniquitate Reus non debet consequi actionem.*
201 *Pecunię quando fuerunt asportatę extra statum Ecclesię quid agendum.*
202 *Reus quando semel tantum deliquit, pœna minorada est.*
203 *Reum statim punire pro vno delicto absurdum est.*
204 *Furtum commissum non appensate, sed casu, & nacta occasione est excusandum, & iudicandum non dolo malo commissum.*
205 *Actus iudicari debet potius licitus, quam illicitus.*
206 *Dependens ab animo iuramento probatur.*
207 *Actus semper præsumitur factus ex causa necessaria.*
208 *Fur vt sibi inditium faciat, necesse est vt habeat multam pecuniam vltra solitum, & isto casu oritur inditium remotum à maleficio.*
209 *Inter furem, & Latronem est differentia.*
210 *Fur dicitur ille. qui sine armis, & violentia, & secretè aliquid furatur.*
211 *Latro dicitur qui latrocinium commisit cum armis, & violentia.*
212 *Latro dicitur, qui in stratis publicis homines aggreditur, & violenter illos spoliant, & furantur.*
213 *Furtum pœna est extraordinaria, idest Iudicis arbitraria.*
214 *Furibus ad minorādam pœnam prodest cassatio querelæ.*
215 *Fur dicitur qui palam furatur, sed non dicitur manifestus, nisi secuta post eum deprahensione, vel acclamatione.*
216 *Fur quis non præsumitur ex eo, quod res furtiua penes ipsum reperta est.*
217 *Fur tortura non subiicitur, si fuerit bona fama, nec furari assuetus.*
218 *Fur solummodò potest accusari ab illo, cuius interest.*
219 *Ad furem accusandum solummodò admittuntur, cuius interest.*
220 *De furto accusatus legitimis præcedentibus inditiis, & tortus si confiteatur furtum, de iure non potest iterum torqueri, nec examinari de aliis furtis, de quibus non est accusatus.*
221 *Sine inditiis nemo est torquendus.*
222 *Ad Iudicis / Episcopi officium pertinet inquirere, & punire.*
223 *Fur restituens res derobatas mitius est puniendus.*
224 *Furtum committens quando repertus est in fragranti non potest capi, nisi fuerint captus cum furto præ manibus, ita vt furtum negare non possit.*
225 *Furari, quod quis visus fuerit, non sufficit, sed oportet vt excitato clamore monitus fuerit, vt manifestus fur dicatur.*
226 *Fur quando confitetur maria, & montes, idest plura furta commisisse, Iudex debet esse benè cautus, ne damnet animam suam, & quid facere debeat.*
227 *Furtum si reperiatur penes aliquem, haud satis est ad torturam.*
228 *Furti criminaliter procedi non potest, vbi non apparet, quod furtum saltem in genere fuit factum.*
229 *Latro quis dicatur.*
230 *Latrones non sunt soli, nec facile lex permitit de sociis interogari.*
231 *Monetę falsatores faciliter de sociis non possunt interogari.*
232 *Crimen lesę Maiestatis committens.*
233 *Interogari quando possit Reus de sociis.*
234 *De sociis quando possit interogari Reus.*
234 *Reus quando possit, & non possit interogari de sociis.*
235 *Latro mortis pœna puniri non potest, nisi assiduè latrocinari consueuerit.*
236 *Latro famosus quis dicatur.*
237 *Latrocinium respectu derobati connumeratur inter casus fortuitos.*

1 FVrtum quando committitur ab aliquo, eo quia non potest aliter à suo debitore nisi subripiendo suum creditum consequi, non est punibile. Didac. lib. 1. resolut. c. 2. num. 15. vers. quartò, Clar. §. furtum, vers. excusatur. Mars. in pract. crim. §. constante, num. 36. seq. & in propriis terminis scripsit Scapins in tract. iuris non scripti, lib. 5. c. 155. nu. 5.
2 Vbi quod famulus, qui aufert domino suo aliquid
3 causa mercedis, non punitur. Et sic furtum hoc casu non est punibile: Ratio est, quia surripit non animo furandi, sed sibi ipsi satisfaciendi de mercede sibi debita. Vt tradit Alex. cons. 135. col. 2. lib. 1. Et ideò dicitur, animum, & propositum maleficia distinguere, l. 1. C. de sicar. Mars. singul. 176. vbi ad-
4 ducit plures concordantes. Item quod furtum non committitur, quando quis rapit rem, quam putat sibi debitam, licet puniatur, quia propria authoritate
5 facit. Boss. tit. de furt. nu. 6. Item quod furtum com-
6 missum necessitatis causa, nempe ob famem, vel quia quis est iter assumpturus, non est punibile. c. si quis per necessitatem, extra de fur. Bart. & alii in l. 2. §.
7 cum in eadem, ff. ad l. Rodde. iatu. Ratio est, quia iustitia, & naturalis ratio suadet, vt sanctius sit furari, quam permittere, vt quis fame pereat: De duobus
8 malis minus est eligendum. Et licet plures sint necessitates, tamen necessitas famis est potentior aliis. Dec. cons. 555. nu. 12. Vbi adducit concordantes.
9 Et quando furtum sit licitum. Vide Boss. tit. de furt.
10 nu. 52. Item quod furtum non exigit pœnam mortis naturalis pro primo, & secundo, sed pro tribus furtis. Iuxta Statutum Vrbis c. 59. de furibus lib. 2. Et
11 in puniendis furibus attenduntur statuta locorum. Vt attestatur Clar. §. furtum, vers. scias tamen. Immò d. statutum imponit certam pœnam, scilicet
12 fustigationis. Et dictum statutum tollit etiam pœnam legis, si extaret. Hyppol. §. quæritur, nu. 6. vbi

Q infini-

infinitos adducit. Franch. March. decis. 909. seq. Et
13 pœna statutaria tollit pœnam legalem, l. sepultura,
ff. de sepulc. violat. Ioan. de Amic. cons. 139. nu. 15.
14 Aym. cons. 137. Quinimò Iudex imponens pœnam
mortis pro primo furto dicitur homicida. Scripsit
Cyn. in Auth. sed nouo iure, C. de seru. fugit. Refert,
& sequitur Io: Baptista Rossell. cons. 34. nu. 14. lib. 2.
15 inter cons. crim. diuers. Vbi dicit, quod si furtum
est factum cum fractura, non potest imponi pœna
mortis naturalis. Nec est nouum, quod pro primo
furto recedatur à pœna vltimi supplicij; quia in pu-
16 niendis delictis pœna augetur ob illorum reiteratio-
nem, l. capitalium, §. solent, & §. crassatores, ff. de
pœn. l. 3. C. de Episcopal. Audien. Et ideò pro tri-
17 bus furtis, quamuis minimis pœna mortis natura-
lis imponitur. Gram. vot. 9. num. 25. vol. 17. nu. 5.
18 Mascard. conclus. 838. num. 6. lib. 2. Immò (in-
quam) furtum non meretur vltimum supplicium.
Auth. sed nouo iure, C. de seru. fugit. Idque proce-
dit indistinctè, siuè vnum, siuè plura furta commis-
sa fuerint, cum d. Auth. indistinctè loquatur. Latro-
19 nes verò, si sæpius crassati fuerint, morte naturali
puniendi sunt, l. capitalium, §. crassatores, ff. de pœn.
20 Et si dicatur, solitos furari puniendos esse pęna
mortis naturalis, Vt videtur sentire Glos. in d. Auth.
in verb. castigabitur, loquitur ibi Glos. in terminis
publici latronis, ex quo allegat Text. in l. capitalium,
§. famosos. Et dictum Glos. debet intelligi secundum
legem, quam allegat Bart. l. cum quidam, ff. de his,
quib. vt indign. & ità intelligi debere dicit Glos. scri-
bit Castren. d. Auth. sed nouo iure. Non facit, si di-
21 catur, de consuetudine pro tribus furtis imponi pę-
nam vltimi supplicij, quia est irrationalis. Dec. post
22 multos in c. 2. num. 9. de probat. Et tunc ad Iudi-
cis arbitrium non remittitur; quia Iudicis arbitrium
non se extendit ad pœnam vltimi supplicij. Idem di-
citur de bannimentis, & statuto Vrbis, quia ista om-
nia non possunt tollere tres Constitutiones Summo-
rum Pontificum; prout est Constitutio Pauli Tertij ad
fauorem carceratorum edita in prima parte Bullarij
23 fol. 471. Vbi quod Iudices criminales Vrbis in om-
nibus occurrentiis debet seruare iuris communis di-
spositionem. Quæ Constitutio est confirmata à pia
memoria Pii V. in decretis ad fauorem carceratorum
editis. Ac etiam confirmata in Reformatione San-
ctissimi D. N. Pauli V. in rubr. de iudic. criminal.
Vrbis, vers. captum pro vno crimine. Quæ Consti-
tutiones, cum sint munitæ decreto irritanti, nulli du-
24 bium est, quod nullum, & inane est, quod fit con-
tra, c. penult. de præben. in 6. Ruyn. cons. 70. col.
2. Gabriel tit. de clausul. conclus. 3. num. 57. Oldrad.
cons. 319. col. fin. Felyn. in c. cum accessissent, col.
4. de constit. Propterea Bannum, Statutum Vrbis,
& asserta Consuetudo, seu potius corruptela attendi
non debent, nec allegari, veluti per supradictos Prin-
cipes reprobatæ, & aliter dicere esset errare in termi-
25 nis. Non facit, si per Fiscum dicatur, quod furtum
quamuis vnicum, tamen est magnum, quia non pu-
nitur pœna vltimi supplicij: Ratio est, quia frequen-
26 tia furandi, non autem magnitudo rei derobatæ at-
tenditur, August. de Arimin. in addit. ad Angel. de
malef. in verb. & vestem cœlestem, col. 4. Bonifac.
tract. de furt. §. si naturali, num. 58. Et nouissimè ità
fuit seruatum apud Reuerendiss. Vrbis Gubernato-
rem in vna Romana furti scutorum mille cum ruptu-
ra capsæ, delinquens fuit damnatus ad triremes. Et
vt dictum est, in Vrbe extat statutum, quòd pro tribus
furtis quis suspendatur. Et d. statutum in puniendis
delictis, cum fuerit confirmatum à Gregorio XIII.
anno eius nono cum clausulis amplissimis, & decreto
irritanti; ideò dicitur Statutum Papale. Ità Bal. in l.
ex placito, C. de rerum permutat. Et ità dicunt non-
nulli Doctores celeberrimi relati per Boer. in illa sua
27 aurea dec. 173. nu. 9. Immò furtum vnicum quam-
uis magnum capitali pęna non plectitur. Authen.
sed nouo iure, C. de seru. fugit. Tamen ob furtum
magnum, quando fuit patratum cum claue adulteri-
na, nec etiam aggrauatur pęna, nisi ista qualitas sit
probata, & verificata aliunde, quam ex dicto inqui-
siti in tortura emanato. Marian. Soccin. in c. qualiter,
& quando, el secondo, nu. 975. de accusat. Vbi ad-
28 monet Iudices, vt benè inuestigent omnes qualita-
tes delicti confessatas, vt cognoscant, an reus verum
dixerit. Idem scripserunt Mars. cons. 14. nu. 17. Vbi
latè comprobat hanc conclusionem. Brun. de indit.
29 q. 6. 2. par. num. 13. Vbi quod Iudex non debet sta-
tim deuenire ad damnationem ex confessione etiam
legitimè extorta per torturam; quia multa dicuntur
30 non vera. Et illud potissimum in furibus puniendis
aduertendum est, quod attenduntur statuta locorum,
vt eleganter scribit Clar. §. furtum, vers. scias tamen;
ibi ego puto. Nec facit, quod statutum nullam facit
distinctionem inter magnum, & paruum furtum;
31 nam lex indistinctè loquens generaliter intelligi de-
bet. l. de precio, ff. de public. Bertaz. cons. 132. nu-
13. Et si ius commune voluisset imponere pęnam
mortis naturalis pro vnico furto magno, vtique de-
terminasset Caccialup. cons. 92. num. 14. diuers. lib. 1.
Vbi adducit concordantes: Sed nimis durum esset,
32 quem statim pro vno delicto capitaliter punire. Vt
per plura iura canonica ostendit Gram. decis. 5. nu.
36. Et in aliquo casu non obstat, quod qualitas cla-
33 uis adulterinæ aggrauet inquisitum in punitione,
quia præsupposito quod de iure communi non posset
puniri pęna mortis naturalis; nulli tamen dubium est,
quod ista qualitas non est tantæ potentiæ, quod Iu-
dex possit in vim illius punire morte naturali; nam
delictum de sui natura non est tale; ista qualitas ag-
grauat solum circa pęnam extraordinariam v.g. in
transmittēdo inquisitum ad triremes ad tempus plus,
& minus; nam accessorium debet sequi naturam sui
34 principalis. l. cum principali, ff. de reg. iur. c. ac-
cessorium, de reg. iur. in 6. Et licet superius dictū sit,
quod quando ab aliquo tria furta parui valoris fuerūt
35 commissa potest suspendi; tamen secus est, maximè
quando agitur de rebus magnatiuis. Scripserunt Cæ-
poll. in Auth. sed nouo iure, num. 94. C. de seru. fu-
git. Ias. in §. ex maleficiis, num. 1. instit. rit. de act.

Petr.

Pett. Cabal. casu 19. num.3. seqq. Marf. singul.378.
Card. Tuschus in pract. in verb. furtum, conclus.
36 564. num.20. 29. in fin. Et ideò pœna debet esse
conformis delicto, & non maior vt pro paruis par-
ua, & pro maioribus grauior pœna inferatur. c. vt
clericorum e'l secondo, de homic. Ghirland. de
pœnis, vers. quinto quæro. Nec facit, si dicatur,
dicta furta fuisse patrata cum fractura parietis; quia
37 ista qualitas debet probari; & quamuis esset proba-
ta, adhuc dicitur, quod fures cum fractura acrius pu-
niuntur, sed non pœna mortis. Angel. in Auth. sed
nouo iure, num.7. C. de seru. fugit. loquens in pro-
priis terminis de furto commisso cum fractura parie-
tis, cum aliis adductis per Card. Tusch. in verb. fur-
tum, conclus.564. num.42. seq. Item quod furti re-
38 ceptator non tenetur ad pœnam, nisi scienter re-
ceptauerit. Rolan. à Valle cons. 45. col. 1. num. 11.
Gram. cons. 37. num. 22. Glos. & Alex. ad Bart. in
l. de receptatoribus. Ploc. in repetit. l. si quando. nu.
39 859. in fin. Et scientia debet esse certa, & vera, &
non sufficit generalis, & præsumpta ad pœnam indu-
cendam. Aret. & Arriminen. Immò vt ad hoc quis
40 per receptationem rei furatæ teneatur, debet esse
particeps furti, nec satis est voluisse in seruire Amico,
& postmodum restituere. Et in omnem casum non
41 tenetur pari pœna cum fure, sed mitiori, & extraor-
dinaria, cum sit auxilium post maleficium commis-
sum. Bart. in l. in furto, §. ope, ff. de furt. Aret. &
August. ad eum optimè in verb. & vestem, sub nu.21.
Marf. cons.30. num.20. seq. & cons.51. nu.25. seqq.
42 Item quod in furtis præsumptiones, & suspiciones
sufficiunt ad capiendum tantū, non autem ad torquē-
43 dum, & condemnandum. Boss. tit. de indit. & con-
siderat. ante tortur. num.180. quamuis d. Boss. dicat,
quod furtum probatur per coniecturas, vbi agitur ci-
uiliter. Boss. tit. de delict. num. 20. Et dicit etiam,
quod vt ad furtū procedatur, sufficit querela damnum
44 passi, eod. tit. num.21. Item quod furtum conside-
ratur leue ratione euentus, & dicitur leue delictum,
quando v.g. pecuniæ fuerunt Domino restitutæ, l. aut
facta, ff. de pœn. Anton. Vrsatt. cons. 33. num. 5.
inter cons. crim. diuers. lib. 2. Immò etiam dicitur
leue ratione personæ, cui est derobatum; nempè quā-
do v.g. est vilis persona. Argum. l. 2. & 3. ff. de aleat.
45 Item quod furta non dicuntur plura latrocinia com-
missa, quando plura derobantur eodem die, & non
diuerso tempore, prout requiritur, ad hoc vt plura
dici possint. Cœpoll. Auth. sed nouo iure, num.105.
46 C. de seru. fugit. Item quod furtum commissum in
aliqua Apotheca non potest probari à laborantibus
in ea, quia tractant de se exonerando, quo casu dicun-
tur deponere in causa propria, & ideò repelluntur.
l. nullus, de test. l. omnibus, C. eod. tit. Bal. in l. di-
stantibus, num.4. C. de testam. Nellus tract. de test.
47 num.105. Crauett. cons.99. num.2. Vltra quod la-
boratores, & mercennarii domini alicuius rei dero-
batæ, cum deponant ad eius fauorem, repelluntur.
Gabriel l. 1. de test. conclus. 10. nu. 4. Paris. cons.67.
48 num.85. lib.3. Ratio est, quia istis laboratoribus,
& mercennariis potest imperari; ideò sunt inhabiles
ad testificandum pro eorum dominis. Glos. in c. ido-
nei, §. testes 3. q. 3. Et de mercennariis scribit Glos.
in c. in litteris, de offic. delegat. vide etiam plura in-
ferius in verb. furtum commissum in domo. Item
49 quod furtum modicum non exigit torturam. Brun.
tract. de indit. & tortur. par. 2. q. 3. Vbi furtum in re
parua dicit leue delictum. Clar. §. furtum, vers. quæ-
50 ro an furtum, vbi dicit de communi. Ratio est, quia
quando furti pro modica re agitur, non datur actio
de dolo. l. si oleum, §. fin. & ll. seqq. ff. de dolo. Et
faciunt narrata in §. gallinarum, & ibi Ioan. Faber.
instit. de rerum diuis. l. socio, ff. de restit. in integr.
latè Marf. in l. vlt. col. 2. ff. de sicar. Hinc est, quod li-
51 cet inimicitia oriatur ob rem ablatam; id tamen nō
procedit, quando res ablata est minima. Not. in c.
accedens, e'l secondo vt lit. non contest. Blanc. de
52 indit. num.97. Non omitto, quod quando res fur-
tiua est reperta penes aliquem, & torquēdus est reus,
res non debet esse parui momenti. Vbi pœna corpo-
ralis inferri non solet, l. Edictū, & l. Diuus, & ibi Bart.
53 & Alex. ff. de quæst. quia ex modo probandi grauius
punitur reus, quam ex modo condemnandi. Ratio
54 est; quia medii, & finis idem debet esse iudicium.
Dec. in rubr. de iudic. col.9. vers. non autem istud ta-
le; & finis v. g. causæ concluditur sine pœna corpo-
rali. Idem debet esse in medio causæ, in qua cessare
55 debet pœna corporalis. Et ideò prohibitum fieri
immediate, mediatè fieri non potest. l. Auia, §. Ti-
tia, ff. de condit. & demonstrat. Alias medium, per
56 quod ad finem peruenitur, excederet ipsum finem.
Contra Text. in l. etsi non sint, §. perueniamus, ff.
57 de aur. & argent. legat. Item quod furtum, quan-
do fuit restitutum, actione furtiua agi non potest.
Bart. per illum Text. l. falsus, §. qui alienum, num.4.
58 ff. de furt. Item quod furtum cessante illa qualitate
v.g. quod non sit commissum cum armis, & violen-
tia in stratis homines aggrediendo, pœna vltimi sup-
plicii non punitur: Vndè quis suspendi non debet,
quamuis plura furta commiserit, & pluries quam per
tres vices. Vt de iure communi Auth. sed nouo iure,
C. de seru. fugit. Clar. viden. §. furtum, per totum.
Vide superius in verb. furtum nō exigit pœnam mor-
tis naturalis. Et in verb. furtum modici valoris &c.
59 Item quod furti confessio verificari omninò debet
per emptores rerum derobatarum, seu detemptores,
scripsit Brun. de indit. q. 6. 2. par. num. 13. Refert,
60 & sequitur Cason. tract. de torment. num. 20. Vbi
quod exemplo perniciosum est quem damnare non
verificata confessione. Gabriel concl.17. nu.2. lib.7.
Clar. q.55. vers. quando autem. Vbi quod non potest
61 isto casu alter ad mortem damnari. Et hoc facere
tenetur Iudex, ne ex sola cōfessione nō verificato ali-
62 ter facto condēnet. Immò furti confessio extorta per
tormenta verificatur per bonorum derobatorum de-
temptores, nam ista sunt signa, quæ verificāt furta. d.
Brun d. tract. & nu. Vbi quod malè faciūt Iudices non
verificando furta modo prædicto d. Cason. vbi supra.
63 Item quod de furto quis torqueri non potest, nisi ac-

 cedat

cedat illud, quod sit solitus furari, & similia facere,
alias potest esse res furtiua, & possessor innocens, vt
dicunt Glos.Bal.& Salyc. l.in ciuilem, C.de furt. Bal.
& Imol.in l.fin. ff. de hæred.instit. Item quod furtum
64 commissum in domo nõ parit torturam domesticis,
quando sunt bonæ opinionis, & famæ. Scripsit Bald.
rubr. deposit. in princ. & in l.1. col. 2. C. locat. An-
65 char.cons.286. Et quilibet præsumitur bonus. l.me-
ritò, ff. pro soc. Et nihil operatur, quod sit domesti-
cus. Boss tit. de indit.n.52. Farin.tract.de furt.q.176.
66 nu.59. Et in furto inditium, quod inquisitus habitat,
seù habitabat in domo derobati, non est sufficiens ad
torquendum, quando non est adminiculatum, ex quo
est remotum. Bart.& Mars.in l.fin.ff.de quæst.Refert,
& sequitur Menoch.de arbitr. q.186. nu.22. Et illud
67 per quemlibet bonum Iudicem est menti tenendum,
quod in domo habitare non est inditiũ sufficiens, nisi
concurrat etiam eius mala fama. Ità Bal.in l.Domi-
nus horreorum, ff.locat. Boss tit.de indit.nu.52. Ber-
taz.cons.213.n.2.vbi addunt concordantes. Et quan-
do non est probata ista qualitas pro parte Fisci, quod
inquisitus sit malæ famæ, cessat illud inditium habita-
68 tionis; quia qualitas personæ multum attenditur in
furto. Cæphal. cons.352. nu. 30. Gabriel cons.169.
69 nu.8. Cæterum dato quod furta fuerint commissa in
domo à domesticis; tamen quia domestica non pu-
niuntur eo modo, prout alia furta, puniri debent, sed
mitiori modo. Argum. l.respiciendum, vbi furtum do-
70 mesticũ dicitur, quod fit à mercennario. Soc.cõs.17.
71 Alex. cons.135.lib.1. Et ideò dicitur magis fur, qui
modica furatur, quam qui magna. Tiraq.in l.2.n.12.
ff. de leg. connub. quod refert, & sequitur Baiard. §.
72 furtum, nu.88 Item quod super furto quando quere-
73 la est porrecta contra suspectum v.g. post tres men-
ses, illud longum silentium, seù tempus in querelando
arguit dolum in derobato. Bal. cons.37. lib.1. in fin.
74 Crauett.cons.75. nu.9. Item quod furtum confessus,
sed addens se accepisse; quia credebat dominum per-
missurum, pro negante habetur. Boss. tit. de confess.
75 nu.23. Item quod furtum faciens Principi non inci-
dit in crimen læsæ maiestatis. Boss. in tit. læs. maiest.
76 nu.4. Item quod furtum ad hoc vt probetur esse cõ-
missum, debet constare, quod res, quæ dicuntur furto
subtractæ erant in domo, vel in loco, vbi dicitur fur-
tum commissum, idest, quod constet de corpore deli-
cti. Bart. & alii, l.si quando, in fin. C. vnde vi. l.1.§.
item illud, ad Syllan. Bart.l.si quis ex argentariis, §.an
hæredit. ff. de eden. d. l. si quando, Gram. cons.14.
num.1. seq. & cons.41. num.2. Natt in indiuiduo,
cons.403. Aliàs inquisitio contra reum formata non
solum non tenet. Rolan. cons.51. num. 17. l. fin. in
prima, & secunda col. ff. de quæst. Natt. cons. 407.
nu.3. & in l. 1. §. qui quæstionem. ff. de quæst. Clar.
qu.4. vers. quando verò, in fin. Mascard. de probat.
conclus.829.nu.4. seq. Brun. tract de indit.& tortur.
col.vlt. Hyppol.cons.8. num.5. Sed nec etiam potest
dici constare de furto, & per consequens potest pro-
77 cedi. Rolan. à Valle d.cons.51. nu 18. Immò dici-
tur, quod furtum non probatur per fracturam capsæ,
vel similium, nisi probetur per Fiscum, tempore com-
missi furti in capsa extitisse v.g. pecunias. Mars.cons.
8. num.4. seq. Rolan.d.cons.51. num.17. seq.vol.1.
Bart. in d.l.si quando: Ratio est, quia dispositio non
78 procedit, nisi verificetur id, super quo d. dispositio
fundatur. Glos. in d. l. mancipia, in verb. aduocan-
dum, C.de seru.fugit. quod ita not. omnes in l.Diuus,
ff. de testam. milit. & sic non potest constare de cor-
pore delicti. Vulgata & famosa l.1. §. item illud, ff.
79 ad Syllan. Nec etiam alicui potest ascribi delictum,
nisi constet illud fuisse patratum. Natt. d. cons. 407.
80 num.3. Immo dicitur, quod in furto, quando testis
non concludit v.g. quia deponit vidisse capsam in cu-
biculo, & non dicens quod intus aderant v.g. vestimẽ-
ta, seù alia bona prætensa derobata, prout necessariò
requiritur, ad hoc vt de furto dicatur constare, non
probat. Bart. in d. l. si quando, in fin. C. vnde vi.
81 Gram.cons.54.num.2 Immò (inquam) quod furtũ
non dicitur commissum, si testis solummodò deponat
quod vidit bona in capsa non extare, non autem e-
repta esse; quia non concludit præcisè; ideò ipsi nul-
la est adhibenda fides. Vt per plura iura ostendit Ber-
82 trand. cons.114.num.5. vol.2. Sed furti suspicio tũc
extat, v. g. in famulo, quando vltra fracturam con-
curreret etiam fuga. Ità in terminis decidit Bart. in
l.si quis ex argentariis, ff.de eden. nec dissentit Natt.
83 d. cons. 407. num.5. Non obstat, quod famulus ha-
beret claues, puta aulæ fractæ, ex qua ingrediebatur
ad cubiculum, vbi erat capsa; quia necesse est, vt res
derobata ibi fuerit visa; vnde non oritur inditiũ con-
tra famulum esse malæ vitæ; vt sunt v. g. Nautæ, &
84 Stabularii, contra quos vrget mala præsumptio: At
in viro probo, & diligenti cessat contra eum præsum-
ptio. Ità Bal.in l.1. C. locat. Et vna præsumptio aliã
85 tollit, c. litteras, de præsumpt. Immò pro furto cõ-
misso in domo non torquentur domestici, quando sũt
bonæ famæ. Ità Bal. in rubr. C. locat. deposit. & in
86 l.1. C.locat. Anchar. cons.246. Immò dicitur, quod
furtum nõ dicitur probatum, nisi pro parte Fisci pro-
betur, prout necessariò requiritur, v g. pecunias fuisse
visas saltem in capsa. Grat. respons.94. nu. 26. vers.
vltimò non obstat, & nu. 27. lib.2. & cons.97. nu.8.
cum aliis adductis per Mascard.de probat.concl.829.
nu. 20. vbi testatur de communi opinione. Sequitur
Card. Tuschus in pract. in verb. furtum, concl. 558.
87 num. 5. Hinc est, quod coniecturæ non sufficiunt ad
probandum furtum, nisi sit probatum, quod in loco,
vbi prætenditur furtum commissum, fuerint visæ pe-
cuniæ. Bart. in d. l. si quando, in fin. C. vnde vi.
Mars. cons.8.num.4.seq. cum aliis adductis per Vul-
pell. cons.274. num.7. Nec est nouum; Ratio est,
quia dispositio non procedit, nisi verificetur id, su-
per quo fundatur (vt dictũ est) Quibus quoq; additur,
88 quod furtũ, vt dicatur cõmissum, duo sunt ãte omnia
probãda, idest qualitas v.g. pecuniç intus aliquã rem.
Alterum fractura ipsius rei. Clar. q.4. vers. quando
vero, in fin. Foller. in pract.in verb. capiat informa-
tionem, nu.17. Mars. d.cons.8 nu.4. Rolan. cons.51.
n.17.seqq.vol.1.Mascard.de probat.lib.2.concl.829.
n.4.

n.4.seq. Et in propriis terminis scripsit Natt.cōs.407.
n.3. Et quando neutrum probatur, nullo modo proce-
di potest. l.1.§.item illud, & ibi Bar.ff.ad Syllan. Im-
89 mò dicitur, quod fractura ostii, siue capsę non probat
furtum fuisse commissum, nisi etiam probetur, in do-
mo, vel in capsa tempore commissi furti extitisse d. rē
derobatam. Clar.q.4. vers.quando verò, in fin. Rol.
d.cons.51.n.17.seq.lib.1. Mascard.de probat. d.con-
90 clus.829.lib.2. nu.4. seq. Immò etiam quando fra-
ctura tantum probatur, nō potest procedi contra in-
91 quisitū, d.l.1.§.item illud, ad Syllan. Item quod fur-
tum, si res derobata sit penes hominem bonæ famæ,
nullum facit inditium. Rolan. cons. 45. nu.41. Clar.
qui testatur de comm. §.fin. q.21. vers. si res furata.
Vbi dicunt id procedere, etiamsi detinens non doce-
ret à quo habuisset. Et licet sit aliqua pręsumptio fur-
ti contra eum; tamen ex hoc solo non parit torturā,
nisi accedat, etiam quod sit solitus furari, & similia fa
cere: Ratio est euidens, quia res potest esse furtiua, &
possessor innocens. Glos. Bart. & alii d.l.in ciuilem,
92 C. de furt. sed tunc demum parit inditium si est ma-
læ famæ. Bart. & Angel. l. fin. ff.de hæred. instit. Et si
qualitas malæ vitę requiritur in eo, apud quē res fur-
tiua reperitur, & sic in casu si proximo ad furtū, mul
to magis requiri debet, vbi tantum inuenitur furtum
factum in domo, & sic in casu proximo ad furtum,
multo magis requiri debet, vbi tantum inuenitur fur-
tum factū in domo, & sic sumus in actu magis remo-
93 to à delicto. Immò dicitur, quod furtum repertum
penes aliquem non facit ipsum conuictum de furto,
sed tantum inditiatum ad torturam, si non ostendat à
quo habuerit. Not.l.fin.ff.de quæst. Hyppol. post alios
per eum adductos, cons.52.n.40. Immò dicitur, quod
94 quando solum furtum reperitur penes aliquem, non
potest torqueri, nisi accedat illud, quod sit solitus fu-
rari, & similia facere. Bal. & alii in d.l.in ciuilem, C.
de furt. Bal. & Imol. in l. fin. ff. de hæred. instit. Et si
ista qualitas malæ vitæ requiritur in eo, penes quē res
furtiua reperitur, multo magis requiri debet, vbi tan-
tum inuenitur furtum factum in domo, & sic in actu
magis remoto à delicto. Et istud videtur contra om-
nem scribentium in vtroq; iure communem doctrinā,
quæ ponitur in c.cum in contemplatione, de reg. iur.
& in l.fin.C.de quæst. quod ex vno inditio remoto ab
ipso negotio non peruenitur ad torturam, quod fie-
ret, si ex hoc solo, quod furtum factum in domo tra-
heretur in quæstionem. Nec necesse est Fiscum debe-
re probare esse solitum furari, cum satis esset, proba-
re ipsum esse solitum perpetrare, quæ pertinent ad
crimen auaritiæ. Ità Bal. in l.1. col.2. C. locat. Item
95 quod furtum commissum in domo, vbi adest ludus,
non punitur. Text. est in l. 1. §. 1. ff. de aleat. Item
96 quod furtum nō potest dici magnum, seu graue de-
lictum, quando valor rei derobatæ est exiguus. Abb.
cons.25, num.1. lib.1. Clar. §.furtum, vers. quæro an
furtum 3. Et inquisitus ipsum non commisit cum vio-
lentia, nec vulnerauit, nec percussit derobatum, dixit
Cyn. Auth. sed nouo iure, C.de seru. fugit. quod ho-
97 micidæ sunt Iudices, si pro vno furto pœnam mortis
98 imponant: Ideò pro modico furto non potest impo-
99 ni pœna mortis naturalis. Ob eamq; rem furta leuia,
seù modici valoris nec etiam exigit pœnam triremi-
um, sed fur tenetur ad dupplum. Vt cantat statutum
Vrbis Romæ, tit.de fur. c.59. lib.2. Immò furta le-
100 uia non requirunt pœnam mortis, sed solum trium
ictuum funis. Tradit Paris. de Put. tract. de scindic.
c.tortura.el primo, refert, & sequitur Ghirlan.tract.de
quæst. q. 7. nu 9. Nec obstat, si dicatur prætensum
furem esse solitum furari, & ideò pœna mortis puniri
101 posse; quia id procedit in latrociniis publicis, &
ità intelligitur Glos. in Auth. sed nouo iure, in verb.
castigabitur, quæ allegat Text. in §.famosos. Et Do-
102 ctor intelligi debet secundum legem, quam allegat.
103 Quo fit, vt de iure communi pro furtis, dummodò
non sint latrocinia publica itinerum, & similia, pœna
mortis puniri quis non debeat; cum Text. in §.si quis
quinq; solidos, de pac. tenen. non sit in obseruantia.
Bal. d. Auth. sed nouo iure: Nec sub prætextu con-
suetudinis potest imponi pœna mortis, quando asser-
ta consuetudo nō probatur pro parte Fisci. Non enim
apparet particulari statuto alicuius Vrbis fuisse pro-
uisum. Et cum non adsit statutum Vrbis, est locus iu-
ri communi, vt fur citra mortem puniatur. Clar. vi-
den.§.furtum. Ego autem puto in hoc seruanda esse
statuta locorum: Et quando statutum propter multi-
plicationem respicit incorrigibilitatē vt sit locus fur-
ti pœnæ, requiritur, quod fur pro prioribus furtis fue-
rit correptus, secus quando statutum furandi consue-
tudinem respicit. Vulpell. cons.146.n.8. Immò furti
pœna est extraordinaria. Ità Glos.fin.in verb.subtra-
cto, C.de furt. idest arbitraria. Vt attestatur Cœpoll.
in Auth. sed nouo iure, n.64. C.de seru.fugit. & nouis-
simè Bonifat.de furt. §.quod iure naturali, nu.72. Et
104 pœna extraordinaria non se extendit ad mortem.
Vt post multos ostendit Clar. q.83. vers. sed quæro.
Vbi quod ista est magis tuta, & mitior opinio. Item
105 quod furtum, quamuis notum esset in Vrbe fuisse
commissum, non est sufficiens ad imponendam pœ-
nam corporalem. Bal. in l.1. C.de his, qui latron. Dec.
cons.327. in fin. Crauett.cons.193. nu.8. Item quod
106 furti criminaliter procedi non potest, vbi nō appa-
ret, quod furtum saltem in genere fuit factum Boss.tit.
107 de delict.nu.22. Item quod furtum, quando cōmit-
titur causa, quod quis aliter suum creditum consequi
non potest, nisi subripiendo, non est punibile. Didac.
lib.1. resolut.d.2.n.15. vers.quæro, Clar. §. furtū, vers.
excusatur. Mars. in pract.crim. §.constante, n.36.seq.
& in propriis terminis Scapius scripsit in tract. iuris
non scripti, lib.5. c.155. nu.5. Vbi quod famulus (vt
108 dictum est) qui aufert Domino suo aliquid causa
mercedis de seruitio, non debet puniri. Et sic furtum
hoc casu non est punibile: Ratio est, quia surripit nō
animo furandi, sed sibi ipsi satisfaciendi de mercede
sibi debita, vt tradit Alex. cons. 135. col. 2. lib.1. Et
ideò dicitur animum, & propositum maleficia distin-
guere. l.1. C.de Sicar. Mars. singul. 76. vbi adducit plu-
109 res concordantes; Item quod furti cōfessio extor-
ta per tormenta verificatur per bonorū derobatorum

detemptores; nam ista sunt signa, quæ verificant furta. Brun. tract. de indit. q.2. secundæ par. num. 13. Vbi quod malè faciunt Iudices non verificando furta modo prædicto. Cason. tract. de torment. c. 20. Vbi quod exemplo perniciosum est quem damnare non verificata confessione. Gabriel conclus. 17. nu. 2. lib.7. Clar. q. 55. vers. quomodo autem. Vbi quod isto casu non potest quis ad mortem dãnari. Et quando furtum non est verificatum in processu, quid fuit factum de ipso, nempè si fuit distractum, pignoratum, vel penes aliquem reperiatur, confessiones extortæ in tormentis nullius sunt momenti. Ità Mars. post Angel. quem allegat cons. 8. num. 2. loquens in propriis
110 terminis. Item quod furtum vnicum factum vnicum reputatur, quamuis plura crimina diuersa resultent. Muscateh pag. mihi 185. nu. 54. Item quod furtum cum ostiorum fractura, licet augeat pœnam; tamen id procedit in delictis capitalibus; nempè quãdo delictum de sui natura meretur pœnã vltimi supplicii. Et illa asperitas legum dicentium, pœnam ex reiteratione aggrauari ad capitalem non videtur seruanda de consuetudine, vt benè scribit Gram. decis. 16. ad fin. Vide etiam superius in verb. furtum ad hoc
111 vt puniatur. Item quod furti absq; fractura ostiorum, seu capsæ, vt considerant DD. & præcipuè Angel. cons. 32. num. 11. diuers. lib. 2. non requirit, vt
112 pœna augeatur. Item quod furtum non dicitur quis committere, quando rem palam, & bona fide
113 accipit. Boss. tit. de furt. nu. 3. Item quod furtum non committitur, quando quis non habet animum furandi. Boss. tit. de furt. nu. 7. vide etiam Boss. d. tit.
114 num. 6. Item quod furti domestici magni causa contra vxorem, & filium agi non potest, licet Iudex per inquisitionem procedere possit, & eos punire. Boss. tit. de furt. num. 17. Item quod furtum dici-
115 tur rei mobilis, non autem immobilis. Boss. tit. de
116 furt. num. 22. Item quod ad furtum per famulum commissum non tenetur domesticus, quando non deliquit in officio sibi per eundem dominum commisso secus si deliquerit in dicto officio. Boss. tit. de furt.
117 per offensam, num. 58. Item quod furtum non dicitur publicum crimen; etiamsi furcis quis pro illo suspendatur. Boss. tit. de furt. num. 59. Item quod
118 furti agi non potest, nisi res asportetur. Boss. tit. de rap. in 6. Sed potest agi actione iniuriarum. Item
119 quod furtum passus, qui tantum de ciuilibus cognoscat, hoc ipso videtur actionem criminalem, & pœnam remittere. Alex. in Apostill. ad Bart. in l. si ante, vbi allegat not. in l. si ab hostibus, ff. solut. matrim. Hieron. ad Angel. tract. malef. in verb. & ad
120 querelam, num. 94. Item quod furtum nullum parit inditium, nisi concurrant quatuor requisita. Primum quod constet de amissione rerum. Secundũ quod conquerens sit bonæ famæ. Tertium quod Reus alias fuerit suspectus similia commisisse. Quartum quod verisimile sit, quod Reus auferre potuisset res prætensas derobatas. Mascard. post alios quos allegat, conclus. 822. nu. 2. & num. 8. Vide etiam superius in verb. Furtum ad hoc vt probetur. Item quod
121 furtum, ad hoc vt dicatur commissum, non probant querela, acclamationes, & conquestus, qui fiunt ad vicinos nocte, vt veniant, & succurrant propter
122 aduentum furum. l. metum, C. quod met. caus. Alioquin multæ possent compingi fraudes, quibus per Iudicem omni cura obuiandum est. Specul. tit. de pignor. §. 1. col. 5. Natt. cons. 407. num. 3. & 6.
123 lib. 2. Immò vt constet de furto, non sufficit derobati acclamatio, & bona fama ad torquendum furem. Ità in indiuiduo scribit Specul. tit. de pignor. §. 5. vol. 5. vers. & nota, quod si credetur, quod ac-
124 clamationes non probant furtum, alioquin multæ fierent fraudes. Nec dissentit Natt. cons. 407. n. 4. seq.
125 Item quod furtum temperatur per velamen administrationis. Glos. l. tres tutores, ff. de administrat.
125 tutor. Item quod quamuis dicatur, quod in furto querela probat corpus delicti quando est porrecta ab homine bonæ famæ. Boss. tit. de delict. nu. 21. Ta-
126 men secundum alios d. querela accusatoris non facit, quod constet de corpore delicti, nec probat furtum. Follet. in terminis furti in sua prax. crim. in verb. capiat informationem, nu. 17. & 19. Ratio est, quia si huiusmodi querela, probaret furtum, faceret inditium, quod est falsum. Bart. l. lex Cornelia, ff.
127 de iniur. Natt. cons. 407. nu. 3. & 6. Item quod furtum occultum non potest ascribi alicui, nisi probetur, quod sit malæ famæ. Tradit Bal. in propriis terminis, l. 1. col. 2. C. locat. Ias. in l. in actionibus,
128 ff. de in lit. iuran. Item quod furtum non committitur, quando res non fuerunt consignatæ in sacculo, aut in specie, sed ad numerum. Ratio est, quia dominium non remanet in deponente, sed transfertur in Depositarium. Paul. de Castr. in l. si sacculum, ff. de deposit. Bald. in l. incendium, ff. si cert. pet. l. pen. ff. de condit. ob caus. Et est decisio in terminis, Cæpoll. Tholot. q. 168. Vbi fuit quæsitum, si pecunia fuit data per modum commendæ, vel depositi numerando; An depositarius committat furtum, & fuit negatiuè conclusum, vt in d. decis. Item quod
129 furtum celans, seu receptans puniri non potest,
130 nisi appareat, scienter id fecisse: Ratio est, quia quando copulatiuè duo requiruntur, alterum interuenire non sufficit, §. Præterea, instit. de obligat. quę ex quasi delict. nasc. vers. susceperit, Not. in l. eos,
131 C. de furt. Hinc est, quod scientia non præsumitur, nisi probetur. Hyppol. cons. 122. in fin. Dec. cons. 62. vers. & quando qualitas scientiæ. Item quod
132 furtum non dicitur quis commisisse, quando palam vendit rem furtiuam, seu palam tenet; nec etiam contra eum aliqua potest oriri suspicio. Tradit Clar.
133 q. 21. in fin. Item quod furtum potest impunè cõmitti in bonis meretricis; quia si impunè potest rapi
134 eius persona, quę est dignior rebus, seu rebus suis, vt in l. in pecudũ, ff. de vsur. & in §. in pecudum, instit.
135 de rerum diuisio. ergò impunè possunt rapi eius bona, Mars. in repetit. l. vnicæ C. de rapt. virg. Item quod furtum dicitur casus fortuitus, maximè quando fur aufugit v.g. per fenestram: Ratio est, quia nemo reperiri potest, qui semper inuigilet, nec id facere

cere

cere debet, l. seruitutes, ff. de furt. Et quod furtum
sit casus fortuitus est Text. in l. ratione la seconda in
princ. ff. ad l. falcid. Glos. in l. Cum duobus §. dam-
na fatalia, ff. pro Soc. Alber. in l. fortuitis, in verb.
vtrum furtum, C. de pignor. Nec facit v. g. quod
hospes receperit in custodiam valigiam, vbi adsint
136 bona; nam hospes tenetur de omni eo, excepto
casu fortuito. Vt per Bart. quem allegat, tradit Io-
an. de Anan. cons. 2. nu. 2. in fin. Et est Text. in l.
3. §. Prætor ait vers. indè labeo scribit, ff. naut. ca-
up. stabul. Et maximè, quando fuit ab hospite con-
137 signata camera derobato; nanq; quando Viatori
fuit consignata camera, hospes non tenetur de furto
commisso in valisia. Itá in l. 1. C. deposit. Boss. tit.
138 de furt. ad versus naut. nu. 5. Et maximè quando
constat de certo fure: Nam hospes tenetur solum de
eius facto, vel familia, l. 1. ff. naut. caup. stabul.
139 nam de aliis allogiantibus derobantibus non te-
netur hospes, si derobauerint, l. licet. §. in factum,
& l. 1. §. si quis argentum, ff. deposit. Ideò isto ca-
140 su non datur iuramentum in litem, Bart. in l. 1. ff.
deposit. Et quando furtum prouenit culpa Domini
derobati, sibi imputetur, c. damnum de reg. iur. in
141 sexto l. quod quis ex culpa, ff. eod. tit. Et quando
etiam furtum fuit commissum ab aliquo, qui con-
uersatur in hospitio ad inseruiendum hospiti, non te-
netur hospes, si non est de eius familia, licet inser-
142 uiat, quia non tenetur ipsum expellere ab hospi-
tio ratione exercitii; quia factum ob necessitatem nō
tenetur ad pœnam, Bal. & Ioan. de Plot. in l. 1. C.
de naufrag. lib. 10. Bertaz. cons. 195. n. 16. Et præ-
143 dicta coadiuuantur, quando hospes ex improuiso
aduisatus obstupet; quia præstat magnum suæ inno-
centiæ inditium, siue signum: Nam istud accidens
144 exterius innicat animum hominis intrinsecum; qui
145 animus etiam per signa cognoscitur, Bal. in c. du-
146 dum super prima Glos. de elect. Et quia ex quali-
tate actus alicuius illius animus, & intentio percipi-
tur. Pur. tract. de re iudic. in c. incipien. Cum inter
147 duos pugna nu. 6. Item quod furtum probari de-
bet à personis legalibus tantum non autem a taber-
148 nariis, & similibus, quorum genus furacissimum
est. Vt scribit Clar. §. furtum in fin. Et est descript.
149 in tit. Naut. Caup. Tabul. Item quod furtum re-
quirit legalitatem derobati scripserūt Foller. in pract.
crim. in verb. Capiat informationem nu. 17. seq. re-
fert, & sequitur Baiard. ad Clar. §. furtum num. 76.
150 Nec dissentit Bonifat. de furt. §. est num. 2. Item
quod furtum publicè committatur, aut in loco pu-
blico, non est verisimile: Ratio est, quia actus per-
151 niciosus publicè fieri non præsumitur, Soc. cons.
277. col. 1. vers. ad instantiam autem fratrum, Cra-
152 uett. cons. 75. nu. 18. Et super contraria præten-
tione, cum sit inuerisimile, non potest fundari præ-
sumptio, Bal. in l. fin. vlt. notab. C. de hæred. instit.
153 Crauett. cons. 8. nu. 6. seq. Et quod quis volue-
rit committere delictum, animo postea illud negan-
di, non est verisimile, nec credibile, l. hac consul-
tissima, in fin. C. qui testam. fac. poss. Aym. cons. 75.
154 nu. 19. & cons. 6. nu. 20: Et quod non est verisi-
mile, dicitur falsitatis imago, Bal. l. 1. col. 4. C. de
155 seru. fugit. Immò asserenti inuerisimile non cre-
ditur, Mars. l. 1. §. ad quæstionem num. 32. ff. de
quæst. Et super inuerisimili non potest fundari præ-
sumptio, Bal. l. fin. in vlt. notab. C. de hæred. instit.
156 Item quod furtum, quando patratur in aliqua ri-
xa coadunatione hominum facta incidenter, non qui
distant à loco delicti, sed Authores rixæ tantum te-
nentur, l. fin. C. de sicar. Vbi not. omnes, l. 3. §.
homines ff. vi bon. rapt. Anchar. cons. 217. nu. 27.
seq. diuers. lib. 1. Item quod ob furtum non potest
157 quis puniri pro bonis affidatis, l. inficiendo. ff. de
furt. Ias. in l. rem, quæ nobis, col. 2. ff. de acquir.
hæredit. Alex. in l. 3. §. si rem, ff. de acquir. posses.
158 Item quod furti solummodò tenetur ille, qui multis
vicibus furatur, idest hodie vnam rem, cras aliam,
Vt post Bal. quem allegat, tradit Ias. in §. ex male-
ficiis nu. 11. instit. tit. de act. Et nouissimè Caball.
159 casu 19. nu. 9. Item quod furtum commissum de
nocte potius per lasciuiam dicitur commissum, quo
casu mitius puniri debet, vt per plures authoritates
ostendit Foller. cons. 137. num. 5. seq. diuers. lib. 1.
loquens in fortioribus terminis in homicidio. Item
160 quod in furto non aggrauatur pœna, quando non
fuit patratum in loco religioso, nec de pecuniis de-
putatis ad honorem Principis, tum etiam ratione
temporis, si fuisset commissum in hebdomada san-
cta. Itá argumentatur Abb. cons. 25. num. 2. lib. 1.
161 Item quod furtum non dicitur probatum per ac-
cusatorem malæ famæ. Itá Foller. in pract. crim. in
162 verb. capiat informationem nu. 17. & 19. Alio-
quin. fierent multæ fraudes, si per conquestum pro-
baretur furtum. Vt post Specul. tradit Natt. cons. 407.
163 nu. 4. seq. Item quod furtum non dicitur commis-
sum, quando quis accipit bona alterius animo resti-
tuendi valorem, Alex. cons. 135. col. 2. vol. 1. Mars.
in pract. §. constante nu. 36. seq. & cons. 58. n. 17.
Nanq; præsumitur potius quis animo satisfaciendi,
quam furandi accepisse, Mars. cons. 21. nu. 14. &
cons. 35. nu. 9. & cons. 40. per totum. Et id ma-
ximè procedit, quando nulla violentia interuenit,
vel fractura, Alex. d. cons. 135. Nec dissentit Petr.
Calefat. cons. 106. num. 3. diuers. lib. 1. Veronen.
164 cons. 26. in tertio dub. Et quando pacatè bona
165 abstulit, cessat actio furti. Et huiusmodi animus
solo inquisiti iuramento probatur ad ostendendum,
quod animo restituendi abstulit bona. Vt per Glos.
in c. significasti, de homic. & ibi felyn. nu. 2. Cum
aliis adductis per Mascard. de probat. conclus. 94.
nu. 5. Idquè maxime credendum est, quando inqui-
situs in tortura dixit, Alber. in l. edictum nu. 9. C.
166 de quæst. Item quod furtum non dicitur, quando
quis dicit, aliquam mulierem ab ipso per plures an-
nos, seù menses detentam in sua domo derobasse
aliqua vestimenta, seù rem, quam mulierem non
permittebat cum aliis rem carnalem habere; nanq;
præsumitur, quod ipse d. mulieri dicta vestimenta
donauerit, l. si Seruus communis ff. de donat. inter
vir

167 vir, & vxor. Ratio est, quia vestimenta, quæ sunt
in continuo vsu, sequuntur mulierem, quando sunt
ei tradita. Ità Bal. cons. 92. in fin. lib. 2. Et in de-
putatis ad quotidianum vsum, veniunt etiam Anuli
168 traditi, Alex. cons. 42. in fin. lib. 5. Et ideò do-
natio facta Coccubine valet, l. donationes, ff. de
169 donat. Bertaz, cons. 532. n. 8. Item quod furtum
non committitur Domino volente §. placuit. Instit.
170 de obligat. quæ ex delict. nascunt. Item quod de
furto vt dicatur constare, testes in eorum depositio-
nibus concludere debent v. g. non sufficit dicere vi-
disse tamburrum in cubiculo, si non dicant etiam,
quod intus aderant v.g. vestimenta, seu alia bona,
prout necessario requiritur, ad hoc vt dicatur de fur-
ro constare, Bart. in l. si quando in fin. C. vnde vi,
171 Gram. cons. 54. nu. 2. Item quod furtum non di-
citur committere, qui aliquam rem emit palam, &
non videtur torquendus, nec aliqua pœna punien-
dus; cum non præsumatur scienter emisse, Bart. in l.
172 in ciuilem, C. de furt. Ratio est, quia dolus non
præsumitur in his, quæ palam fiunt. Argum. eorum,
quæ dicit Crauett. cons. 75. nu. 19. vers. tertio non
est verisimile lib. 1. Vulpell. cons. 129. nu. 24. Clar.
q. 21. sicut qui palam emit non habet contra se indi-
tium complicitatis, Castrens. in l. in ciuilem num. 1.
seq. C. de furt. Boss. de indit. nu. 6. Et ista est com-
munis opinio. Vt testatur Angel. de malef. in verb.
Et vestem cœlestem, col. 5. vers. quod si quis emit
opera clandestina, & furtim facta, sunt semper su-
173 specta, & detestata. Item quod furta plura com-
missa à diuersis, quandò non verificantur, prout ne-
cessario requiritur, vt apparere possit, quæ de dictis
furtis quis distraxerit, quæ pignorauerit, & quæ pe-
nes ipsum remanserint, non probantur. Ità Angel.
de malef. in verb. & vestem cœlestem. Nec dissenti-
unt, Mars. in l. 1. col. 4. ff. de quæst. Gram. cons. 37.
174 nu. 20. Tamen illud est omninò sciendum, quod
furta plura commissa ab vno contra aliquem; quam-
uis ex interuallo, & diuersis temporibus pro vno fur-
to habentur; cum sit eiusdem generis, & vna tantum
persona fuerit offensa. Ità eleganter scribit, Soc.
cons. 63. nu. 9. in secundo dubio, vers. nunc sumpta
occasione. Et subtilius tradit, Bal. cons. 247. lib. 5.
Nec dissentit Cœpoll. cons. 77. nu. 8. seq. vers. Item
quod ex hoc reiterauerint: Ratio est, quia delicta nō
sunt diuersi generis, seù diuersa, Not. in l. nunquam
175 plura, ff. de priuat. delict. contraria procedunt de
reiteratione delictorum, loquuntur, quando delicta
sunt penitus diuersa, & ad diuersos fines tendentia.
176 Et illud est omninò sciendum, quod delictorum
cumulatio non aggrauat pœnam, Prout Clar. §. fur-
tum, vers. aut verò respicit pœnam. Et quando Clar.
loquitur, quod aggrauat, dicit de eo, qui commise-
rat tertium furtum, & erat subditus vel ratione origi-
nis, vel domicilii. Vt in vers. mihi placet prima opi-
177 nio. Et furtorum reiteratio non aggrauat pœnam,
quia de consuetudine non seruatur illa asperitas le-
gum. Vt testatur, Gram. decis. 16. in fin. loquens
in propriis terminis, sed requirit pœnam relegatio-
178 nis. Vide superius in verb. furtum nō exigit. Item
quod furtum non dicitur habere, qui rem in domo
sua extare inuenit, quoniam tantummodò tenetur
de furti receptatione, qui dolo malo receptat, Bal.
in l. quicunq; 1. notab. nu. 1. C. de seru. fugit. Plot.
in l. si quando num. 859. C. vnde vi. Hinc infertur,
quod non dicitur receptator, qui inuenit extare rem
179 in domo sua. Ità notabiliter not. Bal. cons. 250.
nu. 10. lib. 1. Item quod furtum faciens non dolosè,
& non scienter non potest puniri. Ità Felyn. in c. si-
cut dignum nu. 6. de homic. Mars. in l. fin. num. 25.
ff. ad l. Cornel. de Sicar. & cons. 67. nu. 45. Et ante
eos scripsit, Bal. ad l. quicunq; col. pen. vers. nota
sexto C. de seru. fugit. Vbi quod præsumitur id igno-
180 ranter factum. Item quod furtum, quando fuit
restitutum, ratione euentus consideratur leue deli-
ctum, l. aut facta ff. dè pœn. Anton. Vrsatt. cons. 33.
181 nu. 6. diuers. l. 2. loquens in terminis furti. Item
quod furti in iudicio agi non potest, nisi prius de fur-
to constet. Ità in terminis decidit, Bart. in l. si quan-
182 do n. 4. C. vnde vi Crauett. cons. 260. col. 2. Item
quod furtum non dicitur probatum per famam, quā-
do testes desuper examinati non sunt vicini, prout
necessario requiritur. Ità post multos ostendit, Blanc.
183 de indit. nu. 15 Item quod furtum non commit-
titur, quando res restituitur suo Domino petenti, l.
184 Pomponius de acquiren. rer. domin. Item quod
de furto querelare aliquem post mortem dicitur lon-
gum silentium, & arguit dolum, Bal. cons. 37. in fin.
lib. 1. cum aliis adductis per Mascard. de probat.
185 lib. 1. conclus. 537. nu. 59. Item quod furtum si
quis dicat fuisse patratum v.g. cum fractura ostii, &
parietis, quod est corpus delicti in furto Bart. in d. l.
si quando in fin. C. vnde vi Specul. tit. de furt. §. 1.
nu. 25. vers. sed quando probabitur amissio, non di-
citur delicti corpus probatum, nisi de fractura do-
ceatur, Clar. q. 4. vers. quando vero, in fin. Et an-
te eum Foller. in pract. crim. in verb. capiat infor-
186 mationem nu. 17. & 19. Ratio est, quia dispositio
non procedit, nisi verificetur id, super quo d. dispo-
sitio fundatur, Glos. in l. mancipia in verb. aduocan-
187 dum C. de seru. fugit. Et non potest alicui ascribi
delictum, nisi prius constet illud fuisse commissum,
seù patratum l. 1. §. Item illud, ff. ad Syllan. Quini-
mò si constaret de corpore delicti inquisitus non est
189 torquendus, si non appareant inditia. Et inditia
remota, vt v.g. venditi scalpelli probari debent per
duos testes contestes de loco, & tempore, Glos. in l.
fin. C. famil. hæcisc. Et vnum inditium remotum
non sufficit ad torturam, Bart. in l. fin. ff. de quæst.
Bal. in l. congruit, ff. de offic. Præsul. cum vulg. Et
inditia remota, etiamsi sint plenè probata, non suffi-
190 ciunt ad torturam, Gram, vot. 6. col. pen. Boer.
191 decis. 163. col. fin. Nec etiam mendacium dictum
v.g. quod luxit in Coquina domus, non autem in ca-
192 mera non facit inditium ad torturam; cum non sit
inditium super delicto. Vt benè adnotat, Blanc. ad
l. fin. nu. 263. Carrer. in sua pract. nu. 119. Vbi de
communi. Idque eo magis dici debet, quando adest
negá-

negatio Rei illius, cuius affirmatio non est in consideratione. Vt per Marf. conf. 51. n. 67. Vide etiam superius in verb. furtum non probatur per fracturam.
193 Item quod furtum receptans opem furi præstare non dicitur, quando scienter non receptauerit, & cælauerit. Et ista duo, scilicet quod scienter receptauerit, & cælauerit, copulatiuè requiruntur, quia alterum interuenire non sufficit. Ita probat Text. in §. præterea illic, de obligat. quæ ex quasi del. nasc. ibi
194 susceperit. Item quod furtum non dicitur commissum, quando pecuniæ non fuerunt subtractæ à furibus; sed v.g. à Petro inscio eius socio Paulo ex banco; qui non potest agere contra eius socium Petrum actione furti, sed actione triticaria ad restitutionem pecuniarum, Conrad. in pract. in Rubt. de furibus nu. 10. & 13. Baiard. §. furtum tit. 125. Petr. reg. sintam. iuris lib. 37. c. 1. rubr. de furt. nu. 22. Nec
195 est nouum, quod ei, qui habet tantum actionem personalem ad rem consequendam non competat actio furti, l. eum qui ff. de furt. cum aliis adductis per Andr. de Alpher. conf. 26. nu. 24. diuers. lib. 1. Vnde si ipsi non competit actio furti contra N. ex quo subtraxit pecuniam ex banco inscio socio; cla-
196 rum est, d. N. non posse puniri pœna furum; quia actionis diuersitas, & modi procedendi ex ea resultat diuersitas dispositionis, & rationis, l. illud ff. ad l. Aquil. Alex. in l. si res §. seruus ff. ad Trebell. Et ista diuersitas rationum criminis diuersitatem designat; l. si idem cum eodem C. de Codicill. Natt. conf. 672. nu. 37. Comprobantur prædicta conside-
197 rato quod ratio, quæ est lex communis ad omnes casus consideratur, Calder. conf. 1. tit. de regul. lit-
198 terarum. Diuersitas casuum quando est, diuersa quoquè ratio est: Nam aliud est subtrahere aliquid à furibus, aliud est ab his, qui non derobauerunt:
199 Et cum sit diuersa ratio, idem ius statui non debet, Crauett. conf. 187. nu. 2. arguendo à contrario sensu. Nec casus iste recipit extensionem, cum sit diuersus, & dissimilis ab aliis casibus etiam ex maioritate rationis, quod plus est Anchar. conf. 151. in fin. Crauett. conf. 6. nu. 11. Et cum fuerit prouisum speciali actione triticaria, nulla fit extentio. Ità Bal. in l. transigere nu. 11. vers. iste passus C. de transact. Immò etiam qui subripuerunt pecunias, quamuis magnæ quantitatis, non videntur puniendi pœna mortis naturalis. Idquè ex pluribus. Primò quia pecuniæ fuerūt amotæ à Banco, vbi N. habebat socium, & per fallaciam, ac dolo malo, ac animo illas cælandi abscondit illas v.g. in Palatio N. ideò socius furti agere non potest, Text. expressus in l. rei communis ff. pro Soc. Quo vero ad inquisitum N. qui abstulit pecuniam derobatam, cessat actio furti, & datur actio triticaria contra inquisitum N. l. 2. ff. de tritic. Bart.
200 in l. Itaq; fullo, in fin. ff. de furt. Ratio est, quia ex iniquitate N. non debet consequi actionē, l. Itaq; fullo. Vbi Bart. in princ. ff. de furt. Et ista actio furti datur pro interesse, quod non est sine iniquitate, & improbitate eius. Hanc rationem reddit Bart. in d. l. Itaq; fullo. propè fin. Altera ratio restat, quia istę pecunię
201 erant transportandæ v.g. ad aliam Ciuitatem extra statum Ecclesiæ contra formam bannimentorum, vbi cauetur, pecunias non posse asportari extra statum Ecclesiæ. Vnde cum inquisiti causa nō fuerint asportatę, cessare debet pœna vltimi supplicii; cum quicquid est causa causę, dicitur causa causati, l. manumissiones, & l. seq. ff. de iust. & iur. Corn. conf. 144. vol. 1. Vnde enim subtractio huiusmodi pecuniarum fuerit causa, quod pecunię non fuerunt transportatæ extra statum Ecclesiæ, pœna minoranda est. Altera subest causa ratione euentus, quia v. g. pecuniæ fuerunt inuentę, & consignatę cui debebantur, Argum. l. aut facta, ff. de pœn. vbi consideratur euentus Anton. Vrsatt. conf. 33. nu. 6. diuers. lib. 2. lo-
202 quens in propriis terminis. Tertia ratio est, quando Reus semel tantum deliquit, pœna minoranda est. Vt per Gand. tract. de malef. rubr. vtrum pœna possit aug. Per Text. in l. etsi seuerior C. de infam. Paris. de Put. tract. de sindic. in verb. composito, col. 2. vbi quod absurdum est, quem statim punire pro vno delicto, maximè pœna illa asperrima mortis na-
203 turalis. Refert, & sequitur Natt. conf. 458. in fin. coadiuuantur prędicta, considerato quod inquisitus excellit in sua arte, quod sit, quod ob eius peritiam pœna minoranda est, Couar. variar. resolut. lib. 2. c. 9. nu. 6. vbi quod ità communiter recipitur, Clar.
204 q. 60. vers. pariter etiam vbi de communi. Item quod furtum commissum non appensatè, sed casu, aut nacta occasione est excusandum, & iudicandum
205 non dolo malo commissum. Nec id mirum videri debet, quia actus iudicari debet potius licitus, quam illicitus. Alciat. tract. de præsumpt. 3. reg. 1. præ-
206 sumpt. sequitur Bertaz. conf. 385. nu. 10. Et cum hoc sit quoddam dependens ab animo, iuramento probatur vt in §. Aliæ instit. de actio. maximè quando non sumus in his, quæ non sunt de genere prohibitorum, Soc. in l. 1. nu. 15. ff. de eo, per quem factum erit, Marf. conf. 61. num. 28. vbi adducit con-
207 cordantes. Hinc infertur, quod actus semper præsumitur factus ex causa necessaria, Bart. per illum Text. in l. fin. C. de alim. cum aliis infinitis adductis per Crauett. conf. 149. nu. 12. & non dolo malo.

Et in hac furti materia infrascripta per Iudicem
208 omninò sunt aduertenda. Primò quod fur, vt sibi inditium faciat, necesse est, vt habeat multam pecuniam vltra solitum; Et isto casu oriretur inditium temotum à delicto, seù maleficio, Dec. l. milites de
209 quæst. Et illud per Iudicem est omninò sciendum,
210 quod inter furem, & latronem est differentia: Nam fur dicitur ille, qui sine armis, & violentia, sed secretè aliquid furatur. Immò fur, quamuis derobauerit in via publica sine armis, & violentia, non potest dici latro, latro vero dicitur, qui latrocinium commi-
211 sit cum armis, & violentia, Cæpoll. conf. 71. col 3. post med. nu. 15. vers. nam latrocinium est;
212 Et ideò latrones nuncupantur, qui in stratis publicis homines aggrediuntur, & violenter illos spoliant, & furantur, l. capitalium §. famosos, ff. de pœn. Salyc. l. fin. col. 2. in fin. nu. 6. C. de accusat.

Secun-

213 Secundò quod furum pœna eſt extraordinaria,
Gloſ. in l. ſubtracto. C. de furt. ideſt Iudicis arbitra-
ria. Vt declarat Veronen. in Auth. ſed nouo iure C.
de ſeru. fugit. nu. 64. Menoch. de arbitrar. Iud. lib. 2.
214 caſu 292. nu. 7. ſeqq. Tertiò quod furibus ad mi-
norandam pœnam prodeſt caſſatio querelæ, Boſſ. tit.
de furt. nu. 58, Anton. Vrſatt. conſ. 35. nu. 6. inter
215 conſ. crim. diuerſ. lib. 2. Quartò quod fur dicitur,
qui palam furatur, ſed non dicitur manifeſtus, niſi
ſecuta poſt eum deprehenſione, vel acclamatione,
216 Boſſ. tit. de furt. nu. 4. Quintò quod fur quis non
præſumitur, ex eo quod res furtiua penes ipſum re-
perta eſt, l. in ciuilem. Vbi Gloſ. Bart. & Bal. ac
etiam Caſtren. C. de furt. Salyc. l. fin. C. de quæſt.
Alciat. tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 29. niſi
217 ſcienter emerit. Nec ex hoc ſolum torturæ locus
erit, ſi fuerit bonæ famæ, nec furari aſſuetus, Marſ.
ſing. 392. Alciat. ſupra Vulpell. conſ. 149. nu. 5. ſeq.
Sextò quia fur ſolummodò poteſt accuſari ab illo,
cuius intereſt, quia furtum eſt crimen priuatum, &
218 non publicum, l. fin. ff. de priuat. delict. Et nullus
ad accuſandum admittitur, niſi cuius intereſt, nam
219 cuius intereſt, ille accuſare poteſt, l. manifeſtiſſi-
mi C. eod. & ibi not. & d. l. fin. ff. de priuat. delict. Bo-
nifat. Rubr. de furibus, latronibus, &c. num. 35.
220 Septimò quod de furto accuſatus legitimis præce-
dentibus inditiis, & tortus, ſi confiteatur furtum, non
poteſt de iure iterum torqueri, nec examinari de aliis
furtis, de quibus non eſt accuſatus, argum. l. is, qui
ff. de quæſt. l. fin. C. de act. l. momentaneæ C. qui
221 legi perſon. ſtan. in Iud. non hab. Ratio eſt, quia
ſuper aliis non præcedunt inditia, & ſine inditiis ne-
mo eſt torquendus. Vt l. milites C. eod. l. ſicut C. de
falſ. ſed de conſuetudine ſeruatur contrarium per
multos Aſſeſſores, & malè quidem, vt puto: Sed ſi
procederetur per inquiſitionem, tunc aliud fortè eſ-
222 ſet; quia ad Iudicis officium pertinet inquirere, &
punire. Vt l. congruit, ff. de offic. Præſid. & l. 3.
extra de offic. ordi. c. 1. Bonifat. Rubr. Quæ inditia
223 debeant nu. 7. Octauò quod fur reſtituens res de-
robatas mitius eſt puniendus, l. aut facta, ff. de pœn.
Et ità in terminis furti ſcribit Anton. Vrſatt. conſ. 33.
224 nu. 3. diuerſ. lib. 2. Nonò quod furtum commit-
tens, quando repertus eſt in fragranti, non poteſt
capi, niſi fuerit captus cum furto præmanibus, ità vt
furtum negare non poſſit §. furtorum verſ. manife-
ſtus fur. inſtit. tit. de obligat. quæ ex delict. naſcunt,
Bart. & Alex. in l. 2. ff. de fur. Bal. in Auth. quas
actiones C. de ſacroſanct. Eccleſ. Nec ſufficit, quod
225 quis viſus fuerit furari; ſed oportet, vt excitato
clamore monitus fuerit, vt manifeſtus fur dicatur,
Clar. poſt alios, quos allegat in §. furtum verſ. 1.
226 Decimò quod fur, quando confitetur maria, &
montes, ideſt plura furta commiſiſſe. Iudex debet
eſſe benè cautus, nè damnet animam, & corpus ſu-
um, quod velit dicta furta alibi commiſſa qualifica-
re, & verificare, mittendo nuncium ad habendam
informationem pro veritate, & ad reperiendum dd.
furta, ità quod appareat, quæ dixtraxerit, & quæ
pignorauerit, & quæ penes ſe, vel alium habeat; alias
ſepè innocentem condemnaret, qui metu tormento-
rum multa non vera confitetur, contra l. abſentem,
ff. de pœn. Et vide etiam ad hoc Io: Andr. in addit.
ad Spec. in tit. de Sen. in verb. Titius fuit confeſſus.
Et Gand. tract. Maleſ. in Rubr. qualiter fiat accuſa-
tio. Et Angel. in l. 1. C. de confeſſ. qui dicit, quod
ſi fur confitetur occidiſſe hominem, qui viuit, appa-
ret, quod confeſſio non tenet, neq; ligat confiten-
tem. Vt l. inde Neratius §. fin. cum l. ſeq. ff. ad l.
Aquil. Si autem conſtat hominem occiſum, ſed ne-
227 ſcitur à quo tunc confeſſio ligat. Vndecimò quod
ſi res furtiua, reperitur penes aliquem, haud ſatis eſt
ad torturam, Vulpell. conſ. 149. nu. 1. ſeqq. Duo-
228 decimò quod furti criminaliter procedi non po-
teſt, vbi non apparet, quod furtum ſaltim in genere
fuit factum, Boſſ. tit. de delict. nu. 22. Deniq; illud
229 per Iudicem eſt omninò ſciendum, quod fur val-
dè differt à latrone, quoniam latro dicitur ille, qui
in ſtratis publicis homines aggreditur, & violenter
illos ſpoliat, & furatur d. l. capitalium §. famoſos ff.
de pœn. Salyc. l. fin. col. 2. in fin. nu. 6. de accuſat.
230 Et latrones ſoli non ſunt, ſed plures, nec ſine re-
ceptatoribus lex faciliter permittit de ſociis intero-
gari; cum vt plurimum ſint ignoti, & occulti. Idem
poteſt dici de falſatoribus monetarũ, vt l. 1. C. de fal.
monet. quia regulariter in eo miniſterio plures ſunt
231 neceſſarii. Idem dicit de his, qui contra Princi-
232 pem moliuntur, quia talia nõ conſueuerunt com-
mitti per vnum ſolum. Aut eſt delictum, quod con-
ſueuit ſine ſociis, & tunc aut delictum eſt contra cõ-
233 munem ſalutem omnium; & tunc de ſociis poteſt
interogari, l. fin. C. de male, & math. Ratio eſt,
quia & contra ſocios inquirere intendit ad commu-
nem omnium ſalutem. Et ideò niſi radicitus tale vi-
tium extirpetur, ſalus communis non habebitur. Et
234 idem etiam poteſt dici, quod de latronibus dictum
eſt ſupra. Vbi autem hæc ceſſant, de aliis non debet
235 interogari, vt d. l. fin. & d. l. repet. Verum latro
pœna mortis puniri non poteſt, niſi aſſiduè latroci-
nari conſueuerit; cum latro famoſus ille dicatur, qui
ſaltem per tres vices latrocinium commiſerit. Vt not.
236 omnes Auth. ſed nouo iure C. de furt. refert, &
ſequitur Brun. conſ. 115. num. 75. cum ſeqq. inter
conſ. crim. diuerſ. lib. 2. Et illud per Iudicem eſt ſci-
endum, quod latrocinium reſpectu derobati connu-
meratur inter caſus fortuitos, Text. eſt in l. ſi metus
§. vis maior ff. locat. l. qui fortuitis C. de pignor. act.
Bart. in repetit. l. pignus in fin. C. eo. Rom. conſ.
345. nu. 3. ver. inſidiæ autem afflict. deciſ. 54. in fin.

DISCEPTATIO XXVI.

De Homicidio.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium quando quis commiſit, ſi fuit aggreſ-ſus, abſoluitur.*

2 *Homicida non punitur, quando interfecit aliquem ad defenſionem ſuæ vitæ.*

3 Metus

3 *Metus semel illatus præsumitur durare.*
4 *Defensor propria vitæ in nullo peccare dicitur.*
5 *Homicidium si quis ad necessariam sui defensionẽ committat nulla pœna punitur.*
6 *De homicidio non tenetur, qui contra se venientem gladio repellit.*
7 *Homicida venit liberandus à pœna ordinaria, si interfectus dedit causam eundo armatus contra ipsum noctis, vel diei tempore.*
8 *Homicida si calore iracundiæ homicidium committat, mitiori pœna, non autem ordinaria puniendus est.*
9 *Homicida in causa alterius homicidæ non admittitur in testimonium.*
10 *Homicida, si in ludendo v. g. ad casum homicidium committat, non punitur pœna ordinaria.*
11 *Homicida, si v. g. est miles, & venit percussus alapha, vel lapide, licet ei percussorem occidere causa propria honoris.*
12 *Honoris periculum æquiparatur periculo vitæ.*
13 *Homicida si fuit prouocatus quacunquè prouocatione, siue offensa debet mitius puniri.*
14 *Offensa facta alicui eius animum deliberatum excludit.*
15 *Homicida si fuit prouocatus, potest absquè incursu pœnæ prouocantem fugientem interficere.*
16 *Offensus non potest habere stateram præmanibus, & mensurare ictus.*
17 *Dolore promotus non est in plenitudine intellectus.*
18 *Metus improuisus tollit rectum iudicium deliberandi homini aggresso.*
19 *Homicida, si homicidium extra statum Ecclesiæ committat, Romæ puniri potest.*
20 *Roma est communis patria,*
21 *Homicidium vbiquè de iure communi punitur pœna mortis.*
22 *Homicidium alibi commissum, de quo constat in Curia Romana per confessionem Rei, potest puniri in ea.*
23 *Sententia secundum iuris dispositionem lata potest exequi per Iudicem alterius territorii.*
24 *Homicidium aggrauat delictũ in Vrbe commissũ.*
25 *Homicidiis casualibus olim sex Ciuitates pro immunitate constitutæ fuerunt.*
26 *Homicida si iuret, quo animo occidit, eius iuramento statur.*
27 *In delictis animus, non autem euentus inspicitur.*
28 *In delictis principium non vulnus consideratur.*
29 *Rixa præcedenti probata Reus se defendit de animo præmeditato.*
30 *Homicida si quis fuit sui ipsius bonorum confiscationis pœnam non habet.*
31 *Homicida, vel quis alius si commisit delictum, fugiens ad aliam terram, vel locum debet capi, & remitti ad locum vbi commisit delictum, sed de consuetudine non seruatur.*
32 *Homicida si exiuit de domo animo spatiandi, cessat præsumptio quod animo occidẽdi percusserit.*
33 *Natura cognationem quandam instituit inter homines.*
34 *Delictum non præsumitur commissum, quando non adest causa.*
35 *Homicida si fuit homo pacificus, quietus, ac benè morigeratus, pro eo præsumendum est.*
36 *Occisus quando fuit inquietus, rixosus, &c. contra eum presumendum est, idest quod primus percusserit.*
37 *Homicida si percusserit, dum ei iniuria inferebatur, mitius puniendus est.*
38 *Homicida si verbis iniuriosis prouocatus fuit, si occidit prouocantem, mitius puniri debet.*
39 *Homicida non præsumitur vulnerasse animo occidendi illum, quem vnico ictu percussit.*
40 *Oppositum in opposito idem operatur, quod propositum in proposito.*
41 *Homicida si v. g. dixit occiso,* fermati nõ t'accostare, *præsumitur non accecisse animo deliberato, & ex proposito committendi homicidium.*
42 *Homicida si iusto dolore commotus homicidium committat vt v. g. quia occisus rem habebat cum sorore, seù filia, aut vxore, mitius puniri debet.*
43 *Pœna quæ à iusto dolore prouenit, mitigari debet, & leuior venit imponenda.*
44 *Homicida si iusta iracundia impulsus occidit, mitius punitur, quam qui nulla iusta causa homicidium commisit.*
45 *Homicida à testimonio repellitur.*
46 *Homicida, si occidit aliquem cum percussione lapidis, non est puniendus pœna mortis.*
47 *Homicida si quis fuit, & non constat.*
48 *Homicidam si quis post homicidium associet.*
49 *De homicida si constet, non potest præsumi contra alios.*
50 *Homicidium si fuit impetu commissum, & constat de homicida Auxiliator non punitur de occiso.*
51 *Ignoranter lex non obligat.*
52 *Homicidium si fuit commissum de nocte.*
53 *Testes inhabiles admittuntur ad inquirendum, quando sunt plures.*
54 *Testes duo non omni exceptione maiores loco vnius habentur.*
55 *Homicidium si fuit ab aliquo commissum calore iracundiæ à pœna homicidij recedendum est.*
56 *Homicidium si fuit commissum extra terras Ecclesiæ ratione loci commissi delicti ob consuetudinem minoranda est pœna.*
57 *Consuetudo in pœnis infligendis tantum potest, quantum lex.*
58 *Pro delicto commisso extra statum Ecclesiæ non offenditur Princeps.*
59 *Homicidium si fuit commissum sine dolo, idest casualiter in pura rixa mitiori pœna punitur.*
60 *Homicidium si non constat fuisse commissum in personam alicuius, non potest procedi contra aliquem etiam auxiliatorem.*
61 *Delinquentis incertitudo in accessorio infert impotentiam procedendi.*
62 *Ex rixantibus pluribus si non constet quis v. g. commiserit homicidium, si vnus ipsorum captus fuerit absoluendus est.*

63 *Incer-*

63 *Incertitudinem lex multum detestatur.*
64 *De homicidio si Iudex agere vult, grauem debet habere causam.*
65 *Sine causa nemo præsumitur delinquere velle.*
66 *Cum causa aliquid factum fuisse lex præsumit.*
67 *Homicidium si quis committit calore iracundiæ pœnam mortis non mæretur.*
68 *Prouocatio licet non excuset in totum, tamen alleuiat pœnam.*
69 *Homicidam punire est in potestate Iudicis, quem impulit iracundia etiam orta aliter quam ex facto offensi.*
70 *Homicidium si aliquis dicat non commisisse, & quod si commiserit fecit ad sui defensionem, habetur pro verè negante.*
71 *Homicidium si fuit commissum causa honoris, mitius puniri debet, quia honorem, & famam amittere, morti æquiparatur.*
72 *Famam, & honorem sicut negligens crudelis est.*
73 *Homicidium causa honoris committenti compatiendum est.*
74 *Homicidium si causa honoris fuit patratum, eo ipso quod probatio fuit facta, reddit rem notoriam, quæ non eget probatione.*
75 *Dolore iusto commotus si occiderit mitius puniri debet.*
75 *Homicidium si dolore iusto quis commiserit, mitius puniri debet.*
76 *Pœna, quæ à iusto dolore prouenit, leuior venit imponenda.*
77 *De iniuria atroci non cõuenit alicui adire Iudicē.*
78 *Homicidium si committatur, debet probari per euidentiam facti, non per famam.*
79 *Homicidium si committatur, quando non est probatur, perindè est, ac si factum non fuisset.*
80 *Homicidium si in rixa commissum fuit nulla præcedente inimicitia, non punitur pœna mortis naturalis.*
81 *Rixa vbi interuenit, cessat animi deliberatio.*
82 *Occisus quando fuit in culpa, occisor mitiori pœna punitur.*
83 *Homicidium si non est sequtum, prout minæ sonabant nullum dictæ minæ pariunt inditium.*
84 *Homicidiū si committat mulier honesta, & vxorata.*
85 *Homicidium si fuit commissum à Muliere, non præsumitur quod dolo malo idipsum patrauerit.*
86 *In muliere non præsumitur dolus.*
87 *Homicidium si dicatur, quod est de genere prohibitorum, non tamen præsumitur dolo commissū, nisi qualitas pensamenti probetur per Fiscum.*
88 *Homicidium si testes dicant fuisse casuale, præferuntur testibus deponentibus illud fuisse appensatè.*
89 *Homicidium, quod committitur in Iudeum, quarè dicitur grauius quam quod committitur in Christianum.*
90 *Ad homicidium committendum, vt tractatus præsumatur factus tria concurrere debent.*
91 *Homicidiū nō præsumitur factū, sed probari debet.*
92 *Sanguinis coniunctio non est sufficiens ad præsumendum homicidium, vel mandatum ad ipsum.*
93 *Homicidium cum consistat in facto, probari debet, quia facta probanda sunt.*
94 *Delinquens si opera mea, & tractatu commisit delictum, à me commissum dicitur.*
94 *Homicidium si quis opera mea, & tractatu cōmisit à me commissum dicitur.*
95 *Homicidium si Fiscus commisit, non dicitur comisisse de mandato patris.*
96 *De homicidij ratihabitione per alium commissi, vt quis teneatur duo requiruntur.*
97 *Ob Homicidium attentatum, sed non secuto effectu non potet pœna ordinaria imponi.*
98 *Archibusij exoneratio non secuta morte non punitur pœna ordinaria homicidij.*
99 *Homicidium si quis fecisse negat, & incontinenti dicat, si feci, id feci ad meam defensionem, admittitur distinctè.*
100 *Homicidium si fuit commissum noctis tempore in personam incognitam, pœnam corporalem non exigit, sed aliam mitiorem.*
101 *In homicidio noctis tempore commisso in personā cognitam coniecturæ loco probationis habentur etiam in criminalibus.*
102 *Factum de nocte à communiter accidētibus actu, & habitu est difficilis probationis.*
103 *Coniectura qua dicatur.*
104 *In homicidio quando occisor teneatur de excessu.*
105 *Excessus quomodo intelligatur.*
106 *Aggressor quando est robustior, & fortior corpore Aggresso, dictus Aggressus potest etiam inæqualibus armis se defendere.*
107 *Aggressus quando ob homicidium commissum in nullam pœnam incidit.*
108 *Homicidium non potest probari per instrumentū.*
109 *Homicidium si fuit commissum sine causa, intrat causa exclusiua delicti.*
110 *Delictum non præsumitur commissum sine causa.*
111 *Homicidij causæ quando adsunt, debent esse graues, & non leues.*
112 *Homicidium nemo præsumitur committere velle ex leui causa.*
113 *Læsionem paruam lex non considerat.*
114 *Dolus ex parua re non præsumitur.*
115 *Causa grauis præcedere debet, & non leuis, vt delictum præsumatur commissum ab aliquo.*
116 *Homicidio requiritur causa grauis.*
117 *Sine causa nemo præsumitur delinquere velle.*
118 *Lex non præsumit aliquid factum sine causa.*
119 *Homicidium si fuit casu commissum interueniente aliqua culpa, punitur homicida pro modo culpæ pœna pecuniaria, vel exilio.*
120 *Homicidiū cōmissum causa honoris permissū est.*
121 *Homicidium si fuit commissum de nocte, quāuis quis fuisset præsens, tamen non potest deponere vidisse interfectorem, nec potest super ipso torquere vti verisimiliter informatus.*
122 *Homicidium si fuit casu factum sine aliqua culpa, est impunitum.*

123 Ho-

123 *Homicidium si constat, cuius ictu commissum fuerit, alij non puniuntur de occiso, nec tanquã opem præstantes, quando ideò d. homicidium fuit impetu commissum.*
124 *Homicidio quando constat de certo interfectore, vtiq; non est vlterius inquirendum contra alium.*
125 *Homicidium non præsumitur commissum ex proposito; & appensatè, nisi illa qualitas pensatamenti à Fisco probetur non præsumptiuè, sed clare, & certè.*
126 *Homicidium vt credatur commissum ab aliquo, debet probari causa grauis, sine qua non creditur commissum.*
127 *Causa debet esse verisimilis.*
128 *Homicidium quod quis committat ex leui causa, non presumitur.*
129 *Homicidium si non adest relatio Chirurgi, nec visitatio Notarij, prætensus homicida nec detineri potest in carcere, nec examinari debet.*
130 *Lex quando requirit aliquid respectu certæ rei, debet prius de illa re constare.*
131 *Qualitatem qui vult probare, debet prius probare substantiam.*
132 *Cadauer quando est fœtidum ascribitur negligentiæ Curiæ.*
133 *Curiæ) Fisci) negligentia non debet nocere Inquisito.*
134 *Dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo fundatur.*
135 *Sanguis repertus in Cadauere, puta in Campanea non probat corpus delicti in homicidio.*
136 *Coniecturalis certitudo dicitur imperfecta, & nõ liquida probatio.*
137 *Probatio non debet esse per coniecturam.*
138 *In homicidio necessariò requiritur inspectio vulnerum.*
139 *Homicidium, in quo remanent vestigia, constare debet per testes, vel probationes liquidissimas.*
140 *Probatio liquidissima illa dicitur, quæ v. g. fit ex aspectu vulnerum, & dicitur ocularis, & est per rei euidentiam optima, & superlatiua omnium aliarum probationum.*
141 *In homicidio liquidè constare dicitur de corpore delicti, quando nihil est probandum.*
142 *Sanguis non operatur, vt Fiscus alia probatione non egeat, ex quo non concludit ex vulnere prouenisse.*
143 *In cadauere Fiscus non potest prætendere vulnera haberi pro annotatis, ex quo Cadauer est putrefactus.*
144 *Impossibile illud potest dici solum, quod vllo vnquam tempore fieri potest.*
145 *Delictum si fit occultè commissum, ignoranti currit tempus ad inquirendum.*
146 *Circa cadauer repertum in campanea currit tempus Curiæ etiam ignoranti ad inspiciendum ante putrefactionem, an adsint vulnera.*
147 *Permissum certo tempore fieri, censetur alio tempore prohibitum.*
148 *Negligentia alicuius eidem non debet subuenire.*
149 *Cadauer quando iacuit in loco publico, ignorantia non excusat.*
150 *Ignorantia crassa, & supina non excusat.*
151 *Cadauer non solum inspici debet, sed etiam recognosci, nempè quod sit Petrus.*
152 *Formæ omissio in qualibet minima parte reddit processum nullum.*
153 *Notario tantummodò creditur de quibus gesta sunt coram eo, & non ab eo.*
154 *Notarius non potest fungi officio testis, & Notarij in eodem actu.*
155 *Personæ identitas per testes est probanda.*
156 *Cadauera occisorũ antequam sepelliantur, examinari debent Testes videntes cadauera super illorum nominibus, & cognominibus, dum erant in humanis.*
157 *Cadauer quando fuit humatum, non possunt amplius examinari testes.*
158 *Probatio nulla maior, quam euidentia, quæ nulla legis virtute excludi potest.*
159 *Oculus quod vidit, nemo fœliciter negat.*
160 *Iudicem oportet cuncta rimari, & rerum ordinẽ plena inquisitione discutere.*
161 *Iudex, qui est minister Dei in terris, debet conformare iudicium suum cum veritate, & ipsam summopere iuuare, & ad lucem perducere.*
162 *Cadauer quando non est humatum, ad ipsius recognitionem sunt examinandi testes existente ipso cadauere super terram.*
163 *Instrumenta) Testes) post conclusum in causa procedi possunt*
164 *Testes, qui ex facto Fisci, qui eos induxit, si nõ fuerunt examinati, post conclusum in causa non possunt iterum examinari.*
165 *Homicidium si fuit commissum per ebrietatem, seu vinolentiam, non dicitur animo deliberato commissum.*
166 *Ebrius non longè distat ab insano, demente, & furioso.*
167 *Ebrietas vbi est, ibi, & furor est.*
168 *Si ebrietate delinquens non dicitur studiosè delinquere, sed impetuosè.*
169 *Homicidium si commuttatur, cognoscitur tantum à Iudicibus ordinarijs, idest à Gubernatoribus Status Ecclesiæ.*
170 *Homicidio si aliquis præsens fuerit, nulla pœna tenetur; etiam si non obuiauerit, licet obuiare potuerit.*
171 *Opem) Auxilium) non dicitur præstare, qui non iuuat eum, qui occiditur.*
172 *Delicto) Homicidio) quis obuiare tenetur duobus concurrentibus.*
173 *Prohibere quis potuisse non dicitur, nisi commodè prohibere potuerit.*
174 *Homicidium si committatur, eius defensio satis dicitur probata, si testes dicant v. g. Caium occidisse Titium ad suam defensionem*

175 *Homicidium si committatur, vt probetur duo requiruntur testes contestes de loco, & tempore.*

176 *Homicidium si fuit commissum ab aliquo, si adest inimicitia propria committentis, ob illam, & non ex consilio alterius prouenisse dicitur.*

177 *Homicidium si fuit commissum inter amicos, dicitur casuale.*

178 *Homicidium si Testes deponant fuisse causale, præferuntur deponentibus illud fuisse appensatum.*

179 *Homicidium si committatur, pœna tollitur, quando adest incertitudo delinquentis.*

180 *Incertitudo delinquentis) in accessorio infert Delinquens incertitudo) impotentiam procedendi; vel minuit pœnam.*

181 *Homicidio si adsint etiam inditia indubitata, non tamen sufficiunt ad pœnam mortis imponendam.*

182 *Ex inditijs vrgentissimis, & indubitatis quidam homicida fuit transmissuī ad triremes.*

183 *Pœna mortis imponitur, quando astant probationes luce meridiana clariores.*

184 *Inditia indubitata, seù præsumptiones sufficiunt ad pœnam pecuniariam tantum.*

185 *Inditium indubitatum nullum adeò est, quin aduersus illud possit probari contrarium.*

186 *Homicidium si fuit commissum in præsentia Berroariorum, quia ipsis iniuria facta censetur, non probant.*

187 *Homicidium si quis de vno loco separato committat puta à iurisdictione Ecclesiæ, non dicitur bannitus de alio loco.*

188 *Delinquens in vna Ciuitate separata, non potest puniri in alia Ciuitate.*

189 *In homicidio si plures interuenerunt, nullus tenetur de delicto alterius, sed vnusquisq; tenetur de eo, quod fecit.*

190 *Delinquentes quando sunt plures, vt vnus teneatur de delicto alterius, oportet, vt præcesserit tractatus.*

191 *In homicidio si quis solus occidit, ipse tenetur, sed si alius solum admenauit plactonatas, pœna extraordinaria punitur.*

192 *Ex rixantibus pluribus si quis vulnus lethale intulit, alij verò non lethale, is veluti homicida tenetur, alij verò non, sed vti auxiliantes.*

193 *Ad homicidium præsentia sola non inducit, vt quis teneatur de auxilio.*

194 *Præsentia sola cum armis, ac etiam cum euaginatione ensis non sufficit ad præstandum auxilium, & opem.*

195 *Homicidium si quis committat ad sui necessariam defensionem, in nullo peccasse dicitur, nec vllâ pœna puniri potest.*

196 *Homicidium si quis dicat se commisisse ad sui defensionem admittitur ista qualitas etiam stante statuto quod simpliciter respondeat.*

197 *Homicidium si quis committat cum gleba, calce, vel lapide paruo, non dicitur habuisse animum occidendi.*

198 *Vulnus modicum non habet in se delictum.*

199 *Pœna non debet vlterius progredi quam delictum.*

200 *Homicidium potest impunè committi ab illo, qui est derobatus.*

201 *Fur potest occidi resistens derobato.*

202 *Fur nocturnus pro consecutione bonorum, nè subripiantur, potest offendi etiam ex interuallo, quando res est penes furem.*

203 *Homicidium si fuit commissum in rixa, & ex improuiso nullo praecedente tractatu, & constat de certo interfectore, non est contra alios inquirendum.*

204 *Homicidium si committatur, quando constat de inimicitia alicuius cum interfecto, non præsumitur ab alio commissum.*

205 *Actum quilibet nomine proprio, & pro suo interesse facere præsumitur.*

206 *Inimicitia propria stante præsumitur noua inimicitia ob illam, & non ex mandato alterius prouenisse.*

207 *Minæ praecedentes faciunt præsumi animum minantis ad occidendum.*

208 *De homicidio si ab aliquo fuit facta confessio, non sufficit ad condemnandum, nisi constet de corpore mortuo.*

209 *Homicidij qualitas si non constet aliundè, quam per confessionem Rei, tunc confessio recipi debet cum qualitate adiecta nec diuidi potest.*

210 *Contra qualitatem adiectam præsumptio iuris in confessione non reperitur.*

211 *Homicidium si committatur, est impunitum, quando quis occisus fuit à Berroarijs, qui ipsum iustè capere poterant.*

212 *Homicidium si fuit ira commissum, non dicitur propriè dolosè, & ex animo factum.*

213 *Homicidium qui calore iracundiæ inductus commisit in personam innocentis, quem occidere non debuit, in insulam deportari debet.*

214 *Homicidium si fiat, magis est consonum naturæ, quod sit casuale, quam appensatum.*

215 *Homicidium si committatur ab aliquo post cœnam, non est vti ebrius sui iuris, & rectum, atq; perfectum iuditium non habet.*

216 *Homicidium si quis commiserit ex causa quamuis iniusta, pœna tamen mortis naturalis non tenentur:*

217 *Homicidium si Fiscus asserat sedato animo, & non in rixa Reum commisisse, id probare debet.*

218 *In homicidio præsumptiones, quæ faciunt cessare dolum, &c.*

219 *Homicidium quantumcunq; graue, in quo pœna mortis specialiter venit imponenda, si fuerit attentatum per actum facti adeò proximum, vt illo magis proximum non detur, non secuta morte naturali eius, contra quem fuit attentatum, non propterea attentans dictum homicidium punitur pœna vltimi supplicij, sed minori.*

220 *In delictis) imponendis non attenditur initium In pœnis) sed finis, aut euentus.*

221 *Vul-*

221 *Vulnerans animo occidendi, non secuta morte, non tenetur l. Cornel. de Sycar: sed mitiori pœna.*

222 *Delictum attentatum non secuto effectu punitur eadem lege. sed non eadem pœna.*

223 *Delicti punitio non fit, nisi delictum fuerit consumatum, perfectum, & præfinitum.*

224 *Archibusiũ exonerans animo occidendi non secuta morte pœna mortis puniri non debet.*

225 *Arbitrium non se extendit ad pœnam vltimi supplicij.*

226 *Reus etiam in enormissimis delictis non punitur pœna ordinaria, nisi effectu perfectè consumato.*

227 *Monetam falsam cudens, si eam non formauit, vltimo supplicio non subijcitur.*

228 *Delictum quando non fuit perfectè consumatum, à pœna ordinaria recedendum est.*

229 *Pœna requirit perfectionem actus.*

230 *Homicidium si dicatur factum, semper ad defensam præsumitur commißum.*

231 *Homicidium si dicatur commissum, non tamen præsumitur commissum iuxta iuris præsumptionem, seù dispositionem.*

232 *Ius præsumit neminem delinquere velle.*

233 *Natura instituit cognationem quandam inter homines.*

234 *Drlictum non præsumitur commissum sine causa.*

235 *Homicidij tractatus si dicitur factus, non tamen est præsumendus, nisi tria concurrant.*

236 *Tractatus ad homicidium quando præsumatur factus.*

237 *Homicidium si committatur ab aliquo in pura rixa vnico ictu lapidis non ex proposito, aut appensatè non pœna mortis, sed alia puniendus est.*

238 *Ob homicidium commissum ob proiectionem lapidis quis pœna mortis non est puniendus.*

239 *Prouocatio licet non excuset in totum, tamen alleuiat pœnam.*

240 *Dolorem temperare difficillimum est.*

241 *Homicidium si committat Clericus, seù Berroarijs Curiæ secularis pro defensione immunitatis Ecclesiæ resistat, nulla pœna potest puniri.*

242 *Iuramento dantis operam rei licitè creditur.*
Operam dantis rei licitè iuramento creditur.

243 *Berroarijs ind-bitè, & iniustè capturare volentibus licitè potest resisti, immò impunè possunt occidi.*

244 *Clericus operam dans rei licitè, idest Berroarijs resistens pro immunitate Ecclesiæ nulla pœna puniri potest.*

245 *Homicidium potest impunè committi ab illo, qui reperitur offensus.*

246 *Homicidium semper præsumitur casu commissum, & non ex proposito, & appensatè, nisi pensamenti qualitas non præsumptiuè, sed certè, & clarè per Fiscum probetur.*

247 *Homicidium dicitur casu commissum in rixa, nullo præcedente tractatu.*

248 *Homicidium si committat minor 25. annis mitius punitur; sed in hoc casu habet locum constitutio Pauli Tertij.*

249 *Minor 25. annis delictum dolo committenti propter infirmitatem animi minor pœna est imponenda.*

250 *Minor 25. annis delinquenti ob minorum fauorem pœna alleuianda est.*

251 *Minori 25. annis non potest imponi pœna corporalis, sed pœna extraordinaria.*

252 *Minor 25. annis non aggrauantur delicta ob reiterationem delictorum.*

253 *Minor ex quocunq; iterato delicto non potest pœna ordinaria.*

254 *Minori 25. annis etiam in grauibus delictis mitior pœna est imponenda.*

255 *Cum minoribus in omnibus pœnalibus iudicijs. ætati, ac imprudentiæ succurritur,*

256 *Minor 25. annis mitius puniri debet.*

257 *Minor ætas ex aspectu probatur, & cognoscitur.*

259 *Cum minoribus 25. annis non habet locum constitutio Marchia.*

260 *Pœna quando minoratur, non debet esse corporis afflictiua.*

261 *Minor etiam in delictis atrocibus non debet puniri pœna ordinaria.*

262 *Pœnam minorandi ratio est causa intrinseca legis.*

263 *Minores in atrocissimis mitius puniuntur.*

264 *Minores 20. annis, etiamsi plura furta commisissent non damnatur in pœnam triremium.*

265 *Minor 25. annis delinquens non potest puniri pœna ordinaria, quando est effectus maior.*

266 *Tempus vbicunq; adijcitur ætati per genitiuum, tunc perfectio temporis requiritur.*

267 *Minoribus 25. annis in grauibus delictis mitior pœna est imponenda.*

268 *AEtati, & imprudentiæ in omnibus pœnalibus iudicijs ætati, & imprudentiæ succurritur.*

269 *Homicidium si quis committat, tamen non præsumitur ipsum commisisse animo deliberato.*

270 *Homicidium si quis committat, præsumitur, quod commiserit casualiter, quando adest beneuolentia inter occisorem, & occisum.*

271 *Amicus non præsumitur dolosè versari contra amicum.*

272 *Homicidij tractatus nõ præsumitur, nisi probetur*

273 *Homicidium si fiat noctis tempore, potius ex lascizia quam dolo dicitur commissum.*

274 *Homicidium si in aliquo præsumitur non punitur nisi sequatur effectus.*

275 *Homicidio si quis astitit, vel cum homicida iuit, præsumitur fortuitu, & non scienter astitiße, vel iuisse.*

276 *Homicidio si quis astitit ab ipsius pœna absoluitur, quando occisus vnico vulnere interfectus est, vel etiam multa vulnera sunt.*

277 *Delinquentium multitudo quando adest, pœna minoratur, nè multorum strages sequatur.*

278 *Reorum multitudo detrahit de seueritate, & quãdo punitur multitudo gentium, pœna corporalis*

in pecuniariam committenda est.
279 Rei quando sunt multi, pœna corporalis conuertitur in pecuniariam.
280 Receptantes delinquentem, quando sunt plures, ob multitudinem mitius puniuntur.
281 Ab homicidij pœna absoluuntur omnes, quando vulnera occisi tot sunt, quot sunt, qui interuenerunt homicidio.
282 Homicidium, si fuit commissum nulla culpa, sed casu tantum non punitur.
283 Homicidium si fuit commissum pro defensione necessaria contra iniuriam personalem inferentem, est impunibile.
284 Homicidium committens ad sui necessariam defensionem, in nullo peccasse dicitur, nec ulla pœna puniri potest.
285 Ob homicidium commissum ob suam necessariam defensionem quando datur bannum exilij, bannum redditur nullum.
286 Homicidium si quis dicat commisisse ad sui defensionem, admittitur ista qualitas.
287 Homicidium si committatur ad defensionem suorum, & etiam extranei, interdum est impunitum, & etiam honoris.
288 Homicidium si committatur eo, quia Princeps mandat priuato, vt occidat aliquem, alioquin occidet ipsum, & Princeps est solitus exequi minas, dictum homicidium est impunitum.
289 Homicidium est impunitum, quando Princeps mandat Iudici per verba, quibus via iuris agere videatur, vt exequatur sententiã corporalẽ iniustã, si rescribit Princips, & expectat per 30. dies.
290 Homicidio si plures interuenerunt, & nescitur cuius ictu occisus perierit, sententia debet exequi aequaliter, vbi par pœna est imponenda. Vbi vero dispar pœna est, condemnantur omnes pœna pecuniaria.
291 Homicidium si committatur, vnicum reputatur factum, quamuis plura crimina diuersa resultent.
292 Homicidium si committatur, & non est ex omni parte dolosum, sed excusabile: In nobilibus punitur deportatione ad aliquam insulam. In ignobilibus verò pœna triremium, quæ est loco condemnationis ad metallum.
293 Homicidium si committatur, proditorium nõ erit, si aliquis aliquem aperta inimicitia occiderit.
294 Homicidio fortuito, & non præmeditato si quis astitit, non venit puniendus.
295 Homicidium si committatur, præsumitur purum, quando homicida erat pacificus, quietus, non solitus rixari, & interfectus robustior, & ad arma, & rixas promptus. Item quando homicida erat amicitia, affinitate, & conuersatione vsquè ad diem delicti coniunctus cum occiso. Item ex armorum qualitate quando homicida debilioribus armis erat munitus.
296 Homicidium si fuit commissum sine dolo, & sine occidendi animo, sed per lasciuiam, quinquennali relegatione tantum punitur.
297 Homicidium si fiat ab aliquo instigationis suasu, d. Instigatoris pœna est arbitraria citra mortem, & corporis afflictionem.
298 Homicidium si eueniat ex improuiso, & ex prouocatione occisi, & verbis, & factis contra homicidam, non dicitur interuenisse dolum homicida, nec est puniendus pœna corporali.
299 Homicidio accusatus si in modum exceptionis dicat testes esse falsos, tunc differtur quæstio homicidij, cum sit præiudicialis, nisi Iudici constet, quod in fraudem, & causa litis differenda talis exceptio proponatur.
300 Homicidium si fuerit commissum in confinibus duorum territoriorum, si accusatus dicat, quod commiserit Camerini, & postea dicat, quod commiserit Sancti Seuerini, non tamen confitetur, se illud commisisse.
301 Delictum) si fuit commissum in confini-
Homicidium) bus duorum territoriorum.
302 Per accusatorem secretum procedi non potest.
303 Dies commissi delicti de necessitate non est probandus.
304 Accusatio omnis debet continere locum, annum, & mensem commissi delicti.
305 In accusatione quando agitur ex quasi delicto, non est necesse, quod locus, & tempus apponantur.
306 Accusationis libellus plura continere debet.
307 Locus &) quando in accusationis libello re-
Tempus) quirantur.
308 Accusator potest declarare verbum obscurum.
309 Accusans, & non probans an teneatur pœna eadem, qua tenetur accusatus.
310 Accusator absens impeditur per mortem, vel morbo, vel simili causa.
311 Accusatio intra 20. annos potest fieri.
312 Adulterij accusatio post quinque annos non potest fieri.
313 Homicidium si quis committat de mandato alterius, non dicitur homicida, sed auxiliator, & mandans principalis, etiam corporalis in fieri faciendo, & sic propriè dicitur homicida.
314 Mandans plus dicitur delinquere, quam mandatarius.
315 Mandans dicitur principalis delinquens.
316 Mandatarius) mitius punitur quam man-
Opem prestans) dans.
317 Homicidium si quis committat gratis, & non dolosè, vt quia lapide, vel gladio percutit prætereuntem, cum velit v. g. percutere canem, vel feram bestiam, aut auem occidere, non punitur.
318 Homicidium si quis committit non dolo, sed culpa, vel negligentia, de homicidio non punitur, sed aliqua pœna, prout Iudici videbitur.
319 Delictum aliter punitur dolo commissum, aliter si committatur culpa, vel negligentia.
320 Homicidium si fuit commissum, Notarius visitare debet cadauer, & annotare vulnera in qua parte corporis sint.
322 Super homicidio necessario debent examinari testes super recognitione cadaueris.

323 Nota-

323 Notarius quid facere debeat in causa homicidij.
324 Onde ubi non est, deficit substantia.
325 Homicidium si fuit patratum in pura rixa, non imponitur pœna mortis naturalis.
326 Homicidium si fuit commissum cum baculo, non videtur fuisse animo occidendi, & maximè quando fuit uno ictu.
327 Homicidium si quis committat vulnerando aliquem, quia ab ipso est detemptus, & id ad effectum reprimandi aliorum multitudinem contra ipsum existentem, pœna ordinaria homicidij non debet puniri.
328 Berrouarijs captivantibus sine mandato Iudicis resisti potest.
329 Homicidium si non animo deliberato, & appensatè fuit commissum, aut tractatu præcedente, sed in pura rixa, nullo modo punitur pœna mortis naturalis.
330 Occidens aliquem in pura rixa mitius punitur.
331 Ob homicidium commissum in pura rixa, quamvis iniusta causa fuerit patratum, tamen pœna minoranda est.
332 Homicidium committens in pura rixa tenetur solum de eo, quod fecit, non autem de eo, quod alij fecerunt, & uniuscuiusque ictus contemplandus est.
333 Occisus quando cœpit percutere, dicitur ipse fuisse in culpa.
334 Homicidium, ut præsumatur causa gravis, præcedere debet.
335 De homicidio si fuit facta confessio, non sufficit ad condemnandum, nisi constet de corpore mortuo.
336 Homicidium si fuit commissum per minorem 25. annis, non potest puniri pœna corporali, sed pecuniaria, aut exilij.
337 Homicidium si fuit commissum ad propulsandam offensionem factam in personam honoratam, vel famam licitum est.
338 Homicidium si fuit commissum, non potest dici provenisse ex percussione, quando percussus vixit per plures dies post percussionem, Idque ex pluribus.
339 Homicidium si quis committet pro defensione sui consanguinei, non punitur pœna indicta.
340 Sanguinem suum nemo unquam odio habebit, nisi aliqua constitutio ultro progrediatur.
341 Constitutio quando vult, quod singularis persona pari pœna puniatur, ideò illud est, quia ex hoc criminis particeps videtur.
342 Homicidium si quis committet sine dolo, mitius agitur cum eo, quam cum alio, si dolo committeret.
343 Delinquens provocatus, vel iusto dolore commotus mitiori pœna, quam si sibi occasio oblata non esset, puniendus est.
344 Homicidium si committatur, non tamen præsumitur commissum ob levem causam, sed gravem, ut faciat inditium ad torturam.
345 Ex lite simplici, quæ ad minus non sit maioris partis bonorum, non oritur inimicitia talis, ut non possit quis torqueri.
346 Delicti causa ubi cessat, ibi subintrat causa exclusiva delicti.
347 Delictum quando prætenditur factum cum aliqua causa, illa est probanda.
347 Causa est probanda, quando delictum prætenditur factum ex ipsa.
348 Causæ duæ quando proponuntur, ambæ sunt probandæ pro parte Fisci per testes in specie, non autem in genere.
349 Causæ duæ vel plures quando concurrunt, seu considerantur, potentior attenditur, & minus potens non consideratur.
350 Homicidio si quis præsens fuit, non dicitur illud commisisse, nisi probatur, quod opem dedit homicidio.
351 De assistentia quis nõ tenetur, nisi constet de consilio, & tractatu.
352 Homicidium si fuit commissum, non obstat, quod armati assistant cum ensibus.
353 Associans quando non teneatur aliqua pœna.
354 Inditia quando extant nonminus contra unum, quam contra alium, Iudex prudens non permittet, ut innocens pro nocente torqueatur.
355 Homicidium quando fuit commissum de nocte, magis incertum reddit illum, qui occidit.
356 Assistentes etiam armati non puniuntur, nisi deliberatè accesserint.
357 Homicidium si per Fiscum prætenditur fuisse appensatum, & ex proposito commissum, non autem casu ad dictũ Fiscũ incumbit onus probãdi.
358 Homicidium si præsumatur commissum ex proposito, & appensatè, qualitas pensamenti probari debet non præsumptivè, sed certè, & clarè.
359 Homicidium si committatur ab aliquo, impunitum transire debet, quando ipsum armis aggressus fuit.
360 Homicidium si in certamine, pugnoque contingerit, nulla erit eius noxia.
361 Homicidium committere volens potest occidi.
362 Homicidium si quis putat committere in unum, & occidit alium, pœna ei minoranda est, quia factum excedens voluntatem in diversa persona non præsumitur dolosum.
363 Homicidium sine dolo patratum mitius punitur.
364 Occisus quando quis fuit non dolo, non verificantur verb. l. Cornel. quæ dolum exigunt.
365 In oppinionibus dubijs mitior in delictis est tenẽda
366 Homicidiũ si cõmittatur sine dolo mitius punitur.
367 Homicidium si prætenditur commissum præcedente tractatu v.g à sex, aut octo hominibus, & in processu nulibi constat de qualitate dicti tractatus delictum aggravante, non est locus excusationi, quando sententia fuit lata in contumaciam in pœnam vitæ.
368 Præsumptiones violentæ, quæ sufficerent ad condemnandum in civilibus, non sufficiunt in criminalibus.
369 Ob homicidiũ sunt sex, vel octo condẽnati in sentẽtia, & vulnera in cadavere occisi duo tantum

v.g. fuerunt reperta, & ignoratur quis ex condemnatis vulnerauerit, cessare debet executio sententiæ, ne multorum strages sequatur.

370 Delinquentium multitudo quando adest, efficit, vt pœna minuatur.

371 Auxiliator initiori pœna extraordinaria, idest pecuniaria punitur.

372 Reorum multitudo detrahit de seueritate.

373 Seueritas in paucorum peccata seruanda est.

374 Reorum multitudo quando punitur, pœna corporalis in pecuniariam commutanda est.

375 Homicidium si quis committat cum gladio excusatur, si non potest aliter euadere sine vituperio maxillatam.

376 Pro homicidio si prætendatur pœna imponenda, ordinaria cessare debet, quando homicida non cogitauit occidere, & tamen occidit.

377 Ictu vnico quando quis aliquem percussit.

378 Homicidio si plures interuenerunt, & nescitur cuius ictu occisus perierit sententia debet ferri æqualiter, vbi par pœna est imponenda; Vbi verò dispar pœna, condemnatur omnes pœna pecuniaria.

379 Homicidio commisso si quis homicidam associauit non scienter, & dolosè puniri non potest.

380 Homicidium si fuit patratum v.g. decem ab hinc annis, & sic elapsum sit longum tempus, leuius puniri debet.

381 A delictis qui diutius abstinuit, videtur deliquisse impetu, & infirmitate potius, quam dolo.

382 Ex sequentibus præcedentia ... in bis; que Præcedentia ex sequentibus ... ad mortis attinent declarantur.

383 Homicidium si non constat clarè fuisse patratum, sed per coniecturas, dicta coniectura non sufficiunt.

384 Coniecturæ non sufficiunt ad condemnandum.

385 Ex coniecturis, vbi agitur de vita hominis, quis ad pœnam capitalem condemnari non potest.

386 Coniecturæ non sunt adeò indubitatæ, quin aduersus eas probari non possit.

387 Coniecturæ in criminalibus debent esse legitimè probatæ.

388 Coniecturæ non sufficiunt ad probandum delictum, nec etiam ad torquendum.

389 Ad homicidii pœnam non potest agi, quando de ipso tantum constat per coniecturas, non autem per rei euidentiam, & liquido.

390 Ad homicidium non potest procedi, quando in actis non apparet de corpore delicti.

391 Ex inditijs, & coniecturis nemo damnari potest ad pœnam corporalem.

392 Coniecturæ non sunt adeò indubitatæ, quin aduersus eas non possit probari.

393 Mors alicuius non potest probari per famam.

394 Mors alicuius debet probari, quando agitur de homicidio.

394 De homicidio quando agitur, debet probari mors.

395 Exteriora indicant animum hominis.

396 Animus per signa cognoscitur.

397 Animus ex qualitate actuum percipitur.

398 Homo præsumitur viuere vsq; ad centum annos.

399 Homicidio si Vxor simplicem præstiterit consensum ad occidendum virum, non debet puniri pœna ordinaria delicti.

400 Vxor si homicidio simplicem præstiterit consensum ad occidendum virum, non debet puniri pœna ordinaria delicti.

401 Clericus in sacris ordinibus constitutus, quando commisit homicidium, non venit suspendendus, quamuis etiam de consensu vxoris virum occiderit de cuius amore flagrabat.

402 Mulier in eodem genere delicti mitius punitur, quam masculus.

403 Circa mulieres mitior debet esse sententia.

404 Homicidium si non est certum fuisse patratum, & de facili prætensus occisus potest esse in rerum natura, & aliquo tempore comparere, tutius est mulierem detrudere in aliquo loco.

405 In homicidio si quis vnum, vel plura habuit vulnera, & nescitur ex cuius vulnere, omnes, qui interuenerunt, non sunt de homicidio puniendi.

406 Secundum delicti qualitatem est pœna imponēda.

407 Homicidium quod omnes insolidum committant, impossibile est.

408 Impossibile quod est, nullum est.

409 Homicidium quis commiserit, cum non constet, nullus est puniendus.

410 In dubio melius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare.

411 Homicidium si omnes commiserunt, & tractarunt omnes puniuntur.

412 Qui per alium facit, per ipsum facere videtur.

413 Iudicium ciuile nihil commune habet cum criminali.

414 Homicidij author solus de homicidio punitur.

415 Homicidium si fuit commissum v.g. quia occisus tanquam amicus dedit archibusium, cum viaenti causa in manibus occisoris, dicitur casualiter commissum.

416 Causa causæ quicquid est, dicitur causa causati.

417 De homicidio si duo imputātur, & vnus aufugit, & non comparet, omnis præsumptio resoluitur contra fugientem, & non comparentem.

418 Non fuga operatur præsumptionē ad non delictū.

419 Homicidium quando fuit commissum de nocte, coniecturæ, seu inditia non debent admitti, quia tunc admittuntur, quando sunt legitimè probata.

420 Inditia debent esse talia, vt vix possit denegari delictum.

421 Homicidium si dicatur commissum, non tamen de ipso constare dicitur, quādo non constat cadauer v.g. in campanea repertum fuisse N. & vestimenta, quibus d. N. erat indutus, non fuerunt recognita, prout necessariò requiritur.

422 Confessio sola Rei ipsum non condemnat.

423 Homicidium si committat Officialis vinearum, vel prædiorum, si ob denegatum v.g. pignus occidat damnificantem; nulli dubium est, homicidium ipsius damnificantis culpa fuisse commissum.

424 Damni-

434 Damnificatus debet cogitare, quod ex eo, quod facile aliquid detrimentum contingere potest.

435 Homicidium si quis in aliquem contra se venientem, irato animo, ipsum occidendi, vel vulnerandi committat, dicitur commisisse ad sui necessariam defensionem.

436 Defensor suæ vitæ in nullo peccare videtur.

437 Homicidium si fuit commissum ab aliquo eo quia voluit vindicare iniuriam sibi factam, ut quia occisus commisit adulterium cum Vxore sua, nulla pœna tenetur.

438 Homicidium si quis improbet, & latus magnum festum faciat, non potest dici, quod eius nomine, seu consensu commissum fuerit.

439 In delictis ratificatio vt teneat, duo requiruntur.

430 Homicidii ratificatio vt teneat, duo requiruntur.

431 Homicidium si fuit commissum à marito in vxorem, præsumitur commissum ad proprium honorem vindicandum.

432 Homicidium si fuit commissum, non creditur commissum animo postea illud negandi.

433 Actus perniciosus, & præiudicialis publicè fieri non præsumitur.

434 Verisimile quod non est, dicitur falsitatis imago.

435 Super inuerisimili non potest fundari præsumptio.

436 Homicidium si fuit commissum à minore 25. annis mitius punitur.

437 Minor 25. annis delictum dolo committens propter infirmitatem animi iuuatur.

438 Homicidium si committatur ab illo, qui fuit offensus, non potest puniri.

439 Homicidium si fuit casu, & non appensatè commissum, puta pro defensione immunitatis Ecclesiæ, homicida in nullo peccasse dicitur.

440 Homicidium si fuit commissum inter amicos, dicitur casuale.

441 Homicidio si quis interfuit, in dubio casualiter, & non studiosè adfuisse præsumitur.

442 Homicidio qui præsens fuit, non dicitur illud commisisse, nisi probetur, quod opem dedit d. homicidio.

443 Tractatus probari debet.

444 De assistentia quis non tenetur, nisi constet de consilio, & tractatu.

445 Accedens casualiter ad homicidium, & ad bonum finem, non potest dici Auxiliator.

446 Homicidiū si quis commisit prouocatus, puta ex reprehensione facta absque proposito, mitius punitur.

447 Dolorem iustum temperare difficillimum est.

448 Homicidium si ex pluribus ignoratur, quis commiserit, omnes inquisiti veniunt condemnandi pœna pecuniaria.

449 Homicidio si plures interuenerunt, Author rixæ solus de ipso tenetur.

450 Homicidium si fuit commissum ab aliquo accedente v.g. ad defensionem sui fratris, nulla pœna puniri potest.

451 Homicidium si committatur sine dolo, ipsius pœna cessat.

452 Homicidium commissum in confiniis duarum Ciuitatum.

453 Accusatio vt valeat, quæ continere debeat.

454 Per accusatorem secretum procedi non potest.

455 Dies in accusatione de necessitate non est apponendus.

456 Accusationis libellus quæ continere debeat.

457 Accusator declarare potest locum obscurum.

458 Accusatori datur facultas reaccusandi 30. dies.

459 Homicidium si fuit factum in aliquo loco, per quem aliquis erat solitus transire.

HOmicidium quando quis commisit, si fuit aggressus, absoluitur, licet probatio non sit concludens. Boss. tit. de conuict. n. 61. Ratio est, quia ho-
2 micida non punitur, v.g. quando interfecit ad defensam suæ vitæ. Glos. & ibi Bal. nu. 18. in l. 1. C. vnde vi.
Et ex sola præparatione ad offensam licet occidere præparantem. Ita Bald. in l. lege indecta. antiq. ff. locat. referens ita fuisse in facto iudicatum. Nec dissentit Ias. in l. vt vim, col. 2. ff. de iust. & iur. Quinimò sufficit, quod quis poterat probabiliter dubitare de offensione. Ita Innoc. in cap. si verò, de sent. excomm. Aret. in §. ius autem gentium, instit. tit. de
3 iure natur. gent. Et qui est metus semel illatus præsumitur durare. Angel. in l. ad inuidiam, C. quod metus caus. Ias. cons. 165. col. 2. lib. 1. Afflict. decis. 246. Quod adeò verum est, vt nec ex interuallo dicitur purgatus. Aret. cons. 14. nu. 17. seq. Cranett. cons. 6.
4 num. 84. Nec mirum videri debet, quia defensor propriæ vitæ, seù propriæ salutis in nullo peccare dicitur, seù videtur. l. si quis percussorem, C. de Sycar.
5 Vnde si quis ad necessariam sui defensionem homicidium committat, nulla pœna puniri potest. Cum dicat Text. in d. l. si quis percussorem, C. ad l. Cornel. de Sycar. quod contra se venientem si quis gla-
6 dio repellerit, non tenetur de homicidio. Et defensio propriæ vitæ reprobetur, sat est docere, quod offendens se offendi probabiliter dubitare poterat.
7 Gram. cons. 56. Vulpell. cons. 78. nu. 3. Si interfectus dedit causam eundo armatus noctis, vel diei tempore contra homicidam, d. homicida venit liberandus à pęna ordinaria. Aym. viden. cons. 2. in fin. Et id procedit, quamuis præfatus insultus non sit probatus ex parte inquisiti. Dec. cons. 102. inter cons. diuers.
8 lib. 1. Si homicida calore iracundiæ homicidium committat, mitiori pęna puniendus est, non autem ordinaria. l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. ad l. Iul. de adult. tamen in causa alterius
9 homicidæ non admittitur in testimonium. c. ex parte, & cap. super eod. de test. Iodoc. tract. de testib.
10 nu. 19. Si homicida in ludendo v. g. ad caseum homicidium commisit, non punitur pęna ordinaria. Aret. cons. 146. num. 18. Dec. cons. 9. Si homicida
11 est v.g. miles, & venit percussus alapha, vel lapide, licet ei percussorem occidere causa proprii honoris, vel pro defensione proprii honoris, l. iusta, ff. de
12 manum. vindict. Vbi periculum honoris æquiparatur periculo vitæ. Bart. in l. 1. num. 8. C. vnde vi. Si
13 homicida fuit prouocatus quacunq; prouocatione,
14 siue offensione, mitius puniri debet; quia illa animum deliberatum excludit. Boss. tit. de homic. n. 59.
15 Si homicida fuit prouocatus, potest absque incursu pęnæ prouocantē fugientem interficere. Ias. & Dec.

in l. vt

in l. vt vim, ff. de iust. & iur. Calephat. conf. 103.
num. 12. lib. 1. diuers. crim. vbi testatur de commu-
16 ni. Ratio est, quia offensus non potest habere sta-
teram præ manibus, & mensurare ictus, secundum
17 Bal. l. vt vim, ff. de iust. & iur. quia dolore promotus
non est in plenitudine intellectus. Ità Bal. in c. 1. §. 1.
18 in fin. de pac. iuram. firman. Metus enim impro-
uisus homini aggresso, & percusso tollit rectum deli-
berandi iudicium. Vt experientia docet ex eo, quod
probabiliter offendi dubitauit, seu dubitare potuit.
Gram. conf. 56. num. 15. Vulpell. conf. 7. num. 8. Si
19 homicida extra Statum Ecclesiæ homicidium com-
misit, Romæ, siue in Romana Curia secundum meá
20 opinionem puniri potest, cùm Roma sit communis
patria. l. Roma, ff. de municipal. Nec consueuit Ro-
mana Curia in aliquo casu remittere delinquentes ad
aliquam Ciuitatem. Oldrad. conf. 124. Clar. q. 38.
vers. suas tamen doctr. c. 1. de for. compet. Vbi post
21 alios Felyn. nu. 25. Maximè quia homicidium vbi-
que de iure communi punitur pœna mortis. Et ideò
22 videtur, quod homicidium alibi commissum, de quo
constat in Curia per confessionem Rei, possit puniri
in ea. Per ea, quæ tradit Ias. in l. à Diuo Pio, §. sen-
tentia verò, n. 5. vers. per ista puto, & vers. teneo con-
23 trarium, ff. de re iud. Vbi in effectu tenet, quod senten-
tia secundum iuris disposit. lata possit exequi per Iu-
dicem alterius territorii. Et in omnē euentum credo,
24 quod de homicidiū aggrauet delictū in Vrbe cōmis-
sū, tradit Clar. §. furtum, vers. sed pone, cuius distinctio
casui nostro applicatur. Sed quod debeat in Vrbe
puniri talis homicida ex proposito, nec in ea tutus
sit, quamuis extra Statum Ecclesiasticum deliquerit.
In fortioribus terminis tenet Plot. qui hoc diuino iu-
re esse ostendit, conf. 24. vers. dico in isto casu; &
25 conf. 18. vers. concludo ergò. Verum homicidiis
casualibus olim sex Ciuitates pro immunitate consti-
tutæ fuerunt. Exod. 19. Vulpell. conf. 128. num. 3.
26 Si homicida iurat quo animo occidit, eius iuramen-
to statur; immò (inquam) eius iuramentum probat,
quod occidendi animo non percusserit, Glos. in l. 1.
C. ad l. Cornel. de Sycar. quam singularem dicunt
Bal. c. Romæ, 2. de postul. Prælat. Et Rom. l. in illa,
ff. de verb. obligat. Marf. §. diligenter, num. 44. &
num. 100. in pract. Arno. sing. 44. & caut. 1. Rimin.
conf. 22. num. 6. Vulpell. q. 46. num. 3. Et in delictis
27 animus, non autem euentus inspicitur. l. Diuus, ff.
28 de Sycar. l. si quis seruo, C. de furt. Principium enim
non vulnus in delictis consideratur, vt intelligatur,
an ex rixa, iustoq; dolore quis percusserit, vel ani-
mo præmeditato, l. quod ait, §. quod ait, ff. ad l. Iul.
de adult. Marf. singul. 225. Blanc. in pract. crim. sub
tit. ad defensam, par. 2. num. 12. Vbi probata rixa
29 præcedenti, reus se defendit de animo præmedita-
30 to. Si homicida quis fuit sui ipsius bonorum confi-
scationis pœnam non habet. Vulpell. conf. 1. nu. 18.
31 Si homicida, vel quis alius commisit delictum fu-
giat ad aliam terram, vel locum, debet capi, & re-
mitti ad locum, vbi deliquit, & accusatus est, vt in
Auth. vt nulli iu. §. si quis comprehensorum, col. 8.
C. de adult. Auth. sui crimininis. Vt ibi puniatur, vbi
deliquit. Vt in Auth. qui in Prouincia, C. vbi de crim.
agi oport. Sed de consuetudine contra seruatur Bo-
nifac. rubr. quid sit accusatio, num. 53. Si homicida
32 exiuit de domo sua animo spatiandi, cessat præsum-
ptio, quod animo occidendi percusserit, l. si in rixa,
& ibi Bart. ff. de Sycar. vbi quod iura non præsumunt,
33 alios habuisse animum vulnerandi: Ratio est, quia
natura cognationem quandam instituit inter homi-
nes, c. charitas, e'l secondo, de pœnit. distin. 2. Ob
34 eamque rem haud mirum, si aliquis bonus non vult
nocere alteri, & nunquam præsumitur ab aliquo fuis-
se commissum delictum, quando non adest causa. Ità
Bart. conf. 8. num. 8. inter conf. crim. diuers. lib. 1. vbi
hanc naturalem rationem sufficie pro lege allegare.
35 l. cum ratio, ff. de bon. damn. Si homicida fuit
homo pacificus, quietus, ac benè morigeratus, pro
eo præsumendum est, Caphal. conf. 19. col. 4. E
36 contra quando occisus fuit inquietus, rixosus, con-
tra eum præsumendum est; idest quod primus percus-
serit &c. Gram. conf. 62. col. 2. in fin. Si homicida
37 percusserit, dum ei iniuria inferebatur, mitius puniē-
dus est. Id traditur in l. si adulterium cum incestu, §.
Imperatores, ff. de adult. & in propriis terminis tra-
dit Boer. omninò viden. decis. 98. nu. 4. Quod pro-
cedit etiam si prouocatio facto tertii processisset, tra-
38 dit Boss. tit. de homic. num. 59. Si homicida pro-
uocatus fuit verbis iniuriosis, si occidat prouocātem,
mitius puniri debet. Ità Boer. decis. 169. post Angel.
& Castren. quos allegat in propriis terminis de ho-
micida prouocato verbis iniuriosis, mitius puniri de-
bet. Nec dissentit Gram. decis. 98. Vbi homicida in-
iuriatus verbis fuit transmissus ad triremes. Immò si
vulnerauit vnico ictu, non præsumitur vulnerasse ani-
mò occidendi. Nam sicut præsumitur vulnerasse ani-
39 mo occidendi is, qui plura vulnera intulit. Vt per
Clar. in §. homicidium, vers. ex proposito. Refert,
& sequitur Menoch. de arbitrar. casu 361. num. 33.
Ità è conuerso cessat præsumptio animi occidendi
in eo, qui vnico ictu percussit. Vt idem operetur op-
40 positum in opposito, quod propositum in propo-
sito, l. si vt proponis, C. de nupt. l. fin. §. fin. de le-
41 gat. tertio. Si homicida v.g. dixit occiso, *fermati non
t' accostare*; præsumitur non accessisse animo delibe-
rato, & ex proposito committendi homicidium.
Bal. in l. sed & reprobari, in princ. ff. de excusat. tu-
tor. Vbi ait; quod animus hominis ex eius loquela
iudicatur. Alex. l. si non conuicii, nu. 10. C. de iu-
42 reiur. Si homicida iusto dolore commotus homici-
dium commiserit, vt v. g. quia occisus rem habebat
cum sorore, seù filia, aut vxore, mitius puniri de-
bet. Rom. singul. 514. Abb. c. 1. vers. puta tamen,
43 de iureiur. Et pœna, quæ à iusto dolore prouenit;
mitigari debet, & leuior venit imponenda, l. si adul-
terium cum incestu, §. Imperatores, ff. de adult. Si
44 homicida iusta iracundia impulsus occidat, mitius
punitur, quam qui nulla iusta causa homicidium cō-
misit. Felyn. cap. fin. vers. credo tamen, de except.
Not. omnes l. quicquid calore, ff. de reg. iur. Si ho-
micida

45 micida quis est, à testificando repellitur, c. ex par-
te, & cap. super eod. de test. Non enim admittitur
in testem sine tortura: Quod procedit, etiamsi licitè
potuisset occidere. Scripsit Bal. l. Decuriones, C. ex
46 quib. caus. infam. irrogetur. Si homicida occidit
aliquem cum percussione lapidis, non est puniendus
pœna mortis. Clar. §. homicidium, culpa dicitur, in
47 fin. Boss. tit. de defens. reor. num. 68. Si homicida
quis fuerit, & non constat. Vide in verb. homici-
dium quando fuit commissum. Si homicidam
quis post homicidium associet. Vide in verb. asso-
49 cians. Si de homicida constet, non potest præsu-
mi contra alios. Vt per multos, quos allegat, scribit
Anton. Eugen. cons. 27. num. 32. seq. lib. 1. Si homi-
50 cidium fuit impetu, & præter propositum commis-
sum, & constat cuius ictu interfectus perierit, alii
non puniuntur de occiso, nec de auxilio. Castrens.
cons. 335. per totum, vol. 2. Bal. in l. ob hæc verba,
ad fin. ff. de his, qui nor. infam. Vbi loquitur in for-
tioribus terminis de eo, qui interuenit in rixa casu nō
consulto, non est imputandus, si ex eius præsentia
aliquod robur accrescat suis, vel timorem aduersa-
51 riis, allegat rationem, quia scientem, non ignoran-
tem vult lex allegare, l. generali, Abb. cons. 62. in
52 fin. Si homicidium fuit commissum de nocte, & sic
occultum, & difficilis probationis, & quod alias veri-
tas haberi non potest, quamuis ad torquendum ali-
quem leuiora videantur sufficere inditia; tamen te-
stes inhabiles admittuntur ad inquirendum, quando
53 sunt plures, quia vnus non admittitur. Brun. tract.
de indit. q. 2. nu. 23. in fin. Ratio est, quia duo testes
54 non omni exceptione maiores loco vnius habentur,
Ità Prob. ad Ioan. Monac. in c. 1. num. 3. de test. in
sexto, Calcan. cons. 110. num. 5. seq. Alex. cons. 128.
num. 2. lib. 2. Verùm ad torquendum, seù condem-
nandum requiruntur inditia legitima, & sufficientia,
prout alia delicta. Osasc. decis. Pedamont. 79. nu. 55.
55 seq. vers. nec obstat. Si homicidium fuit ab aliquo
commissum calore iracundiæ, à pœna homicidii re-
cedendum est. l. si adulterium, §. Imperatores, ff. ad
56 l. Iul. de adult. Si homicidium commissum sit ex-
tra terras Ecclesiæ, ratione loci commissi delicti ob
consuetudinem minoranda est pœna, licet constet de
corpore delicti. Carrer. in sua prax. crim. fol. 559.
num. 164. Bal. l. 2. C. de Eunuch. Idem Carrer. in
pract. §. homicidium, num. 104. Abb. in c. de cau-
sis, in fin. de offic. delegat. Vbi quod in pœnis insli-
57 gendis consuetudo tantum potest, quantum lex.
Felyn. in c. inter cæteros, de rescript. vbi quod Iudi-
ces ob consuetudinem transgrediuntur leges: Ratio
58 est, quia pro delicto commisso extra Statum Eccle-
siæ non offenditur Princeps, sicut pro delicto com-
misso in Statu Ecclesiæ, tradit idem Carrer. in sua
prax. crim. fol. 559. num. 104. Vbi allegat Bal. in d.
l. 2. C. de Eunuch. qui de consuetudine pœnam mi-
59 norandam esse testatur. Si homicidium fuit com-
missum sine dolo, & non ex proposito, sed in rixa
casualiter, vtique homicida non ordinaria, sed alia
mitiori pœna puniendus est, l. prima, §. Diuus,
ff. ad l. Cornel. de Sycar. Cœpoll. cons. 29. col. fin.
60 Si homicidium non constat fuisse commissum in
personam alicuius, non potest procedi contra ali-
quem, nec etiam vti auxiliatorem. Bart. l. si is, qui
rem, §. si tu Titium, num. 2. ff. de furt. Salyc. l. 1.
col. 8. num. 27. C. de part. Virg. Alex. l. si duo patro-
ni, in princ. nu. 6. ff. de inreiur. Anchar. cons. 216.
61 in fin. Ratio est, quia incertitudo delinquentis in
accessorio infert impotentiam procedendi. Hyppol.
62 cons. 49. col. 3. num. 13. Nam quando non constat,
quis commiserit ex pluribus rixantibus, ratione in-
certitudinis si vnus ipsorum captus fuerit, absoluen-
dus est. Glos. in l. 1. §. cum Arietes, ff. si quadrup.
paup. feciss. dicat. quam secuti sunt ibi Bart. & Alex.
Boer. decis. 237. in princ. num. 2. seqq. Clar. q. 60.
63 num. 31. vers. vidi ego. Ratio est, quia lex multum
detestatur incertitudinem. Menoch. cons. 37. nu. 119.
64 lib. 1. Si de homicidio Iudex contra aliquem agere
vult, grauem debet habere causam. l. cum ratio, in
fin. ff. de bon. damnat. Cason. de indit. tract. 2. c. 2.
65 num. 5. seq. Ratio est, quia nemo præsumitur de-
linquere velle sine causa; Et ista naturalis ratio suf-
ficit pro lege allegari. Ità formaliter ait Bart. cons. 8.
nu. 8. inter cons. crim. diuers. lib. 1. Et quia lex præ-
sumit aliquid factum cum causa, illa probanda est.
Glos. & ibi Bart. in l. item si suspectus, ff. de procu-
67 rat. Si homicidium quis committat calore iracun-
diæ, pœnam mortis non mœretur. Text. est expres-
sus in l. lex Iulia, §. hodie, ff. ad l. Iul. repetund.
vbi apertè probatur homicidium calore iracundiæ
68 commissum pœna extraordinaria puniri: Ratio est,
quia pronocatio, licet non excuset in totum, tamen
alleuiat pœnam. Abb. in c. 1. de iniur. & in c. dile-
cti filii. Vbi etiam Felyn. num. 12. de except. Rom.
in l. cum mulier, col. 32. vers. aduerte tamen, solut.
69 matrim. Vbi ait esse in potestate Iudicis punire ho-
micidam, quem impulit iracundia etiam orta aliter
quam ex facto offensi, latè Gram. decis. 23. num. 7.
70 Si homicidium aliquis dicat non cōmisisse, & quod
si commiserit, fecit ad sui defensionem, habetur pro
merè negante. Boss. tit. de confess. num. 25. Si ho-
71 micidium fuit commissum causa honoris, mitius pu-
niri debet; quia honorem, & famam amittere morti
æquiparatur, l. isti quidem, ff. quod met. caus. Ideò
inquit Apostolus Expedit magis mori, quam vt quis
72 gloriam meam euacuet: Negligens enim famam
suam crudelis est. Crauett. cons. 2. num. 8. Quod
procedit etiam si dicta causa esset iniusta, excusat à
pœna mortis naturalis. Angel. in l. Prætor ait. §. hac
actione, ff. de vi. bon. rapt. Alex. cons. 127. vol. 4.
73 Aret. cons. 69. Immò homicidium causa honoris
74 committenti compatiendum est: Immò quando
causa honoris fuit patratum, eo ipso quod probatio
fuit facta, reddit rem notoriam, quæ non eget pro-
batione. c. cum accidentia, de accusat. Glos. in Clem.
75 appellante, de appellat. Vndè cum isto dolore cō-
motus occiderit, mitius puniri debet, quam si ei oc-
occasio oblata non esset. Rom. singul. 514. Abb. in
76 c. 1. vers. puta tamen, de iniur. Et pœna, quæ à iu-

sto

sto dolore prouenit, leuior venit imponenda, l. si a-
dulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. de adult.
Et non obstat, quod quis dicat, se vendicauit pro-
77 pria authoritate, & modum excessit; quia de atro-
ci iniuria non conuenit ei adire Iudicem; nanq; for-
tè poneret se in derisum, & reputaretur vilis. Ca-
stren. conf. 140. Gram. decis. 23. num. 1. vbi adducit
78 concordantes. Si homicidium committatur, debet
probari per euidentiam facti, & nõ per famam. Boss.
tit. de delict. num. 16. Foller. in pract. in verb. ca-
piat informationem, nu. 3. Si homicidium commit-
79 tatur, quando non est probatum, perinde est, ac si
factum non fuisset. l. duo sunt filii, ff. de testam. tu-
tor. Castrens. cons 48. num. 35. inter cons. crim. di-
80 uers. lib. 1. Si homicidium in rixa commissum fuit
nulla præcedente inimicitia, non punitur pœna mor-
tis naturalis, sed alia mitiori. Abb. in cap. 1. de iniur.
Bart. in l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœn. &
in l. si in rixa, ff ad l. Cornel. de Sycar. Vbi quod ta-
le homicidium dicitur per iracũdiam, & impetum fa-
ctum, non autem animo deliberato. Clar. §. homi-
cidium, vers. alia etiam est defensio, in fin. Dec. cons.
83. Vbi quod pœna minuitur. Et vbi interuenit rixa,
81 cessat animi deliberatio. Boss. tit. de homic. nu. 51.
Et quamuis Boss. tit. de homic. sub num. 116. dicat,
quod puniri possit pœna mortis naturalis; tamẽ eius
opinio apud Legum latores non est approbata; quia
mitiori pœna puniri debet. Vt per plura iura, & au-
thoritates ostendit Blanc. de indit. num. 53. Maximè
82 quando occisus fuit in culpa, quia cœpit percutere
v. g. alapha. Bal. in l. si ex plagiis, §. subuenitur, ff.
ad l. Aquil. Felyn. in c. significasti, col. antepen. de
83 homic. Si homicidium non est sequutum, prout mi-
næ sonabant, nulli dubium est, quod illæ minæ nul-
lum pariunt inditium. Spec. tit. de præscript. vers. sed
pone. Natt. cons. 42. num. 2. Si homicidium com-
84 mittat mulier honesta, & vxorata non solita delin-
quere super adulterio committendo molestata con-
tra molestantem, nulla pœna venit punienda. Sar-
mient. selecta interpret. c. 1. num. 11. Si homicidium
85 fuit commissum à muliere, tamen non præsumitur,
quod dolo malo id ipsum patrauerit. Glos. & DD. in
l. vbi, ff. de eden. Bal. in l. precibus, col. 5. vers. quod
ergò si petis, C. de impub. & aliis substit. Vbi quod
86 in muliere non præsumitur dolus; quia naturalis
ratio, & sexus imbecillitas hanc induxerunt conie-
87 cturam. Si homicidium dicatur, quod est de gene-
re prohibitorum; non tamen præsumitur dolo com-
missum, nisi qualitas pensamenti probetur, & iusti-
ficetur pro parte Fisci. Innoc. in c. inter alium, vbi
Hostiens. & Io: Andr. de immunit. Ecclesiast. ideò
88 testes deponentes homicidium fuisse casuale, præ-
feruntur testibus deponentibus illud fuisse appensa-
tum; quia hoc est magis naturæ consonum. Felyn.
in c. in nostram, col. fin. de testib. Si homicidium
89 quod committitur in Iudeum dicitur grauius, quam
quod cõmittitur in Christianum, haud mirum; quia
vnico, & eodem contextu occiditur corpus, & anima.
90 Tradit Mascard. c. 5. num. 4. Si ad homicidium
committendum tractatus præsumatur factus, tamen
vt probetur, tria concurrere debent. Primò quod ini-
micitia capitalis præcederet inter imputatos de tra-
ctatu, & occisum. Secundò quod interuenerit allo-
cutio secreta. Tertiò quod incontinenti sequutum
fuerit homicidium. Alioquin alterum istorum, si ces-
set, tractatus non præsumitur, etiamsi occisores es-
sent affines. Ias. l. 1. col. 6. vers. quintò mirabiliter
91 limita, C. de seru. fugit. Si homicidium factum non
præsumitur, sed probari debet; hinc est, quod sangui-
82 nis coniunctio nõ est sufficiens ad præsumendũ ho-
micidium, vel mandatum ad ipsum. Bal. in l. 1. C.
de Episc. & Cler. Hinc est, quod quando Curia fun-
dat se in homicidio, habet hoc probare, quod d. ho-
93 micidium sit commissum; quia homicidium consi-
stit in facto, & facta non præsumuntur, sed proban-
da sunt. l. in bello, §. facta, ff. de capt. Et ideò dixit
Bal. in l. vnica, col. 1. C. si Rect. Prouinc. Ità demum
quod fit ab alio delinquẽte, intelligitur à me factum,
94 si opera mea, & tractatu intentauerit. Idem scribit
Franc. de Curt. cons. 41. Vbi voluit, quod si filius
95 commisit homicidium, non dicitur fecisse de man-
dato patris. Non obstat, si dicatur teneri saltem de
ratihabitione delicti, quasi ratum habuerit dictum
homicidium patratum; nam ad hoc vt quis teneatur
96 de ratihabitione delicti per alium commissi, duo re-
quiruntur, ità quod vnum non sufficit interuenisse.
Primum, quod sit nomine meo gestum, alias non
tenetur. l. si seruus, ff. de prec. Alterum est, quod il-
lud approbem tanquam nomine meo gestum. Glos.
in l. 1. §. sed si quis, ff. de vi, & vi armata. Vbi Glos.
hoc secundo infert, quod possum dolere de aliquo vti
facto nomine meo, & gaudere, quod sit factum eodẽ
nomine; nec illud gaudium comparatur mandato,
aut ratihabitioni. Et ità sentit ibi Bart. ob homicidiũ
97 attentatum, sed non sequuto effectu non potest pę-
na ordinaria homicidii imponi, & haud mirum vi-
deri debet, quia etiam quod simus in atrocissimis, di-
cta pœna cessat, quamuis sit deuentum ad actum
98 proximum v. g. ad exonerationem archibusii. Vt
pluribus iuribus ostendit Gram. decis. 2. per totam, &
decis. 74. in discursu, & voto 8. Siluan. cons. 43. nu.
20. lib. 1. Hyppol. cons. 327. num. 11. lib. Hieron.
Gabriel cons. 170. num. 1. Ioseph Ludouis. decis. Lu-
cen. 15. num. 30. seq. Vbi testatur de magis com-
muni opinione, & respondet contrariis Bertaz. cons.
158. num. 7. lib. 1. Si homicidium quis fecisse neget,
99 & incontinenti dicat, si feci, id feci ad meam de-
fensionem, admittitur distinctè. Boss. tit. de confess.
100 num. 36. Si homicidium fuit commissum noctis
tempore in personam incognitam, pœnam corpo-
ralem non exigit, sed aliam mitiorem. Veronen.
cons. crim. 32. col. fin. Mars. in l. repeti, col. 7. ff. de
quæst. Vbi quod ità seruatur Boss. tit. de conuict. nu.
34. seqq. Castrens. in l. fin. num. 6. C. de probat. vbi
post Bal. quem allegat, dicit; quod etiam essent mil-
lia inditia contra reum, non potest in pœnam cor-
101 poralem condemnari. Verum in homicidio no-
ctis tempore commisso in personam cognitam con-
iecturæ

iecturæ loco probationis habentur etiam in criminalibus. Not. in l.si quis ex argentariis, §. 1. ff. de eden.
& in c. veniens, de test. Ratio est, quia à communi-
102 ter accidentibus factum de nocte actu, & habitu
difficilis est probationis. Glos. & ibi Angel. in l. si
cum exceptione, §. in hac, ff. quod met. caus. Alex.
103 cons. 24. col. 3. vol. 3. Et coniectura est, quando
occisus alias fuit rixosus, & alius pacificus, præsumen-
dum est, quod rixosus primus percusserit. Gram. cons.
62. col. 2. in fin. Ità quando fuit visus furibundus
contra aliquem. Item quando occisus est robustior.
Felyn. c. Capitulum, lib. 1. col. 16. de rescript. Nec
104 occisor tenetur de excessu, quando homicidium
fuit in pura rixa, & non constat, quod ex proposito
excesserit modum inculpatæ tutelæ. Foller. in l. si ex
plagiis, §. Tabernariis, ff. ad l. Aquil. Refert. & se-
quitur Gram. post alios, quos allegat, cons. 29. num.
33. Id quod comprobarunt, cum moderamen incul-
patæ tutelæ non sit in consideratione, si indelibera-
105 tè, & calore iracundiæ accensus insultatus excessit
modum in se defendendo, quia tunc non imputabi-
tur excessus, quia in hoc casu non potest in tali mo-
deramine; cum primi motus non sint in nostra pote-
state, & in pura rixa non potest considerari modera-
men. Not. in rubr. de except. Additur etiam quod
106 excessus nullo modo est considerandus in casu isto,
quod quando aggressor est robustior, & fortior cor-
pore aggresso, dicto aggresso licet etiam inæqualibus
armis se defendere. Cyn. l. 1. q. 2. C. vnde vi. Nam
stante inæqualitate præsumitur quod aggressus aliter
non poterat se defendere. Bald. d. l. 1. num. 12. vers.
aut dubitatur, & in l. 1. col. 1. C. de confess. Carrer.
post alios, quos allegat, §. homicidium, num. 96. in
107 fin. Gram. cons. 29. Ex quibus dicitur, quod ag-
gressus ob homicidium in nullam pęnam incidit inæ-
qualibus armis commissum, si aliter mortem euade-
re non poterat. Not. l. 2. C. de Sycar. Carrer. vbi su-
108 pra, nu. 97. Si homicidium fuit commissum, non
potest probari per instrumentum. Boss. tit. de con-
109 uict. num. 64. Si homicidii causa nulla subest in-
110 trat causa exclusiua delicti, ex quo nemo præsu-
mitur delinquere sine causa: Et ista ratio naturalis
sufficit pro lege allegari, vt per plura iura ostēdit Bar.
cons. 8. num. 8. diuers. crim. lib. 1. Et quando adsunt
111 homicidii causæ, debent esse graues, & non leues.
Cason. de indit. tract. 2. c. 25. num. 5. seq. Ratio est,
quia nemo præsumitur ex leui causa hominem occi-
112 dere. Ex quo subintrat causa exclusiua delicti, cum
nemo sine causa delinquat. Barr. d. cons. 8. num. 8.
inter cons. crim. diuers. Immò dicitur, quod homici-
dium nemo pręsumitur committere velle ex leui cau-
113 sa. c. ferulas 12. q. 2. cum lex paruam læsionem
non consideret, l. scio, ff. de in integr. restit. Et do-
114 lus ex parua re non præsumitur. l. si oleum, ff. de
115 dolo. Et vt delictum præsumatur commissum ab
aliquo, grauis debet præcedere causa, & non leuis.
Cason. de indit. tract. 2. num. 5. seq. c. 2. Et vt supe-
116 rius dictum est, homicidio requiritur causa grauis.
l. cum ratio, in fin. ff. de bon damnat. Cason. de in-
117 dit. tract. 2. c. 2. num. 5. seq. Ratio est, quia nemo
præsumitur delinquere velle sine causa. Et ista ratio
naturalis sufficit pro lege allegari. Ità formaliter ai.
Bart. d. cons. 8. num 8. inter cons. crim. diuers. lib. 1.
118 Et quia lex non præsumit aliquid factum, cum cau-
sa illa probanda sit. Glos. & ibi Bart. l. item si suspe-
119 ctus, ff. de procurat. Si homicidium fuit casu com-
missum interueniente aliqua culpa, punitur homici
da pro modo culpæ pœna pecuniatia, vel exilio. Boss.
120 tit. de defens. reor. num. 68. Si homicidium com-
mittatur causa honoris, permissum est. Bal. c. 1. circa
prin. col. 5. de pac. tenen. not. omnes in l. 1. C. vnde vi.
& in l. & cum maximè. Ias. ff. de iust. & iur. Si homi-
121 cidium fuit commissum de nocte, quamuis quis
fuisset præsens, tamen non potest deponere vidisse
interfectorem, nec potest super ipso torqueri vti ve-
risimiliter informatus; falsò enim id deponeret. Vt
in propriis terminis tradit Bald. in l. si cum, §. in hac,
ff. quod met. caus. Ias. in l. non minorem, nu. 4. C.
122 de transact. Dec. cons. 16. col. 3. Si homicidium
fuit casu commissum, seù factum sine aliqua culpa,
est impunitum. Boss. tit. de defens. reorum num. 67.
123 Si homicidium constet cuius ictu commissum fue-
rit, alii non puniuntur de occiso, nec tanquam operą
præstantes, quando ideò d. homicidium fuit impetu
commissum. Castrens. cons. 335. per totum, col. 2. &
cons. 278. num. 4. eod. vol. Bald. cons. 361. vol. 1.
124 Immò quoad homicidium quando constat de cer-
to interfectore, vtique non est vlterius inquirendum
contra alium. Scripsit Gram. decis. 25. num. 6. lo-
quens in propriis terminis homicidii commissi per
vnum ex astantibus; quod alii non tenentur, quando
obiter, & non ex proposito committatur. Homici-
125 diū non præsumitur commissum appensatè, nisi illa
qualitas pensamenti à Fisco probetur nō præsumpti-
uè, sed clarè, & verè, seù certè. Bal. in l. non ideò
minus, num. 26. C. de accusat. Innoc. in c. inter alia,
de immunit. Eccles. Vbi Hostiens. & Io. Andr. Clar.
§. homicidium, vers. alia est defensio. Et homici-
126 dium vt credatur commissum ab aliquo, debet pro-
bari causa grauis, sine qua non creditur commissum.
127 Ità Cason. de indit. tract. 2. c. 3. num. 8. Et causa
debet esse verisimilis. Mascard. de probat. conclus.
904. num. 11. lib. 2. Non enim v. g. verisimile est,
quod quis pro scutis decem deperditis in ludo volue-
rit committere tam graue delictum; Et quod quis ex
128 leui causa homicidium committat non præsumi-
tur. Bertaz. cons. 550. num. 22. col. 2. Mascard. de
probat. lib. 2. conclus. 904. num. 21. Vbi quod talis
129 causa debet esse verisimilis. Si homicidio non
adest relatio Chirurgi, nec visitatio Notarii, prout in
similibus fieri solet, prætensus homicida nec detine-
ri potest in carcere, nec examinari debet. Mars. cons.
8. nu. 1. seqq. & cons. 12. num. 33. Clar. q. 4. in princ.
130 Vbi quod est vulgaris, & trita conclusio. Ratio
est, quia quando lex requirit aliquid respectu certæ
131 rei, debet prius de illa re constare, & qui vult pro-
bare qualitatem, debet prius probare substantiam.
Scripsit Boss. tit. de delict. num. 26. Et illud potissi-

mum

mum in casu homicidii est aduertendum, quod quan-
132 do cadauer est fœtidum ascribitur negligentiæ Cu-
riæ, quæ non debet nocere inquisito, sed d. Curiæ,
vt post multos tradit Menoch. cons. 75. nu. 7. lib. 1.
133 Hinc est, quod dispositio non procedit, nisi verifi-
134 cetur id, super quo fundatur. Glos. in l. mancipia,
in verb. aduocandum, C. de seru. fugit. Et non po-
test alicui ascribi delictum, nisi prius constet illud fu-
isse patratum, l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan. Et
135 sanguis repertus in cadauere, puta existente in cā-
panea non probat corpus delicti in homicidio, quia
liquidò probari debet per euidentiam facti, nempè
per inspectionem vulnerum, vel per testes. d. l. 1. §.
item illud, vers. liquere igitur debet, ff. ad Syllan. l. si
quando, vers. patefacta, C. vnde vi; nanq; sanguis
non parit probationem, sed coniecturam tantum, ex
qua potuit prouenisse ob aliam causam dicti sangui-
nis effusio; & cum sit certitudo coniecturalis, dicitur
imperfecta, & non liquida probatio, vt post D. Thom.
quem allegat, tradit Menoch. cons. 82. nu. 95. lib. 1.
137 Hinc est, quod quando lex requirit probationem
sub conditione illa debet esse liquida, & vera, & non
sufficit probatio per coniecturam. Vt per plura iura,
138 & authoritates ostendit Natt. cons. 29. num. 3. Et
ideò in homicidio necessariò requiritur inspectio vul-
nerum, vt per Gandin. tit. de præsumpt. col. 2. nu. 6.
Brunor. à Sole in suo vnico cons. crim. num. 200. Vbi
139 quod commisso delicto, in quo remanent vestigia,
constare debet per testes, vel per probationes liqui-
140 dissimas. Et probatio liquidissima illa dicitur, quę
fit ex aspectu vulnerum, & dicitur ocularis, & est per
rei euidentiam optima, & superlatiua omnium alia-
rum probationum. Ita Bald. in rubr. C. de probat.
col. 2. Sequitur Natt. cons. 269. num. 7. Nec omitto,
141 quod in homicidio liquide constare dicitur de cor-
pore delicti, quando nihil est probandum. Glos. in l.
142 liquido, C. de repud. hæred. Et ideò sanguis præ-
dictus non operatur, vt alia probatione Fiscus non
egeat, ex quo non concludit ex vulnere prouenisse.
143 Immò nec etiā Fiscus in cadauere non potest prę-
tendere vulnera haberi pro annotatis, ex quo cada-
uer est putrefactum, & ideò esse impossibile vulnera
modo posse inspici, & annotari: Nam impossibilitas
in casu isto non intrat; quia potuit optime inspici post
144 multos dies à die mortis ante putrefactionem. At
impossibile illud potest dici solum, quod nullo vnquā
tempore fieri potest. Glos. & ibi not. omnes in l. quod
seruitus, ff. de condit. causa data. Menoch. cons. 97.
145 num. 127. lib. 1. Hinc est, quod si delictum sit oc-
cultè commissum ignoranti currit tempus ad inqui-
rendum. Ità Bart. in l. penult. & fin. ff. si quis testam.
liber esse iuss. fuerit, & ibi Angel. id affirmat. Idem
146 dicendum est de cadauere v. g. reperto in campa-
nea, currit tempus Curiæ etiam ignoranti ad inspi-
ciendum ante putrefactionem, an adsint vulnera: Ra-
tio est, quia istud est impedimentum facti, & non iu-
ris, & lege cauetur, quod tali impedimento currat
præsumptio. l. Attilicinius, ff. de seruit. vrban. præd.
147 Et permissum fieri certo tempore, censetur alio
tempore prohibitum. l. statu liberum, §. stichum,
148 de legat. secundo. Et negligentia Curiæ eidem
non debet subuenire. Menoch. de arbitrar. casu 34.
149 & cons. 75. num. 7. lib. 1. Ignorantia non excusat,
quando cadauer maxime iacuit in loco publico, vbi
continuò adsunt viatores, & alii Præpositi ad custo-
150 diam campaneæ. Et ideò ista crassa ignorantia,
etiam supina non excusat, c. vt animarum, de con-
stit. in sexto. Et à pari iudicantur scire, & velle de
facili scire potuisse in delictis. Ias. in l. quod te, n. 10.
151 ff. si cert. petat. Et cadauer non solum inspici de-
det (vt supra dictum est) sed etiam debet recognosci,
nempè quod v.g. sit Petrus. Foller. in pract. in verb.
capiat informationem, num. 4. 29. & 30. Blanc. in
pract. in princ. num. 6. vbi testatur de communi pra-
ctica. Clar. q. 4. vers. quando verum est delictum.
152 Et omissio formæ in qualibet minima parte reddit
processum nullum. Butr. in c. Pisanis, col. 2. de restit.
spoliat. Bart. in l. item eorum, §. fit præter formam.
Et non obstat dictum Notarii asserentis nomen dicti
153 cadaueris, dum erat in humanis, fuisse Petrum;
quia ei tantummodò creditur de quibus gesta sunt
coram eo; & non ab eo. Natt. cons. 143. nu. 5. Fe-
deric. de Sen. cons. 173. vers. item non est in hac ma-
teria singulare. Boer. decis. 37. nu 3. Additur etiam,
154 quod Notarius non potest fungi officio testis, &
155 Notarii in eodem actu; nam idētitas personæ ple-
nè per testes est probanda, cum sit fundamentum Fi-
sci. Crauett. cons. 169. num. 4. vbi adducit concor-
dantes. Et actus iste introductus est pro forma in
156 omni Criminalistatum practica, quod cadauera
occisorum, antequam sepelliantur examinentur te-
stes videntes super illorum nominibus, & cognomi-
nibus, dum erant in humanis. Et quando huiusmo-
di forma non est seruata, inducit ipso iure nullitatem
processus, latè Tiraquell. in l. si vnquam, in verb. re-
157 uertantur, C. de reuocan. donat. nu. 67. Et quan-
do cadauer fuit humatum, non possunt amplius e-
xaminati testes, quod viderint tunc temporis cada-
uer; quia ista probatio appellatur probatio per aspe-
ctum cadaueris, quod post humationem ipsius inspi-
ci non potest. Ità Bal. in l. Deo à nobis, in princ.
num. 6. C. de Episc. & Cler. Vbi quod omnis proba-
tio vincitur, si aspectus in contrarium testificatur.
Hinc est, quod publicatis attestationibus talis pro-
batio admittitur, cum illa sit talis, quæ subornatio-
nem non timet. Ità Bal. in l. si quis testium, C. de
test. in fin. dicens ità fuisse seruatum in exhumatione
158 cadaueris: Et nulla maior probatio, quam euiden-
tia, quæ nulla legis virtute excludi potest. Curt. Sen.
cons. 70. nū. 18. Et ideò quod oculus vidit, nemo fœ-
liciter negat. Dixit Bald. cons 388. Et quando Fi-
scus post humationem pretendit posse examinare te-
159 stes super recognitione cadaueris, quod non extat
in rerum natura, & testibus prædictis exhiberi non
potest, dum examinantur. Vt tradit pract. crimina-
listatum, nullo modo concedi debet dictum examen;
Et talis probatio per ipsammet facti, & rei euiden-
160 tiam fieri non potest; cum oporteat Iudicē cuncta
rimari,

rimari, & rerum ordinẽ plena inquisitione discutere,
161 c. iudicantem, 30. q. 5. Et Iudex, qui est minister Dei
in terris, debet conformare iudicium suum cũ verita-
te, & ipsam sũmopere iuuare, & ad lucem perducere,
162 latè Castr. cons. 380. in prin. vol. 1. Cæterum quan-
do cadauer non est humatum, ad ipsius recognitionẽ
sunt examinandi testes existente ipso cadauere super
terrã, & non aliter; Et ista est praxis ab omnibus scri-
bentibus obseruata. Nec testes sunt recipiendi, ex qua
didicita sunt testificata. Clem. 2. de test. & id ob ti-
morẽ subornationis. Ioan. de Amic cons. 117. nu. 3.
163 seqq. Et licet post conclusum etiã in causa possint
produci instrumenta. Vt tradunt omnes in l. admonẽ-
di, ff. de iureiur. tamen secus est in testibus ob timorẽ
subornationis secundum magis commnem opinionẽ,
quam tenent omnes in d. l. admonendi. Bart in l. vlt. q.
ad fin. Bald. in 3. q. col. 3. Imol. & Abb. in c. fin. n. 10.
eod. tit. de iureiur. Et hoc introductũ est quadã æqui-
tate naturali, nè alteri insidietur. Vt scribit Bart. in
extrau. ad reprimendũ, in verb. & figurã, col. fin. Rom.
164 cons. 479. n. 2. Et testes, qui ex facto Fisci, qui eos
induxit, si non fuerunt examinati, non possunt iterum
examinari. Ita Bal. in l. Prætor, §. nec iterum, ff. de
165 eden. Innoc. in c. per tuas, de probat. Si homicidiũ
fuit cõmissum per ebrietatẽ, seù vinolentiam, non di-
citur animo deliberato commissum. Menoch. de ar-
166 bitrar. cons. 360. n. 13. Ratio est, quia nõ longè di-
167 stat ab insano, amente, & furioso. Vbi enim est
ebrietas, ibi & furor est, c. venter, 35. distin. Et ideò
dixit Bal. c. crapula, de vita, & honest. cleric. quod
168 delinquens ex ebrietate non dicitur studiosè delin-
quere, sed impetuosè; ideò mitius puniri debet, &
Iudex arctatur ad minorandam pœnam etiam in de-
lictis atrocibus, c. sanè, & ibi Glos. in verb. venia, 15.
q. 1. Clar. q. 60. vers. præterea quæro, vbi de commu-
ni, l. omne delictum, §. vinum, ff. de re milit. Bald.
in l. data opera, vers. nunc de tertia, C. qui accus.
169 non poss. Si homicidium committatur, cognosci-
tur tantum à Iudicibus ordininariis, v.g. à Guberna-
toribus Status Ecclesiæ, non autem ab aliis. Vt ple-
nè probatur per plures Constitutiones Summorum
Pontificum. Boss. tit. de confess. num. 50. Si homici-
170 dio aliquis præsens fuit, nulla pœna tenetur,
etiamsi non obuiauerit, licet obuiare potuerit. Bal.
l. 1. §. si in eo, ff. ad Syllan. Quod procedit, etiamsi
videret hominem coram se interfici. Castrens. l. fin.
in fin. C. de his, quib. vt indign. Quod procedit, etiamsi
clamore obuiare potuisset, & hominem euadere. Bal.
171 l. vt vim, q. 8. ff. de iust. & iur. Nec dicitur præstare
opem, qui non iuuat eum, qui occiditur. Bal. l. 1.
col. 3. vers. ex personis denique, C. de seru. fugit.
Quæ procedunt etiam de iure Canonico. Vt in foro
contentioso nulla pœna tenetur, licet in foro pœni-
tentiali peccaret. Ias. in l. vt vim, col. pen. ff. de iust.
172 & iur. Et in omnibus casibus, in quibus quis teneа-
tur obuiare delicto ad eius præsentiam commisso, il-
lud intelligitur duobus concurrentibus. Primum quod
ipse sciret delinquentem delinquere velle. Secundum,
quod prohibere posset, aliàs imputari non potest.
Alex. l. non solum, §. si quis ipsi Prætori, col. 6. vers.
ex his infero videri veriorem opinionem. Et ibi Ias.
de nou. op. nunciat. Et est Text. in l. in omnibus, cum
l. seq. ff. de noxal. act. Et non dicitur quem potuisse
173 prohibere, nisi commodè prohibere potuerit, l. ne-
pos proculo, ff. de verb. signif. Cagnol. l. culpa caret,
174 in princ. de reg. iur. Si homicidium committatur,
eius defensio satis dicitur probata, si testes dicant v.g.
Caium occidisse Titium ad suam defensionem. Bart.
cons. 5. Quidam mariolus, & de illo cons. facit men-
tionem Salyc. & illud probat in l. solum. Vbi Bald.
175 num. 11. C. de test. Si homicidium committatur;
vt probetur, duo requiruntur testes contestes de lo-
co, & tempore. Glos. in l. fin. C. famil. hercisc. Si ho-
176 micidium fuit commissum ab aliquo, si adsit inimi-
citia propria committentis ob illam, & non ex con-
silio alterius prouenisse dicitur. Scripsit Gram. cons.
63. col. fin. nu. 12. Si homicidiũ fuit commissum in-
177 ter amicos, dicitur casuale. Bertaz. cons. 208. nu. 14.
178 Et testes deponentes homicidium fuisse casuale,
præferuntur deponentibus illud fuisse appensatum. Id
enim est magis naturæ consonum. Felyn. in c. in no-
179 stra, col. fin. de test. Si homicidium committatur,
pœna tollitur, quando adest incertitudo delinquentis:
180 Incertitudo enim delinquentis in accessorio infert
impotentiam procedendi. Hyppol. cons. 49. col. 3.
nu. 13. Alii DD. dicunt, quod minuit pœnam homici-
dii. Mars. in l. si in rixa, num. 5. ff. ad l. Cornel. de
Sycar. Clar. in §. homicidium, vers. alia est defensio,
Bursatt. cons. 316. nu. 33 lib. 3. vbi testatur de com-
181 muni. Si homicidio adsunt inditia etiam indubita-
ta, non tamen sufficiunt ad pœnam mortis imponen-
dam. Ita Veron. cons. 6. nu. 11. & cons. 32. nu. 21.
Bal. & alii in l. eius, ff. de testam. Boer. decis. 164.
182 per totam Gram. decis. 42. loquens in prppriis ter-
minis homicidę, qui ex inditiis vrgentissimis, ac in-
dubitatis fuit transmissus ad triremes: Ratio est, quia
talis pœna imponitur, quando extant probationes lu-
183 ce meridiana clariores, & Iudex damnat per simi-
les probationes; quia in occultis versatur iudicium
184 Dei. Immò iuditia indubitata, seù præsumptiones
sufficiunt ad pœnam pecuniariam tantũ, Boss. tit. de
185 conicct. n. 35. Ratio est, quia inditium indubitatum
nullũ adeò est, quin aduersus illud possit probari con-
trariũ. Boer. decis. 165. n. 1. debet enim audiri inquisi-
tus, antequã ponatur ad quęst. l. 2. ff. de appel. non re-
186 cipien. Si homicidium fuit commissum in pręsen-
tia Berroariorũ; quia ipsis iniuria facta censetur, ideò
non probant. Glos. in l. apud labeonẽ, §. tenetur, & ibi
Angel. in §. comitem, ff. de iniur. Ratio est, quia vidẽ-
tur deponere super iniuria, & causa propria. Veron.
cons. crim. 92. n. 7. Gram. decis. 25. n. 1. seq. Si homi-
187 cidium quis de vno loco separato, puta à iuris-
ditione Ecclesiæ committat, non dicitur bannitus de
188 alio loco. Et delinquens in vna Ciuitate separata,
nõ potest puniri in alia Ciuitate, nisi pacta inter Prin
ceps aliud contineret. Tradit Bal l. executorem. n. 28.
vers. sed quæro quid de Ciuitatibus confederatis, C.
de execut. rei iudic. vbi repręhendit Bart. qui aliter

fentiebat, num. 10. ff. de re iudic. Vbi etiam Her-
cul. num. 29. Et in iudicando ab ista opinione non
esse recedendum. Refert, & sequitur Ias. l. Diuo
Pio, §. sententiam Romæ, num. 10. de re indic. At-
testatur Clar. §. fin. q. 38. vers. successiuè quæro mo-
do nunquid bannitus. Vbi attestatur ità fuisse serua-
tum Mediolani in personam Christophori magni, &
insignis Sycarii condemnati Placentiæ tempore, quo
erat vnita Ducatui Mediolani, & post separationem
superuenit captura in Ciuitate Cremonæ. Si in ho-
189 micidio plures interuenerunt, nullus tenetur de
delicto alterius, sed vnusquisq; tenetur de eo, quod
fecit. l. si in rixa, & ibi Marf. ff. ad l. Cornel. de Sy-
car. & in §. constante, nu. 45. seqq. Bal. in l. non ideo
minus, C. de accusat. Gram. decis. 25. num. 8. Vbi
190 quod ad hoc, vt vnus teneatur de delicto alterius,
oportet, quod præcesserit tractatus, & ordinamen-
tum de conueniendo ad delictum committendum;
191 Nam si v.g. N. solus occidat, ipse tenetur. Menoch.
de arbitrar. lib. 2. cent. 4. casu 362. Sed si N. adme-
nauit tantum plactonatas, ad pœnam extraordinariã
tenetur. Tradit Paris. de Put. cons. 144. nu. 3. lib. 4.
vbi attestatur de communi opinione. Dec. cons. 83.
192 col. 2. Hinc infertur, quod si ex pluribus rixantibus
quis vulnus læthale intulit, alii verò non læthale, is ve-
luti homicida tenetur, alii verò non, sed vti vulneran-
tes. Tradit Menoch. tract. de arbitrar. lib. 2. cent. 4.
193 casu 362. Sed præsentia sola ad homicidium non
inducit, vt quis teneatur de auxilio. Vt post alios tra-
dit Paris. cons. 164. nu. 16. seq. lib. 4. Sed præsentia
194 sola cum armis, ac etiam cum euaginatione ensis
non sufficit ad præstandum auxilium, & opem. Bart.
& alii. l. sed si in eo, ff. ad Syllan. Cœpoll. cons. 34.
195 col. 7. nu. 2. Si homicidium quis committit ad sui
necessariam defensionem, in nullo peccasse dicitur,
& nulla pœna puniri potest. ll. 2. & 3. C. ad l. Cor-
nel. de Sycar. loquentes in propriis terminis homici-
dii: Et quando ob hoc homicidium datur bannum
exili, bannum redditur nullum. Tradit Bart. l. absen-
tem, num. 4. vers. quandoque liquet Iudici, & nu. 5.
in fin. ff. de pœn. Refert, & sequitur Bost. tit. de banni
nullitate, num. 6. Text. in l. si quis percussorem, C. ad
196 l. Cornel. de Sycar. Immo si quis dicat, homici-
dium se commisisse ad sui defensionem, admittitur
ista qualitas, etiam stante statuto quod simpliciter re-
spondeat. Bost. tit. de confess. num. 30. Et licet eam
præsumptiuè probaret. Bost. tit. de homic. num. 82.
197 Si homicidium quis committat cum gleba, calce,
vel lapide paruo, non dicitur habuisse animum occi-
dendi. l. 1. §. Diuus, ff. ad l. Cornel. de Sycar. Et
198 modicum vulnus non habet in se delictum, l. 1. §. 2.
199 ff. de ædilit. edict. Et pœna non debet vlterius pro-
gredi, quam delictum. l. sancimus, C. de pœn. Ho-
200 micidium potest impunè committi ab illo, qui est
derobatus. Vt probare videtur Text. in l. sicut alle-
gas, cum ibi not. C. ad l. Cornel. de Sycar. Bart. l.
furta, ff. eod. & latè Ias. in l. vt vim, ff. de iust. & iur.
Vbi pro hac opinione adducit Text. in l. 4. §. lex 12.
201 Tabularum, ff. ad l. Aquil. Vbi apertè videtur
probari, quod fur potest occidi resistens derobato.
Text. est in l. 4. §. lex 12. Tabularum, ff. ad l. Aquil.
Quod procedit, etiamsi ex interuallo fuerit subsecu-
tum homicidium, dummodò lex furata sit penes fu-
rem. Et d. fur pro illius recuperatione aggreditur.
Bart. & Ias. l. vt vim, ff. de iustitia, & iure. Et li-
cet nonnulli dixerint, furem occidi non licere;
Tamen communis opinio est de iure ciuili, & in
foro fori, vt offensio furis resistentis sit licita vs-
que ad mortem inclusiuè, à qua opinione in con-
sulendo, & iudicando non est recedendum. Tra-
dit Bart. l. final. C. de pœn. iud. qui malè iudic.
202 Immò dicitur, quod fur nocturnus pro consecu-
tione bonorum, nè surripiantur, potest offendi e-
tiam ex interuallo, quando res est penes furem.
Bart. d. l. vt vim. Vbi latè Iason ff. de iustitia, & iur.
203 Si homicidium fuit commissum in rixa, & ex
improuiso nullo præcedente tractatu, & constat de
certo interfectore, non est contra alium inquiren-
dum. Tradit post alios, quos allegat, Gram. de-
cis. 25. num. 4. Ille enim solus tenetur. Si homi-
204 cidium committatur, quando constat de inimi-
citia alicuius cum interfecto, non præsumitur ab alio
commissum, sed ab ipso inimico ob propriam ini-
micitiam; quia qui vti inimicus actum nociuum
facit inimico; præsumitur ob inimicitiam facere,
& non de mandato alterius. Tradit Bart. l. prima,
C. si propter inimicitias creat. fact. sit, lib. 10. Et
205 quia quilibet actum nomine proprio, & pro suo
interesse facere præsumitur. Argum. l. & magis, ff.
solut. Bart. l. prima, §. nunciatum, col. 2, quem
206 alii sequuntur, ff. nou. oper. nunciat. Et in pro-
priis terminis, quod stante inimicitia propria præ-
sumitur noua inimicitia ob illam, & non ex manda-
to alterius prouenisse. Dixit Gram. viden. cons. 63.
col. fin. num. 12. Et eo magis id dicendum videtur,
quando inimicus minatus fuit de occidendo; quia
207 minæ præcedentes faciunt præsumi animum mi-
nantis ad occidendum. Quod maximè procedit se-
cuto postea homicidio. Spec. tit. de præsumpt. §. ad
species, ad fin. Marf. §. diligenter, num. 85. Si de
208 homicidio ab aliquo fuit facta confessio, non suf-
ficit ad cõdemnandum, nisi constet de corpore mor-
tuo. Muscatell. pag. mihi 27. n. 10. c 1. & 26. Si ho-
209 micidii qualitas non constet aliundè, quàm per cõ-
fessionem Rei, tunc confessio recipi debet cum qua-
litate adiecta, nec diuidi potest. Vt v.g. inquisitus di-
cit archibusium ex ipso se exonerauit. Not. c. au-
210 ditis, de præsumpt. Et contra qualitatem adiectam
præsumptio iuris in confessione non reperitur. Alex.
cons. 87. vers. tamen dico, vol. 1. Marf. cons. 136. n. 44.
211 vers. præterea dico, Si homicidium committatur,
est impunitum, quando quis occisus fuit à familia Ba-
roncelli, quæ ipsum iustè capere poterat. Tradit Ca-
strens. cons. 194. incip. viso supradicto puncto. Ias.
Burig. l. 2. C. de his, qui latron. Refert, & sequitur
Cason. tract. de captura, & carcere, cap. 9. nu. 13. Si
212 homicidium fuit ira cõmissum, non dicitur propriè
dolosè, & ex animo factum. Aret. cons. 8. col. vlt.
sequitur

sequitur Aristoteles Philosophorum princeps, lib. 5.
Moralium Nicomachorum, c. 8. Quod procedit,
etiam si nullam iræ dederit causam. Rom. l. cum mu-
lier, ff. solut. matrim. Per Text. in l. lex Iulia. in fin.
213 ff. ad l. Iul. Repetun. Vbi qui calore iracundiæ indu-
cti interfecerunt, vel Innocentem, quem occidere
non debuerunt, in insulam deportari debent, quamuis
alias homicida, quod fecit, semper expectet, l. nemo,
C. de Episcopal. Audien. Felyn. c. dilecti filii, de ex-
cept. Vbi quod hoc dictum est notabile, & multa ho-
micidia à mortis pœna excusantur, sequitur Mars.
singul. 270. Si Homicidium fiat, magis est consonum
214 naturæ, quod sit casuale quam appensatum. felyn.
215 c. in nostra, col. fin. de test. Si Homicidium com-
mittatur ab aliquo post cœnam, non est vti ebrius sui
iuris, & rectum, ac perfectum iuditium non habet,
propterea non tenetur pœna mortis legis Corneliæ,
de Sycar. Maleus tract. pęnarum circa mortem, n. 56.
216 Dolo enim tales interficere non æstimantur; ideò
ea pæna non afficiuntur. Si homicidium quis com-
miserit ex causa quamuis iniusta, pœna tamen mortis
naturalis non tenetur. Angel. l. ait Prætor, §. hac actio-
ne, ff. de vi bon. rapt. Alex. cons. 127. vol. 4. Curt.
217 Sen. cons. 96. col. vlt. Gram. decis. 5. n. 24. Si ho-
micidium afferat Fiscus sedato animo, & non in ri-
xa reum commisisse, id probare debet. Scripserunt
Innoc. & Hostiens. cap. inter alia, de immunit. Ec-
218 cles. Blanc. de indic. num. 54. In homicidio præ-
sumptiones, quæ faciunt cessare dolum. Vide Boss.
219 tit. de inquisit. num. 114. Si homicidium, seù
delictum quantumcunque graue, in quo pæna mor-
tis specialiter est imposita, fuerit attentatum per
actum facti adeò proximum, vt illo magis proxi-
mum non detur, non secuta morte naturali eius,
contra quem fuit attentatum, non propterea atten-
tans dictum delictum punitur pæna vltimi supplicii,
sed minori. Vt in casu veneni præparati. Dixit
Gram. decis. 2. num. 7. seq. Et ita concludit esse
faciendum, maximè in euitanda pœna mortis.
Clar. quæst. 92. vers. scias tamen. Et hoc magis di-
220 cendum videtur; quia in delictis, & penis im-
ponendis non attenditur initium, sed finis, aut e-
uentus, ff. de pen. Vbi vulnerans animo occiden-
221 di, non secuta morte non tenetur lege Cornelia,
de Sycar. sed leuiori pæna; quia verum est, quod
ex euentu hominem interemptum non fuisse con-
stat, sed vulneratum. Et vbi superest grauius de-
lictum à reo committendum, grauior pęna reser-
uanda est. l. respiciendum, ff. de pęn. l. sancimus,
C. eod. tit. Nam v. g. durum esset, quod pro sim-
plici exoneratione archibusii quis puniretur pęna
mortis; cum, si occidisset, eadem pęna teneretur:
Ex euentu enim facta pensantur, & puniuntur. Et
222 dispositio iuris, & ratio naturalis fuerunt à ge-
nerali consuetudine delictum attentatum non secu-
to effectu vt puniatur eadem lege, sed non eadem
pęna. Spec. tit. de accusat. §. 1. Et propterea de-
223 rogatum est legibus loquentibus de delictis pu-
niendis. Et hodie non fit punitio delicti, nisi deli-
ctum fuerit consumatum, perfectum, & præfinitum.
Angel. & Castrens. l. 1. ff. quod quisq; iuris. Afflict.
decis. 21. Gramat. decis. 21. nu. 8. 9. 13. & 16. quia
requiritur, vt quis moriatur, vt dicatur delictũ perfe-
224 ctè consumatum. Ideò exonerans v. g. archibusium
animo occidendi, non secuta morte, pęna mortis
puniri non debet, quamuis grauiter castigari possit.
Clar. q. 92. vers. scias tamen. Nec valet, si dicatur,
pęnam exonerantis archibusium esse arbitrariam, &
ideò posse Iudicem extendere arbitrium ad mortem
naturalem. Ad tradit. per Glos. in §. in summa,
225 instit. tit. de iniur. Sed arbitrium non se extendit
ad pęnam vltimi supplicii: Et ideò opinio Glosæ non
est vera, immò communiter reprobata. Afflict. decis.
276. post num. 6. Gram. cons. 48. num. 9. Boer. de-
cis. 317. num. 3. Et horum præstantissimorum viro-
rum opinio est tuta, & mitior, & in iudicando ab
ipsa minimè est recedendum. Dixit Clar. quæst. 83.
vers. sed quæro, quando pęna. Vbi citat infinitos di-
ctum Glosæ reprobantes. Sed dato, & non concesso,
quod esset vera opinio Glosæ, procederet, quando
qualitas delicti, & circumstantiarum esset talis, quod
de iure communi, vel consuetudine pro eo delicto
pæna mortis naturalis veniret imponenda, aliàs se-
cus. Alex. communem dicens, cons. 121. in fin. lib. 7.
Aym. cons. 214. num. 224. post num. 2. Clar. q. 87.
vers. sed quæro, quando pęna est à lege. Vnde dici-
tur, quod cum de iure communi propter exonera-
tionem archibusii non tamẽ morte secuta pęna mor-
tis non sit imposita exonerantibus archibusium, nec
de consuetudine talis pęna imponatur, sequitur in-
quisitum à pęna mortis esse tutum. Et hoc præcipuè
226 est dicendum, quod etiam in enormissimis delictis
quis non punitur pæna ordinaria, nisi effectu perfe-
ctè consumato; prout dicitur de eo, qui falsam mo-
227 netam cudit, si eam non formauit, vltimò suppli-
cio non subiicitur, l. qui falsam, & ibi Hyppol. col. 2.
228 ff. ad l. Cornel. de fals. Et ideò concludendo di-
citur, quod cum delictum non fuerit perfectè consu-
matum, à pęna ordinaria recedendum est. Io: An-
dr. in c. in pęnis, de regul. iur. in sexto. Ratio est,
quia iura, quando pœnam imponunt ratione delicti,
sæpè sæpius loquuntur per verba temporis præteriti
229 perfecti, ad denotandum, quod pœna requirit
perfectionem actus. l. 1. in princ. ad l. Cornel. de
Sycar. Hyppol. cons. 106. num. 26. Bal. cons. 444.
num. 2. vol. 3. Aliàs sequeretur, quod legitima es-
set comparatio de actu perfecto ad imperfectum;
230 Quod haud dicendum est. Si homicidium dica-
tur factum, semper ad defensam præsumitur commis-
231 sum. Corn. cons. 163. col. pen. lib. 1. Si homici-
dium dicatur commissum, tamen non præsumitur
commissum iuxta iuris præsumptionem, seù disposi-
232 tionem; quia ius præsumit, neminem delinquere
velle. l. meritò, ff. pro soc. Et stante dicta iuris præ-
233 sumptione transfertur onus probandi in Fiscum;
quia natura instituit cognationem quandam inter
homines, c. Charitas, e. l. secondo, de pœnit. distin. 2.
Ob banc q; rem haud mirum, si aliquis bonus nõ vult

 nocere

nocere alteri ; & ideò nunquam præsumitur ab ali-
234 quo fuisse commissum delictum, quando non adest
causa. Ità Bart. cons.8.nu.8. inter cons.crim.diuers.
lib. 1. Vbi quod sufficit pro lege hanc naturalem ra-
tionem allegare, l.cum ratio,ff.de bon. damn. Si ho-
235 micidii tractatus dicitur factus, non tamen est præ-
sumendus,nisi tria concurrant. Primò quod inimici-
tia capitalis præcederet inter imputatos de tractatu,
& occisum. Secundò, quod interuenerit allocutio se-
creta. Tertiò, quod incontinenti secutum fuerit ho-
236 micidium. Alioquin altero illorum cessante tracta-
tus non præsumitur ; etaimsi occisores essent affines.
Ias.l.1.col.6.vers.quinto mirabiliter limita,C.de seru.
237 fugit. Si homicidium committatur ab aliquo in pu-
ra rixa non ex proposito,aut appensatè vnico ictu la-
pidis, non pœna mortis, sed alia puniendus est. Tra-
dit Boss. tit. de defens. reor. nu. 68. Clar. §. homici-
dium, vers. culpa dicitur,in fin. Vbi dicit, quem non
238 esse puniendum pœna mortis ob proiectionem la-
pidis in aliquem, licet mors secuta sit. Et maximè
quando fuit prouocatus, quia mitiori pœna punien-
dus est. Tradit Abb. c.1. de iniur. & in c.1. de iniur.
& in c.cum te, col. 8. vers. puto tamen, de re iudic.
239 Et licet prouocatio non excuset in totum, tamen
240 alleuiat pœnam. Ratio est, quia difficillimum est
dolorem temperare, l.si adulterium,§. Imperatores,
241 ff.de adult. Si homicidium clericus committat, seù
Berroariis Curiæ secularis pro defensione immunita-
tis Ecclesiæ resistat, nulla pœna puniri potest ex plu-
ribus. Primò,quia dat operam rei licite,& alii rei il-
licite,vt berroarii, qui tenentur de omnibus inde se-
cutis, Bart.l.sed & quæcunque. ff. ad l. Aquil. Bal.in
l. in multis, C. de quib. caus. Vulpell. cons.66. nu.3.
242 Et iuramento dantis operam rei licitæ creditur,
quod nō animo v.g.causandi homicidiū,vel aliud ma-
lum, sed solum defendendi d. Ecclesiæ immunitatem
alios etiam Clericos conuocauit. Bal. c. bonæ 2. de
postul.Præl.Gram.cons.69.nu. 10.Vulpell.d.cons.66.
243 nu.4. Secundò, quia berroariis indebitè, & iniustè
capturare volentibus licitè potest resisti,immò impu-
nè possunt occidi. l.prohibitum,& ibi Bart.C.de iur.
Fisci. Immò si quis non resistit, puniendus est, l.om-
ne, C. de Decurion. Tertiò, quia isto casu d. homi-
244 cidium dicitur casu, & non appensatè comissum,
quia Clericus operam dans rei licitæ,solummodò re-
sistit berroariis non animo committendi homicidiū,
sed ex zelo defendēdi immunitatem Ecclesiasticam.
Vnde in nullo peccare dicitur, & nulla pœna puniri
potest. ll.2. & 3. C. ad l. Cornel. de Sycar. loquens
in propriis terminis homicidii. Et quando ob hoc da-
ta est aliqua suspensio,& declarata irregularitas, dictę
pœnæ dicuntur nullæ. Tradit Bart. l.absentem.nu.4.
vers.quandoque liquet Iudici ; & nu. 5. in fin. ff. de
pœn. Refert, & sequitur Boss.tit. de banni nullit. n.6.
Text. in l.si quis percussorem, C.ad l. Cornel. de Sy-
245 car. Quartò, quia homicidium potest impunè cō-
mitti ab illo,qui reperitur offensus. Vt probare vide-
tur Text. in l. sicut allegas, cum ibi not. ff.ad l. Cor-
nel. de Sycar. Bart. l. fin. ff. eod. tit. & latè Ias. in l.
vt vim, ff. de iust. & iur. Vbi pro hac opinione ad-
ducit Text. in l. 4. §. lex 12. Tabul. ff. ad l. Aquil.
Vbi apertè videtur probare, quod fur possit occidi
246 resistens derobato. Quintò, quia homicidium
semper præsumitur casu commissum, & non ex pro-
posito, & appensatè, nisi per Fiscum qualitas pen-
samenti probetur non præsumptiuè, sed certè, &
clarè. Ità Bald. in l. non ideò minus, num. 26. C.
de accusat. Innoc. in cap. inter alia, de immunitate
Eccles. Clar. §. homicidium, vers. alia est defensio.
247 Sextò, quia isto casu homicidium dicitur commis-
sum casu in rixa, nullo præcedente tractatu. Tra-
dit post alios, quos allegat Gram. decis. 25. num. 4.
248 Si homicidium committat minor 25. annis, mi-
tius punitur. Ità Bald. in l. etsi seuerior, num. 10.
Et ibi etiam Aret. col. 2. C. ex quibus caus. infam.
irrog. Honded. cons. 104. num. 7. & 43. vbi te-
statur de communi. Et quamuis adsit Constitutio
Pii Quarti, vbi talis ætas non excusat, dommodo
minor homicida decimum quartum annum possit pu
niri pœna vltimi supplicii pro homicidio ex propo-
sito patrato ; Nam dicta Constitutio non loquitur de
auxiliatore, sed de occidente tantum, vt apertè ap-
paret ex verb. Constitutionis, quæ tantum disponit,
quantum loquitur. Ità Bald. in l. testamentum non
ideò, in fin. C. de testam. Et cum non concurrant
verba Constitutionis, non prodierit, nec habet lo-
cum eius dispositio. l. quod constitutum, ff. de mi-
249 lit. testam. Immò minor 25. annis delictum do-
lo committens propter infirmitatem animi imatur,
quia iuuenis,ideò minor pœna Iudicis officio est im-
ponenda. l. aut facta, §. 1. ff. de pœn. Tradit Bart.
viden. l. 1. vers. quandoque minor, C. si aduers. de-
250 lict. Immò minori 25. annis delinquenti ob mi-
norum fauorem pœna alleuianda est. Tradit Placa
Epit. delict. cap.32. num.11. Asinius cons. 110. nu.
11. inter cons. crim. diuers. lib. 2. magnæ impres-
sionis. Riminal. l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff.
de pact. Caccialupus cons 92.num.3.seq. inter cons.
crim. diuers. lib. 1. Vbi refert plures casus, & in-
ter alios ità fuisse seruatum Ferrariæ in minore 25.
annis Reo falsæ monetæ, aliàs damnato in pœnam
ignis, cuius miseratione ætatis fuit mitigata pœ-
na in pecuniariam. Nec dissentiunt Rolan. cons.
77. num. 9. lib. 3. Hyppol. Riminal. cons. 245. nu.
24. lib. 3. Cabal. casu 134. num. 3. loquentes in
terminis fabricantis falsam monetam. Quibus ac-
cedit Farinac. de pœnis temperan. quæst. 192. num.
109. Nec facit, quod inquisitus fuerit carceratus,
& fustigatus, quia hoc ex consuetudine per Iudices
non seruatur, quod ob reiterationem delictorum
possit imponi pœna mortis. Vt per Gram. decis. 16.
num. 5. seq. Clar. quæst. 84. num. 6. vers. sed hic
incidenter quæro. Et contraria procedunt in ma-
teria furtorum, in qua adeò habetur ratio con-
suetudinis delinquendi, vt tantum pro tribus fur-
tis, possit quis furca suspendi de consuetudine ge-
nerali omnium Curiarum. Vt post Clar. & Fa-
rinacc. quos allegat Caball. casu 99. num. 54

Nec

Nec absurdum videri debet, quia si in fabricantibus
falsam monetam ob minoritatem mitigatur pœna;
quanto magis minui debet, quando sumus in con-
dentibus, quod est minus delictum? Constitutiones
verò loquentes, quod minores 25. annis, dummo-
dò 20. annum attingant, puniantur pœna mortis na-
turalis pro delictis atrocibus loquuntur de minoribus
bannitis, & in contumaciam condemnatis, ideò ex-
tra condemnatos non procedunt, vt benè considerat
prædicta omnia Honded. cons. 99. nu. 48. lib. 1. Et Iu-
dex isto casu minorando pœnam non peccat, vt tradit
Sforz. Odd. in tract. de restitu. in integ. q. 81. n. 33. seqq.
Afin. cons. 110. in fin. diuers. crim. lib. 2. Immò mi-
251 nori 25. annis non potest imponi pœna corporalis,
sed pœna exilii, vel relegationis. Vt in propriis termi-
nis scripsit Rimin. cons. 135. nu. 2. inter cons. crim. di-
252 uers. lib. 1. Immò minori 25. annis non aggrauan-
tur delicta ob reiterationem delictorum. Clar. q. 60.
in princ. vers. aut est minor. Gram. decis. 23. nu. 12.
Ioseph. Ludouis. decis. Lucen. 17. nu. 81. Hyppol. Ri-
253 min. cons. 245. nu. 3. lib. 3. Vbi quod minor ex quo-
cunque iterato crimine non potest pœna ordinaria pu-
254 niri. Immò minori 25. annis etiam in grauibus de-
lictis mitior pœna est imponenda. Dec. cons. 535. in
255 fin. Vbi quod in omnibus pœnalibus iuditiis ætati,
ac imprudentiæ succuritur, quem refert, & sequitur
Gram. decis. 23. nu. 11. Quod procedit, etiamsi sæpius
tale delictum patrasset. Vt benè not. Ioseph. Ludou.
256 decis. Lucen. 17. nu. 81. par. 1. Immò dicitur, quod
minor 25. annis mitius puniri debet, & minor ætas ex
257 aspectu probatur, seù cognoscitur. l. minor. 25. ãnis
adito Præside, ff. de minor. Et isto casu idest circa mi-
noritatem iudicat secundum conscientiam informa-
tam ex inspectione oculorum. Ità Bal. ibi, quem re-
fert, & sequitur Natt. cons. 269. nu. 5. seq. Et quod mi-
nor 25. annis mitius puniri debeat, haud mirum est,
quia in duobus Sacrilegis, qui derobauerũt patenam,
& Calicem intus Eccles. fuerunt ob minoritatem fu-
stigati, & banniti. Ità Boer. dec. 254. nu. 19. seq. quẽ
refert, & sequitur Ludouis. Peguer. dec. 24. sub nu. 21.
258 vers. quartò consideranda est quoq; ætas. Et tamen
nulli dubium est, sacrilegii crimen maius est quocũq;
raptu. Ità Zuccard. rubr. C. qui admitti, num. 23. lo-
quens de minore 25. annis. Vbi ait ità obtinuisse in
facto. Ant. Thesaur. decis. Pedamont. 161. Vbi quod
quod contraria opinio vti nimis rigorosa, & humano
259 Iudice indigna non est tenenda. Et altera extat ra-
tio, quia leges ob delicta primeua in iuuentute com-
missa solent temperare pœnas secundum Ruminal. in
l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. Non obstat
Constit. March. lib. 4. cap. 69. Vbi quod minor 18. an-
nis habetur pro maiore; quia est compilata ad ter-
rorem, propterea non sunt ligatę manus Iudici ad mi-
tigandam pœnam, aliàs esset irrationalis. Et ità in
facti cõtingentia fuit seruatum Romæ in duobus fra-
tribus Asculanis condemnatis in pęnam vitæ in con-
tumaciam, ob eorum minoritatem Illustriss. D. Gub.
moderando dictam pęnam mandauit illos ad trire-
mes transmitti. Ità in terminis scripserunt Sforz. Odd.
tract. de restit. in integr. q. 81. nu. 33. seqq. Honded.
260 cons. 99. num. 48. seqq. Et quando minoratur pę-
na, non debet esse corporis afflictiua; Ità Angel. in
tract. malef. in Glos. scienter, & dolosè, col. 5. Et Iu-
dex ex necessitate iuris dictam pœnam minorare cõ-
pellitur. Gram. decis. 23. num. 11. & cons. 36. num.
23. & 39. num. 12. cum aliis adductis per Bertazz.
cons. 378. nu. 7. Et tanto magis quando homicidium
fuit commissum in pura rixa. Quibus omnibus addi-
tur, quod Iudex non solum potest, sed debet, & tene-
tur dictam pœnam minorare, quod dicit esse com-
munem opinionem; & ex ea aliam verissimam infert
iuris conclusionem, quod quando ex aliqua causa
debet minorari pœna, illa minorata non debet esse
corporis afflictiua, & allegat Mars. & alios, qui dicunt
istud esse perpetuò menti tenendum. Rolan. à Valle
261 cons. 77. vol. 3. per tot. Vbi concludit cum 24. ar-
gumentis inter iura, rationes, & authoritates mino-
rem non debere puniri pęna ordinaria, etiam in deli-
ctis atrocibus, scilicet stupri, sodomiæ, homicidii ap-
pensati, furtorum reiteratorum de nocte, falsæ mo-
netæ, & in omni delicto, præterquam in crimine læ-
sæ Maiestatis, & parricidii, sed extraordinaria, & mi-
tiori citra corporis afflictiuam, & ità seruari apud do-
ctos Iudices, & quod ista miseratio ętatis non est cer-
uellina ex capite, & reprehensibilis, sed veridica, &
laudabilis apud sublimes DD. & damnat Officiales
aliud sentientes, & dicit eos non posse monere ex le-
gibus, sed ex imperitia, vel gloria, vt appareant ob-
seruatores iustitiæ apud vulgares homines. Et ratio
262 minorandi pœnam est causa intrinseca legis. Bo-
logn. cons. 37. num. 15. & alii ibi per eum adducti,
attestantes de communi Mars. cons. 24. num. 36. seq.
& cons. 30. num. 20. & cons. 39. nu. 59. & cons. 47.
num. 14. & cons. 48. num. 54. Farinac. q. 92. nu. 165.
Vbi dicit, quod est communis opinio DD. quamuis
essent delicta grauia, & atrocia, & atrocissima. Et
263 in atrocissimis minores mitius puniuntur. Vt ibi
per eum, num. 106. & 108. dicit, quod in Vrbe mi-
nores 20. annis non scire fuisse morti traditos pro
delictis quantumuis atrocissimis inconsulto Principe,
admonendo Iudices, vt persuadeant Principi, quod
264 inclinet in mitiorem pœnam, num. 171. dicit vi-
disse semper seruatum in Vrbe in puniendis minori-
bus 20. annis, etiamsi plura furta commisissent non
fuisse damnatos in pœnam triremium propter eorum
ætatem, & propter periculum maioris scandali, &
peccati, quod exinde oriri posset. Immò minor 25.
265 annis delinquens non potest puniri pœna ordina-
ria, quando est effectus maior. Glos. cap. sciant
cuncti, C. de legit. hæredit. Mars. l. Infans, num.
13. ad l. Cornel. de Sycar. & in l. de minore, in
princ. ff. de quæst. Et vbicumque tempus adiicitur
266 ætati per Genetiuum, tunc perfectio temporis re-
quiritur. Glos. Clement. fin. in verb. decimo octauo,
de ætat. & qualit. Salyc. l. 1. C. quando dies legat. ced.
carn. cons. 213. lib. 1. Vbi ponderat illa verba an-
norum 25. cum sint prolata per Genitiuum in nume-
ro plurali; quod idem considerat Imol. l. si cui

legatur, de legat. primo. Vbi loquens in propriis ter-
minis de ætate annorum 25. quod requiritur d. an-
267 nus sit finitus, nec sufficit illius ingressus. Immò
minoribus 25. annis in grauibus delictis mitior pœ-
na est imponenda. Dec. conf. 535. in fin. Vbi quod
268 in omnibus pœnalibus iudiciis ætati, & imprudcn-
tiæ succurritur, quem refert, & sequitur Gram. decis.
23. num. 11. Quod procedit, etiamsi sæpius tale de-
lictum patrasset (vt dictum est) vt benè not. Ioseph
Ludouis. decis. Lucen. 17. num. 81. par. 2. Si homici-
269 dium quis committat; tamen non præsumitur ip-
sum commisisse animo deliberato. Plot. cons. 130.
num. 74. inter cons. crim. tom. 1. Immò casu, & ac-
cidenter præsumitur commissum, & sic in dubio cre-
ditur. Felyn. in c. sicut digna, num. 6. ad fin. de ho-
270 mic. Bursatt. cons. 134. nu. 26. Si homicidium quis
committat, præsumitur, quod commiserit casualiter,
quando aderat beneuolentia, & amicitia inter occi-
sorem, & occisum. Glos. l. fin. ff. de Syear. Felyn. c.
fin. propè fin. de homic. not. in l. 1. ff. de Sycar. Car-
rer. in pract. §. homicidium, vers. circa verò secundá
271 speciem, num. 7. Ratio est, quia amicus non præ-
sumitur dolosè versari contra amicum, nec contra eũ
deliquisse. Bursatt. cons. 15. nu. 23. vbi adducit con-
272 cordantes. Si homicidii tractatus per Fiscum di-
catur, non præsumitur, nisi probetur, secus est in la-
273 tronibus. Calon. tract. de indit. c. 5. num. 5. Si ho-
micidium fiat noctis tempore, potius ex lasciuia, quã
dolo dicitur commissum. Castrens. in l. 1. C. vbi se-
nat. vel Clariss. sequitur Cœpoll. in l. 1. col. 8. vers.
ex quo refert, C. de seru. fugit. Et sic pœna mino-
randa est, vt per plures authoritates ostendit Foller.
cons. 137. num. 6. diuers. lib. 1. Castrens. in l. 1. C. vbi
Senat. vel Clariss. Veronen. in l. 1. col. 8. C. de seru.
fugit. Boer. tract. de sedit. num. 51. vide inferius in
verb. homicidium quamuis dicatur fuisse nocturno
274 tempore commissum. Si homicidium in aliquo
præsumatur, non punitur, nisi sequatur effectus ex
consuetudine totius Italiæ. Boss. tit. de homic. nu. 4.
275 Si homicidio quis astitit; vel cum homicida iuit,
præsumitur fortuitò, & non scienter astitisse, vel iuis-
se, nisi aliæ coniecturæ adsint in contrarium. Boss.
276 tit. de homic. num. 25. Si homicidio quis astitit,
ab ipsius pœna absoluitur, quando occisus vnico vul-
nere interfectus est, vel etiam multa vulnera sunt;
sed plures sunt, qui vulnerare potuerunt; non autem
à pœna pecuniaria. Boss. tit. de homic. nu. 26. Sed
illud est per Iudicem aduertendum, quod quando de-
277 linquentium multitudo adest, pœna minoratur,
nè multorum strages sequatur. Angel. in l. is, qui o-
pem, num. 4. ff. de furt. Crauett. cons. 24. num. 9.
Et maximè quando agitur de pœna mortis naturalis.
Extant plura iura canonica, c. vt constituerunt, in fin.
50. distin. c. latrones, & ibi Glos. de Cler. comm. mi-
nistran. Et ità quotidiè seruatur secundum Clar. in
pract. q. 60. vers. allegatur etiam. Glos. in c. deniq;
Sacerdotes, in verb. venia, distin. 3. Farinac. tract. de
278 pœn. q. 96. num. 1. Nec mirum Fisco videri de-
bet, quia reorum multitudo detrahit de seueritate,

d. c. constitueretur, in fin. 50. distin. vlt. Vbi seueri-
279 tas in peccata paucorum seruanda est. Hinc in-
fertur, quod quando punitur multitudo gentium pœ-
na corporalis in pecuniariam conuertitur, seù com-
mutanda est, Innoc. c. grauem, circa med. de sent.
excõm. latè Bart. l. aut facta, ff. de pœn. Vndè plures
280 receptantes delinquentem, licet essent puniendi
eadem pœna, qua principalis, tamen ob multitudi-
nem delinquentium mitius puniuntur. Imol. c. 1.
col. 4. vers. his autem, de offic. delegat. Hyppol.
l. si in rixa, col. 8. vers. vlterius adde, ff. de Sycar. An-
281 gel. l. is, qui opem, ff. de furt. Ab homicidii pœna
absoluuntur omnes, quando vulnera occisi tot sunt,
quot sunt, qui interuenerũt homicidio, licet teneãtur
ciuiliter; Boss. tit. de homic. num. 27. Vide in verb.
homicidium quando prætenditur commissum præce-
282 dente tractatu. Si homicidium fuit cõmissum nul-
la culpa, sed casu tantum, non punitur. Boss. tit. de
283 homic. n. 66. Si homicidium fuit commissum pro
defensione necessaria cõtra iniuriam personalem in-
ferentem est impossibile. Et verè probandum est,
quod aliter occisor non poterat euadere. Boss. tit. de
284 homic. num. 83. Nec mirum videri debet, quia
homicidium committẽs ad suam necessariam defen-
sionem in nullo peccasse dicitur, & nulla pœna pu-
niri potest, ll. 2. & 3. C. ad l. Cornel. de Sycar. lo-
285 quens in propriis terminis homicidii. Et quando
ob homicidium datur bannum exilii, bannum red-
ditur nullum. Tradit Bart. in l. absentem, num. 4.
vers. quandoque liquet Iudici, & num. 5. in fin. ff. de
pœn. referens & sequitur Boss. de banni nullit. num. 6.
Text. in l. si quis percussorem. C. ad l. Cornel. de Sy-
286 car. Immo si quis dicat se homicidium commisis-
se ad sui defensionem, admittitur ista qualitas etiam
instante statuto, quod simpliciter respondeat. Boss. tit.
de confess. num. 30. & licet eam præsumptiuè proba-
287 re. Boss. tit. de homic. num. 8. Si homicidium
committatur ad defensionem suorum, & etiam ex-
tranei, interdum est impunitum, & etiam pro defen-
sione sui honoris. Boss. tit. de homic. nu. 85. Si ho-
288 micidium committatur, eo quia Princeps, vel Po-
tens aliquis mandat priuato, vt occidat aliquem, alio-
quin quod occidet ipsum, & est solitus talis Princeps
exequi minas, dictum homicidium est impunitum.
289 Boss. tit. de homic. num. 95. Ità pariter homici-
dium est impunitum, quando Princeps mandat Iu-
dici per verba, quibus via iuris agere videatur, vt exe-
quatur sententiam corporalem iniustam, si rescribit
Principi, & expectat per 30. dies. Boss. tit. de homic.
290 num. 96. Si homicidio plures interuenerunt, &
nescitur cuius ictu occisus perierit, sententia debet
exequi æqualiter, vbi par pœna est imponenda; Vbi
verò dispar est pœna, condemnantur omnes pœna
pecuniaria. Boss. tit. de homic. num. 31. & 32.
291 Si homicidium committatur vnicum reputatur fa-
ctum; quamuis plura crimina diuersa resultent. Mu-
292 scatell. pag. 165. nu. 54. Si homicidium commit-
tatur, & non est ex omni parte dolosum, sed excu-
sabile; In nobilibus punitur deportatione ad aliquam
Insu-

Insulam. Muscatell. pag. 83. nu. 51. In ignobilibus verò pena triremium, quæ est loco condemnationis ad metallum. Solet etiam hoc casu dari pœna perpetui exilii, seu ad tempus secundum qualitatem facti, & personæ; vel prout conuenire videbitur delicti grauitati, seu lenitati Iudicis arbitrio considerandis, taliter quod est arbitraria. Muscatell. pag. 83.
293 nu. 53. seq. Si homicidium committatur, proditorium non erit, si quis aliquem aperta inimicitia
294 occiderit. Muscatell. pag. 125. nu. 20. Si homicidio fortuito, & non præmeditato quis astitit, non venit puniendus, Auchar. cons. 217. Felyn. c. sicut dignum, de homic. Angel. tract. malef. vers. & dicto maleficio. Vita tit. de insultu, & Aret. c. 3. de
295 probat. Vulpell. cons. 96. nu. 1. Si homicidium committatur, præsumitur purum, quando homicida erat pacificus, quietus, non solitus rixari; & interfectus robustior, & ad arma, & rixas promptus. Item quando homicida erat amicitia, & affinitate, & conuersatione vsque ad diem delicti coniunctus cum occiso. Item ex armorum qualitate, quando homicida debilioribus armis erat munitus. Vulpell.
296 cons. 22. nu. 1. Si homicidium fuit commissum sine dolo, & sine occidendi animo, sed per lasciuiam, quinquennali relegatione tantum punitur. Vulpell.
297 cons. 126. nu. 12. Si homicidium fuit ab aliquo instigatoris suasu, dicti instigatoris pœna est arbitraria citra mortem, & corporis afflictiuam. Ias. post Bal. in l. seruum fugitiuum, C. de seru. fugit. Dec. c. ex litteris limitat. 4. de constit. in l. consilii, ff. de reg. iur. Boss. tit. de mandato propè fin. Plac. Epit. delict. c. 27. nu. 8. Vulpell. cons. 67. num. 7. Si ho-
298 micidium eueniat ex improuiso, & ex prouocatione occisi, & verbis, & factis contra homicidam, non dicitur interuenisse dolum homicidæ, & licet excesserit modum legitimæ defensionis, non est puniendus pœna corporali. Ita Bart. l. 1. §. 1. nu. 1. ff. si quis testam. liber. Clar. §. fin. q. 48. in princ. Cæphal. cons. 75. lib. 1. & communem dixit Farinac. q. 31.
299 nu. 1. Si de homicidio accusatus in modum exceptionis dicat, testes esse falsos, tunc differtur quæstio homicidii, cum sit præiudicialis, nisi Iudici constet, quod in fraudem, & causa litis differendæ talis exceptio proponatur, vt l. 1. C. de inur. calumn. l. satis apertè, C. de fals. vt nisi imputari possit accusato, quod nimis se arctaret ad opponendum exceptionem prædictam, l. petenda, C. temp. integr. restit. & l. nemo, de temp. app. Secus si non possit sibi imputari; quia accusator citra finem duorū mensium producit dd. testes; quia tunc excipiens auditur, & potest differri vltra fine metu pœnæ, l. fin. C. de adul. Nanq; quantumcunq; Statutum sit strictum, tamen recipit hanc interpretationem à iure communi; vt iusta, & necessaria intelligatur excepta, l. si serui, C. de noxal. l. vt gradatim, §. sed in lege, ff. de mul. & hon. Angel. tract. malef. in verb. qui Domi-
300 nus Iudex, nu. 18. 19. & 20. Si homicidium fuerit commissum in confinibus duorum Territorium, & si accusatus dicat, quod commiserit Camerini, & postea dicat, quod commiserit S. Seuerini, non tamen confitetur se illud commisisse; quæritur, an hęc exceptio prius debeat decidi quam nomen ipsius recipiatur inter reos: Et videtur, quod sit, cū hæc quæstio sit emergens, vt l. à præcedente, C. de dilation. & l. liberis, §. fin. ff. de lib. pro qua quæstione incidenti secundū communē opinionem est pronūciandum. Azor. in summ. C. de offic. Iud. circa fin. rubr. tu tamen dicas, & ità sentit Guid. de Suz. quod super accusatione illa est procedendum, non obstante exceptione prædicta, l. cum quædam puella, ff. de iurisdict. omn. Iud. vnde cum accusator in sua accusatione posuerit homicidium illud, vel maleficium fore commissum Camerini, debet accusator respondere Camerini. Verum si in processu causæ probabitur dictum maleficium alibi fore commissum, apparebit Camerinensem Iudicem fore non competentem, & sic eo ipso non valebit, quod factum erit,
301 vt l. vlt. C. si à non competen. Iud. si tamen in confinio vtriusq; territorii factum fuerit delictum, & petat accusatus, quod accusator distinguat locum dicti maleficii, debet, & tenetur hoc facere, l. libellorum, ff. de accus. & etiam locum illum designabit ad oculum, vt instit. de gradi, §. fin. ff. fin. regund. l. si irruptione, §. fin. Gand. tract. malef. rubr. quid sit agendum, nu. 2. si verò in accusatione non appareat, vtrum maleficium sit factum in territorio Camerini, vel S. Seuerini, fines vtriusque Territorii sunt designandi, & terminandi: si autem non distinguantur, tunc vterquè Iudex tam Camerini, quam S. Seuerini cognoscet de illo maleficio, vt l. Iurisperitos, ff. de excus. tutor. §. cum Oriundus. Accusatione autem exposita si ipse accusatus nullas habet exceptiones, procedet in accusatione, quam accusationem accusator semper necesse habebit probare verum esse; alioquin obtinet regula, quod si accusator non probat, reus absoluitur, l. qui accusare, C. de eden. Fallit in casibus, in quibus tam accusato, quam accusatori incumbit onus probandi, vt l. vbi, C. de abolit. l. fallaciter. §. quid. C. de abolit. Item obtinet alia regula, quę est, vt accusator non probans videatur, & intelligatur calumniator, vt l. 1. C. de aduoc. diuers. Iudic. quot tamen fallit in marito, & aliis, quos non est verisimile calumniari, vt l. 1. §. calumniari, ff. ad Turpill. l. quamuis, C. de adul. Gand. tract. malef. rubr. quid sit agendum.

Cæterum omninò est aduertendum, quod vt accusatio valeat, continere debet ea, quæ ponuntur in l. libellorum, ff. de accus. scilicet nomen accusatoris, & accusati. Gand. magnus criminalista rubr. qualiter fiat accusatio, n. 6. Boss. tit. de accusat. n. 2. Item crimen commissum, cum qua persona, locus, & loci locus apponi debet, puta in tali domo, & in tali angulo d. domus, quo anno, & quo mense. Et si locus, & tempus non apponantur, accusatio est ipso iure nulla etiam parte non opponente. Et ista est communis opinio, Alex. in l. edita, nu. 13. Dec. n. 34. & omnes scribentes, C. de eden. Soc. cons. 109. n. 2. lib. 3. Gomez. instit. de act. in princ. n. 45. Bellon.

lon. cons. 63. nu. 2. Boer. decis. 321. nu. 2. diem & horam commissi criminis nullus inuitus compræhendit, sed dies porrectæ querelæ apponi debet, & iudicii locus. Hinc refert Bonifat. tit. quid sit accusatio, se obtinuisse propter defectum loci iudicii, qui non erat in actis scriptus. Fallit in crimine falsi, quia in eo non requiritur locus, & tempus, Aret. de malef. verbo falsario, vers. & tene menti. Allegat ad hoc Glos. inst. de publ. iudic. crim. princ. verb. instituendis, & Bal. c. 1. quib. mod. feud. amit. Et per
302 accusatorē secretum procedi non potest; quia accusator tenetur de calumnia verum dies tunc apponi tenetur, quando Iudici videtur æquum, aut pars implorat officium suum, vt apponatur, vt suas defensiones facere possit, vt quia dicat, se fuisse absentem toto illo die, ne sibi auferatur defensio, & vt accusatio sit talis, per quam reus plenè instruatur, an velit cedere, vel contendere, l. 1. ff. de edēt. l. pen. ff. de int. act. Aduertas tamen isto casu, quod licet aliquando dies ad rei petitionem declaretur, non tamē
303 de necessitate probandus est. Ità dicit Bart. in d. l. libellorum in fin. & hoc notat etiam Salyc. in l. penul. C. de accus. Bertrand. cons. 16. num. 2. lib. 6. Aegid. Constit. Glos. B. nu. 7. fol. 189. Item dicitur,
304 quod accusatio omnis debet continere locum, annum, & mensem commissi delicti, vt l. libellorū. ff. de accus. siue agatur criminaliter, vt ibi, siue agatur de crimine ad interesse partis, siue per modū accusationis crimen adducatur, siue per modum exceptionis, vt dicit Bart. in l. 1. ff. de except. dummodo sit talis accusatio, vt infamet siue de iure, siue de facto tantum, vt l. Prætor edixit, & ibi Bart. in princ. ff. de iureiur. Et idem voluit Bart. in l. viro, & vxore, ff. solut. matrim. & in l. 1. ff. de suspec. tutor. & in l. 1. ff. de except. & in l. & an eandem, §. actiones, ff. de except. rei iudic. Ex quo sequitur, quod si ageretur ex quasi delicto quod non infamaret, vt l. cessat, ff. de act. & obligat. quod non est necesse, quod locus, & tempus non apponantur, vt Bart. in
305 d. l. Prætor. quod perpetuò nota, quia quando agitur contra Iudicem, qui male iudicauit, qui tenetur ex quasi delicto, in princ. cum ibi notat. procedit libellus, licet locus, & tempus in libello non sit appositum, Angel. tract. malef. in verb. & ad querelam n. 55. Et ibi August. in addit. accusationis libellus. Item vt melius intelligatur, accusationis li-
306 bellus infrascripta continere debet. Primò nomen accusatoris, & accusati, & in accusatione generali, vel necessaria sit specificatio criminis, Alex. cons. 71. lib. 2. Secundò crimen commissum. Tertiò cum qua persona sit commissum dictum crimen. Quartò in quo loco sit commissum crimen, & etiam loci locus, idest in tali domo, aut in tali angulo dictæ domus. Adde Alex. cons. 72. lib. 2. nota tamen quod licet in actione famosa ciuiliter intentata locus, & tempus
307 debeant apponi, seu interim. Tamen vbi causa committitur cognoscenda de veritate, & æquitate, locus, & tempus non sunt necessariò apponenda, Alex. cons. 6. n. 3. Sed quid, si certus locus, & determinatus non contineatur in accusatione. Vt puta quia contineatur in libello maleficium forte commissum ante domum N. nunquid accusatus petere possit, nomen suum aboleri ab accusatione? Dic allegando pro, & contra, & tamen soluas, quod accu-
308 sator possit declarare illud verbum obscurum. Argum. l. si quis intentione ambigua, ff. de iudic. Et per hoc non aboletur nomen accusati. Et ità fuit consultum Bononiæ per plures legum DD. Quintò quo anno, & quo mense diem, & horam commissi delicti nullus inuitus compræhendit: Annum autem, mensem, & diem dati libelli ponat accusator in accusationis libello. Sextò ponat nomen Imperatoris, vel Papæ tunc viuentis. Septimò accusator habet necesse se in libello subscribere, & astringere se probaturum crimen obiectum ad pœnam tallionis, quæ est membrum pro membro, oculus pro oculo, &c.
309 Adde an accusans, & non probans teneatur pœna eadem, qua teneretur accusatus. Alex. cons. 11. Tamen cum Iudex inquirit, non habet necesse inscribere. Vt voluit Io. Ana. cons. 1. quæ omnia, & singula nisi in libello accusationis compræhendantur, libellus reprobatur tanquam minus legitimè ordinatus, & tunc nomen illius accusati, eo postulante, abolitur ab eodem libello. Et ex integro datur facultas, idest accusatori reaccusandi 30. dies, l. libellorum, ff. de accus. l. qui accusare, ff. de adul. l. fin. ff. de fur. & l. libellorum, 2. q. 8. quæ dicit de 30. diebus. Et intellige quandò accusator absens impe-
310 ditur per mortem, vel morbo, vel simili causa, lit. iam contest. vt l. libellorum, §. vlt. Nam si impeditur alia de causa, videlicet inepta libelli conceptione. Vt puta quando locus, annus, mensis non continentur in eo libello, tunc intra 20. annos poterit reaccusare: tāto enim tempore tollitur accusa-
311 tio criminalis, vt l. querela, C. de fal. nisi ipsa ac-
312 cusatio minori tempore tollatur, vt Adulterii per quinque annos. Gand. tract. malef. rubr. qualiter
313 fiat accus. num. 3. Si homicidium quis committat de mandato alterius, non dicitur homicida, sed auxiliator, & mandans principalis, & corporalis in fieri faciendo, & sic propriè dicitur homicida. Ità Bald. in l. non ideò minus, nu. 27. C. de accus. Propterea
314 dicitur plus delinquere mandans, quam mandatarius. Glos. notab. in l. Athletas, §. Pomponius, in verb. seruitute, ff. de vi, & vi armata, Bal. in d. l. non ideò minus, nu. 19. vbi post Cyn. dicit mandantem puniri vt principale, non autem vt accessorium. Idq; eo magis, quando mandans est inimicus. Gramm.
315 cons. 45. numer. 40. seqq. Et quod mandans dicatur principalis delinquens, latè ostendit Hieron. Gabriel. cons. 170. num. 2. & 10. Et quis non potest esse principalis, & auxiliator, vt plenè probat Grison. de Monte Polit. cons. 6. nu. 4. seq. diuers. crim.
316 lib. 1. Et mandatarius, vel opem præstans mitius punitur, quam mandans. Ità Bart. in l. non solum,
317 §. si de mandato, ff. de iniur. nu. 8. Si homicidium quis committat gratis, & non dolosè, vt quia lapide, vel gladio percussit prætereuntem, eum velit percu-

tere

tere canem, vel feram bestiam, aut occidere auem,
non punitur, vide in verbo accusato aliquo delicto,
318 pro quo debet, &c. Si homicidium quis committat non dolo, sed culpa, vel negligentia, de homicidio non punitur, sed aliqua pœna, prout Iudici videbitur, inspecta qualitate, & conditione personarũ, & culpæ, vt l. 1. §. sed si claua, ff. de Sycar. & l. 3. §. sed
319 alio. Ratio est, quia aliter punitur dolo commissum, aliter si committatur culpa, vel negligentia, vt l. Imperator, §. rescripserunt, ff. de admin. rei, adiec. pert. & l. Magistratus, & l. milites, cum simp. ff. de custod. reor. Bonifac. rubr. quid sit accusatio, n. 99.
320 Si homicidium fuit commissum, Notarius visitare debet cadauer, & annotare vulnera, in qua parte corporis sint; namq; non sufficit constare de homicidio, sed etiam probare debet de eius qualitatibus, &
321 circumstantiis, Boss. tit. de delict. num. 24. Ratio est, quia per annotationem factam per Notarium Iudex cognoscit, an testes Fisci examinati verum dixerint. Ità Blanc. in l. fin. n. 19. seq. ff. de quæst. vbi quod mundi consuetudo ità seruat. Nec dissentit Angel. in l. si in rixa, nu. 2. ff. de Sycar. vnde quando non est seruata forma per Notarium super annotatione vulnerum, processus redditur nullus, c. cum dilecta, vbi Felyn. de rescrip. l. cum his, §. si Prætor. ff. de transact. Et illud per Iudicem est omninò aduertendum, quod de homicidio contra aliquem non potest procedi, nisi prius non sunt descriptæ percussiones per distintam corporis delicti descriptionẽ. Ità Boss. tit. de delict. nu. 24. Clar. q. 4. quando verum est de-
322 lictum. Item dicitur, quod super homicidio necessariò debent formiter examinari testes super re-
323 cognitione cadaueris; Et quando Notarius non seruauit formam examinando prius vnum, postea alium, sed coniunctim scripsit duos testes in simul, quod nullo modo facere potest, sed examinare debet prius vnum, postea alium, cum agatur de vita hominis: Nam quando inordinatè sunt recepti, nihil probant, Bal. in c. 1. §. Sacramentum, col. 2. de consuet. rect. feud. Marf. in §. secunda, nu. 77. seq.
324 Ratio est, quia vbi non est ordo, deficit substantia. Ità Marf. vbi supra post Bal. quem allegat. Si
325 homicidium fuit patratum in pura rixa, non imponitur pœna mortis naturalis, vt per Clar. in §. ho-
326 micidium, vers. alia est defensio in fin. Si homicidium fuit cõmmissum cum baculo, non videtur fuisse animo occidendi, & maximè quando fuit vnico tantum ictu. Ità Bal. in prohem. ff. col. 3. Marf. cons. 7.
327 nu. 45. Aret. cons. 80. col. 3. Si homicidium quis committat vulnerando aliquem, quia ab ipso est detemptus, & id ad effectum reprimendi aliorum multitudinem contra ipsum existentem, pœna ordinaria homicidii non debet puniri, l. 2. §. ipsi quoquè, C. de his, qui latronem, cui vulnerare, & resistere, nè
328 capiatur, prout dicitur de Berroariis capturantibus sine mandato Iudicis, quibus resisti potest, l. prohibitum, vbi not. omnes, de iure Fisci, Clar. q. 29.
329 vers. sed licita. Si homicidium non animo deliberato, & appensatè fuit commissum, aut tractatu præcedente, sed in pura rixa, nullo modo punitur pœna mortis naturalis, sed alia mitiori, l. 1. §. Diuus, ff. ad l. Iul. de Sycar. Dec. cons. 83. col. 2. vers. 3. respondeo, cum aliis adductis per Plot. cons. 72. n. 31. diuers. crim. lib. 2. Clar. in §. homicidium, vers. alia
330 est defensio, in fin. Immò occidens aliquem in rixa mitius punitur. Scribit idem Clar. ibidem, & quãuis iniusta causa dictum homicidium fuerit patratũ;
331 tamen pœna minoranda est. Ità copiosè scribit Gram. decis. 5. n. 24. seqq. Et ideò in indiuiduo scribit Marf. in l. Diuus Adrianus, ff. ad l. Pomp. de parri-
332 cid. Immò tenetur solum de eo, quod fecit; non autem de eo, quod alii fecerunt, vniuscuiusq; ictus contemplandus est, Bart. in l. si in rixa: in princ. ff. ad l. Cornel. de Sycar. & ibi Marf. nu. 25. & 27. ff. de Sycar. c. fin. q. 13. in fin. Surd. cons. 40. nu. 46. lib. 1. Bal. in l. non adeò minus, nu. 26. vers. iuxta hoc hic quæro, C. de accusat. cum aliis adductis per Petr.
333 Caball. cons. 92. nu. 4. Et maximè quando occisus cœpit percutere, dicitur ipse fuisse in culpa, Bal. in l. si ex plagiis, §. Tabernarius, ff. ad l. Aquil. Felyn.
334 in c. significasti, id antepen. de homic. Homicidium vt præsumatur, causa grauis præcedere debet,
335 Cason. de indit. tract. 2. c. 2. n. 5. seq. Si de homicidio fuit facta Confessio, non sufficit ad condemnandum, nisi constet de corpore mortuo. Muscatell.
336 pag. mihi 10. 11. 26. & 27. Si homicidium fuit commissum per minorem 25. annis, puta 14. ob tenella ætatem non potest puniri pœna corporali, aut corporis afflictiua, sed pecuniaria, aut exilii, Bertaz. cons. 17. vbi de communi, latè Riminal. Iun. cons. 69. in fin. tom. 2. Cabal. casu 135. nu. 1. idem Riminal. cons. 245. nu. 25. seq. vbi refert plures casus, in quibus reus minor fuit condemnatus non in pœnã corporalem, sed in aliam minorem, & nouissimè Marc. Ant. Maceraten. lib. 3. resolut. 47. nu. 17. in fin. Non obstat, quod d. inquisitus sit annorum 18. quia inspicitur tempus delicti, non autem punitionis, Cyn. post Petr. Bel. & Iacob. de S. Georgio in l. fin. q. vlt. ff. de iurisdict. omn. Iud. Bart. & Rom. in l. diuortio, in princ. & ibi Alex. in §. si vir. nu. 11. solut. ma-
337 trim. vbi testatur de communi. Si homicidium fuit causatum ad propulsandam offensionem factam in personam, honorem, vel famam, licitum est, l. vt
338 vim. ff. de iust. & iur. Si homicidium fuit commissum, non potest dici prouenisse ex percussione, quando percussus vixit per plures dies post percussionem. Idq; ex pluribus. Primò quando tempore percussionis nullum signum mortale, vel infra paucos dies apparuit, vt benè considerant Veronen. cons. 61. n. 13. Gram. cons. 3. nu. 8. Bart. in l. si in rixa, ff. de Sycar. vbi quod vulneratus ex interuallo moriens non præsumitur mortuus ex vulnere, Soc. cons. 187. col. pen. vol. 7. Secundò quando percussio fuit facta v. g. cum pede, ex quo non solet inferri grauis offensio; prout est, quando percussio infertur cum gladio acuto, vel cum alio instrumento, ex quo non solet inferri plaga leuis. Vt benè considerat Horat. car. pen. super nouis Constit. Mediolani, cap. homicida, nu. 110. vbi

alios allegat. Tertiò quando ad eius curã non fuit ad-
hibitus Chirurgus peritus (quod citra iniuriam dictũ
sit) nanque debebat statim aperire locum offensum,
& accomodare v.g. constã aperuit post multos dies,
ideò fuerunt reperta interiora putrefacta. Vnde cum
ex mala cura Chirurghi mors fuit secuta, imputan-
dum est vulnerato, vel illis, qui cure eius interfue-
runt, l. qui occidit, §. fin. & l. si ex plagiis in princ.
ff. ad l. Aquil. l. quod si nolit, §. culpa, ff. de edilit.
edict. & in casu isto Chirurgho non est credendum,
quia suspectus redditur, ex quo deponit ad sui exone-
rationem, nè dicatur percussum decessisse ex eius im-
peritia, Corn. cons. 83. n. 66. seq. lib. 3. Idq; eo ma-
gis dici debet stante eius negligentia in non aperien-
do locum offensum, nè putrefacerentur interiora,
339 prout putrefacta reperta sunt. Si homicidium quis
committit pro defensione sui consanguinei non pu-
nitur pœna indicta, l. fin. ff. de recept. quia sangui-
340 nem suum nemo vnquam odio habebit, nisi ali-
qua Constitutio vltrò progrediatur. Et ità in facto
consultus egregiè consuluit Aym. cons. 309. Et quãdo
341 Constitutio vult, quod singularis persona pari pœ-
na puniatur, illud ideo est, quia ex hoc criminis par-
ticeps videtur, Argum. c. qui non fure de furt. Si ho-
342 micidium quis committit sine dolo, mitius agitur
cum eo, quam cum alio, si dolo committeret, Cæ-
poll. cons. 37. nu. 11. vnde dicitur, quod delinquens
343 prouocatus, vel iusto dolore commotus minori
pœna, quam sibi occasio oblata non esset, puniendus
est, Abb. in c. 1. vers. puro tamen, de except. Not.
l. quicquid calore iracundiæ, ff. de reg. iur. Et quan-
do adest huiusmodi causa, pœna est omninò mito-
randa, & non debet esse corporis afflictiua, sed alia,
Hyppol. in l. 1. §. Diuus Adrianus, n. 19. ff. ad l. Cor-
nel. de Sycar. Gram. post alios, quos allegat. cons. 36.
nu. 23. Rom. singul. 514. Felyn. col. fin. & not. quia
quid calore, de reg. iur. Et talis delinquens mitius
puniendus est; etiam quod inculpatæ tutelæ mode-
ramen excesserit; cum ignoscendum sit ei, qui pro-
uocatus se vlcisci voluit; l. qui cum maior, §. liber-
tus ff. de bon. libert. Boss. tit. de homic. nu. 59. Clar.
q. 60. vers. hunc quæro: Ratio est, quia prouocatus
delinquendo non est in dolo, sed in culpa; & sic non
de dolo pœna ordinaria, sed de culpa pena extraor-
dinaria punitur, Cephal. cons. crim. 41. nu. 9. Marc.
cons. 137. nu. 21. & seqq. Itaq; dicitur, quod prouoca-
tus aliqua iniuria, aut verbis, aut factis, si deliquit,
excusatur à pœna v. g. homicidii, & mitius punitur,
quoniam indulgendum est ei, qui prouocatus vlci-
scitur, Angel. in l. si adulterium cum incestu, §. Im-
peratores, ff. de adult. Abb. Felyn. in c. dilecti, in
fin. col. 9. de except. Bart. in l. cum qui nocentem,
ff. de iniur. nam quicquid facit prouocatus, præsumi-
tur potius facere ad defensam, quam ad offensam,
Mars. in l. 1. limit. 9. ff. de Sycar. Idem l. vnius, §. co-
gituri vel ff. de quæst. quia incipiens semper dicitur
in culpa, Cæpol. cons. 29. Alex. post Bart. in l. 1.
C. vnde vi, gl. & Dec. in l. vt vim, ff. de iust. & iur.
col. 1. vers. formatur; Nec mirum, quia prouocatus
incidit in iram: Et ira est subita animi tempestas, quę
dum inordinatè se corruit, cor hominis ad insaniam
protrahit, vt l. si adulterium, Paul. de Castr. cons. 192.
Aret. cons. 165. col. vlt. Mars. in l. 1. limitat. 10. ff.
de Sycar. Bal. in l. addictos, C. de Episc. & Cler. Fe-
lyn. in c. dilecti 1 r. declaratur, de except. allegat
text. in l. lex Iulia, in fin. ff. ad l. Iul. repetund. No-
uell. in tract. ad defens. car. 43. seq. nu. 61. seqq. Im-
mò dicitur, quod prouocatus delinquens mitius pu-
nitur; quia dolus habuit ortum à deteriori dolo pro-
uocantis. Clar. q. 60. vers. nunc quęro, Pasett. cons. 20.
per totum, Decian. cons. 23. nu. 4. lib. 3. l. lex Cor-
nelia, ff. de Sycar. Bal. in c. 1. §. si quis verò, in fin.
de pac. iuram. firman. vbi quod rixa, metus, & ni-
mis dolor tollit deliberandi consilium. Et ideò qui
prouocatus delinquit, non de dolo (vt dictum est)
sed de culpa extra ordinẽ punitur, Veronen. cons. 47.
nu. 9. Marl. cons. 137. nu. 21. seqq. Et in pract. §.
quoniam, nu. 65. seq. Immò (inquam) dicitur, quod
prouocatus, quamuis dolosè delinquat, mitius ta-
men punitur, quia dolus dicitur causatus à deteriori
dolo prouocantis. Bal. in l. vt vim, ff. de iust. & iur.
Veron. cons. 42. nu. 5. loquens in propriis terminis
homicidii. Gram. decis. 5. nu. 28. quinimò omninò
per Iudicem est sciendum, quod homicidium com-
missum cum prouocatione (vt dictum est) mitius pu-
nitur, Mars. in l. Diuus, 11. ff. de parricid. Gram.
cons. 18. nu. 7. Riminal. cons. 4. nu. 8. vbi quod isto
casu pœna debet esse pecuniaria, vel relegationis. Et
procedit etiamsi iniuria verbis tantum illata fuisset,
Riminal. cons. 4. nu. 8. vbi quod isto casu pœna debet
esse pecuniaria (vt dictum est) vel relegationis, An-
gel. in l. adulterium, §. Imperatores, ff. ad l. Iul. de
Adult. Et quando quis fuit prouocatus verbis iniurio-
sis, vel minis, mitiori pœna puniri debet, si homi-
cidium committat, Veronen. cons. 41. nu. 9. ratio
est, quia prouocantis dolus facit, vt recedatur à pœna
ordinaria homicidii. Vt per plures authoritates ostẽ-
dit Tiraquell. de pœnis temperan. caus. prima nu. 8.
seq. Et ideò occisor, etiamsi excederet moderamen
inculpatæ tutelæ, iustus dolor, & iusta iracundia ip-
sum excusat à pœna ordinaria, l. qui cum maior, §.
344 libertus, ff. de bon. libert. Si homicidium com-
mittatur, non tamen præsumitur commissum ob le-
uem causam, sed grauem, vt faciat inditium ad tor-
turam, Caton. tract. de indit. c. 3. nu. 8. seq. vt v. g.
345 ex lite simplici, quæ ad minus non sit maioris par-
tis bonorum, non oritur inimicitia talis, vt possit
quis torqueri, Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 898.
nu. 26. vbi post Abb. & alios per eum adductos fa-
cit Conclusionem, quod talis pastalis, cum non cau-
set inimicitiam capitalem, non parit inditium ad tor-
turam, Vulpell. cons. 5. nu. 3. qua quidem ex re di-
346 citur, quod vbi delicti causa cessat, ibi subintrat
causa exclusiua delicti. Ita Bart. cons. 8. nu. 8. inter
cons. crim. diuers. lib. 1. vbi quod est fundatum in
naturali ratione, quam sufficit pro lege allegare, l.
347 cum ratio, ff. de de bon. damnat. Et quando de-
lictum prætenditur factum cum aliqua causa, & illa
est omni-

est omninò probāda. Glos. & ibi Bart. in l. Item si su-
spectus, ff. de procurat. Et quando proponuntur duæ
348 causæ, ambæ sunt probandæ pro parte Fisci. Bal. &
Felyn. in c. ex parte, el primo de rescript. sunt inquā
probandæ per testes, vt not. omnes in c. cum opor-
teat, de accusat. Cason. de indit. tract. 2. c. 2. nu. 5.
seq. & debent probari in specie, non autem in gene-
re, vt post Cason. quem allegat, ostendit Farinac.
349 q. 52. num. 151. seqq. Et quando duæ causæ con-
currunt, seu considerantur, potentior attenditur, &
minus potens nō consideratur. Argum. l. quæritur,
ff. de stat. homin. Iustin. Ronder. cons. 54. n. 10. in-
ter cons. crim. diuers. lib. 2. Si homicidio quis præ-
350 sens fuit, non dicitur illud commisisse, nisi pro-
betur, quod opem dedit homicidio Angel. tract. ma-
lef. August. de Arimin. in addit. ad Angel. in Glos.
præcedentur, quia ex Bal. præsumitur ex casu inter-
uenisse, & ex accidenti potius, quam ex proposito.
Cum aliis adductis per Bertaz. cons. 516. nu. 3. seq.
Et iste talis non potest inquiri tanquam particeps
criminis, Parif. cons. 152. nu. 33. vol. 4. & tractatus
probari debet. Bart. Teg. in tract. suis criminal. n. 12.
351 pract. nu. 10. vers. 4. Et ideò quis non teneatur de
assistentia, nisi constet de consilio, & tractatu Burs.
cons. 65. n. 11. Claud. Batt. in pract. crim. regal. 107.
352 nu. 2. seq. Si homicidium fuit commissum, non
obstat, quod armati assistant cum ensibus; nanquè
exigitur etiam, eos astitisse, vt habilius d. homicidiū
committeretur. Ità Angel. in tract. malef. in Glos.
semper astitit. ver. pen. Et ità obtinuit de facto: nec
dissentit August. de Arimin. in addit. ad ipsum An-
gel. in d. Glos. Andreas armatus, in fin. addit. Et
353 ideò si quis vocatus ab aliquo animo vt arma ca-
piat, & associet ipsum ad aliquem locum, & obiicia-
tur inimico, & ipsum occidat; associans non tenetur
aliqua pœna. Ratio est, quia associans non iuit ani-
mo committendi homicidium. Ità Marf. in l. vnica,
nu. 8 1. C. de rapt. virg. Et quod nulla pœna sit pu-
niendus associans, scribit Cæphal. cons. 77. nu. 75.
Tob. Non. cons. 101. nu. 15. seqq. Bal. in l. ob hæc
verba, ff. de his, qui not. infam. quinimò etiamsi non
constaret de certo interfectore, adhuc dicitur, asso-
ciantem non esse torquendum super prætensa assistē-
tia, nec super prætensis percussionibus; quia quando
354 inditia extant non minus contra vnum, quam con-
tra alium, Iudex prudens non permittit, vt innocens
pro nocente torqueatur. Boss. tit. de homic. nu. 28.
Blanc. de indit. nu. 227. & nu. 246. cum aliis addu-
ctis per Bursatt. cons. 316. nu. 10. seqq. lib. 3. Et eo
355 magis quando homicidium fuit commissum de
nocte, quia magis incertum reddit illum, qui occi-
dit, nisi aliter constaret. Ità Bursatt. cons. 216. n. 13.
356 seqq. lib. 1. Et ideò assistentes etiam armati non
puniuntur, nisi deliberatè accesserint. Et quod deli-
beratè accesserint, Fiscus tenetur probare, text. est
expressus in l. 3. §. homines, ff. vi bon. rapt. Marf.
in pract. §. constante, nu. 60. latè Carrer. in pract.
crim. §. homicidium, nu. 48. seqq. Crauett. cons. 124.
nu. 5. Et isto casu statur iuramento ipsorum, quod non
deliberatè accesserint, Gram. decis. 25. nu. 5. Ruyn.
357 cons. 1. nu. 3. in fin. seq. lib. 5. Si homicidium per
Fiscum prætendatur fuisse appensatum, & ex propo-
sito commissum, non autem casu, d. Fisco incumbit
onus probandi. Marf. in l. in rixa, nu. 28. ff. de Sycar.
Gram. decis. 25. nu. 5. Cæphal. cons. 77. nu. 75. seq.
358 lib. 1. Si homicidium præsumitur commissum ex
proposito, & appensatè, qualitas pensamenti proba-
ri debet, non præsumptiuè, sed certè, & clarè. Ità
Bal. in l. non ideò minus, nu. 26. C. de accusat. In-
noc. in c. inter alia, de imunit. Eccles. Clar. §. homi-
359 cidium, vers. alia est defensio. Si homicidium
committatur ab aliquo, impunitum transire debet,
quando quis ipsum armis aggressus fuit. Ità Bal. in l.
si vt allegas, C. ad l. Cornel. de Sycar. & etiam text.
in l. si seruus, C. de his, qui ad Eccles. confug. vers.
quod si etiam illum in certamine, pugnoq; contin-
360 gerit, nulla erit eius noxia, Boss. tit. de captura,
n. 12. seq. dicens hanc esse veritatem, Gram. decis. 41.
per totam, Boer. decis. 170. num. 6. seq. Clar. q. 29.
vers. debent etiam. Et ista conclusio est adeò vera,
quod habet locum, etiamsi pro parte aduersa non
361 fuerit vsum moderamen inculpatæ tutelæ. Et vo-
lens aliquem occidere potest occidi, vt scribit Bal. in
l. vt vim, nu. 18. ff. de iust. & iur. Marf. cons. 129. n. 5.
Iaf. d. l. vt vim, col. 2. ad fin. vbi etiam Bal. dicit ità
362 fuisse iudicatum. Si homicidium quis putat com-
mittere in vnum, & occidat alium, tamen pœna ei
minoranda est, quia factum excedens voluntatem in
diuersa persona non præsumitur dolosum. Ità Bal. in
l. 3. §. quacunq; col. vlt. vers. quoad tertium, ff. de
iureiur. nec dissentit Boss. in tit. de homic. n. 75. in fin.
dicens quod isto casu nec directè, nec indirectè ac-
363 commodari potest: At homicidium sine dolo pa-
tratum mitius punitur, l. lege Cornelia, ff. ad l. Cor-
nel. de Sycar. Et quando quis fuit occisus non dolo,
non verificantur verba, l. Cornel. quæ dolum exigunt.
364 Et licet quis dolo percusserit, tamen dolo nō obiit
percussus, sed culpa errore commissio. Et licet ad-
fuerit animus occidendi, tamen talis animi con-
cursus occidendi fuit respectu generis, & in abstra-
cto, non autem in specie, & in concreto genera sola
cogitatione comprehenduntur, & pœna non mœ-
rentur, species verò ad facta & sensus applicantur, &
de illis iura disponunt; & volens hominem occidere
in genere, non punitur pœna ordinaria, nisi decre-
uerit aliquem in specie occidere, Thes. decis. Peda-
mon. 343. nu. 4. Gram. cons. 5. nu. 7. vbi quod ista
opinio vti mitior seruanda est, & in iudicando se-
quenda. Nec dissentiunt Angel. in l. respiciendum,
§. delinquunt, ff. de pœn. Iaf. in l. 1. col. 4. ff. de legib.
365 vbi quod in dubiis opinionibus mitior in delictis
366 est tenenda. Si homicidium committitur sine do-
lo, mitius punitur, l. lege Cornelia, ff. ad l. Cornel.
367 de Sycar. Si homicidium prætendatur commissum
præcedente tractatu v. g. à sex, aut otto hominibus,
& in processu nullibi constet de dicta qualitate tra-
ctatus delictum aggrauante, non est locus executio-
ni, quando sententia fuit lata in contumaciam in
pœnam

pœnam vitæ, ex quo nec isto casu tenet inquisitio,
Gratt. respons.75. nu.11. vol.2. Clar. in pract. §. fin.
q.2. vers. ad formandam inquisitionem, latè Rolan.
cons. 57. nu. 10. vol. 4. Et nouissimè tradit Cartar.
de execut. sent. capto bannito, c. 1. nu. 372. seqq.
& c. fin. nu. 261. prout dicitur de qualitate alteratiua
delicti, si fuerit omissa in inquisitione operatur nul-
litatem ipsius. Riminal. cons. 349. lib. 3. nu.5. Nec
obstat, si dicatur, ex coniecturis probari tractatum
precessisse, si in casu de quo agitur, cessant: Immò
si apparerent, non sunt sufficientes ad probandum
tractatum; nam quando probatio requiritur sub con-
ditione, debet esse clara, & vera, nec sufficit pro-
bare per coniecturas à lege approbatas. l. Lutius, &
ibi Bart. ff. de condit. & demonstrat. Ratio est, quia
sub ista conditione tractatus omnes supradicti sex, vel
octo venirent puniendi pœna mortis naturalis in sen-
tentia apposita, ideò impleri deberet in forma spe-
cifica, l. Mercius, & l. qui hæredi, in princ. ff. de
condit. & demonstrat. Quod eo magis diceretur in
casu isto cum ageretur de adimendo vitam sex, vel
octo, si essent detempti in carceribus, probationes
deberent esse luce meridiana clariores, l. fin. C. de
368 probat. Et violentæ præsumptiones, quæ suffice-
rent ad condemnandum in ciuilibus, non sufficiunt
in criminalibus, Abb. in c. afferte, de præsumpt. vbi
adducit concordantes. Altera subest ratio, quia sen-
tentia fuit lata ex debilibus inditiis, quo casu rei tor-
quentur, aut pœna mitigatur, vt post Boss. & Clar.
quos allegat, ostendit Bertaz. cons.462. nu.67. seqq.
369 insuper dicitur, isti sunt sex, vel octo homines con-
demnati in sententia, & vulnera in cadauere occisi
duo tantum v. g. fuerunt reperta, & ignoratur, quis
ex condemnatis vulnerauerit; isto casu cessare debet
executio dictæ sententiæ, nè multorum strages sequa-
tur. Tiraquell. de pœn. temperan. caus. 47. num. 1.
seqq. vbi iuribus, & DD. authoritatibus id compro-
bat. Nec dissentiunt Boss. tit. de homic. nu. 26. in
fin. vbi loquitur id procedere non solum si vulneran-
tes essent plures, quam vulnera, sed etiam quando
tot sunt vulnera, quot rixantes: Rolan. cons.63. per
totum, lib. 2. vbi de communi. Et loquitur in casu
in quo rixantes erant quinque, & vulnera illata erant
duo. Nec id mirum videri debet; quia delinquen-
tium multitudo quando adest, efficit, vt pœna mi-
370 nuatur. Et maximè quando agitur de pœna mor-
tis naturalis, nè multorum strages sequatur. Quod
impium nimis esset, c. vt constitueretur, in fin. & ibi
Glos. in verb. strages, distin. 50. Tiraquell. de pœn.
temperan. caus.47. n. 1. seqq. vbi latè iuribus, & DD.
authoritatibus hanc comprobat sententiam, Angel.
in l. is, qui opem, n. 4. ff. de furt. Crauett. cons. 24. n. 9.
Extant plura iura canonica, c. vt constituerentur, in
fin. 50. distin. cap. latrones, & ibi Glos. de clericor.
comm. ministran. Et ità quotidiè seruatur secundum
Clar. in pract. q.60. vers. allegatur etiam, Glos. in c.
denique Sacerdotes, in verb. venia, distin.4. Farinac.
371 tract. de pœn. q.96. nu. 1. Et ideò auxiliatur mino-
ri pœna extraordinaria, idest pecuniaria puniri de-
372 bet: Ratio est, quia reorum multitudo detrahit de
373 seueritate; c. constitueretur, in fin. 50. distin. vlt. vbi
seueritas in peccata paucorum seruanda est. Hinc in-
fertur, quod quando punitur multitudo gentium pœ-
374 na corporalis in pecuniariam commutanda est.
Innoc. c. grauem circa med. de sent. excomm. latè
Bart. l. aut facta, ff. de pœn. vnde plures receptan-
tes delinquentem, licet essent puniendi eadem pœna,
qua principalis; tamen ob multitudinem delinquen-
tium mitius puniuntur. Imol. c. 1. col.4. vers. his au-
tem, de offic. delegat. Hyppol. l. si in rixa, col. 8.
375 vers. vlterius adde, ff. de Sycar. Si homicidium quis
committat cum gladio, excusatur, si non potest ali-
ter euadere sine vituperio maxillatam, refert, & se-
quitur Felyn. c. dilecti filii, nu. 14. de except. Si pro
376 homicidio prætendatur pœna imponenda, ordi-
naria tamen cessare debet, quando homicida non co-
gitauit occidere, & tamen occidit v. g. baculo vnica
percussione; quia non cogitauit, quod percussus pos-
set obire, vt per Corn. cons. 57. colun. fin. vol. 4. la-
tius Paris. cons.161. col.4. cum aliis infinitis adductis
377 per Mars. cons.4. nu.30. Et sicut ex admenatione
plurium ictuũ præsumitur quis habuisse animum oc-
cidendi, ità è conuerso cessat talis præsumptio in eo,
qui vnico tantum ictu baculo percussit, vt idem ope-
retur oppositum in opposito, quod propositum in
proposito, l. sicut proponis, C. de nupt. §. plus au-
378 tem, instit. tit. de nupt. Si homicidio plures inter-
uenerunt, & nescitur cuius ictu occisus perierit, sen-
tentia debet ferri æqualiter, vbi par pœna est impo-
nenda; vbi verò dispar pœna, condemnantur omnes
pœna pecuniaria, Boss. tit. de homic. nu. 32. Si ho-
379 micidio interuenerunt v. g. sex homines, & in ca-
dauere occisi reperiuntur duo vulnera, & nescitur quis
ipsorum vulnerauerit, vide in verb. homicidium quã-
do prætenditur commissum præcedente tractatu, vel
in verb. delinquentium multitudo quando adest. Si
379 homicidio commisso quis homicidam associauit
non scienter, & dolosè puniri non potest. Ità Felyn.
in c. sicut dignum, num.6. de homic. Mars. in l. fin.
nu.25. ff. ad l. Cornel. de Sycar. & cons. 67. nu. 45.
Et ante eos scribit Bal. ad l. quicunq; col. pen. vers.
nota sexto, C. de seru. fugit. vbi quod præsumitur
380 ignoranter id factum. Si homicidium, fuit patra-
tum v.g. decem ad hinc annis, & sic elapsum sit lon-
gum, leuius puniri debet, l. si diutino, vbi not. om-
nes, ff. de pœn. & in terminis homicidii patrati post
decennium pœnam esse minorandam scribit Afflict.
decis.287. nu. 1. Et lapsus temporis in homicidio al-
leniat pœnam, vt per Abb. in c. cum haberet, de eo,
qui duxit in matrimonium, quam polluit. Ratio est,
quia is, qui alias quippiam admiserit, diutius tamen
381 postea à delictis abstinuerit, videtur deliquisse im-
petu, & infirmitate potius quam dolo: Ex sequenti-
382 bus enim in his, quæ ad mores attinent, præceden-
tia nimirum admodum declarantur, l. hi, qui. Et ibi
383 Bal. & alii, C. de adult. Si homicidium non con-
stat clarè fuisse patratum, sed per coniecturas, dictæ
384 coniecturę non sufficiunt, cum non reperiatur iure
scriptum,

scriptum, id procedit, quando lex expresse disponit,
coniecturas haberi loco plenæ probationis. Alex. in l.
licet, de leg. 1. Mars. in l. fin. n. 4. C. ad l. Cornel. de Sy-
car. & in rub. de prob. n. 113. seq. Itaq; dicitur; quod
385 ex cõiecturis, & inditiis vbi agitur de vita hominis,
nulibi reperitur in iure, quod quis possit condemnari
ad pœnam capitalem. Ratio est, quia istæ coniecturæ
386 non sunt adeò indubitatæ, quin aduersus eas pro-
bari non possit; & debent esse perspicuæ. l. dolo, C.
387 de dolo. Immò coniecturæ in criminalibus de-
bent esse legitimæ probatæ. Bart. in l. vlt. num. 7.
ff. de quæst. Mars. cons. 20. num. 44. Gram. cons. 7.
num. 18. & cons. 21. nu. 12. in crimin. Ias. cons. 143.
388 vol. 3. in fin. lib. 2. Ex quibus infertur, quòd con-
iecturæ, præsumptiones, verisimilitudines &c. non
sufficiunt ad probandum delictum, nec etiam ad
torquendum, cum non reperiatur in iure scriptum,
sed sufficiunt, quandò lex (vt dictum est) expressè
disponit, coniecturas haberi loco plenæ probationis.
Alex. in l. licet, de legat. primo. Mars. in l. fin. nu.
4. C. ad l. Cornel. de Sycar. & in rubr. de probat.
389 nu. 113. seq. Ideò dicitur, quod ad homicidii pœ-
nam non potest agi, quando de ipso tantum constat
per coniecturas, non autem per rei euidentiam, &
liquidò. Boss. tit. de delict. nu. 15. seq. in fin. Gand.
tit. de præsumpt. & indit. indubitat. col. 2. nu. 6. Di-
citur etiam, quod ad homicidium procedi non po-
390 test, quando in actis non apparet de corpore de-
licti. l. 1. § item illud, ff. ad Syllan. Et illa coniectu-
ralis præsumptio, ex quo hodie v. g. Petrus non re-
peritur, procedit solum in casibus à iure expressis; in
quibus lex statuit coniecturam haberi loco probatio-
nis, aliàs secus. Ità Bald. in l. Ciues, in princ. C. de
appellat. Dec. in cap. quia quæsitum, in fin. de off.
391 deleg. Et in huiusmodi casu nulibi reperitur, quod
vbi agitur de vita hominis, possit quis ex inditiis, &
coniecturis damnari ad pœnam corporalem. Ratio
392 est, quia coniecturæ non sunt adeò indubitatæ,
quin aduersus eas non possit probari, & debent esse
393 perspicuæ. l. dolo, C. de dolo. Et quando mors
alicuius probatur per famam, puta, quando allega-
tur, quem longissimo tempore discessisse, nullum fa-
cit inditium, secus si de recenti. Ità Bal. cons. 404.
col. pen. vol. 1. Bart. & alii in l. de minore, §. plu-
rium, ff. de quæst. & id etiam quod testes deponant
ità teneri à maiori parte personarum. Alex. cons. 187.
num. 5. vol. 6. Imol. in l. 2. §. si dubitetur, num. 14.
394 ff. quemadmod. testam. aper. Hinc est, quod quan-
do agitur de homicidio, debet verè probari mors. l.
indè Neratius, & l. seq. ff. ad l. Aquil. Bart. d. §. si du-
bitetur, vers. aduertendum tamen est. Et eo magis di-
ci debet, puta quia d. Petrus iactauit se velle in lon-
ginquas partes conferre. Et ista exteriora indicant
395 animum hominis, qui animus per signa cogno-
396 scitur. Bal. in c. dudum, super prima Glos. de elect.
397 nu. 3. Et ex qualitate actuum alicuius illius animus
percipitur. Paris. Put. in tract. de re milit. incip. cum
398 inter duos pugna, num. 6. Et ideò qui se absentat à
patria, & ignoratur, an viuat, præsumitur viuere vsq;
ad centum annos. Castren. in l. vt inter, nu. 5. C. de sa-
399 crof. Eccl. Si homicidio vxor simplicem præstiterit
400 consensum ad occidendum virum, non debet puni-
ri pęna ordinaria delicti. Clar. q. 87. vers. hæc autem
omnia, in princ. Bertaz. cons. 103. nu. 12. seq. Quod
eo magis dici debet, quando occisores absq; consen-
su vxoris commiserunt homicidiũ, ex quo causa amoris
patrauerunt delictum. Quo casu non imponitur pęna
eadem consensum præstanti; quamuis simus in atro-
ci delicto. Felyn. c. 1. nu. 8. de off. delegat. Soc. Iun.
401 cons. 58. nu. 17. vol. 2. Prout nec etiam Clericus in
sacris ordinibus constitutus, quando committit homi-
cidium, non venit suspendendus; quamuis etiam de
consensu vxoris virum occiderit, de cuius amore fla-
grabat, nec etiã vxor est suspendenda: Ratio est, quia
402 mulier, seu vxor in eodem genere delicti, mitius est
punienda, quàm masculus, & id ob imbecillitatem
animi, mentis, & ingenii. l. sacrilegii pœnam, in princ.
ff. ad l. Iul. peculat. indignantur 32. q. 7. vbi tanto gra-
uius viros puniendos esse, quanto magis ad eos perti-
net, virtute vincere, & exẽplo regere fœminas. Et est
Text. in l. quisquis. §. ad filias. C. ad l. Iul. maiest. ibi
403 mitior enim circa mulieres debet esse sententia, quias
pro infirmitate sexus &c. Idem etiam scribunt Theo-
logi. B. Thom. 2. 2. q. 63. art. vlt. Vbi quod plus pec-
404 cauit Adam, quam Eua. Si homicidiũ non est certũ
fuisse patratum, & de facili prætensus occisus potest
esse in rerum natura, & aliquo tempore comparere,
tutius est mulierem in aliquo loco detrudere, maximè
404 quando per supradicta nullo modo potest imponi
405 asperrima illa pœna mortis naturalis. Si homicidio
quis vnum, vel plura habuit vulnera, & nescitur ex cu-
ius vulnere; omnes, qui interuenerunt, non sunt de
dicto homicidio puniendi; quia non constat, quod
omnes occiderunt, quod esse debet; quia in delictis
probationes debent esse luce meridiana clariores. l.
sciant cuncti, C. de probat. l. qui sententiam, de pœn.
Nec debemus vti talibus præsumptionibus, vel men-
dicatis suffragiis. l. singuli, C. de accus. l. absentem, ff.
de pœn. Item quia in talibus debemus contemplari
ictus cuiuslibet delinquentis, vt l. 1. ff. de Sycar. Ità vt
ille, qui mortiferè vulnerauit, & vel occidit, de homi-
cidio puniatur. Alii tamen dicunt de insultu, vel de
406 vulnere tantum: Tamen secus videtur; quia secun-
dum qualitatem delicti est pœna imponenda, l. fin. C.
407 de test. l. ant facta, ff. eod. Item quia impossibile est
408 insolidum omnes occidisse: Et quod impossibile est,
nullum est. Vt l. impossibilium, ff. de reg. iur. Vndè
409 cum non constet, quis occidit, nullus est puniẽdus;
410 cum ius non deficiat, sed probatio. l. duo sunt, ff.
de testam. tutor. Item quia in dubio melius est nocẽ-
tem absoluere, quam innocentem condemnare. l.
absentem, ff. de pœn. l. Pomponius. §. sed, ff. de rei
vend. Vnde nullus debet de homicidio puniri, & hoc
verius, & tutius tenent communiter DD. sed quia de-
liquerunt, & maleficium non sit impunitum, vt l. ità
vulneratis, ff. ad l. Aquil. Et iura suadent, ob male-
ficium solui pœnam. l. si actio, ff. de fideiuss. debent
pecunialiter condemnari omnes, prout Iudici vide-

tur, de insultu, vel de vulnere inspecta, qualitate
facti, vel personarum, & facultatibus ipsorum, vt
d. l. aut facta, ff. de pœn. & l. hodie. ff. de extraord.
411 crimin. l. 1. Si autem constaret, omnes ordinasse,
& tractasse simul de tali homicidio committendo, &
faciendo, tunc omnes de homicidio puniuntur, vt l.
1. §. Diuus, ff. de Sycar. quia vnus videtur de man-
dato alterius fecisse. Vt l. non ideò minus, C. de ac-
cus. ff. de iurisdict. omn. Iud. l. si inde, §. fin. ff. de
412 fur. l. qui iniuria. Et qui per alium facit, per se
ipsum facere videtur, Vt l. si ità, §. gessisse, ff. de
admin. tutor. Nec obest, ff. ad l. Aquil. l. item mela,
§. si plures, cum simil. ad l. Aquil. quia in dd. ll. quis
punitur pro damno dato ciuiliter, non autem crimi-
413 naliter. Et ciuile Iudicium nihil commune habet
cum criminali. Vt instit. de publ. Iudic. in princip.
414 cum suis simil. Sed si constaret, quis fuisset author;
tunc ille solus puniretur de homicidio pro omnibus.
l. quoniam, ibi in eum, C. de vi publ. Bonifat. rubr.
quid sit accusatio, num. 71. Vide in verb. homici-
dium quando non constat. Et in verb. homicidium
quando pretenditur commissum precedente tractatu.
415 Si homicidium fuit commissum v. g. quia occisus
tanquam amicus dedit archibusium eum vidēdi cau-
sa in manibus occisoris, dicitur casualiter commis-
sum, & quia occisus fuit causa homicidii: Et quic-
416 quid est causa causæ, est causa causati, l. manu-
missionis, & l. seq. ff. de iust. & iur. c. fin. de iniur.
Soccin. cons. 156. col. pen. in fin. lib. 1. Vndè dici-
417 tur, occisum se ipsum occidisse. Si de homicidio
duo imputantur, & vnus aufugit, & non comparet,
omnis præsumptio resoluitur contra fugientem, &
non comparentem. Bal. l. voluntatis, col. fin. C. de
fideicomm. Mars. §. diligenter, nu. 48. Gram. vot. 6.
418 nu. 19. Et non fuga alterius operatur præsumptio-
nem ad non delictum. Vt idem operetur oppositum
in opposito, quod propositum in proposito. l. si pro-
419 ponis, C. de nupt. Si homicidium fuit commis-
sum de nocte; tamen coniecturæ, seù inditia non
debent admitti; quia tunc admittuntur, quando sunt
legitimè probata. Olasc. decis. 79. num. 55. seq.
420 Vbi quod in delictis de nocte commissis inditia
debent esse talia, vt vix possit denegari delictum. Et id
dicitur, quando agitur de torquendo reum, non au-
tem quando agitur de damnando pœna mortis natu-
421 ralis. Si homicidium dicatur commissum, non ta-
men de ipso constare dicitur, quando non constat
cadauer v. g. in campanea repertum fuisse N. & ve-
stimenta, quibus d. N. erat indutus, non fuerunt re-
cognita, prout necessariò requiritur. Boss. tit. de
delict. num. 2. Clar. q. 4. vers. quando verò, Foller.
422 in pract. fol. 15. num. 4. Et ideò sola inquisiti con-
fessio ipsum non condemnat. Vt per Cason. tract.
423 de torment. cap. 20. in fin. Si homicidium com-
mittat officialis vinearum, vel prædiorum, si ob de-
negatum v. g. pignus occidit damnificantem, nulli
dubium est, homicidium ipsius damnificantis culpa
424 fuisse commissum: Ratio est, quia damnificans
debet cogitare, quod ex eo, quod facit alicui dam-
num contingere potest, c. fin. vbi Abb. num. 1. de
iniur. Et damno dato quod si non cogitauit d. dam-
nificans, fuit culpatus. Crauett. cons. 98. num. 4. &
latius cons. 179. num. 5. Et qui non cogitat, quod
facilè euenire potest, in culpa est, l. qui bona, §. non
interest, ff. de damn. infect. Alex. cons. 41. num. 5.
vol. 4. Vnde cum d. officialis in huiusmodi casu pro-
uocatus occiderit, tam ob denegatum pignus, quam
etiam ob diligentiam, ad quam tenebatur, vti præ-
positus ad custodiam vinearum, prædiorum, sylua-
rum &c. nulli dubium est isto casu cessare pœnam or-
dinariam homicidii. Glos. & Bart. in l. Diuus, ff. de
parricid. Vbi loquitur de offensione facta ex inter-
uallo; multo magis procedit, quando offensio fit in-
continenti. Auth. multo magis, C. de Sacrosanct.
Eccles. Et licet in casu isto d. officialis occidat dam-
nificantem; tamen pœna pecuniaria, vel relegatio-
nis, & non ordinaria puniri debet. Mars. in d. l. Di-
uus, num. 11. ff. de parricid. Gram. cons. 5. num. 8.
& cons. 18. nu. 7. Ioan. de Amic. cons. 22. nu. 14. Ri-
min. cons. 4. nu. 8. Passett. cons. 185. nu. 1. Et vt mi-
tius quis puniatur, sufficit etiam quod ex iniusta cau-
sa moueatur. Vt satis abbundanter tradit Gram. dec.
5. nu. 24. seqq. Nec dissentit Bertaz. cons. 379. nu. 3.
425 Si homicidium quis in aliquem contra se venien-
tem cum armis animo ipsum occidendi, vel vulne-
randi committit, dicitur commisisse ad sui necessariā
defensionem: Non enim debet expectare se vulnera-
ri. Gram. post alios cons. 69. nu. 5. in fin. Et maxi-
mè quando est in manifesto vitæ periculo, & non po-
test euadere mortem, nisi v. g. exonerando archibu-
426 sium. Vndè quando homicidium fuit commissum
ad sui necessariam defensionem, non est locus alicui
pœnæ; cum propriæ salutis defensor videatur. l. si quis
percussorem, C. ad l. Cornel. de Sycar. Si homici-
427 dium fuit commissum ab aliquo, eo quia voluit vin-
dicare iniuriam sibi factam, vt v. g. quia occisus com-
misit adulterium cum vxore sua, nulla pœna tenetur.
Paul. de Castr. cons. 277. in causa carceratorum, vol.
2. col. 3. vers. item quod fecerant. Gram. cons. crim.
29. in causa magni Tristani, nu. 29. seq & decis. 23.
dum fuisset col. 1. Soc. Inn. cons. 34. vol. 2. nu. 8. Si ho-
428 micidium quis improbet, & actus magnum festum
faciat, non potest dici, quod eius nomine, & consensu
commissum fuerit, quia ex hoc non dicitur ratificare
homicidium, secundum Bart. in l. obseruare, §. potest
q. 13. ff. de offic. Proconsul. & legat. Multo magis di-
ci debet de Inquisito, qui improbauit delictum. Auth.
multo magis, C. de Sacros. Eccl. Nam in delictis rati-
429 ficatio vt teneat, duo copulatiuè requiruntur. Pri-
mum quod sit gestum nomine meo. Secundum quod
ratum habuerim tanquam nomine meo gestum. Et
430 si alterum duorum deficeret, non dicitur ratificare
homicidium. Ità Bart. post Glos. ibi in l. 1. §. sed si
431 cum quis, ff. de vi, & vi armata. Si homicidium fuit
commissum à marito in vxorem præsumitur commis-
sum ad proprium honorem vindicandum, non autem
de mandato alterius. Ioan. Turr. cons. crim. diuers. 81
num. 34. seqq. lib. 2. Farinac. q. 49. num. 116. seq.

432 Si homicidium fuit commissum, non creditur,
quod quis illud committere voluerit animo postea
illud negandi. l. hac consultissima, in fine, C. qui
testam. fac. poss. Aym. cons. 75. num. 19. & cons. 6.
433 num. 20. Et actus perniciosus, & præiudicialis
publicè fieri non præsumitur. Soc. cons. 227. col. 1.
vers. ad instantiam autem partium. Aym. d. cons.
75. num. 18. Et quod non est verisimile, dicitur
falsitatis imago. Bal. l. 1. col. 4. C. de seru. fugit.
434 Ideò asserenti non verisimile non creditur. Mars.
l. 1. §. ad quæstionem, num. 32. ff. de quæst. Et su-
435 per inuerisimili non potest fundari præsumptio.
Bald. l. fin. in vlt. notab. C. de hæred. instit. Si ho-
436 micidium fuit commissum à minore supra deci-
mum quartum annum, idest à minore 25. annis,
mitius punitur. Ità Bald. in l. etsi seuerior, num. 10.
& ibi etiam Aret. col. 2. C. ex quib. caus. infam. ir-
rog. Honded. cons. 104. num. 7. & 43. Vbi testa-
tur de communi. Et quamuis adsit Constitutio Pii
Quarti, vbi talis ætas non excusat, dummodò mi-
nor homicida attingat decimum quartū annum pos-
sit puniri pœna vltimi supplicii pro homicidio ex
proposito patrato. Nam dicta Constitutio non lo-
quitur de auxiliatore, sed de occidente tantum. Vt
apertè apparet ex verbis dictæ Constitutionis, quæ
tantum disponit, quantum loquitur. Ità Bald. in l.
testamentum non ideò, in fin. C. de testam. Et cum
non concurrant verba Constitutionis, nec procedit,
nec habet locum eius dispositio. l. quod constitutum,
437 ff. de milit. testam. Immò minor 25. annis deli-
ctum dolo committens propter infirmitatem animi
iuuatur, quia iuuenis; ideò minor pœna officio Iu-
dicis est imponenda. l. aut facta, §. 1. ff. de pœn.
Tradit Bart. viden. l. 1. vers. quandoque minor, C. si
aduers. delict. Immò minori 25. annis delinquenti
ob minorum fauorem pœna allevianda est. Tradit
Plac. Epit. delict. c. 32. nu. 11. Afinius cons. 110. nu.
11. inter cons. crim. diuers. lib. 2. magnæ impressio-
nis. Riminal. l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de
pact. Caccialupus cons. 92. num. 3. seq. inter cons.
crim. diuers. lib. 1. Vbi refert plures casus, & inter
alios ità fuisse seruatum Ferrariæ in minore 25. an-
nis reo falsæ monetæ aliàs damnato in pœnam ignis,
cuius miseratione ætatis fuit mitigata pœna in pe-
cuniariam. Immò minori 25. annis non potest im-
poni pœna corporalis, sed pœna exilii, aut relega-
tionis. Vt in propriis terminis scripsit Rimin. cons.
135. num. 22. inter cons. crim. diuers. Immò mi-
nori 25. annis non aggrauantur delicta ob reitera-
tionem delictorum. Clar. quæst. 60. in princ. vers.
aut est minor. Gram. decis. 23. num. 12. Ioseph Lu-
douis. decis. Lucen. 17. num. 8. Hyppol. Riminal.
cons. 245. num. 3. lib. 3. Vbi quod minor ex quo-
cunque iterato crimine non potest pœna ordinaria
puniri. Immò minor 25. annis ob homicidium com-
missum minoratur pœna, cuius ætas ex aspectu di-
gnoscitur, & probatur. Bart. in l. de ætate, num. 10.
ff. de minor. Ità in indiuiduo scribit Bertaz. cons.
133. num. 6. Immò d. de causa pœna non debet
esse corporis afflictiua. Ità Angel. in tract. malefic.
in Glos. scienter, & dolosè, col. 5. Et Iudex ex ne-
cessitate iuris dictam pœnam minorare compellitur.
Gram. decis. 23. num. 11. & cons. 36. num. 12. 23.
& 29. cum aliis adductis per Bertaz. cons. 378. num.
7. Et tanto magis, quando homicidium fuit com-
437 missum in pura rixa. Et si dictum homicidium
constat fuisse patratum in pura rixa, & quod quis
interuenit rixæ, non tenetur de homicidio commis-
so per alium. l. si in rixa, vbi not. omnes, ff. de Sy-
car. Anchar. cons. 216. Gram. decis. 25. num. 6.
cum aliis adductis per Mars. cons. 91. num. 32. Vi-
de superius in verb. homicidium in rixa commissum.
438 Si homicidium committatur ab illo, qui fuit of-
fensus, non potest puniri. Vt probare videtur Text.
in l. sicut allegas, cum ibi not. ff. ad l. Cornel. de
Sycar. Bart. l. furem, ff. cod. tit. & latè Ias. in l. vt
vim, ff. de iust. & iur. Vbi pro hac opinione addu-
cit Text. in l. 4. §. lex 12. Tabul. ff. ad l. Aquil. Vbi
apertè videtur probari, quod fur potest occidi resi-
439 stens derobato. Si homicidium fuit commissum
casu, & non appensatè, seu animo deliberato, pu-
ta pro defensione immunitatis Ecclesiæ, homicida
in nullo peccasse dicitur, & nulla pœna puniri po-
test; quia dedit operam rei licitæ, l. 2. & 3. C. ad
l. Cornel. de Sycat. loquentes in propriis terminis
homicidii: Et pœna data pro dicto homicidio, dici-
tur nulla. Tradit Bart. l. absentem, nu. 4. vers. quan-
doque liquet Iudici, & num. 5. in fin. ff. de pœn. re-
fert, & sequitur Boss. tit. de banni nullitate, num. 6.
Text. in l. si quis percusserit, C. ad l. Cornel. de Sy-
440 car. Si homicidium fuit commissum inter ami-
cos, dicitur casuale, & ideò testes deponentes ho-
micidium fuisse casuale, præferuntur deponentibus
illud fuisse appensatum. Id enim est magis naturæ
consonum, Felyn. in c. in nostra, col. fin. de test.
Immò tollit omnem doli, & animi offendendi præ-
sumptionem. Blanc. in pract. crim. 2. par. §. iis sic
prætermissis, num. 19. seqq. Bertaz. cons. 309. nu. 5.
441 vol. 1. Si homicidium committatur, semper præ-
sumitur commissum accidentaliter, & non data ope-
ra. Vt per plura iura ostendit Riminal. cons. 103.
441 num. 25. Et quando quis interfuit, in dubio ca-
sualiter, & non studiosè affuisse præsumitur. Tradit
Felyn. c. sicut dignum, sub num. 5. vers. & omnia ista-
limita, de homic. quem sequitur post alios, quos al-
legat Hyppol. l. fin. num. 28. ff. ad l. Cornel. de Sy-
442 car. Immò homicidio qui præsens fuit, non dici-
tur illud commisisse, nisi probetur, quod opem de-
dit dicto homicidio. Angel. tract. malef. August. de
Arimino in addit. ad Angel. in Glos. præcedentem ;
quia ex Bal. præsumitur casu interfuisse, & ex acci-
denti potius, quam ex proposito. Cum aliis adductis
443 per Bertaz. cons. 516. nu. 3. seq. Et iste talis non
potest inquiri tanquam particeps criminis. Paris.
cons. 152. num. 33. vol. 4. Et tractatus probari de-
bet. Bart. Teg. in tract. suis criminal. num. 12.
444 pract. num. 10. vers. 4. Et ideò quis non tenetur
de assistentia, nisi constet de consilio, & tractatu.

T 2 Bars.

Burſ. conſ.65. num. 11. Claud. Bart. in prax. crim.
445 reg. 107. num. 2. ſeq. Et accedens caſualiter ad homicidium, & ad bonum finem, non poteſt dici auxiliator. Ità Bald. in l. ob hæc verba, ff. de his, qui notan. infam. loquens in fortioribus terminis, etiamſi quis ſtetiſſet armatus. Idem ſcripſerunt Felyn. in cap. ſicut dignum, num. 6. in fine. Roman.
446 conſ. 117. Si homicidium quis commiſit prouocatus, puta ex reprehenſione facta abſque propoſito, mitius punitur. Abb. in cap. 1. de iniur. Dif-
447 ficillimum eſt enim iuſtum dolorem temperare. l. ſi adulterium, §. Imperatores, ff. de adulter. Si
448 homicidium ex pluribus ignoratur, quis commiſerit lethalia vulnera inferendo, omnes Inquiſiti veniunt condemnandi pœna extraordinaria. Ità Marſ. ſingul. 217. Boſſ. de homicid. num. 26. in fine. Roland. conſ. 63. per totum, lib. 2. Vbi de
449 communi. Si homicidio plures interuenerunt, anthor rixæ ſolus de ipſo tenetur, quando patrauit impetu, & in rixa, & id rigore iuris. l. quoniam multa facinora, C. ad l. Iul. de vi publ. Et ità à legum veteribus receptum eſſe teſtatur Roland. conſ. 63. lib. 2. Alii verò non poſſunt puniri pœna ordi-
450 naria, ſed alia mitiori. Si homicidium fuit commiſſum ab aliquo accedente v. g. ad defenſionem ſui fratris; cum acceſſus ſit maximè licitus, homicidium committens nulla pœna puniri poteſt. Vt ex facti contingentia fuiſſe ſeruatum Mediolani, teſtatur Clar. in pract. §. homicidium, verſ. item locum habet. Si
451 homicidium committatur ſine dolo, ipſius pœna ceſſat. Vulpell. conſ. 101. num. 8.

DISCEPTATIO XXVII.

De Iniuria.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria prouocatus, ſi prouocantem iniuriat, non punitur.*
2 *Iniuriatus, ſi dedit cauſam iniuriæ, non competit ſibi iniuriarum actio.*
3 *Iniuria prouocatus verbis, aut factis, ſi deliquit, excuſatur à pœna homicidii, & mitius punitur.*
4 *Prouocato, ſi vlciſcitur, ignoſcendum eſt.*
5 *Prouocatus quicquid facit, ad defenſam præſumitur facere.*
6 *Incipiens ſemper dicitur in culpa.*
7 *Ira eſt ſubita animi tempeſtas, quæ dum inordinatè ſe corruit, cor hominis ad inſaniam protrahit.*
8 *Iniuria non infertur incertæ perſonæ.*
9 *Iniuria alicui facta à Clerico non eſt ab ipſo retractanda, nec etiam dicendum ſe mentitum.*
10 *Iniuria facta Clerico cēſetur facta Epiſcopo, & Eccleſiæ.*
11 *Iniuria ſi tangat ſpecialiter ſolummodò Prælati perſonam, non poteſt dictus Prælatus punire, nec etiam excommunicare, ſecus ſi tangat cum ipſo etiam Eccleſiā.*
12 *Iniuria fit etiam volenti.*
13 *Membrorum ſuorum nemo eſt dominus.*
14 *Ad torturam nemo ſe committere poteſt, nec etiam Iudici, quando agit vt priuatus.*
15 *Iniuriarum agi non poteſt contra accedentem, ſeù confugientem ad Superiorem.*
16 *Confugiens ad Superiorem non dicitur aufugere.*
17 *Itineris arreptio habet vim appellationis.*
18 *Fugiens è carceribus non habetur pro confeſſo, nec pro conuicto, nec vti carcerum effractor punitur.*
19 *Fugiens è carceribus ob ſeuitiam Iudicis dicitur diſcedere ex iuſta, & rationabili cauſa.*
20 *Iniuria obliuionem præſumi facit temporis curſus.*
21 *Iniuriarum crimen non committitur abſque dolo, & animo iniuriandi.*
22 *Iniuriarum actio excluſo dolo non punitur.*
23 *Ius ſuum tueri vnicuique licet.*
24 *Mens, & Voluntas magis eſt attendenda, quam factum.*
25 *Iniuriarum actio excluditur excluſo dolo.*
26 *Dolus ex pluribus excluditur.*
27 *Memoriale præſumitur fabricatum animo exeundi è carceribus, & per conſequens ſe ipſum defendendi, quando non adeſt dolus.*
28 *Iniuriam quis non dicitur facere, quando non habet affectum iniuriandi, quamuis conuicium dicat.*
29 *Dolus in dubio non præſumitur regulariter.*
30 *Dolus in dubio non dolus, ſed ignorantia præſumitur.*
31 *Iniuriarum actio durat anno tantum.*
32 *Iniuriatus etiamſi fuerit tranſactus annus tenetur remittere iniuriam, rancorem, & odium.*
33 *Iniuriam ſuam vlciſci nemini licet.*
34 *Actio ciuilis quando non competit parti, Fiſco non datur criminalis.*
35 *Ob iniuriam verbalem nec puniri, nec carcerari quis poteſt.*
36 *Iniuria dicitur remiſſa ob allocutionem ſecutam, & ob traditionem alicuius rei.*
37 *Ex iniuriis mutuis nulla contrahitur inimicitia.*
38 *Iniuria non dicitur atrox, quando v. g. non fuit illata in foro coram multis perſonis.*
39 *Ob iniuriam verborum, ſeù altercationem ſine armis nō poteſt quis carcerari.*
40 *Decretum irritans quid operetur.*
41 *Iniuria facta matri cenſetur cōmunis cum filio, ſeù filia.*
42 *Iniuria facta marito dicitur facta vxori.*
43 *Iniuria facta vni ex ſociis dicitur communis, & non dicitur idoneus teſtis.*
44 *Iniuriarum actio durat anno tantum.*
45 *Ob iniuriam cum quis non fuit moleſtatus intra annum, non poteſt amplius moleſtari.*
46 *Iniuriarum actio non præſumitur, quando quis ſcripſit ad amicum querimoniæ cauſa, & non adeſt dolus.*
47 *Litteras ſcribens ad aliquem amicum ſine animo iniuriandi.*
48 *Iniuria facta vni de agnatione aliqua, toti generationi facta cenſetur, in tantum quod agnati à teſtificando repelluntur.*
49 *Ex iniuria duæ naſcuntur actiones.*
50 *Iniuriatus quamuis nolit agere, non tollitur iniuria facta Reipublicæ.*

51 In

51 *In iniuriis magis attendenda sunt mens, & voluntas, quam factum.*

52 *Iniuria dicitur tum ratione personæ, tum loci publici.*

53 *Iniuria realis est potentior.*

54 *Iniuria non attenditur, nec ad pœnam trahitur, quando fuit facta, aut verbis prolata à vilibus personis, vel a Rusticis.*

55 *Minæ vilium personarum non attenduntur.*

56 *Linguæ lubricum facile non debet trahi ad pœnam.*

57 *Pro verbis iniuriosis quando à iure nulla reperitur imposita pœna, non potest dici facta offensio.*

58 *Verba iniuriosa quando sunt prolata à vilibus personis.*

59 *Verba per iracundiam prolata.*

60 *Verba iniuriosa, seù contumeliosa inter non nobiles non pariunt inimicitiam capitalem.*

61 *Verba contumeliosa mutua leuem pariunt inimicitiam.*

62 *Verba iniuriosa quando possunt sonare ad iniuriam, & non iniuriam accipi debent, quod non sonant ad iniuriam.*

63 *Verba quando possunt importare iniuriam, & non iniuriam, semper interpetrantur, quod iniuria excludatur.*

64 *Dubio debet accipi omnis præsumptio exclusiua delicti.*

65 *Verba tunc dicuntur prolata animo iniuriandi, quando sunt contumeliosa, & contendendo, & altercando proferuntur.*

66 *Verba iuxta qualitatem personarum perpenduntur.*

67 *Verba, & actus contumeliosi inter plebeos parui pendi solent.*

68 *Verba iniuriosa quando dicuntur in litteris missiuis contra aliquem, & nullum exprimitur delictum, non dicitur diffamare.*

69 *Maledicens in genere non dicitur diffamator, sed appellatur maledicus.*

70 *Per verba iniuriosa dicta in genere non est denigrata opinio illius apud bonos viros.*

71 *Verba alicuius diffamantis aliquem si proferuntur apud bonos viros, non incurrit in pœnam statuti.*

72 *Et maximè quando in litteris non sunt descripta delicta.*

73 *Maledicentia non est sufficiens in accusatione.*

74 *Verba maledica debent exprimi magis particulariter, & dici v. g. cum quo, & quo tempore, & quo loco delicta fuerunt perpetrata.*

75 *Verba contumeliosa si quis alicui dixerit, in octo florenis auri pro quolibet verbo, & vice qualibet puniatur.*

76 *Verbis iniuriosis si quis aliquem imputauit, verbis illi resistit debet.*

77 *Verba iniuriosa mihi dicenti possum etiam armata manu resistere.*

78 *Honor, &) Vita) æquiparantur.*

79 *Pro defensione vitæ licet aliquem occidere.*

80 *Pro defensione honoris licet aliquem occidere.*

81 *Famam suam negligens crudelis est.*

82 *Iniurias facere quando quis non est solitus, excluditur dolus.*

83 *Calumniari qui non est solitus; præsumitur accusasse absquè animo calumniandi.*

84 *Memoriale quando quis scripsit non animo calumniandi, sed animo se defendendi, cessat dolus.*

85 *Dolus, quando redundat in damnum committentis, nunquam præsumitur.*

86 *Dolus, & animus v. g. iniuriandi Iudicem non est præsumendus.*

87 *Iniuria non infertur personæ incertæ.*

88 *Iniuriam quis facere non dicitur sine animo iniuriandi, quamuis conuicium dicat.*

89 *Iniuria obliuio ex temporis cursu præsumitur.*

90 *In iniuriis continere est plusquam miracula facere.*

91 *Iniuria non dicitur facta, nec potest criminaliter agi, quando quis scribit aliquid, quod concernit contumeliam pro defensione iuris sui, siue sui honoris.*

92 *Diffamatio non dicitur contineri, quando dicitur aliquid, quod pertinet ad suum ius tuendum, siue honorem.*

93 *Iniuriam quando facit Iudex, excusatur quando habet iustam causam.*

94 *Iniuria non dicitur illata alicui, quando quis in suis litteris missiuis diffamat, neminem nominans in eis, non potest dici diffamator.*

95 *Maledicens in genere non dicitur diffamare.*

97 *In litteris missiuis non dicitur scriptus libellus famosus, quando in eis non sunt descripta delicta particularia, sed tantum maledicentia.*

98 *Iniuria pœna quantumcunq; atrocis, & atrocissimæ, etiam quod sit illata magistratui actu officium exercenti est extraordinaria, & arbitraria.*

99 *Iniuriatus asserens contra iniuriantem nullum inditium, vel probationem facit.*

100 *Iniuriati) Offensi) assertio non facit probationem etiam in mortis articulo.*

101 *Inditium non est probatio, sed est species probationis.*

102 *Iniuriati assertio, si probaretur per duos testes, non facit inditium.*

103 *Præsumptio est species probationis.*

104 *Præsumptio excusat à calumnia accusantem ex necessitate, non autem ex voluntate.*

105 *Alapham si quis Potestati dederit, vel Gubernatori.*

106 *Iniuria facta Officiali Regis censetur facta ipsi Regi.*

107 *Iudicem offendens finito officio.*

108 *Ratio diuersa si est de vno casu ad alium, diuersa debet esse iuris dispositio.*

109 *Demolitio domorum) Domorum demolitio) causa delicti quando sit facienda.*

110 *Alapha quando fuit data Iudici actu officium exercenti, quid agendum.*

111 *Pœna condigna delicto dari debet.*

1 OB iniuriam factã alicui infrascripta occurrunt dicenda, nempè, quod si quis iniuria fuit prouocatus ab aliquo, si pariter prouocantẽ iniuriat, puniri nõ potest. Ias. in l. vt vim n. 36. ff. de iust. & iur. & ibi etiam Bologn. n. 94. in princ. vbi testatur, quod ità cõmuniter concludunt DD. faciũt dicta per Beluis. in pract.

2 lib. 1. c. 1. tit. de iniur. nu. 16. vbi dixit, quod si in-
iuriatus dedit causam iniuriæ sibi illatæ non competit
sibi iniuriarum actio iuribus per eum allegatis. Ma-
rian. Soccin. in c. fin. nu. 21. ad fin. extrau. de iniur.
3 Farinac. q. 105. nu. 306. Immò iniuria aliqua pro-
uocatus v. g. verbis, aut factis si deliquit, excusatur
à pœna homicidii, & mitius punitur; quoniam in-
4 dulgendum est ei, qui prouocatus vlciscitur. Angel.
in l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff.
de adult. Abb. & Felyn. in c. dilecti, in fin. col. 9. de
except. Bart. in l. eum qui nocentem, ff. de iniur.
5 Nam quicquid facit prouocatus, præsumitur potius
facere ad defensam, quam ad offensam. Marf. in
l. 1. 9. limitat. ff. de Sycar. Idem in l. vnius, §. cogni-
6 tionum, ff. de quæst. quia incipiens semper dicitur in
culpa. Cœpol. cons. 29. Alex. post Bart. in l. 1. C.
vnde vi, Ias. & Dec. in l. vt vim, ff. de iust. & iur. col. 1.
7 ver. confirmatur. Et optima ratione quidem, quia ira
est subita animi tēpestas, quæ dum inordinatè se cor-
ruit, cor hominis ad insaniam protrahit. Vt l. si adul-
terium. Paul. de Castr. cons. 192. Aret. cons. 165. col.
vlt. Marf. in l. 1. limit. 10. ff. de Sycar. Bal. in l. addi-
ctos, C. de Episc. & Cler. Felyn. in d. c. dilecti ubi
declaratur, de except. alleg. Text. in l. lex Iulia,
in fin. ff. ad l. Iul. repetund. Nouel. in tract. ad de-
8 fens. nu. 43. 44. 61. 62. 65. Tamen iniuria non infer-
tur incertæ personæ, l. item apud labeonem. §. cui non
fine, & ibi Bart. ff. de iniur. Menoch. cons. 107. n. 1.
9 Riminal. Iun. cons. 118. Item iniuria alicui facta à
Clerico non est ab ipso retractanda, nec etiam di-
cendum se mentitum. Iacob. de Graff. decis. cas.
consciens 137. nu. 3. lib. 2. par. 1. Farinac. q. 105.
nu. 75. Sed iniuria facta Clerico censetur facta Epi-
10 scopo, & Ecclesiæ. Ideò d. Episcopus potest con-
tra iniuriantem criminaliter agere. Farinac. d. q. 105.
11 n. 291. Item si iniuria tāgat specialiter Prælati per-
sonam, tunc d. Prælatus non potest punire, nec etiam
excommunicare, secus si tangat vna cum ipso etiam
Ecclesiam. Glos. in c. si quis erga, in verb. priuetur,
2. q. 7. & in c. inter querelas, in verb. propriè 23. q. 4.
& in c. Giusilarius, in verb. Anatematizaui, eadem
causa, & quæst. Farinac. d. q. 105. nu. 405. Item in-
12 iuria fit etiam volenti. Ratio est, quia sui ipsius, vel
suorum membrorum nemo est dominus, ideò quis
13 non potest committere alteri, quod ipsum percu-
tiat, l. 1. §. vsque adeò, ff. de iniur. Et hoc tenuit
Bart. in l. pen. ff. de condit. ob caus. & in l. interdum,
§. qui furem. Et ibi Glos. contrarium sensit, ff. de
fur. Et licet Glos. & Bart. loquantur, quando com-
14 mittat se ad torturam priuato: Tamen ego idem
sentio, si committat se Iudici, quando quid facit ex-
tra terminos iuris, l. prohibitum, C. de iure Fisci, cum
sim. Et propterea quando Iudex in casu prædicto tor-
queret aliquem volentem, non excusatur à pœna su-
pradicta applicanda Fisco, sed excusaretur ab actio-
ne iniuriarum, & ab ipsius interesse; quoniam volenti
non fit iniuria, in l. 1. §. adeò, & ibi Bart. ff. de iniur.
Et per Bart. in l. quamuis, in fin. ff. de in ius vocan.
Et ex supradictis deciditur alia quæstio, quæ sæpè oc-
currit; nam aliquis inculpat aliquem de delicto; &
quia non habet veras probationes, neque inditia suf-
ficientia ad torturam, dicit Domine Gubernator po-
natis me, & ipsum ad torturam; multi stulti (vt ita
loquar) putant hoc posse, & debere fieri per d. Do-
minum Gubernatorem, sed per supradicta est con-
trarium in personam volentis, ergò multo fortius in
15 personam nolentis. Item iniuriarum agi non po-
test contra accedentem ad Superiorem, & narrantem
aliquem Iudicem tulisse sententiam iniquam, vel
falsam, siue exprimat iuisse, vt retractetur sententia,
siue non, Boss. tit. de inquisit. num. 127. Ratio est,
16 quia confugiens ad superiorem nō dicitur aufugere,
vt per Boss. tit. de carcerato fideiuss. committen. n. 45.
17 seqq. quia itineris arreptio habet vim appellationis
Bal. in l. sed etsi per Prætorem, §. fin. ff. ex quib.
caus. maior. Boer. decis. 215. nu. 28. Vbi quod isto
18 casu fugiens etiam è carceribus, Gram. vot. 39. cum
aliis adductis per Veronen. in l. quis sit fugitiuus,
nu. 21. ff. de edilit. edict. vbi quod ità alias fuit ser-
uatum, & maximè quando à suo Iudice inquisitus est
19 male tractatus longo carcere: Et aufugiens ob seui-
tiā Iudicis dicitur discedere ex iusta, & probabili cau-
sa, Put. in tract. de Scyn. in verb. Fuga officialis, c. 2.
nu. 3. vbi quod isto casu sufficit saltem probabiliter ti-
mere, & si non iustè, l. rectè, ff. quod met. caus. Ias. in l.
admonendi, n. 169. ff. de iureiur. Item iniuriæ obli-
20 uionem præsumi facit temporis cursus, l. peregrè,
ff. de acquiren. rer. dom. Alex. cons. 115. Vulpell.
21 cons. 53. nu. 8. Item iniuriarum crimen non com-
mittitur absq; dolo, & animo iniuriandi, l. 1. §. 1. &
22 l. 3. §. fin. & l. seq. ff. de iniur. verum iniuriarum
actio excluso dolo, ex quo crimen iniuriarum non
committitur sine dolo, & animo iniuriandi non pu-
nitur, d. l. 1. §. 1. & d. l. 3. ff. de iniur. Vnde præsu-
mitur quis absq; animo iniuriandi, v. g. scripsisse lit-
teras ad aliquem amicum excusationis, & querimo-
niæ causa ob malam imputationem sibi datam, qui ad
eum prius scripserat, quod ei imputabatur commu-
niter ab omnibus, quod falsum commiserat; prout
dicitur de eo, qui non est solitus calumniari, vt præ-
sumatur accusasse absquè animo iniuriandi. Spec. tit.
de accusat. §. fin. ad fin. Et potentia instigatorum ex-
cusat ipsum, etiamsi non probet contenta in litteris, vt
per Aret in Glos. 5. nec non ad querelam, col. 3. Boss.
23 tit. de iniur. col. 4. ad fin. sit vnicuiq; licitum est ius
suum tueri; c. cum Ecclesia, de elect. Et mens, & vo-
24 luntas magis est attendenda, quam factum, ad hoc
vt aliquid dicatur maleficium, l. Diuus, ff. de Sycar.
& in terminis est text in l. 3. §. 1. ff. de iniur. vbi quod
sine affectu iniuriandi non dicitur quis iniuriam face-
25 re, quamuis conuicium dicat. Ratio est, quia dolo
excluso excluditur actio iniuriarum: Nanque crimen
iniuriarum non committitur sine dolo, & animo in-
iuriandi, d. l. 1. §. 1. & l. 3. §. fin. & l. seq. ff. de iniur.
26 Et d. dolus ex pluribus excluditur. Primò quando
reus non est solitus iniuriare; nanq; tunc præsumitur
v. g. fabricasse memoriale absq; animo iniuriandi; si-
cut enim dicitur de eo, qui non solet calumniare, vt
præsu-

præsumatur accusasse absquè animo calumniandi,
Spec. tit. de accusat. §. fin. ad fin. Secundò quando
fabricauit dictum memoriale inuitus, v. g. quia carceratus;
dolus enim non præsumitur, in inuito diffamante. Aym. cons. 13. sub nu. 1. seq. Tertiò quando
dolus redundat in damnum committentis, nunquam præsumi debet. Soc. cons. 177. col. 2. ad med.
27 Aym. cons. 8. nu. 4. Et quando non adest dolus, memoriale præsumitur fabricatum animo exeundi è carceribus, & per cõsequens se ipsum defendendi. Oldr.
cons. 53. in fin. Soc. cons. 3. lib. 1. Et per consequens
nullam pœnam meretur; cum liceat vnicuique ius
suum tueri, d. c. cum Ecclesia, de elect. & mens, &
voluntas magis attendi debet, quam factum, ad hoc
vt aliquid maleficium dicatur, l. Diuus, ff. de Sycar.
28 & l. verum, ff. de furt. Et in his terminis probat
text. l. 3. §. 1. ff. de iniur. vbi dicitur, quod sine affectu iniuriãdi, non dicitur quis iniuriam facere, quãuis conuicium dicat.
29 Quibus additur, quod in dubio
dolus regulariter non præsumitur, Io. Adr. & Abb.
in c. inter alia, de immunit. Eccles. text. in l. quoties, §. qui dolo, ff. de prob. vbi constat, dolũ non præsumi, nisi admissum probetur. Abb. cons. 46. Cæphal.
cons. 206. lib. 2. Plot. cons. 130. nu. 74. inter cons.
zel. lib. 1. Mediolanenses criminalistæ. Boss. tit. de
homic. nu. 49. Clar. §. homicidium, vers. ex proposito. Vulpell. cons. 127. nu. 2. Immò dolus in dubio,
30 non dolus, sed ignorantia præsumitur Bart. l. quoties, § 1. ff. de hæred. instit. Sed dato, & non concesso,
31 quod adsit dolus; tamen iniuriarum actio durat anno tantum, l. si non conuicii, C. de iniur. vbi
Glos. & alii. Et incipit à die latæ iniuriæ. Vt post Angel. quem allegat, tradit Cœpoll. cons. crim. 71. n. 4.
seqq. quinimò etiamsi fuerit transactus annus, adhuc
32 dicitur, iniuriatum teneri remittere iniuriam, rancorem, & odium; quia non est licitum, aliquem odio
prosequi, c. cum lege 23. q. 4. cum odium, & longa
iracundia sit peccatum mortale, c. vnde orantium,
§. criminis 25. distin. Et id procedit, etiamsi non sit
ei satisfactum. Ex sententia Diui Gregorii 90. distin.
33 c. fin. Et nemini licet suam iniuriam vlcisci, l. si
ex plagis, §. Tabernarius, ff. ad l. Aquil. quibus
quoque additur, quod cum quis non fuit intra d. annum molestatus, non potest amplius molestari. Per
text. si non conuicii, & ibi DD. C. de iniur. Plot.
cons. 131. nu. 19. diuers. lib. 1. Baiard. q. 68. nu. 68.
quia (vt dictum est) iniuriarum actio præscribitur anno, & quod seù quando non competit parti, nec etiã
Fisco competit, Corn. cons. 51. vol. 4. vers. dubitabam tamen, vol. 1. Bertaz. cons. 147. nu. 17. latius
34 Baiard. q. 1. nu. 7. Immò etiam actio ciuilis quando non competit parti, non datur actio criminalis
Fisco. Mars. cons. 35. nu. 14. & cons. 40. nu. 10. Item
35 ob iniuriam verbalem nec puniri, nec carcerari quis
potest. Ità cantat Motus proprius Pauli III. ad fauorem carceratorum editus; Et per Pium V. confirmatus. Et ex qualitate personarum dignoscitur, non
autem ex affectu solo, l. item apud labeonem, §. sed
36 quia adducitur, ff. de iniur. Et iniuria dicitur remissa ob allocutionem secutam, & ob traditionem alicuius rei. Afflict. tit. de pac. iuram. firman. §. iniuria, n. 107. Clar. §. iniuria n. 12. Itẽ ex iniuriis mutuis
37 nulla contrahitur inimicitia, quoniam non probat
hoc esse, quod contingit abesse, l. nequè natales, C.
de probat. Ioan. Turnus cons. 81. nu. 36. inter cons.
crim. diuers. lib. 2. loquens in propriis terminis. Item
38 iniuria non dicitur atrox, quando non fuit illata
v. g. in foro corã multis personis. Curt. Iun. cons. 148.
nu. 2. Boss. tit. de iniur. nu. 5. Vbi adducit concordan-
39 tes. Item ob iniuriam verborum, seù altercationem
sine armis, non potest quis carcerari. Vt expresse
prohibet Constitutio Pauli III. ad fauorem carceratorum edita in prima par. Bullarii, nu. 58. vers. pro
iniuriis verbalibus, quæ reperitur confirmata à Pio
40 Quinto. Et quia in ea constitutione adest decretum
irritans, operatur, quod processus, & omnia inde secuta pro fabricatis, & non factis habeantur. Abb. c.
dilectus, n. 14. de præben. Felyn. c. Cum accessissent
col. 4. vers. tertia declaratio, de constit. quinimò dictum decretum operatur, quod captura sit ipso iure
nulla. Ruyn. cons. 70. col. 3. vol. 5. Gabriel tract. de
clausalis, nu. 56. seq. post alios, quos allegat. Item
41 iniuria facta matri censetur communis cum filio,
seù filia, l. item apud labeonem, §. tenetur, ff. de
iniur. Bal. l. vt vim, col. 5. ff. de iust. & iur. Item
42 iniuria facta marito dicitur etiam facta vxori,
vt in terminis scribit Natt. cons. 6. num. 1. Per text. l.
1. §. fin. ff. de iniur. Mars. in pract. §. diligenter, nu.
89. Clar. in §. iniuria, in princ. Ratio est, quia cum
maritus, & vxor sint eadem caro cum filio, seù filia,
iniuria est communis, & tangit etiam honorem vxo-
43 ris, d. Natt. ibidem. Item iniuria facta vni ex sociis
itineris dicitur communis, & non dicitur idoneus testis. Glos. singul. in l. item apud labeonem, §. tenetur, ff. de iniur. l. quoniam liberi, C. de test. vbi etiam
Bal. c. veniens, vbi not. omnes, eod. tit. de test. idem
44 Bal. l. vt vim, col. 5. de iust. & iur. Item iniuriarum
actio durat anno tantum. l. si non conuicii, C. de iniur. Vbi Glos. & alii. Et incipit à die latæ iniuriæ. Vt
post Angel. quem allegat, tradit Cœpoll. cons. crim.
71. num. 4. seqq. Quinimò etiamsi non fuerit transactus annus, adhuc dicitur, iniuriatum teneri remittere iniuriam, rancorem, & odium; quia aliquem odio
prosequi non est licitum, c. cum lege, 23. q. 4. cum
odium, & longa iracundia sit peccatum mortale, c.
vndè orantium, §. criminis, 25. distin. Et id procedit, etiamsi non sit ei satisfactum. Ex sententia Diui
Gregorii 90. distin. c. fin. Et nemini licet suam iniuriam vlcisci, l. si ex plagis, §. Tabernarius, ff. ad l.
Aquil. Et illud est omninò menti tenendum, quod
45 iniuriarum actio præscribitur anno. Vndè cum quis
non fuerit infra annum molestatus, non potest amplius molestari. Per Text. si non conuicii, & ibi DD.
C. de iniur. Plot. cons. 131. num. 19. diuers. lib. 1.
46 Baiard. q. 68. nu. 68. Immò iniuriarum actio excluso dolo, ex quo iniuriarum crimen non committitur
sine dolo, & animo iniuriandi. l. 1. §. 1. & l. 3. ff. de
iniur. vnde quis præsumitur absq; animo iniuriandi

scripsisse

scripsisse litteras ad aliquem amicum excusationis,
& quatrimoniæ causa ob malam imputationem sibi
datam, qui ad eum prius scripserat; prout dicitur
de eo, qui non est solitus calumniari, vt præsumatur
accusasse absq; animo iniuriandi. Spec. tit. de ac-
cusat. §. fin. ad fin. Et potentia instigatorum excu at
ipsum, etiamsi non probet contenta in litteris. Vt
per Aret. in Glo. nec non ad querelam, col. 3. Bost.
tit. de iniur. nu. 4. ad fin. & vnicuique licet ius suum
tueri, c. cum Ecclesia de elect. & mens, & voluntas
magis est attendenda, quam factum, ad hoc vt ali-
quid maleficium dicatur, l. Diuus, ff. de Sycar. Et in
terminis est Text. in l. 3. §. 1. ff. de iniur. Vbi quod
sine affectu iniuriandi non dicitur quis iniuriam fa-
cere, quamuis conuicium dicat. Item iniuria facta
47 vni censetur facta omnibus de eius parentela, l. lex
Cornelia, in princ. ff. de iniur. Gram. cons. 12. n. 27.
48 in criminalibus. Immò iniuria facta vni de agna-
tione aliqua toti agnationi facta censetur; in tantum
quod agnati à testificando repelluntur. Bart. in l. lex
Cornelia, ff. de iniur. post Glo. & ibi d. Bart. in l.
cum seruus, C. de agricol. & Censi. lib. 11. Marian.
Soccin. in c. olim. nu. 20. de iniur. Hercul. de Caut.
49 de non offenden. c. 10. per totum. Item ex iniuria
duæ nascuntur actiones: vna quę datur iniuriato, alia
quæ datur Reip. cuius interest, de maleficia commit-
tantur, l. licitatio, §. quod licitè, ff. de publican. Et
50 quamuis iniuriatus nolit agere, propter hoc non
tollitur iniuria facta Reip. vt d. licitatio, l. 3. ff. de
Sycar. l. qui coetu, §. fin. ff. de vi publ. Item in iniu-
51 riis magis attendenda est mens, & voluntas, quam
factum, l. Diuus, ff. de Sycar. in terminis est Text.
in l. 3. §. 1 ff. de iniur. Vbi sine affectu iniuriandi non
52 dicitur quis iniuriam facere. Item iniuria dicitur
tum ratione personæ, tum loci publici. Vide in verb.
53 aggressura. Item iniuria realis est potentior. Ità
54 Brun. tract. de indic. 3. q. 1. nu. 4. Item iniuria non
attenditur, nec ad pœnam trahitur, quando fuit fa-
cta aut verbis prolata à vilibus personis, vel à rusti-
cis, vt benè exemplificat Iodoc. Damhaud. in suo
Enchirid. rerum criminalium, c. 136. de iniuriis ver-
borum, nu. 13. seq. Bertaz. cons. 176 nu. 6. Hinc est
quod minæ vilium personarum non attendantur, ma-
55 ximè quando non sunt soliti illas exequi, l. 1. C. si
quis Imperatori maledixerit. Blanc. de indit. n. 183.
56 Ratio est, quia lubricum linguæ facile trahi non
debet ad pœnam, l. famosi, ff. ad l. Iul. maiest. Imol.
in l. fin. ff. de hæred. instit. vbi allegat illud vulgare
dictum: Sępè minas faciunt homines, qui magis
minantur. Et subdit, quod ità tenetur. Et id esse
verum docet experientia, quæ est rerum magistra,
cum multi reperiantur, qui verba minatoria profe-
runt ex consuetudine, & nil aliud facere sciunt, nisi
57 terribiles se verbis ostendere. Et quando pro aliqui-
bus verbis prolatis nulla à iure reperitur imposita
pœna, non potest alicui dici facta offensio, Bart. in
l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publica, nu. 4. Soc.
58 Iun. cons. 103. nu. 9. vol. 3. Vndè quando sunt pro-
lata à talibus personis, quæ per simplicitatem potiùs,

quàm dolo talia verba proferunt, ob ignorantiam
excusantur. Bart. in l. non fatetur, §. fin. nu. 12. de
confess. Gram. cons. 58. nu. 4. Horat. Lut. cons. 162.
nu. 6. seqq. diuers. crim. tom. 1. Afin. cons. 13. n. 11.
59 tom. 2. Concurrit etiam calor iracundiæ prouenient
ex iusta probationis causa, & ista causa excusat etiam
Gubernatores, & Iudices secundum Decian. cons. 4.
nu. 54. & cons. 14. nu. 108. quem refert, & sequitur
Claud. ad Bertaz. cons. 135. in G. B. vers. ita, Qui-
60 bus nimirum additur, quod verba iniuriosa, seù con-
tumeliosa inter non nobiles non pariunt inimicitiam
capitalem, ad hoc vt ad torturam oriatur inditiũ, vt
post multos ostendit Mascard. de probat. lib. 2. con-
clus. 898. nu. 25. Et verba contumeliosa mutua leuem
61 pariunt inimicitiam. Vt scribit Blanc. de indit. n. 10.
Ità expresse tenet Ioan. Turr. cons. 81. nu. 36. vers.
Et illa potest dici grauis iniuria, inter cons. crim. di-
uers. lib. 2. Spec. de exeout. sent. §. nunc dicendum.
62 Et quando dicta verba possunt sonare ad iniuriam,
& non iniuriam, accipi debent, quod non sonent ad
iniuriam. Bart. cons. 108. vers. & in dubio. Refert,
& sequitur Mars. cons. 2. nu. 7. & dicuntur prolata
absq; animo offendendi. Tradit Claud. ad Bertaz.
63 cons. 206. vers. primum, itaq; Nec id abre dicitur,
quia verba, quando possunt importare iniuriam, &
non iniuriam, semper interpetrantur, quod iniuria
excludatur, secundum Bal. in C. de sacrosanct. Eccles.
quem refert, & sequitur Ias. cons. 153. nu. 3. lib. 2.
64 Ratio est, quia in dubio debet accipi omnis presum-
ptio exclusiua delicti, l. meritò. Vbi not. omnes, ff.
pro Soc. l. moueor. & ibi Bal. C. de serui exportan.
65 Alex. cons. 70. col. 2. Nam verba tunc dicuntur pro-
lata animo iniuriandi, quando sunt iniuriosa, & alter-
cando, & contendendo proferantur. Ità ex Bal. & Alex.
sententia declarat. Rip. in l. vlt. n. 27. vers. aut dubita-
tur. C. de reu. don. Et in propriis terminis tradit Oldr.
cons. 53. col. 2. Sed dicitur contrariũ. Quibus additur,
66 quod dicta verba iuxta qualitatem personarum per-
penduntur: Ex personis enim vulgar. iuribus pacta
compensantur; quia inter plebeios, verba, & actus con-
67 tumeliosi parui pendi solent, quæ inter honestioris
gradus personas non negliguntur, Vulpell. cons. 67.
nu. 11. Verùm quando verba iniuriosa dicuntur in
68 litteris missis contra aliquem, & nullum exprimi-
tur delictum, non dicitur diffamare; quia maledicens
in genere non dicens diffamatur, sed appellatur ma-
69 ledicus. Ità Bart. in l. turpia, in princ. vers. secun-
dò quæritur, de legat. primo. Ratio est, quia per ta-
lia verba dicta in genere non est denigrata opinio il-
lius apud bonos, & graues viros, quod est haben-
70 dum in consideratione, quando tractatur de diffa-
matione, l. ea, quæ, C. ex quib. caus. infam. irrog.
71 Et ideò dicit Ias. in d. l. turpia, quod si apud bo-
nos, & graues proferuntur verba alicuius diffaman-
tis aliquem, non incurrit ille in pœnam statuti pu-
72 nientis diffamantem. Confirmantur prædicta, quan-
do in dd. litteris nõ sunt descripta delicta particularia
73 v. g. N. sed solum describitur maledicentia, quæ
74 non est sufficiens in accusatione: Debent enim ex-
primi

primi magis particularia, & dici cum quo, & quo tempore, & quo loco talia delicta patrauerit. Ita egregiè scribit Rom. conf. 290. sequitur Castrens. in d. l. turpia, in fin. vbi quod hoc est notabile dictum:
75 Tamen verba iniuriosa si quis alicui dixerit in octo florenis auri pro quolibet verbo, & vice qualibet puniatur, Constit. Prouinc. March. c. 59. Glos. A lib. 4. & ibidē in Glos. dicitur, quod si quis verbis iniuriosis
76 me imputauerit, verbis ille resistere debeo. Spec. tit. de accus. vers. quid si te accusauit latronem, &c. Bal. in l. 1. vers. sed nunquid ex solis, C. vnde vi. Immò
77 iniurianti me possum etiam armata manu resistere, quarè si cum vulnere non debeo puniri de toto, nec de quanto; quoniam honor, & vita æquiparantur, l. infra causa, ff. de manum. vindict. Sed pro defen-
78 sione vitæ licet aliquem occidere, l. vt vim, ff. de
79 inst. & iur. Et ibi not. scribentes; Ergò & pro de-
80 fensione honoris sui; quia crudelis est, qui famam suam negligit, c. volo 12. q. 1. facit etiam Text. not.
81 in c. præcipimus 93. distin. Clar. in §. iniuria, qui
82 copiosè Constit. Marchiæ ibidem. Item iniurias facere quando quis non est solitus, excluditur dolus, sicut dicitur de eo, qui non est solitus calumniari,
83 præsumitur accusasse absque animo calumniandi. Spec. de accusat. §. fin. ad fin. vt v. g. quādo quis scripsit
84 memoriale non animo calumniandi, sed animo se
85 defendendi. Et quando dolus redundaret in damnum committentis, nunquam est præsumendus. Soc. cons. 277. col. 2. ad med. Crauett. cons. 8. nu. 4. sed
86 dolus, & animus, v. g. iniuriandi Iudicem, quia tenderet in damnum inquisiti, non est præsumendus; cum valdè expediat inquisito habere Iudicem fauorabilem. Iuxta notata per Barbat. & alios in c. nisi
87 speciali, de offic. delegat. Item iniuria non infertur personæ incertæ, l. item apud labeonem, §. cui non fine, & ibi Bart. ff. de iniur. Menoch. cons. 507.
88 nu. 1. Riminal. Iun. conf. 118. Item iniuriam facere quis non dicitur sine affectu iniuriandi, quamuis conuicium dicat, Oldrad. cons. 53. in fin. Soc. cons. 3.
89 lib. 1. Item iniuriæ obliuio ex temporis cursu præsumitur, l. peregrè, ff. de acquiren. rer. domin. Alex.
90 cons. 115. Vulpell. cons. 53. nu. 8. Item in iniuriis continere plus est, quam miracula facere, Boss. tit.
91 de homic. nu. 60. Item iniuria non dicitur facta, nec potest criminaliter agi, quando scribit aliquid, quod concernit verè cōtumeliam pro defensione iuris sui, siue sui honoris, vt in simili scribit Soc. Iun. cons. 154. nu. 45. vers. quantum autem pertinet, lib. 3. Et cum
92 pertineat ad ius tuendum, siue honorem, cessat actio criminalis; & si continere videatur diffamationem, c. cum te, de re iudic. Luc. de Penna in l. 3.
93 q. 10. C. de castrens. pecul. lib. 12. Item iniuriā quando facit Iudex, excusatur, quando habet iustam causam, secundum Decian. cons. 4. nu 54. & cons. 14. nu. 108. quam refert, & sequitur Claud. ad Bertaz. cons. 135. in G B. vers. ira. Item iniuria non dicitur
94 illata alicui, quando quis in suis litteris missiuis diffamat neminem nominans in eis, nec potest dici dif-
95 famator; quia maledicens in genere non dicitur diffamare. Ità Bart. in l. turpia, in princ. vers. secundò quæritur, de legat. primo. Ratio est, quia per talia verba non est denigrata persona alicuius apud bonos, & graues viros: quod est habendum in consideratione, quando tractatur de diffamatione. l. ea quæ, C. ex quib. caus. infam. irrog. Et ideò dixit Ias. in d. l. turpia, quod si apud bonos, & graues viros
96 proferuntur verba alicuius diffamantis aliquem, non incurrit ille in pœnam statuti punientis diffama-
97 torem. Et confirmantur prædicta, quia quando in dd. litteris missiuis non sunt descripta delicta particularia illius, nō dicitur scriptus libellus famosus, sed solū maledicentia, quæ non est sufficiens in accusatione. Debent autem scribi, & exprimi magis particularia, & dici cum quo, & quo tēpore, ac loco talia delicta patrauerit. Ità egregiè scribit Rom. cons. 290. sequitur Castrens. in d. l. turpia, in fin. vbi quod hoc
98 est notabile dictum. Item iniuriæ pœna quantumcunque atrocis, & atrocissimæ, etiam quod sit illata magistratui actu officium exercenti, vel etiā quia os sit fractum vel propter vulneris magnitudinem. De quibus in Text. l. ait Prætor, §. atrociora, in fin. cum l. seq. ff. de iniur. & in §. atrox. instit. eod. tit. vtiquè extraordinaria est, & arbitraria, nec regulariter extēditur in persona, maximè nobili vltra relegationē, vt d. Text. in d. l. fin. tradit Alex. cons. 35 in fin. vol. 2. Et maximè vt dicit text. in l. 1. §. expillatores, ff. de exact. non potest Iudex ex officio excedere pœnam relegationis.

Quibus additur, quod iniuriatus asserens contra iniuriantem nullam facit probationem, vel inditium;
99 Casus est apertus in l. si quis in graui, ff. ad Syllan. in §. si quis moriens, & nè dum plenam facit probationem, sed nec ad torturam sufficiens inditium. Vbi dicit Angel. Aret. in l. 1. §. si quis filium, ff. ad carbon. in l. Seya, in prin. ad Velleian. Et videtur casus in simili in c. sicut de test. facit quod not. Cyn. in l. 1.
100 C. qui accus. non poss. Quia assertio offensi, seu iniuriati non facit probationem etiam in mortis arti-
101 culo, vt d. §. si quis moriens. Ergò non facit inditium ad torturam; quoniam inditium non est probatio, sed est species probationis. Per not. per Bal. in l. fin. C. probat. Et à quo remouetur genus, remouetur quælibet eius species, C. de vsur. reiud. ff. de fundo instrum. l. fundi. Ex quibus apparet, quod
102 si dicti iniuriati assertio probaretur per duos testes, non facit inditium. Ità etiam egregiè fuit consultum per quosdam. Et credo tamen quod benè sufficiat ad formandam inquisitionem. Per ea, quæ not. Bal. & Dyn. in d. §. si quis moriens. Et per ea, quæ not. Glos. & Bal. in l. 2. C. de calumn. Vbi notabiliter dicit, quod licet in articulo mortis constitutus dicat, quod aliquis fecit occidi eum; tamen verba
103 non inducunt præsumptionem, quæ est species probationis, sed quandam vilem præsumptionem,
104 secundum Glos. Et nota de effectu istius vilis præsumptionis, quia excusat à calumnia accusantem ex necessitatem, non autem ex voluntate. Per hoc facit l. nostris in ratione sui, & l. qui non probasse, & l. fin.

105 l. fin. eod. tit. de calumni. Item si quis alapham potestati dederit, & sic personam, & dignitatem offendens, vt per Oldrad. cons. 70. pœna capitali possit puniri. Vt dixit Bal. in c. 1. in verb. damna, de pace constare. Et in l. 1. C. de his, qui latr. occul. Tamen id non prouenit propter singularem iniuriam magistratui actu officium exercenti illatam; prout de offensa officiali facta considerat Lucas de Penna in l. 1. nu. 9. C. de Coarctalibus, lib. 12. post Cyn. in l.
106 si non conuicii, C. de iniur. Ratio est secundum Cyn. quia iniuria facta officiali Regis quodamodo censetur facta ipsi Regi; At secus est, vbi quis offen-
107 dit officialem finito officio, non dicitur amplius officialis, vt per Bart. in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat. Etiam quod alio respectu propter officium præcedens penes eum remaneant nouellæ dignitatis reliquiæ. De quibus per Felyn. in c. quæ in Ecclesiarum n. 81. extra de Constit. Hinc dixit nota, Aug. in l. Tribunus, per illum text. ff. de milit. restam. quod si statim punit offendentem d. potestatem, intelligitur durante officio: Et durare dicitur quoad hoc etiam donec stat ad Scyndicatum, demum collectis farcinalis recessit. Vt ibi per eum.

Supradicta procedunt etiam, quod finito officio, & longè post, potestas, seù officialis offensus fuerit ex causa præcedentis officii, vt per Bal. in l. obseruare, §. proficisci, q. 7. ff. de offici. Proconsul. & leg. solum enim consideratur tempus distantis officii, vel Scyndicatus, ad hoc vt potestatem offendens ex causa officii puniatur pœna vera offendentis officialem. Vt ibi per eum.

Veruntamen licet haberi debeat ratio in offendẽte officialem, & diù post finitum officium, an ex causa officii illum ostenderit; vt videtur considerare Paris. de Put. in tract. de Scyn. in verè remoto ab officio, nisi non tamen eadẽ pœna tali sic offendenti venit inferenda, ac promi, acsi illum in officio, & Scyndicatu existentem offendisset, quantumcunq; forsan tunc in aliquo pluri pœna aggrauari posset respectu d. qualitatis, Ad text. l. aut facta, & ibi Bart. ff. de pœn. & tradit Glos. & post eam Bal. in l. quid ergò, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. alias sequitur, quod pari passu procedunt potestas actu officium exercens, & potestas, qui iam diù compleuit; quod non est, dicitur per supradicta. Et quia
108 longa, & diuersa est ratio de vno casu ad alium, ergò diuersa debet esse iuris dispositio. Ad Text. in l. Papiniano exuli, ff. de min.

Ex prædictis creditur posse constare, quæ pœna possit infligi de iure contra offendentem officialem nobilem, & talem quod alias nunquam de eo auditum est quicquã sinistri commissum propter offensã ab eo (vt dicitur) factam officiali, licet longè post, finito officio, & postquam post duos menses iam domum redierat, etiam dato quod ex causa præcedentis officii illum percussit, prout non percussum.

Non certè hoc casu satis acerrima, & cõueniens iuris rigori dicitur esse pœnà relegationis, seù exilii tradita per Tex. in d. l. fin. ff. de iniur. Et alia cõfiscationis bonorum pœna, & priuationis dignitatum eius ratione dictæ qualitatis aggrauantis, quod ex causa officii facta fuerit offensio in monitorio contra illum emanato; Aliæ autem, & vlteriores pœna comminata id est demolitionis domorum, & quod possit offendi impunè à quocunq; vtique videntur satis excessiuæ, & violentæ, & insolitæ, & tales, à quibus de iure propter iniuriam excessiuitatem appellare licet. Immò Iudex sic excedens in Scyndicatu tenetur, Glos. & Bart. in l. si qua pœna, ff. de verb. signif. & per Paris. de Put. de Scyndic. in verb. Potestas.

Hinc est, quod licet alias per contumaciam non comparentis Iudex possit paruam villam demoliri facere. Per Text. in l. si is cum, ff. cum diuid. hæc
109 tamen non procedit in adibus in ciuitate positis, nè ciuitas deformetur ruinis. Vt per Bal. in l. Cæterra, §. 1. ff. de legat. primo.

Prout non omittitur, quod licet quandoq; ob criminis atrocitatem iura transgredi, vt voluit Innoc. in c. 1. de constit. Est tamen aduertendum, quod hęc satis dicitur esse magna iuris transgressio, si vltra relegationem, quæ est parua in nobili pro atroci iniuria à lege constituta, d. l. fin. bona confiscante, & omnibus dignitatibus dictus offendens priuetur; Et eo magis, quia relegatio non habet in se pęnam confiscationis bonorum. Vt est Text. in l. deportatorum, C. de pœn.

Quod etiam patet, nam in casu atrocissimæ in-
110 iuriæ, quando alapha Potestati actu officium exercenti est illata, omni atrocitate considerata, & legum transgressione vsq; ad mortem pœna, & non vltra ex arbitrio infligere. Et vt tradit Ias. & post eum ibi Bart. in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdict. omn. Iud. Ità declarantes d. Bald. d. §. 1. de pace contir. licet multi tenuerint contrarium. Vt ibi per eos. Vt verum sit dicere, quod si id sit respectu offensæ potestatis actu officium exercentis propter atrocitatem iniuriæ. Vtique satis minor pœna cadere debet in offendentem eum, qui iam dici est officio exutus, & in quo dignitas officii cessat pœnitus hoc respectu, licet quod aliæ quidem reliquiæ ob præcedens officium benè gestum pœnes officialẽm remaneant. Vt per Felyn. d. c. qui in Ecclesiarum.

Quo fit, vt si per aliquam considerationem pœ-
111 nam hoc casu contra offendentem N. excusanda videatur, & propter id Iudex facere possit; non tamẽ debet in homini exacerbatione facienda, vltra quod casus męreatur iuris, & DD. determinatione recedere, & pœnas insolitas infligere; cum satis sit omnibus consideratis, quod pęna condigna delicto detur. Vt dicit Textũ not. licet vulg. in l. Sancimus, C. dę pęn. Et prout non condigna pęna videtur hoc casu domorum demolitio, ac etiam quod impunè ab omnibus offendi possit, precipuè vt in edicto pęna vltimi supplicii committatur, non repetitur. Et benè per supradicta, &c.

DISCE-

DISCEPTATIO XXVIII.

De Auxiliatore.

SVMMARIVM.

Vide superius eandem materiam in Disceptatione XVI.

1 *Auxiliator vt quis dici possit, opus est, vt associet delinquentem ad locum delicti, & alia faciat.*
2 *Auxiliator non dicitur, qui incidenter, seù casualiter ad locum v.g. homicidii accedit.*
3 *Auxiliator non dicitur, qui distat à loco commissi homicidii.*
4 *Auxiliator quis non dicitur, si solummodò astitit, nisi praecesserit tractatus.*
5 *De auxilio praestito quando quis possit puniri.*
6 *De auxilio vt quis possit puniri opus est, vt probetur, quod praecesserit tractatus.*
7 *Auxilium semper praesumitur praestitum, quando probatur, quod processit tractatus.*
8 *Auxiliator quis semper praesumitur.*
9 *Auxiliator quando teneatur de auxilio alteri praestito.*
10 *Auxiliator quando quos dicatur.*
11 *Ad auxilium praestandum non sufficit praesentia cum armis, & ense euaginato.*
12 *Auxiliator de auxilio, vt puniri possit opus est vt delictum sit consumatum.*
13 *Assistentia non est punibilis, quando quis assistit sine armis.*
14 *Auxiliator non potest puniri, quando principalis vi nullam poenam incidit.*
15 *Auxiliator nunquam punitur eadem poena qua principalis, sed mitiori.*
16 *Agentes, & consentientes quando pari poena puniuntur.*
17 *Auxiliator eadem poena punitur, quando dat causam delicto committendo.*
18 *Auxiliator in dubio potest torqueri. Immò quando con-*
19 *stat, quod auxilium praestitit, potest puniri vti assasinus.*
20 *Circa auxilium quilibet tenetur de eo, quod fecit in rixa.*
21 *Auxilium ad delictum, & post delictum, necesse est, vt consulto fiat.*
22 *Auxilium si ex accedenti, & non ex proposito fiat, poena non debetur.*

1 AVxiliator vt quis dici possit, opus est, vt associet delinquentem ad locum delicti. Itá Blanc. tract. de indit. in verb. ex facto ante delictum, c. 5. in fin. Vel vt cum armis stet propè eum delinquentē, Innoc. c. continentiæ. De Cler. percuss. vbi adducit dictum Bal. l. ob hæc verba, col. fin. ff. de his, qui not. infam. Aut si præsens, quando delinquens cum aliis pugnat pro ipso. Itá Innoc. in d. c. continentiæ. Nec dissentit Crauett. cons. 458. nu. 5. Et ideò dixit Bal. in l. vnica, C. de crim. peculat. quod opem ferens per actum proximum facto, vt quia assistit facienti delictum punitur eadem poena. Si autem fert opem per actum remotum non assistendo delinquenti; sed in via publica v. g. ante domum commissi delicti, mitius punitur. Idem scribit d. Bal. in l. Raptores, in fin. C. de Episc. & Cler. Abb. & alii in c. 1. de offic. deleg. Corn. cons. 8. col. 2. lib. 3. Vbi attestatur hanc esse communem opinionem. Sed ad homicidium fuerit specialiter vocatus in aliquo loco, vt d. homicidium committeretur. Prout tradunt Salyc. Calder. & Anchar. cons. 16. communi voto per eos reddito inter cons. Anchar. ad fin. Nec dissentiunt Mars. in l. nihil interest, nu. 20. & in l. fin. nu. 28. ff. ad l. Cornel. de Sycar. Foller. in pract. crim. par. 2. vers. capiat informationem, nu. 59.

Verum auxiliator non dicitur, qui incidenter, seù
2 casualiter ad locum homicidii accedit. Itá Bal. in d. l. ob hæc verba, ff. de his, qui not. infam. loquens in fortioribus terminis; etiamsi quis stetisset armatus. Idem scripserunt Felyn. in c. sicut dignum, num. 6. in fin. de homic. Roman. cons. 137. Nec etiam
3 qui distat à loco commissi homicidii. Tradit Bal. d. l. ob hæc verba, ad fin. refert, & sequitur Ias. cons. 137. in fin. vol. 1. Nec etiam nisi probato tractatu. Paris. cons. 152. nu. 33. vol. 4. Bursatt. cons. 65. nu. 11.
4 Vbi adducit concordantes. Prout nec etiam præsumitur, si solummodò assistit, nisi præcesserit tractatus, l. 3. §. homines, ff. vi bon. rapt. Mars. in pract. §. constante, nu. 45. & cons. 34. & l. vnica, nu. 81. C. de rapt. virg. Vulpell. cons. 95. nu. 3.

Itaq; vt quis de auxilio præstito possit puniri, necesse est, vt ex proposito, & data opera auxilium
5 præstiterit, aut accesserit ad auxilium præstandum, d. l. 3. §. homines ibi ad hoc quo actus, vt damnum daretur, ff. de vi bon. rapt. quem Text. ad id Anchar. allegat cons. 216. in fin. Quod consilium fuit compositum per tres excellentes Doctores. Alex. l. si duo patroni, in princ. ff. de iur. iuran. Gram. decis. 15. nu. 5. concurrente maximè coniunctione sanguinis, quam considerant DD. & post multos, quos allegat
6 tradit Philipp. Port. cons. 206. nu. 11. Et vt teneatur de auxilio, necesse est, quod probetur, quod præcesserit tractatus ad assertum auxilium præstandum, & quod principaliter ad hunc finem accesserit, alias non tenetur de prętenso auxilio: sed semper pręsum-
7 ptio est, quod sine dolo interuenerit delicto. Castren. cons. 277. lib. 2. Aug. de Arimino in addit. ad Angel. de malef. in verb. Andream auxiliatorem, col. 5. vers.
8 intellige tamen prædicta. Et in hoc casu ignorantia facti excusat, l. pen. C. ad l. Iul. de vi publ. & Salyc. loquens in propriis terminis, l. 1. nu. 19. C. de rapt. virg. Bal. cons. 41. n. 5. vol. 5. sequitur Paris. cons. 152.
9 nu. 25. seq. vol. 4. Immò dicitur, quod vt d. auxiliator teneatur de auxilio alteri pręstito, requiritur, quod id fuerit expresse, & deliberatè coadunatus; nec non
10 requiritur, vt Fiscus probet tractatum præcedentē; alias si illa qualitas non probetur præsumitur, quod absquè dolo, & incidenter d. auxiliator prætensus interuenerit. d. l. 3. §. homines, ff. vi bon. rapt. Bart. in l. omnes, C. de Agric. & Censit. lib. 10. Anchar. cons. 217. Felyn. c. cum vicesimum, in princ. de offic. delegat.

delegat. Parif. d. conf. 152. n. 33. vol. 4. Et præsentia
11 cum armis, & ense euaginato non sufficit ad præ-
standum auxilium, & opem. Bart. & alii l. sed si in
eo, ff. ad Syllan. Cœpoll. conf. 34. nu. 2. col. 7. l. 2.
§. dolo, vers. homines, ff. vi bon. rapt. Roman.
conf. 473. Angel. l. is, qui opem, ff. de furt. Dec. c.
quia quæsitum, nu. 69. vers. limita, nisi præstans au-
xilium, de offic. delegat. quinimò etiam vt auxilia-
12 tor teneatur de auxilio, necesse est, vt delictum sit
consumatum, non enim sufficit attentatum, Glos. &
Dyn. in l. sed etsi diuortii, ff. rer. amot. Carrer. in
pract. §. homicidium, nu. 56. Dec. in d. c. quæsitum
13 nu. 64. de offic. deleg. Et assistentiam est punibilis,
quando assistit quis sine armis, quia non reddit au-
daciores delinquentes.

Cæterum d. auxiliator pluribus aliis casibus de au-
xilio non potest puniri; nempe quando principalis
14 in nullam pœnam incidit. Tradit Castren. conf. 278.
vol. 2. loquens in homicidio, & sic in fortioribus ter-
minis. Anchar. conf. 217. Mars. conf. 24. num. 23.
quando plenè, & verè non constat de principali de-
linquente. Bart. in l. is, qui reum, §. tu Titium in fin.
ff. de furt. sequitur Felyn. in d. c. sicut dignum, n. 3.
de homic. Vbi ait id procedere, etiamsi principalis
esset per contumaciã condemnatus. Boss. conf. 171.
nu. 10. vol. 4. vbi attestatur de communi. Item quan-
do constat de principali per illius contumaciam tan-
tum; vt quia propter illam v. g. esset bannitus, Boss.
tit. de delict. nu. 51. Et quando interfuit puræ rixæ,
v. g. quando quis fuit pugno percussus. Ita Bertaz.
conf. 106. nu. 10. seq.

Illud tamen est aduertendum, quod auxiliator nũ-
quam punitur eadem pœna, qua principalis, sed mi-
15 tiori. Ita Gand. rubr. de furt. col. 5. in fin. sequi-
tur Felyn. c. 1. col. 6. vers. limita, nisi præstans au-
xilium, de offic. delegat. Salyc. in l. vnica, C. de rapt.
virg. cum pluribus concordantibus, de quibus per
Marf. in l. eiusdem, nu. 4. & in l. fin. ff. ad l. Cornel.
de Sycar. quod procedit, etiamsi statutum ita dicta-
ret; nam intelligitur de auxilio, quod fuit causa ma-
leficii, & non de alio modo auxiliandi. Ita Riminal.
Iun. conf. 106. nu. 12. vol. 1. Per Text. in l. penult. ff.
de Sycar. Glos. l. aut facta, ff. de pœn. Angel. in l. is,
qui opem, ff. de furt. Ruyn. conf. 82. num. 5. vol. 4.
Marf. conf. 30. vol. 3. Et eo magis non punitur eadem
pœna, qua principalis, quando ex auxilio delictum
non augetur; sed mitius punitur secundum Angel. in
l. furti, §. ope, ff. de furt. Marf. in l. fin. nu. 35. ff.
ad l. Cornel. de Sycar. Et in pract. crim. §. constan-
te, num. 81. Et alibi sæpè.

Non obstat, si dicatur, quod agentes, & consen-
16 tientes pari pœna puniuntur; nam id procedit,
quando omnes fuerunt eiusdem animi v. g. ad occi-
dendum. Ita Salyc. in l. 1. nu. 24. C. de rapt. virg.
tradit Petr. à Plac. in lib. 1. delict. c. 16. num. 15. Et
dederunt causam mortis. Gratt. conf. 52. nu. 3. & l. in
furti, §. ope, ff. de furt. Corn. conf. 8. lib. 3. Dec.
c. 1. nu. 12. de offic. delegat. Aym. conf. 220. nu. 12.
Soc. conf. 188. num. 7. lib. 2. Boer. decis. 167. Secus
17 quando non dederunt causam delicto, sed solum
v. g. præstiterunt opem ex actu remoto, puta, assi-
stendo ante domum, aut in viis commissi delicti, &
cooperantur in præparatoriis actibus, non tenentur ea-
dem pęna. Muscatell. pag. mihi 104. nu. 29. quan-
do vero agunt in actu propinquo dicuntur æquè de-
linquere sicut principalis, secus in dictis præparato-
riis actus d. Muscatell. ibidem.

Et quamuis dicatur, quod auxiliator in dubio po-
test torqueri, Vt per Clar. q. 90. vers. aut verò: Ta-
18 men id habet locum, quando constat, quod auxi-
19 lium præstitit: Immò tunc vti assasinus potest puni-
ri; quando principalis, seu mandans non est præsens
quando committitur homicidium; secus si est pręsens,
Bertaz. conf. 143. nu. 13.

Deniq; illud in huiusmodi casu est omninò scien-
dum, quod Fiscus clarè, & distinctè probare debet,
20 quomodò, & qualiter inquisitus præstiterit auxilii;
aliter quilibet tenetur de eo quod fecit in rixa. Ita
Bal. in l. non ideò minus, col. pen. nu. 30. C. de ac-
cusat. nec dissentit Angel. in tract. malef. in verb. sem-
per assistit, penult. vers. vbi quod non sufficit, quod
quis fuerit præsens, sed requiritur, quod constet, vt
aliter habilius delictum committeret. Et ita obtinuis-
se testatur in Ferrariæ Ciuitate; Et debet id constare.
Et idem tenet Aug. de Arim. ad Angel. in verb. An-
dreas armatus, in prima addit. nanquè auxilium ad
21 delictum & post delictum, necesse est, vt consultò
fiat; si enim ex accidenti, & non ex proposito fiat,
pœna non debetur, licet præsumatur ex huiusmodi
actibus auxilium præstitum maleficio; tamen
id procedit, quando scienter, non autem ignoranter
id fit. Ita Bal. in l. quicunque col. pen. vers. nota
sexto, C. de seru. fugit. Marf. in pract. crim. in §. con-
stante, post num. 55. & 60. Mazzell. conf. 54. n. 22.
Vbi adducit infinitos concordantes.

CON-

CONSILIVM PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Testes inhabiles, qui plures patiuntur defectus etiam in delictis occultis, & difficilis probationis probant in genere, non in specie.*
2 *Delicti probatio debet esse in specie emanata per testes omni exceptione maiores.*
3 *Testes inhabiles solummodò ad inquirendum, seù ad assumendas informationes sufficiunt.*
4 *Testes natura ad testificandum inhabiles, quando speciali iure, & aliqua ratione admittuntur, non sunt, nec dici possunt omni exceptione maiores.*
5 *Testes inhabiles nec admittuntur in casu difficilis probationis, & in quo veritas aliter haberi non potest.*
6 *Testes inhabiles nec etiam in subsidium admittuntur in delictis occultis, & difficilis probationis.*
7 *Perfectum non potest oriri ex imperfecto.*
8 *Nemo dat, quod non habet.*
9 *Testes inhabiles in occultis, difficilis probationis, & quando veritas aliter haberi non potest, in testimonium admittuntur, quādo agitur ciuiliter, non autē criminaliter.*
10 *Testes in criminalib' debēt esse ōni exceptiones maiores.*
11 *Testes inhabiles si admittantur in delictis difficilis probationis non probant.*
12 *Testes inhabiles faciunt inditium ad inquirendum tantū.*
13 *Testes nè dicantur omni exceptione maiores, sufficit quilibet defectus, qualibet macula etiam minima.*

NON valet, si per Fiscum dicatur, quod in delictis
atrocissimis, occultis, & etiā in iis, quæ noctu cōmittuntur, & sic difficilis sunt probationis; nec nō etiā
1 quando veritas aliter haberi non potest, Testes etiam
inhabiles, qui plures patiuntur defectus contra reum
probant, quoniā testes huiusmodi etiam in similibus
delictis solummodò dicuntur probare in genere, idest
ad inquirendum tantū, nempè ad assumendas informationes delicti commissi; non autem in specie idest
contra personam inquisiti ad ipsum conuincendum,
torquendum, & condemnandum. Boss. tit. de indit. &
2 consid. ante tort. n. 171. Farin. q. 43. n. 113. Ratio est,
quia delicti probatio debet esse in specie emanata per
testes omni exceptione maiores; alias delictū non dicitur idoneè, & concludenter probatum. Not. in c. cū
opporteat de accus. Cason. de indit. tract. 2. & 5. seq.
Bart. cons. 65. n. 2. Alex. cons. 3. n. 1. lib. 3. Muscatell. in
pract. crim. pag. mihi 227. n. 9. & pag. 31. n. 30. seq.
Soc. de reg. iur. 425. fallent. lib. 1. Farin. de indit. &
3 tort. q. 43. n. 115. Ratio est, quia testes inhabiles solummodò ad inquirendum, seù ad assumendas informationes sufficiunt. Et ista est veritas, prout scribit d.
4 Farin. q. 62. n. 79. Nec id mirum videri debet, quia testes natura ad testificandum inhabiles, quādo speciali
iure, & aliqua ratione admittūtur, nō sūt, nec dici possunt omni exceptione maiores. Alex. cōs. 11. n. 1. nec
etiam sunt sufficientes ad torturā. Boss. d. tit. de indit.
& consid. ante tort. n. 150. Vulpel. cons. 12. n. 16. Im-
5 mò quando per Fiscum proceditur per accusationē,
nec etiam admittuntur in casu difficilis probationis,
& in quo veritas aliter haberi non potest. Tradit Angel. in lib. malef. in verb. metitor, col. 1. Inn. C. l. & A.
6 de re iud. Immò nec etiā tales testes possunt admitti in subsidium etiam in delictis occultis, & difficilis
probationis, nec quando veritas aliter haberi nō potest; quando alii testes interuenerunt, seù interuenire
& potuerunt. Ias. in l. fin. n. 7. C. de his, qui vt indign.
Alex. cons. 64. in prin. Alciat. tract. de præsumpt.
reg. 1. præsumpt. 47. Vulpell. cons. 95. nu. 7. Et dato
quod in subsidium admittantur, ex quo habiles haberi non potuerunt; tamen non sunt integræ fidei,
ac omni exceptione maiores, nec ad torturam contra reum pariunt inditium. Boss. tit. de indit. n. 165.
Rimin. cons. 361. nu. 9. Alex. cons. 64. col. 2. vers.
& etiam dicit, vol. 1. & cons. 11. col. 2. Rolan. cons. 24
num. 66. lib. 1.

Et haud mirum, si dicatur, quod tales testes ad torquendum, & condemnandum non probant; quia per-
7 fectum non potest oriri ex imperfecto; idest perfecta
delicti probatio nō potest oriri à testibus inhabilibus:
8 Ratio est, quia nemo dat, quod non habet, & quod
nihil est, supplementum non recipit. Quæ cum ità
sint, illud per Iudicem potissimum est aduertendum,
9 quod dd. Testes inhabiles in occultis, difficilis probationis, quando veritas aliter haberi non potest, solummodò admittuntur, quando agitur ciuiliter, non
autem criminaliter. Boss. tit. de indit. nu. 175. seq.
Farin. cons. 39. nu. 3. Idem Boss. post Bar. Aret. &
10 alios, quos allegat. d. tit. n. 177. Ratio est, quia testes
in criminalibus debent esse omni exceptione maiores, boni viri, probatæ vitæ, & conditionis, quos verisimile sit non deierare. Ità dicit Text. c. in litteris,
cum ibi not. de test. Hyp. §. principium, n. 10. Testes
11 verò inhabiles, eo quia aliquas patiuntur exceptiones, si admittantur in delictis difficilis probationis,
non probant, quia non sunt integri, ac omni exceptione maiores. Burs. cons. 216. nu. 39. vbi de com-
12 muni. Sed tantummodò faciunt inditium ad inquirendum, & non ad condemnandum, l. seruos, ff.
de test. Clar. q. 24. vers. vidi etiam plerunq; Rimin.
cons. 361. nu. 9. & 45. lib. 3.

Et illud per Iudicem est omninò aduertendū, quod
nè testis dicatur omni exceptione maior, sufficit qui-
13 libet defectus, seù macula, aut exceptio etiam minima aut in dicto, vel in persona ipsius, vt impediatur
torturæ effectus. Rolan. cons. 7. n. 3. & 10. & cons. 24.
n. 2. vol. 1. Bal. cons. 427. lib. 5. Menoch. de præsumpt.
q. 89. n. 2. Clar. q. 21. vers. vnus testis, & q. 22. vers. vnū
tamē, post alios, quos allegat. l. 1. §. Idem Cornelio, l.
maritus, vbi Glos. in verb. illicitè, in fin. ff. de quæst.

CONSILIVM II.

SVMMARIVM.

1 *Testis unicus sibi varius, & discrepās à testificādo repellitur*
2 *Testes plures inter se varii, atq; diuersi, quamuis essent mille, nihil probant.*

3 *Testes plures inter se varii, ac diversi in aliquibus non probant in his, quibus sunt concordes.*
4 *Testis varius quis dicatur.*
5 *Testis vario modo loquens aufert verum sensum sua depositionis.*
6 *Testes a testificando sunt repellendi, quando sunt varii discrepantes, atq; contrarii non solum quoad substantialia blaspoemiarū, sed etiā quoad formalitatē verborū.*
7 *Testes inter se varii, & discrepantes ad inquirendum nō sufficiunt, sed poßunt puniri de falso.*
8 *Testes varii, & ad invicem contrarii dicuntur periuri, & ideò ipsis nullo modo est credendum.*
9 *Testes sibi ipsis varii, atq; contrarii in aliqua parte suarum depositionū, in totū reputātur varii atq; cōtrarii.*
10 *Testes in pluribus tam circa substantialia, quam circa verborum formalitatem concordes sunt suspecti, quod coniurauerint.*
11 *Testes eandem causam, & rationem reddentes præsumuntur subornati.*
12 *Testes nimis animosè, & audacter deponentes sunt repellendi.*
13 *Denunciator secretus, quia succedit loco accusatoris, non est attendendus, cum sit accusator, & testis.*
14 *Testis de auditu nihil probat.*
15 *Testes deponentes quæ ab aliis audierunt, non ipsi testes sunt, sed aliorum referunt voces, ideò non probant.*
16 *Testibus inverisimilia deponētibus nō est adhibēda fides.*
17 *Inverisimile quod est, non est credibile, & pro falso reputatur.*
18 *Inverisimilibus Iudex non debet præstare fidem.*
19 *Solitus delinquere quis dicatur.*
20 *Ira est subita animi tempestas, quæ dum inordinatè corruit, cor hominis ad insaniam protrahit.*
21 *Ira commotus non est in plenitudine intellectus.*
22 *Ira est inimica consilii, & impedit animum, ne poßit cernere verum.*
23 *Criminosus à testificando repellitur.*
24 *Lusores alearū sūt criminosi, & latronibus æquiparātur.*
25 *Lusor alearum ludendo turpem vitam agit.*
26 *Lusores alearum sunt exosi legibus.*
27 *Testis deponens per eius iudicium, & non certitudinaliter nihil probat.*
28 *Iudicare per apparentiam extrinsecam non est tutum.*
29 *Carcerati qui fuerunt pro causis criminalibus non sunt testes omni exceptione maiores.*
30 *Testes in repetitione diffugientes substantiam facti narrare, & ad priora examina se referentes non probant.*
31 *Testes quando adest suspicio falsitatis, subornationis, doli, &c. non poßunt in repetitione se referre ad priora examina.*
32 *Testes in repetitione ob magnitudinem præiudicii non poßunt ad priora eorum examina se referre, sed interrogatoria evacuare, & facti seriem, seù substantiam ad minus narrare tenentur.*
33 *Testes in repetitione testiū interrogatoria non evacuantes, & iterum facti seriem non narrantes, nihil probant.*
34 *Testes in repetitione nō ad alia eorū examina se referre debent, sed clarè, & specificè factum narrare tenentur.*
35 *Oblivio in teste quando presumatur.*
36 *Mendaces debent esse memores, maximè si suspicio subsit falsitatis.*
37 *Opinio benignior pro reo, quæ tendit ad absolutionem, & quæ magis æquitati, quam rigori favet, à Iudice est amplectenda, & non quæ tendit ad pœnam.*
38 *Opinio benignior pro reo etiam dubia, quæ faciat pro evitatione pœnæ est amplectenda.*
39 *Opiniones duæ quando adsunt, quarum una Fisci, & est communis, & severior, altera Advocati non communis, & mitior, à Iudice opinio Fisci est relinquenda, & Advocati amplectenda.*
40 *Opinionum DD. conflictu pœna mitior est eligenda.*
41 *Inimicitia capitalis oritur quādo quis offēsus fuit in psona*
42 *Querela criminalis parit inimicitiam capitalem.*
43 *Capturā Rei procurans evadit ipsius inimicus capitalis.*
44 *Carceratio parit inimicitiam capitalem.*
45 *Conspirationes, subordinationes, & inimicitiæ capitales, etiam in exceptis etiam in crimine heresis testes à testificando repellunt.*
46 *Testes inhabiles innocentiam Rei probant.*
47 *Inimicus reconciliatus, etiam quod non fuerint nova inimicitia, à testificando repellitur.*
48 *Inimicus verus, & suspectus, nec non & præsumptus in causa ardua à testificando repellitur.*
49 *Inimicus præsumptus, & ignotus in quibuscunque etiam exceptis à testificando repellitur.*
50 *Inimicitia semper præsumitur durare etiam in inimico reconciliato.*
51 *Criminibus etiā exceptis, ac difficilis probationis requiruntur testes omni exceptione maiores.*
52 *Crimen quanto est gravius, & atrocius tanto magis probationes debent esse graviores, & urgentiores.*
53 *Testes qui dicantur omni exceptione maiores.*
54 *Testes quando non sunt omni exceptione maiores; etiam in causa hæresis non solum nō faciunt inditium ad torturam, sed nec etiam ad formandam Inquisitionem.*
55 *Inimicitiam quando quis contraxit cum uno de una familia, præsumuntur quoq; inimici omnes de ipsius familia, usque ad quartum gradum inclusivè, ac etiam descendentes, & Collaterales.*
56 *Amicus inimici mei præsumitur inimicus meus.*
57 *Amicitia diminuit fidem testis.*
58 *Lis quando est super magna quantitate pecuniarum, seù bonorum parit inimicitiam capitalem.*
59 *Causa civilis magna æquiparatur causæ criminali.*
60 *Bona appellantur secundum sanguis hominis.*
61 *Vilis, & pauper a testificando repellitur.*
62 *Paupertas, & vilitas simul iunctæ omninò testes repellūt.*
63 *Minor 25. annis in criminalibus ad testificandum non admittitur.*
64 *Fama mala nō afficit, nisi probetur à quib⁹ ortū habuerit*
65 *Testes impersonaliter loquentes nihil probant.*
66 *Fama mala non dicitur probata per testes impersonaliter loquentes.*
67 *Famę malę auctores exprimi debent, etiam quod testes non fuerint interogati.*
68 *Aliter dicitur vana vox populi.*
69 *Fama mala, non nocet, quando habuit ortum à malevolis: Immò non sufficit ad inquirendum.*

70 *Fama*

70 *Fama bona probata tollit famam malam probatam.*
71 *Testes pauciores Rei præferuntur pluribus Fisci.*
72 *Testes duo, immò) Testis vnicus) probat bonam famam.*
73 *Testium dicta ad fauorem Rei semper sunt iuuanda.*
74 *Fama mala purgatur per bonam famam, etiam si extarent inditia ad torturam.*
75 *Fama bona rei taliter inditia etiam solemnia debilitat, vt si aliter ex illis posset iure torqueri, stante bona fama torquendus non est.*
76 *Fama bona tollit famam malam, delicti præsumptionem, inditia ad torturam, & probationes factas adiuuat.*
77 *Fama bona rei, quamuis probata in genere tollit inditia de delicto in specie.*
78 *Pęna lõgior reo nõ est imponẽda, quãdo satis fuit punitus.*
79 *Carceratio longa, immò etiam quod non fuerit longa, minuit pœnam.*

PER Fiscum, prout in processu causæ per plures te-
stes apertissime constat prætenditur, quod D.N. vno
eodemq; die, ac vno eodemq; diei tempore in alcatũ
ludo contra Christum Dominũ, Sanctissimamq; eius
Matrem Virginem Mariam, ac contra plures Sanctos
diuersas horrendas blasphemias in Apotheca Fran-
cisci Butini die Dominicæ 14. mensis Septembris di-
xit. Sed vt singulorum testium examinatorum varie-
tates, contrarietates, ac falsitates pateãt, dicitur, quod
omnes, & singuli, cum circa dictarum blasphemiarũ
formalitatem vno eodemq; diei tempore (vt præten-
ditur) prolatarum in eorum depositionibus sint varii,
diuersi, atq; discordes, de falsitate acriter veniunt pu-
niendi; quia dictæ blasphemiæ vno eodemq; diei tẽ-
pore sub certa verborum formalitate à d. D. N. pro-
latæ à dd. testib. diuersimodè non poterant intelligi.
Qua quidem ex re illud potissimum à me venit di-
cendum, quod cum quilibet supradictorum testium
(prout ex infradicendis apparebit) non solum sibi ipsi
1 in sua depositione sit tam varius, & discrepans, à te-
stificando omninò est repellendus, c. Cum tu, cum ibi
not. de test. Crott. tract. de test. n. 331. Capic. decis.
142. nũ. 7. Ita etiam Boss. tit. de tort. test. nu. 37. Et
melius tit. de opposit. contra test. nu. 18. vers. quia
modo, sed etiam omnes alii sunt repellendi, cum sint
inter se tam varii, tamq; diuersi, prout in eorum de-
positionibus datur videndi locus; & ideò quamuis es-
2 sent mille, nihil probant Bal. in l. 1. C. de testam. Alex.
cons. 73. in princ. Gram. cons. 89. n. 4. in ciuil. Nanq;
varietas testium dicta diuidit, & lacerat; cum omne
diuisum sit laceratum. Non valet, si per Fiscum dica-
tur, quod non sunt varii in omnibus, sed tãtum in ali-
3 quibus; quia quamuis sint varii in aliquibus, tamen
nec etiam probant in his, in quibus sunt concordes.
Ruyn. cons. 58. n. 10. vol. 5. Cæphal. cons. 1. n. 2. Et
4 testis varius non dicitur ille, qui cõtraria deponit, sed
qui diuerso modo dicit, vel vna vice dicit vnum, &
alia vice aliud. Farin. q. 66. n. 8. Et præcipuè in cau-
sa hæresis testis dicitur varius, quando est diuersus in
formalitate verborum; & ideò non probat; quoniam
vario modo loquens aufert verum sensum suæ depo-
5 sitionis. Gemin. cons. 142. incip. in causa Prioris: Et
Butr. in c. nihil de verb. significat. Director. Inquisit.
3. par. pag. mihi 621. comm. 121. col. 2. Vndè iure
de falso puniri potest. Boss. tit. de oppos. cõtra test. n. 2
Sunt etiam dicti Testes à testificando repellendi;
6 quia in eorum depositionibus tam quoad substãtialia
dictarum blasphemiarum quam quoad formalitatem
verborum non solum sunt varii, & discrepantes, sed
etiam quod magis est, quia sunt ad inuicem contrarii
(vt datur videndi locus) Ioan. Andr. & alii in c. in no-
stra, de test. Mars. singul. 488. Clar. §. falsum. Ratio
est tum quia se confundunt, l. qui falsa, vel varia, ff.
de test. Afflict. decis. 72. nu. 3. Foller. in pract. crim.
in 2. par. 2. par. vers. Item quod sunt eiusdem, n. 26.
Mars. d. singul. vbi testatur de comm. Boss. tit. de fals.
n. 19. seq. Alex. qui ante præfatos ad hanc conclusio-
nẽ sępe respõdit cons. 18. propè fin. vol. 1. & cons. 43.
vol. 4. Gram. cons. 26. n. 21. cons. 35. ante fin. Dec.
cons. 145. col. 2. & cons. 180. n. 8. vbi quod nec ad in-
quirendum faciunt inditium. Ruyn. cons. 196. seq.
vol. 5. Tum etiam quia sibi ipsis fidem abrogant; sunt
enim eorum testimonia se refellentia, & inter se col-
7 lidentia, & ideò quia sunt suspecti de falso. Glos. Bal.
in l. 1. quam & aduersus quos. Felyn. c. quia verisimi-
le, in princ. col. vlt. de præsumpt. possunt puniri vt
falsi. Bal. in c. licet causam, de probat. Daniellis 13.
c. ex tenore, c. cum causam, de test. Aym. de antiq.
temp. par. 4. §. sed enim. Simanc. Enchirid. tit. 37.
8 de test. singul. n. 2. Nec ab re videri debet, quia te-
stes varii, & ad inuicem contrarii secundum commu-
nem opinionem dicuntur puniri. Bursat. cons. 275.
n. 5. Farin. q. 43. n. 18. & 185. seq. Vnde ipsis nullo
modo est standum Ruyn. cons. 146. in princ. Cæphal.
cons. 223. n. 2. Vulpell. cons. 27. nu. 1. quamuis cum
tortura deposuerint.
Et licet Fiscus dicat, quod ipsorum aliqui non in
omnibus, sed in aliqua parte sunt sibi ipsis varii, & ad
9 inuicem contrarii; tamen nihil probant; nam testes
sibi ipsis varii, & ad inuicem contrarii in aliqua parte
in totũ reputãtur varii; atq; cõtrarii. Farin. q. 66. n. 19.
Prout etiam aliqui alii, quia in secundis, & tertiis eo-
rum examinibus discordant, & sunt contrarii ab eo,
quod dixerunt in primis nõ probãt. Cœpoll. cons. 61.
Dec. c. per tuas, in fin. de probat. Boer. decis. 108.
Vulpel. cõs. 95. n. 8. Butr. c. nihil obstat, de verb. signif.
Et parum refert si Fiscus dicat, quod aliqui dicto-
rum testium in pluribus tam circa substãtialia, quam
10 circa verborum formalitatem in exponendis dictis
blasphemiis non sunt varii, & ad inuicem contrarii,
sed quidem concordes; quia perhibentes iisdem ver-
bis testimonia sunt suspecti, quod contra d. D.N. an-
tea coniurauerint, l. 3. ff. de test. Dec. cons. 627.
Paris. cons. 55. lib. 4. Farinac. cons. 5. nu. 63. Oldrad.
cons. 210. col. 2. Bal. cons. 455. lib. 4. Crau. cons. 78. in
11 fin. Boss. de oppos. contra test. n. 24 Immò præsumi
debet, quod fuerint subordinati, & maximè cũ eandẽ
causã reddant, & rationem. Vt benè notat Spec. tit. de
test. §. 1. vers. item quod testes. Bart. in l. 3. §. Ideòq;
ff. de test. Alex. cons. 137. vol. 2. col. 3. quinimò su-

specti sunt de falso; quia videri possunt ad perlubendū iisdem verbis testimonia, quod antea coniurauerint. Ob eamq; rem Theologi, & Iureconsulti eam suspicionem docent esse notatione dignam. Chrisost. homil. in Matthæum, & illic Theophilact. in fine Exordii. S. Thom. 2. 2. q. 70. Dec. conf. 627. Simanc. Enchirid. tit. 35. de test. n. 33. quarè omnino à testimonio sunt repellendi, nec vlla est eis præstanda fides.

Eoq; magis sunt repellendi; quia etiam contra d.
12 D. N. nimis animosè seu audacter deponunt. Crauett. conf. 249. n. 4. vers. saltim negari non potest: Ratio est, quia testimonium procaci non creditur, l. quæ omnia, ff. de procur. §. pen. instit. de subsitit. tutor. Alex. conf. 13. nu. 3. Vulpell. conf. 76. nu. 13.

Idq; dicendum est etiam contra secretum denunciatorem, qui pariter nimis animosè, & audacter pre-
13 tensas d. D. N. blasphemias denunciauit; & ideò nullo modo est attendendus, & eo magis quia successit loco accusatoris: vndè cum in hac causa sit accusator, & testis nullum facit probationis gradum, c. forus, §. in omni, de verb. signif. Felyn. in c. licet Hely. in sexto de Simon. Et maximè etiam cum d. denunciator, & aliqui dictorum testiū, prout 1. & 2. de au-
14 ditu deponant: Nam testis de auditu nihil probat, c. per inquisitionem extra de elect. & c. cum in nostris in fin. extra de test. Et in Auth. de hæred. & falcid. §. si verò absit, col. 1. c. testium, ff. de test. c. licet ex quadam, de test. Rolan. conf. 241. n. 86. lib. 1. Menoch. conf. 144. nu. 24. lib. 2. Ratio est, quia auditiones, siue
15 sermones ab aliis relati nullam faciunt fidem; quoniam qui ea dicunt, quæ ab aliis audierunt, non ipsi testes sunt, sed aliorum afferunt voces. Simanc. Enchirid. de test. tit. 35. n. 2. Et ideò testis de auditu non potest dici testis. Abb. c. cum tam litteris, nu. 5. vers. nam talis. Et ibi etiam Felyn. nu. 2. ante fin de test. Butr. c. quoties in fin. & ibi etiam Abb. nu. 7. eod. tit.

Nec illud dicere est prætermittendum, quod tam denunciatori, quam dd. testibus nulla prorsus est adhibenda fides, cum in eorum examinibus inuerisimi-
16 lia deposuerint. Et primo inuerisimile est, quod eadem die Dominicæ 14. Septembris, prout deponunt omnes, nec non eadem quasi diei tempore, idest post prandium, vel ad vesperas ad Apothecam Francisci Butini, quando D. N. & socii ad alias ludebant sexdecim conuenerint Iuuenes, id quod minimè facere potuissent, quamuis ad sonum campanæ ad illam accedere statuissent. Secūdò inuerisimile est, quod d. D. N. qui non fuit vnquā per prius auditus ab aliquo blasphemare, vt deposuerunt omnes testes, quando fuerunt repetiti, in præsentia tot Iuuenum tum propter periculum animæ; tum etiam propter periculum honoris, & pœna dixerit tot horrēdas blasphemias, maximè cum perderet in ludo tam paruam quantitatem nummorum, nempè quatuor, vel quinq; iulios. Tertiò inuerisimile est, quod dicti sexdecim Iuuenes, qui videbant ludere vno eodemq; tempore, nempè vnus post alium auditis dictis blasphemiis, vt deponunt 7. & 11. testes, exiuissent à d. Apotheca, stante maximè cū 2. & 5. testes dicant, quod duo, vel tres cum ipsis exierunt: Ex quo etiam videtur eorum contrarietas. Quartò inuerisimile est, vulgariter loquendo, *quello che dice il terzo Testimonio, cioè che stando lui nella loggia for. di detta bottega di Tiseo Tromba, & di Francesco Butino, la cui porta era quasi serrata, habbia potuto sentire le precise paro.e di dette biasteme*. Quintò inuerisimile est, quod d. D. N. dixerit dictas horrendas blasphemias; quia si illas dixisset, omnes dicti sexdecim Iuuenes, qui ludo astabant, eas præcisas audiuissent: Et tamen 1. 3. 13. 14. & 16. testes easdem blasphemias, quas alii audiuisse dicūt, nō intellixisse deponūt.

Ex quibus igitur infertur, quod illud quod non est verisimile, non est credibile, l. hac consultissima in
17 fin. C. qui testam. fac poss. Ay. n. conf. 75. n. 19. Immò dicitur falsitatis imago, Bal. l. 1. col. 4. C. de seru. fugit. Vulpell. conf. 12. nu. 13. marf. l. 1. §. ad quæstionem, nu. 32. ff. de quæst. Immò etiam pro falso reputatur. Franc. Curt. in tract. de test. concl. 39. vers. illud enim, quod non est verisimile, & concl. 23. n. 69. Boss. tit. de opposit. contra test. n 94. Crauett. conf. crim. diuers. nu. 16. seq. lib. 2. Natt. conf. 310. n. 44. & 693. Vnde Iudex inuerisimilibus fidem præstare
18 non debet. Aym. conf. 267. Ratio est, quia præsumptio non capitur super inuerisimile. Bal. in l. fin. vlt. not. C. de hæred. inst. Aym. conf. 8. n. 6 seq. Bal. in l. 1. col. 4. C. de seru. fugit. Et testes inuerisimilia deponentes non probant Gabriel. conf. 159. n. 14. Rolan. conf. 7. n. 1. & 17. Bursatt. conf. 346. n. 12. vol. 4. Mascard. de probat. lib. 4. conclus. 1358. n. 1. seq. Caputaq; decis. 267. nu. 7. par. 3. Farinac. q. 65. n. 147. & conf. 39. nu. 13. l. ob carmen, §. fin. ff. de test. c. quia verisimile, de præsumpt.

Non facit, si dd. testes dicant, quod D. N. est solitus blasphemare, cum tot testes deponāt, quod d. die blasphemauit, quia quamuis illa die blasphemasset, id
19 quod pœnitus negatur; tamen non potest dici, quod sit solitus blasphemare; quoniam solitus delinquere is dicitur, qui de eodem delicto alias fuit conuictus, & condemnatus, vt omnes DD. tenent. Vltra quod quis solitus delinquere non dicitur, quando vna tantū vice deliquisse prætenditur; cum de iure necesse sit, quod bis ante idem prætensum vltimum delictum deliquerit. Bal. in l. 3. n. 5. C. Episc. Audien. Et tamen omnes testes in repetitione dicunt; quod D. N. nunquam per prius fuit auditus blasphemare.

Sed dato, & non concesso, quod in dicto ludo blasphemasset; tamen non animo deliberato, sed calore
20 iracundiæ fecisset, quia perdebat: Itaq; excusandus esset; nam ira est subita animi tempestas, quæ dum inordinatè corruit, cor hominis ad insaniam protrahit. Vt l. si adulterium, §. Imperatores, ff. de adult. Paul. de Castr. conf. 192. Ater. conf. 165. col. vlt. Marf. in l. 1. limitat. 10. ff. de Sycar. Felyn. in cap. dilecti. de except. allegat Text. in l. lex Iulia in fin. ff. ad l. Iul. repetund. Bal. in l. addictos, C. de Episc. & Cleric. Nouel. in tract. de defens. car. 24. nu. 60. Vnde iustè, & benè dicitur, quod iracundia commotus non est in plenitudine intellectus. Bal. in
21 c. 1. §. fin. de pac. iuram. firman. Ratio est, quia ira est

22 ira est inimica consilii, & impedit animum, nè pos-
sit cernere verum. Bal. in c. 1. §. quis vltrò, de pac.
iuram. firman. vbi non habet deliberandi consilium,
quem ira corripuit.

Sed quid multa? vltra supradicta illud per D. Iudi-
cem est aduertendum, quod in hac causa omnes dicti
23 testes penitus sunt repellendi, eo quia sunt criminosi,
& turpem vitam ducunt; cum super 4. interogatorio,
quãdo fuerunt repetiti, dicunt, quod sunt lusores alea-
rum, c. inter dilectos, & c. Clerici officia. De excess.
Prælat. & secundum Aristot. c. 1. lib. 4. latronibus
24 æquiparantur. Itaq; cum sint lusores ludi prohibiti,
meritò à testificando repelluntur. Vt per plura iura
canonica ostendit Nepos de M. Albano tract. de text.
n. 19. Farin. in pract. crim. tit. de oppos. contra per-
sonam, q. 56. n. 4. & 27. Dec. cons. 165. n. 10. Gram.
decis. 11. n. 1. & 6. & vot. 22. n. 3. Ratio est, quia luxor
25 ludẽdo turpem vitam agit. Hostien. in summa in tit.
de excess. Præl. vndè meritò sunt exosi legibus, l. Edi-
les, §. hoc autem, & l. ob quæ vitia, ff. de edil. edict.
26 Alber. in l. 1. ff. de Aleat. Et propterea deceptio in
odium luxorum videtur permissa.

Ob eamq; rem iure optimo nulla prorsus est ei prę-
standa fides, & maximè quia, prout in processu offen-
siuo ex depositione 4. testis apertissimè patet, depo-
27 nunt per eorum indicium, & non certitudinaliter;
Nam vulgariter loquendo *dicono, che messer N. borbot-
taua tra se stesso, & che però bisognaua, che biastemasse*;
28 quoniam iudicare per apparentiam extrinsecam nõ
est tutũ, vt scribit Caualc. in tract. de Brach. regio, in
verb. iudicare per apparentiã extrinsecã. Vltra quod
cũ 4. 5. 6. 7. 8. 10. & 13. testes super 5. interogatorio
deponãt, quod fuerunt pluries carcerati pro quibusdã
causis, nõ sunt testes omni exceptione maiores, prout
29 esse debent in huiusmodi causa ardua, Farin. q. 37.
n. 58. & q. 56. nu. 151. l. qui vltimò, ff. de pœn. Gratt.
cons. 59. n. 34. lib. 2. Gram. tit. de delict. c. 13. n. 18. seq.
quod procedit non solũ quoad inditia propinqua, sed
etiam quod remota; immò etiam quoad circumstan-
tias delicti. Surd. cons. 132. nu. 45. vol. 2. Cum aliis
adductis per Peguer. cons. 205. nu. 17. vol. 2.

Verum vt clarior contra D. N. dd. testium falsitas,
nec non iniusta videatur persecutio, dicitur, quod
quando fuerunt repetiti, ad priora eorum examina se
retulerunt, diffugientes substantiam facti narrare. Et
30 quia id de iure non potuerunt facere, ideò non pro-
bant, & eorum dicta inconsiderabilia reddũtur. Aret.
in l. legata inutiliter, col. 1. de legat. primo Bal. in l.
fin. in fin. C. de test. Castren. cons. 168. col. 1. in 2.
dub. Et in hoc nostro casu non habet locum quædam
decis. Rotæ à Farin. relata, quæ contrarium sonat;
tum quia ad sunt aliæ decisiones eiusdẽ Rotæ ad no-
strum fauorem facientes, quibus puto omninò este-
standum: Tum etiam quia cum militet in hac causa
suspicio falsitatis, & subornationis ob tot dictorum
testium varietates, & contrarietates, quę in eorũ exa-
minibus apertissimè patent, nec non aperta adsit ini-
micitia, quæ (vt inferius dicetur) intercedit inter ipsos,
& D. N. non potuerunt ad priora eorum examina se
31 referre. Bal. in d. l. fin. Alex. cons. 91. vol. 4 n. 9. Dec.
& Cagnol. l. ea est natura, ff. de reg. iur. sed debebant
per D. Iudicem super negotio principali, & omnibus
circumstantiis etiam à facto principali extraneis sub-
tiliter interog. Bal. in d. l. fin. Dec. & Cagnol. vbi supra.

Quarè omninò dicitur, quod quãdo ipsis lecta fue-
runt priora eorum dicta, non potuerũt ad ea se refer-
re, & id ob magnitudinem præiudicii d. D. N. sed in-
32 terogatoria euacuare, & iterum facti seriem, seù ad
minus substantiam narrare tenebantur: Nec ab re id
dicitur; quia alias nõ esset opus in causis criminalibus
testes repetere, & inutiles essent reo expensæ factæ in
repetione testiũ; ac etiam inutilis esset ipsa repetitio,
immò omninò perniciosa; quia impediretur inquisi-
to, quod nõ posset per repetionem varietates, contra-
rietates, & falsitates, nec non inimicitias, ac testium
defectus contra ipsum examinatorum detegere, &
suam innocentiam patefacere; cum nulla alia de
causa sit à iure ordinata dicta testium repetitio.

Qua quidem ex re dicitur, quod quando testes in-
terogatoria non euacuant, & iterum facti seriem non
narrant, nihil probant, atq; eorum depositiones inua-
33 lidæ, nullæ, atq; inconsiderabiles redduntur. Aret. in
terminis d. l. legata inutiliter, col. 1. Bal. in d. l. fin. &
in l. iusiuran. col. 1. C. de test. Castr. d. cons. 168. Farin.
q. 66. n. 51. seq. quamuis d. Farinac. in quodam casu
aliter sentire videatur, & dictam Rotę decisionem al-
leget; vnde sibi ipsi contrarius videtur, & cõtra ipsum
dicunt, & benè Mars. in pract. §. secunda, Felyn. c. cũ in
tua. col. 1. C. de test. ratio est, quia testes in crimina-
34 libus debent in repetitione clarè, & specificè factum
narrare, & non dd. alia eorum examina se referre iu-
ribus supra allegatis.

Non facit, quod dd. testes dicant, quod cum memo-
ria sit labilis non recordantur; quoniam in teste obli-
uio præsumitur solum post biennium, scribit Vbert. de
35 Rob. tract. depos. nu. 38. Gram. cons. 41. nu. 5. &
cons. 47. n. 14. seq. Bertazz. cons. 140. n. 24. post alios,
quos allegat, stante cursu longi temporis. Et Glos. di-
cit in l. licet, C. de acqu. poss. DD. in l. peregrè, ff.
eod. tit. in c. longinquitas, 2. q. 2. Bal. cons. 37. n. 6.
lib 1. Alex. cons. 7. n. 7. lib. 4. Mars. cons. 29. nu. 23.
qui excepit contra testẽ. Et optima ratione quidem,
36 quia mendaces debent esse memores; & eo magis,
vt in casu nostro si suspicio subsit de testimonio falso,
Felyn. in d. c. cum in tua de test. Boer. decis. 108. Vul-
pell. cons. 71. n. 4. Ex quibus infertur, quod dicta Ro-
tæ decisio ex mea sententia solum habet locum, quã-
do nõ militat suspicio falsitatis, & doli propter varie-
tates, cõtrarietates, inimicitias, &c. (vt dictum est) nec
non quando testes non sũt suspecti de falso; sed sunt
legales, idonei, inconfutabiles, ac omni exceptione
maiores, prout nõ sunt testes in hac causa examinati.
Et hoc ego teneo verum; quia non teneo, quod
Doctores de Rota contra opiniones tot supradi-
ctorum insignium Iurisconsultorum per me allega-
torum voluerint aliter sentire. Et Fiscus piam hanc
meam opinionem, seù sententiam haud ægrè, mo-
lestaque ferre, & mihi irasci non debet; quoniam

iuxta veros iuris tramites quilibet bonus, & christianus Iudex, quando inter Aduocatum rei, & Fiscum super aliqua criminali causa disputatur, ac variæ, & diuersæ ab ipsis coram d. Domino Iudice DD. afferuntur opiniones, authoritates, & rationes; nempè ab Aduocato quæ tendunt ad absolutionem, & à Fisco quæ tendunt ad pœnam, æquiores, ac benignio-
37 res Aduocati debent amplecti opiniones, & rationes, l. proximè, de his, quæ in testam. delen. quæ magis æquitati, quam rigori fauent, l. in omnibus, l. semper in obscuris. Vbi Dec. de reg. iur. Ias. in l. 1. vol. 4. ff. de legib. & quæ in non delictum sonant, l. meritò, ff. pro Soc. Vulpell. cons. 123. nu. 12. Immò
38 quælibet Aduocati opinio pro reo etiam dubia, quę faciat pro euitatione pœnæ, ab ipso est amplectenda, l. benignus, ff. de legib. cum vulg. Nec non quando inter Aduocatum, & Fiscum duæ sunt opiniones, quarum vna Fisci est communis, & seuerior; Altera Aduocati non communis, & mitior, tunc ab eodemmet Iudice opinio communis, & seuerior Fisci est relinquenda; & non communis, & mitior Aduocati est
39 amplectenda. Vt benè, & doctè tradit Rotan. à Valle cons. 51. nu. 44. vol. 1. & cons. 64. nu. 31. vol. 2. Et optima ratione quidem, quia conflictu, seù concursu opinionum DD. in puniendis delictis est semper aduertendum, quod pœna mitior est eligenda.
40 Ità eleganter scribit Bal. in c. de causis, nu. 15. de offic. deleg. Et id procedit, quamuis contra eam aliquando iudicatum fuerit; cum vel ineptè, vel dolo id potius euenire potuerit, quam pro rei veritate. Vt post multos, quos allegat Menoch. cons. 59. num. 8. lib. 1.

Et pro maiori D. N. defensione illud quoquè à me venit dicendum, quod si in hac causa se examinauerunt Io. Baptista, Angelus, Ioseph, & Capitaneus Horatius de Margaruccis, Bernardinus Lutius, Antonius Maria, & Laurentius de Diuinis, Io. Baptista de Marchis, Gregorius, Fabritius, Tiseus Tromba, Franciscus eius Filius, & Franciscus Botinus, nullam prorsus faciunt fidem; quoniam prout constat in processu defensiuo omnes sunt inimici capitales d. D. N. nam ipsorum aliqui sunt consanguinei, aliqui affines, & aliqui amicissimi d. Io. Baptistæ Margarucci inimici capitalis d. D. N. Eò quia superioribus annis pro quadam rixa, quæ fuit inter ipsos, d. N. ad querelam d. Io. Baptistæ fuit carceratus, & per Iudicem coactus dare cautionem de non offendendo; prout in processu defensiuo ad depositionem Bartholomęi Pellegrini testis ad defensam super tertio articulo examinati apparet.

Vnde inter d. D. Io. Baptistam, & D. N. propter d. rixam orta fuit inimicitia capitalis; nam quando
41 quis alium offendit in persona, euadit ipsius inimicus capitalis, Bart. & alii, l. 1. §. præterea, ff. de quæst. similiter quando ipsum querelat criminali-
42 ter. Text. est in c. meminimus, de accusat. iuncto c. de his, eod. tit. Abb. in c. de his. Vbi adducit concordantes. Glos. in l. licet autem, in verb. capitalis, ff. de recept. arbitr. Bart. in l. non solum, num. 3. &
43 in l. filio, §. Seia nu. 1. ff. de adimen. legat. Ità pariter quando illius capturam procurat, l. testium. in princ. ff. de test. l. 1. §. præterea, ff. de quæst. Clar. §.
44 fin. q. 24. vers. Item quæro, vbi dè communi, quoniam carceratio parit inimicitiam capitalem, Bal. per illum Text. in l. ipsius, in secundo notab. C. famil. hærcisc. Felyn. in c. repellantur, nu. 3. accusat. cum aliis adductis per Mars. in l. 1. §. præterea, ff. de quæstione.

Et quod verè supradictorum testium contra D. N. examinatorum aliqui sin consanguinei, aliqui affines, aliqui amici d. D. Io. Baptistæ Margarucci et infrascriptorum testium ad defensam D. N. examinatorum depositionibus clarissimè patet: Nam in processu defensiuo super quarto articulo deponunt Alexander Mollarius, & Simeon Sassolinus testes in processu defensiuo; quod Angelus, & Ioseph de Margaruccis sunt fratres carnales d. D. Io. Baptistæ.

Alexander Cioccittus, Bartholomęus Pellegrinus, Sassolinus, & Modestinus Diamantes testes in d. processu defensiuo super settimo articulo dicunt, quod Capitaneus Horatius Margaruccius est consanguineus in tertio gradu d. D. Ioannis Baptistę, & est de familia ipsius.

Simeon Sassolinus, Bartholomęus Pellegrinus, Alexander Cioccittus, & Modestinus Diamantes testes in d. processu defẽsiuo super quinto articulo deponsit, quod Colonellus Anibal Margaruccius est consanguineus d. D. Io. Baptistæ, & de eius familia.

Alexander Mollarius; Bartholomęus Pellegrinus, & Simeon Sassolinus, testes in d. processu defensiuo super octauo articulo deponunt quod Nicolaus, & Franciscus de Laurentiis sunt inter se fratres carnales, & nepotes carnales dicti Capitanei Horatii, & sic sunt affines in quarto gradu d. D. Io. Baptistę.

Bartholomęus Pellegrinus, Simeon Sassolinus, Modestinus Diamantes testes in d. processo defensiuo super vndecimo articulo deponunt, quod D. Bernardinus Lutius est affinis in secundo gradu Nicolai, & Francisci de Laurentiis nepotum carnalium d. D. Capitanei Horatii consanguinei in tertio gradu d. D. Io. Baptistæ.

Bartholomęus Pellegrinus, & Alexander Mollarius testes in d. processu defensiuo super decimoseptimo articulo deponunt, quod Gregorius Fabritius, & Dominus Bernardinus Lutius sint affines, & d. D. Bernardinus est frater consobrinus Nicolai; & Francisci de Laurẽtiis nepotum carnalium Capitanei Horatii consanguinei in tertio gradu d. D. Io. Baptistæ Margarucci.

Bartholomęus Pellegrinus, & Simeon Sassolinus testes in dicto processu defensiuo super nono articulo deponunt, quod Nicolaus Alouisius testis est affinis d. D. Io. Baptistæ: quia D. Alouisius eius pater habuit in vxorem quandã Auunculam d. D. Io. Baptistę.

Alexander Mollarius, Bartholomęus Pellegrinus, Alexander Cioccittus, Simeon Sassolinus, & Modestinus Diamantes testes in d. processu defensiuo super decimo articulo deponunt, quod D. Marius Manoz-

zinus

zinus est frater consobrinus d. D. Io: Baptistæ.
Bartholomeus Pellegrinus, Simeon Sassolinus, Modestinus Diamantes, & Alexander Mollarius testes in
d. processu defensiuo super vltimo articulo additionali deponunt, quod Laurentius, & Antonius Maria
de Diuinis sunt inter se fratres consobrini, & sunt affines in quarto gradu d. D. Io: Baptistæ Margarucci.
Itaq; cum omnes dicti testes in processu offensiuo contra D. N. examinati sint inter se consanguinei,
aut affines, vel stricti amici, & de vna, ac eadem factione, omninò dicendum est, quod contra d. D. N.
conspirauerunt; idq; firmiter tenendum est stantibus maximè tot supradictis variationibus, & contrarietatibus in eorum examinibus. Et ideò nullo modo
45 sunt attendendi; quoniam conspirationes, subornationes & inimicitiæ capitales etiam in exceptis, etiam
in causa hæresis testes penitus à testificando repellũt, & testium fidem refellunt. Director. Inquisit. 3. par.
pag. mihi 448. comm. 28. c. per tuas, 1. de simon. c. repellantur, c. cum oporteat, c. cum dilectus, de
accusat. c. conspirationes 3. q. 4. Simanc. Enchirid. de test. tit. 35. num. 23.
Nec illud à Fisco est dicendum, quod dictis testibus ad defensam D. N. examinatis non est præstanda fides, eo quia aliquos patiuntur defectus; quia
secus est; sed dato, & non concesso, quod ita esset,
46 tamen firmiter dicitur, quod testes etiam inhabiles benè probant innocentiam Rei, & eius defensionem.
Curt. Iun. conf. 343. Suarez. in commun. opin. vers. testes in criminalibus, pag. mihi 170.
Nec etiam facit si per d. Fiscum dicatur, quod dd. DD. Ioannes Baptista, & N. se reconciliauerunt, &
47 modo sunt amici; quia inimicus reconciliatus in omni casu, etiam quod non fuerit noua inimicitia, à
testificando repellitur; eo quia nullo modo potest dici testis omni exceptione maior, prout in criminalibus requiritur. Farinac. q. 53. num. 63. Quinimò in
48 huiusmodi causa ardua dicitur, quod non solum inimicus vetus, sed etiam suspectus, & præsumptus à testificando repellitur. Alber. de Malef. Bald. & Innoc.
in locis per eos relatis tract. de test. par. 1. c. 2. nu. 7. vers. subdit tamen. Bart. in l. 3. sub litera B. incip.
Item aduerte, ff. de test. Alex. cons. 99. num. 3. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 899. nu. 3. Farinac.
in prax. crim. tit. de opposit. d. q. 53. nu. 24. Glos. notab. in c. Adrianus 63. distin. Crott. tract. de test.
num. 99. in fin. Et verum est, quod inimicus præsumptus, & etiam ignotus in quibuscunque exceptis
repellitur, maximè quando adest aliqua causa inimicitiæ, velut in casu nostro. Gram. cons. 17. & 45. nu.
17. & cons. 3. num. 15. Alex. cons. 126. in fin. lib. 4.
49 Ratio est, quia inimicitia semper præsumitur durare. Secundum Petr. Surd. cons. 40. num. 3. cum seq.
50 num. 4. dicit procedere etiam in inimico reconciliato. Crauett. cons. 9. num. 6. ad relat. per Brunor.
à Sole in suo cons. n. 22. cum plur. seqq. Et optima ra-
51 tione quidem; quia in exceptis non solum ad condemnandum requiritur testes omni exceptione maiores, luce meridiana clariores, inconfutabiles, &
optimè concludentes. Facit l. sciant cuncti, vers. testium idoneorum, C. de probat. Mars. §. diligenter,
num. 8. Foller. post alios, quos allegat, cons. 76. nu. 2. lib. 2. inter cons. crim. diuers. Bal. l. fin. col. 2. nu. 5.
vers. quædam est probatio maior. C. de probat. Dec. cons. 429. num. 2. Mascard. de probat. concl. 459.
num. 6. & 9. lib. 3. conclus. 1360. num. 4. Farinac. q. 61. num. 22. Sed etiam ad torquendum, l. qui vltimò, in fin. ff. de pœn. quam allegat Bart. in l. cunctos populos, & declarat ibi Ias. nu. 51. in fin. Farin.
q. 37. nu. 58. & q. 56. nu. 121. Glos. post Bart. in l. maritus, num. 1. ff. de quæst. Rolan. à Valle communem dicens, cons. 37. num. 3. & 10. Quod procedit
etiam in occultis, & difficilis probationis. Clar. q. 64. vers. dixi etiam, in fin. Rolan. cons. 361. vol. 3. Vbi
52 reddit rationem, quia quanto crimen est grauius, & atrocius, tanto magis probationes debent esse grauiores, & vrgentiores. cap. vbi periculum, de elect.
53 lib. 6. Et illi dicuntur omni exceptione maiores, quibus nihil potest opponi, & superant etiam omnem
friuolam exceptionem, & nullam pœnitus patiuntur maculam; immò vndique sunt inuulnerabiles, aliàs
secus. l. 1. §. idem Cornelio, d. l. maritus, vbi Glos. in verb. illicitè, in fin. ff. de quæst. Clar. q. 21. vers.
vnus testis. Vbi grauiter reprehendit Iudices, qui de facili ex depositionibus testium inhabilium reos torquent. vbi attestatur de communi: Ratio est, quia
quælibet macula, quilibet defectus, aut exceptio etiã minima, aut in dicto, aut in persona testis non solum facit, vt non possit dici omni exceptione maior,
sed impedit quoq; torturæ effectum. Bal. cons. 427. lib. 5. Rolan. cons. 7. nu. 3. & 10. & cons. 24. num. 2.
vol. 1. Clar. q. 1. vers. vnus testis, & q. 22. vers. vnum tamen, post alios, quos allegat. Et quando testes non
54 sunt omni exceptione maiores, nec etiam in causa hæresis faciunt indicium ad torturam. Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortur. num. 197. Mars. in
pract. §. diligenter, num. 6. & cons. 78 nu. 14. Grammat. cons. 66. num. 3. cum in ipsis vberiores desiderentur
probationes. Immò testes, quando non sunt omni exceptione maiores, prout non sunt testes examinati
contra D. N. nec ad formandam inquisitionem sufficiunt. c. qualiter, & quando, e'l secondo, Farinac.
q. 56. num. 188. Quod procedit etiam in occultis, & difficilis probationis. Clar. q. 64. vers. dixi etiam, in
fin. Rolan. cons. 361. vol. 3.
Et haud mirum videri debet; cum dictum sit, quod propter d. rixam etiam consanguinei, & affines d.
55 Io: Baptistæ euaserunt etiã d. D. N. inimici capitales; quoniam quãdo quis contraxit inimicitiam cum vno
de vna familia, præsumuntur etiam inimici omnes de ipsius familia vsq; ad quartum gradum inclusiuè.
Felyn. in d. c. repellantur, de accusat. nu. 4. vers. item adde. Bal. in l. si Vassallus, e'l primo, in tit. si de feud.
fuer. controu. Angel. cons. 248. incip. In splendidissima Ciuitate. Et Alex. cons. 24. in 2. vol, vers. non
obstat. Grammat. cons. 13. Et ideò omnes descendentes à d. familia à testimonio repelluntur. l. Athletas, §. dat remissionem, ff. de accusat. tutor. vbi not.
Bald.

Bald. & alii DD. quos sequitur Anton. Gomez. tom. 3. variar. resol. c. 12. num. 14. Eadem etiam ratione Collarerales vsq; ad quartum gradum reputantur inimici. Argum. in l. Cornelia, §. 1. ff. de iniur. Ità tenet Bal. in d. §. dat remissionem, Marſ. in l. 1. §. præterea, num. 103. ff. de quæſt.

Idq; pariter dicitur de amicis d. Io: Baptiſtæ, prout ſunt omnes ſupradicti teſtes in proceſſu offenſiuo examinati contra D. N. nam cum quotidie conuerſentur, & ludant ad aleas cum ipſo, ipſi quoque ſunt inimici d. D. N. nanque amicus inimici mei reputatur inimicus meus. Gloſ. in l. 1. §. cum patronus. §. cum inimicus, ff. de offic. Præfect. verb. Bart. in l. ſciendū, ff. de delegat. Cyn. & Bal. in l. ſi quis, C. de teſt. Farinac. q. 53. nu. 36. Ratio eſt, quia amicitia diminuit teſtem de fide, & facit, vt non ſit omni exceptione maior. Boſſ. de oppoſit. contra teſt. num. 102. in princ. vbi de communi.

Omnes quoq; ſupradicti teſtes à teſtificando repelluntur, quoniam aliqui ſunt conſanguinei, aliqui affines, & aliqui amici Illuſt. D. Colomnelli Anibalis Margarucci conſanguinei d. D. Io. Baptiſtæ Margarucci, prout in proceſſu defenſiuo ſuper quinto articulo deponūt Simeon Saſſolinus, Bartholomæus Pellegrinus, Alexander Cioccittus, & Modeſtinus Diamantes teſtes, eo quia d. D. Anibal per plures annos habuit, & modo habet litem ciuilem ſuper magna quantitate bonorum, ſeu ſuper hæreditate q. D. Mauritij Morſi cum D. Santuccio patre D. N. nam lis ciuilis, quando eſt ſuper re graui, aut magna quanti-
58 tate pecuniarum, ſeu bonorum parit inimicitiam capitalem. Vt voluit Bart. in l. 3. ff. de teſt. ad quod dicit Bal. in l. parentes, C. de teſt. Vbi cauſam ciuilem magnam æquiparant cauſæ criminali, quos ſequitur Marſ. in l. 1. §. præterea, num. 23. ff. de quæſt. Et id
59 non ab re, nam vulgò bona appellentur ſecundus
60 hominis ſanguis. Vulpell. conſ. 1. nu. 24. Immò bona temporalia vita hominis dicuntur. Vt not. in l. Aduocati, C. de Aduocat. diuerſ. Iud. Ideò qui ea eripit alicui, ſeu eripere conatur, vel ſuper ipſis quæſtionem mouet inimicus capitalis euadit.

Ità pariter à teſtificando repellūtur Tiſeus Tromba, & Franciſcus eius filius, nec non Franciſcus Butinus, ſi in hac criminali cauſa ſe examinauerunt cōtra D. N. quia vltra ſupradictas eorum varietates, contrarietates, & falſitates, & etiam quia ſunt amici d. D. Io: Baptiſtæ; nec non etiam quia ſunt pauperes, & viles perſonæ, ac viles exercent artes; prout deponunt in proceſſu defenſiuo ſuper 14. & 15. articulis Alexander Mollarius, Bartholomæus Pellegrinus, & Simeon Saſſolinus teſtes, à teſtificando repelluntur. l. Sancimus, & ibi Gloſ. in verb. ignobiles,
61 ponit exemplum in carpentariis. Spec. in tit. de teſt. §. 1. nu. 66. verſ. item quod eſt artifex, Aym. conſ. 249. nu. 12. verſ. accedit etiam vilitas. Pariſ. conſ. 54. nu. 57. Farinac. conſ. 78. nu. 9. in fin. Rota dec. 679. lib. 3. nu. 3. Dec. conſ. 510. nu. 5. Io. de Amic. conſ. 78. num. 8. ſeq. Vbi quod tales teſtes pœnitus repelluntur, & maximè in huiuſmodi cauſa ardua. Text. in l. ob carmen, §. ſi ea Rei conditio, ff. de teſt. Cyn. in l. fin. num. 5. C. de teſt. Bal. in l. milites, num. 5. ad fin. verſ. ſed vt torqueatur teſtis, C. eod. dixit, quod iuſta cauſa torquendi teſtes eſt vilitas perſonę. Alber. de Malet. tract. de teſt. nu. 69. Iaſ. l. cunctos populos, nu. 47. in 2. lectura, C. de Summa Trinit. & Fid. Cathol. Zabar. poſt num. 9. verſ. ſi verò in alios. Farin.
62 q. 79. nu. 33. Ratio eſt, quia paupertas, & vilitas ſimul iunctæ repellunt omninò teſtes. Ruyn. conſ. 130. num. 10. lib. 4. Menoch. de arbitrar. lib. 7. caſu 96. ſeq. vbi ait id procedere etiam in caſu, in quo requiruntur teſtes omni exceptione maiores.

Augetur exceptio contra plures ſupradictorum teſtium in proceſſu offenſiuo examinatorum, quia ſunt minores 25. annis, nempè Ioſeph Margaruccius 20. annis, Franciſcus Laurentius 19. Nicolaus eius frater 22. Nicolaus Alouiſius 18. Marius Manuzzinus 16. D. Bernardinus Lutius 22. Antonius Maria Diuinus 22. Io: Baptiſta de Marchis 18. & Franciſcus Tromba 16. Prout in d. proceſſu defenſiuo ſuper 20. articulo deponunt Alexander Mollarius, Simeon Saſſolinus, Bartholomæus Pellegrinus, & Modeſtinus
63 Diamantes teſtes: Et ſi in criminalibus ad teſtificandum non admittitur minor 25. annis. l. teſtium, ff. de teſt. l. teſtimonium, ff. de teſt. quia non eſt idoneus teſtis. Hyppol. conſ. 14. nu. 14. Vbi loquitur in terminis ſodomiæ; multò minus ſunt admittendi, qui ſunt minoris ætatis, vt ſupradicti.

Non obſtat, ſi per Fiſcum dicatur, quod D. N. cum blaſphemauerit, eſt perſona malæ famæ, prout in eorum depoſitionibus deponunt. Primus, 3. 13. & 15. teſtes ſuper 35. 36. & 37. interogatoriis; quia cum
64 non deponant à quibus ortum habuerit d. mala fa-
65 ma, ſed imperſonaliter loquantur, non probant. Bar. l. de minore, §. plurium, num. 23. ff. de quæſt. l. 3. §. eius quoque, in fin. ff. de teſt. Imol. c. cum oportêat, de accuſat. Clar. q. 6. verſ. illud tamen, cum ſeq. Innoc. cap. qualiter, & quando, de accuſat. in princ. Cranett. conſ. 260. Menoch. conſ. 149. nu. 4. in fin.
66 Dec. conſ. 57. col. 2. in fin. lib. 1. Ratio eſt, quia per teſtes imperſonaliter loquentes non dicitur probata d. mala fama, debent enim deponere à quibus dici
67 audierint, & malæ famæ authores exprimere. Cranett. d. conſ. 260. Rolan. conſ. 3. nu. 51. latè Clar. q. 6. verſ. dicendum eſt. Fulgoſ. 148. poſt princ. col. 3. & conſ. 36. in fin. col. 3. Cuman. conſ. 78. num. 22. vol. 1. & conſ. 20. num. 12. & 41. ſeq. vol. 1. Bertaz. conſ. 26. par. 2. n. 9. Et id etiam non interogati. Hyppol. d. conſ. 30. nu. 43. & conſ. 76. nu. 22. lib. 1. Nouell. tract. de teſt. nu. 172. Bart. d. lege de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. Felyn. in c. veniens, nu. 17.
68 de teſt. Vbi quod aliter dicitur varia vox populi, l. Decurionum, C. de pœn. Bart. d. §. tormenta, ad fin. Ratio eſt, vt cognoſcatur, an à fide dignis talis mala fama ortum habuerit, aliter eo non nocet, & tales teſtes repelluntur. Bart. d. l. de minore, d. §. tormenta, verſ. qualiter probetur fama, ff. de quæſt. Bal. in l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ. Et maximè non eſt attendenda, cum conſtet in proceſſu, quod habuit

habuit ortum à dd. testibus,& sic à maleuolis,& ini-
69 micis. Vnde nec etiam sufficit ad inquirendum.
Boss. tit. de inquisit. num. 39. quia nullum facit indi-
tium. Bart. in d.l. de minore,§. tormenta. Bal. d.l.
diffamari, latè Natt. cons.18. nu. 18. Vltra quod fa-
ma male non dicitur probata,nec vllum ad torturam
facit inditium, cum habuerit ortum post inchoatum
processum post querelam datam, & post carcératio-
nem d. D. N. Mars. in pract. §. constante, num.12.
Crauett. d. cons.260. nu. 7. prout in repetitione de-
ponit 3. testis super 37. interogatorio. Et ideò est
vaga, & non solida. Rolan. cons.3. num.49. lib.1.
Et id est verum; quoniam omnes testes dicunt, quod
nunquam per prius intellexerunt blasphemare d. D.
N. & ideò d. mala fama præcedere debuisset,c. qua-
liter, & quando,e'l secondo de accusat. c. inquisitio-
ni, eod. tit. Hyppol. §. constante, num.12. Nouell.
tract. de probat. negat. nu.312. seqq. Burlatt. cons.
20. nu.27. Quod procedit, etiamsi testes probarent
delictum. Dec. cons.170. col.1. & cons.175. col.2.
Verum ad tollendam omnem Fisci sinistram præ-
sumptionem, qui se fundat super mala fama d. D.N.
70 dicitur,quod bona fama benè,& concludenter pro-
bata ipsius,prout constat in processu defensiuo super
primo articulo per depositionem Modestini Diamã-
tes. & in specie Alexandri Mollari testium ad defen-
sam examinatorum, qui dicunt præsertim d. Alexan-
der in principio sui examinis,quod d. D.N. non bla-
sphemat, & quod est Ciuis honoratus, bonæ famæ,
deuotus, & catholicus, & quod habet reuerentiam
versus Deum,Beatam Virginem,& Sanctos, & quod
viderunt eum ire ad Missas, vt faciunt boni Christia-
ni, tollit malam famam, quamis fuisset probata.
Card.c.tuæ in fin. de Spos. Hyppol.cons.72. nu. 20.
& 24. in fin. Crott. tract. de test. par.4. num. 158.
71 Immò quamuis fuisset probata per plures testes, &
bona fama per pauciores,quia pauciores Rei præfe-
runtur pluribus Fisci.Cuman.cons.135.col.fin.Gratt.
cons.45. col.2. nu.3. Nec mirum videri debet, quia
testes duo fauore defensionis plenè, & optimè pro-
72 bant famam bonam.Immò etiam testis vnicus. Pa-
73 ris. cons.20. num.1. col.4. Et hac ratione, quia te-
stium dicta ad fauorem Rei semper sunt iuuanda. Bal.
l.de quibus,col.fin. de leg. & debent interpretari, nè
videantur captiosa. Tradit Alber.l.non erit,ff. de iu-
reiur. Angel. l. ex militari, ff. de test. milit. Et fama
mala non solum purgatur per bonam. Gratt.d.cons.
74 Sed etiam tollitur omnis sinistra suspicio,Aym.cons.
145.in fin. Boer. decis.165. in fin. Quod procedit,
etiamsi extarent inditia ad torturam. Gram.dec.61.
num.9.& 12.Paris. cons.151.nu.3.lib.4.Bart. in l.3.
75 nu.2. in fin.Soc.Iun. cons. 39. vol.2. Sed etiam ta-
liter inditia contra reum laborantia debilitantur,vt si
aliter ex illis possit iure torqueri, stante bona fama
torquendus non est. Bal. cons. 140. num. 5. vol. 2.
Hyppol. Riminal. cons.290.nu.22.seq. lib.3. Farin.
cons.23. num.32. quoniam elidit inditia, etiamsi es-
sent solemnia, & legitima. Mars. cons. 130. col. fin.
num.48.In tantum quod ex inditiis, si quæ extarent,
reus amplius torqueri minimè posset. Ias.& alii &c.
76 Immò fama bona tollit famam malam,delicti præ-
sumptionem, & inditia ad torturam, & probationes
factas adnuat. Farinac. q.47. nu.86. Baiard. q.60.
77 nu.86. Immò etiam dicitur, quod fama bona Rei,
quamuis sit probata in genere, tollit inditia de deli-
cto in specie. Mars. post multos in §. diligenter, nu.
196.& tribus seqq. Cuman.d. cons.135.ad primum
col. fin. Veronen. cons. crim.39. num. 42.
Quibus supradictis omnibus additur, quod dato,
& non concesso, quod D. N. ob iracundiam, quia
perdebat in ludo, aliqua leuia,& aliquantulum inde-
centia dixerit verba,id quod nullo modo cõceditur;
Immò pœnitus negatur; tamen nulla alia longior est
ei irroganda pœna; quia ob tot molestias, incom-
moditates,vigilias in cogitando,expensas factas in se
defendẽdo,suspiria,lacrimas, fama egestates, necnõ
ob compedes ferreos, quos per multos dies pertulit
in pedibus, & præcipuè ob longam carcerationem,
quam per decem menses continuos habuit, satis su-
78 perque punitus fuit. Quæ quidem longa carceratio
non solum minuit pœnam, l. omnes, C. de pœn.
79 & requirit vt Iudex cum Inquisito mitius agere de-
beat. Glos. l. si diutino, ff. de pœn. Vbi tempus car-
ceris computatur in tempus exilii, sic in dictis cæte-
ris delictis dici debet;nam cum eadem sit ratio,idem
quoque ius statuendum est. l. illud, in princ. ff. ad l.
Aquil.cum similibus. Sed etiam loco pœnæ debet es-
se,& inseruit,etiam quamuis non sit longa, d. l. om-
nes,& ibi Odofred.& alii, C. de pœn.Vinc. de Fran.
decis.317. nu.4. Vbi quod ità fuit multoties iudica-
tum in Sac.Conc. Neapolitano. Petrus Caballus ca-
su 142. in princ. Et quod longa carceratio succedat
loco pœnæ, est Text. in d. l. si diutino,& l.respicien-
dum, in princ. ff. de pœn. Gram. cons. 63. num. 5.
loquens in carceratis per quatuor menses tantum.
Quis enim post maiorem corporis pœnam, & ani-
mi afflictionem dare longa carceratione, quãdo ma-
ximè est ingiominiosa? Ideò fugit Demostenes, &
Epistola 2. de suo reditu inquit; Iam ob discessum
meum iure irasci mihi non potestis, nec etiam ideò
abii, quod aut de vobis desperarem, aut vspiam aliò
respicerem; sed primum carceris ignominiam ani-
mo ferebam grauiter, deindè propter ætatem affli-
ctionem illam corporis perpeti nõ poteram. Simane.
Enchirid. de torment. tit. 52. num.17.
Quæ supradicta omnia cum ità sint,humiliter sup-
plicatur, vt pro singulari humanitate sua, ac nobili-
tate consulere dignetur tam absolutioni, & incolu-
mitati, quam etiam paupertati, miseriis, pœnis, &
molestiis d. D. N. Siq; aliqua dubia restant in mente
sua, quin possit à tam iniusta persecutione liberari,
dentur quæso resoluenda. Quod singulari reporta-
bitur gratia, &c. Quarè, &c.

Deficit Consilium Tertium.

CONSILIVM IV.

SVMMARIVM.

1 *Offensio leuis non curatur.*
2 *Offensio leuis non dicitur damnum inferre.*
3 *Vulneris appellatione non venit vulnusculum.*
4 *Vulnus paruum, seù modicum non est inconsideratione.*
5 *Vulnus non verificatur in aliqua modica sanguinis effusione.*
6 *Vulnus paruum de iure non est in consideratione.*

AD querelam Seuerini Io: Baptistæ de Seripula, per Curiam veniunt criminaliter molestati Dominicus Matthei, Dominicus Ioannis, & Dominicus Pasqualis de eodem loco, sub prætextu quod d. Dominicus Matthei de consensu, & persuasione dictorum Sociorum pugnis ipsum cum aliqua modica sanguinis effusione in facie vulnerauerit, seù percusserit.

Quod nimirum iure fieri non potest, quia leuis of-
1 fensa non curatur, cum non dicatur offensa. Est Text. expræssus in l. 3. §. fin. cum ll. seqq. ff. de adimen.
2 legat. Et eo magis non curatur, quando fuit facta cum pugno. Vt in casu, de quo agitur; quia non dicitur damnum inferre. Per Text. in l. si seruus serui, & seqq. §. rupisse, ff. ad l. Aquil. scripsit etiam Bal. l. sed si hæc §. pen. ff. de in ius voc. Paris. cons. 48. lib. 4. Ideo d. Dominicus Matthei percussor in nullā pœnam incidit. Ratio est, quia percussio leuis, cum à lege non sit prohibita nullam mœretur pœnam, l. Gracchus, C. de adult. Castrens. cons. 48. num. 15. diuers. criminal. lib. 1.

Non facit, si per Fiscum dicatur, quod in facie d. Seuerini est aliqualis parua sāguinis effusio à dictis
3 pugnis causata; quia vulneris appellatione non venit vulnusculum. Muscatell. pag. mihi 108. num. 5.
4 Vltra quod vulnus paruum, seù modicum non est in consideratione; immò non dicitur vulnus, & in se non habet delictum. Per l. 1. §. 2. vers. perindè, ff. de edilit. edict. Nec ab re dicitur, cum vulnus non so-
5 lum non verificetur in aliqua modica sanguinis effusione. Abb. & Felyn. in c. Cum illorum, Vbi Glos. de sent. excom. Hercul. de caut. de non offendendo. c. 26. nu. 10. & c. seq. nu. 8. Sed etiam quia de iure non est in consideratione. d. Abb. c. proposuisti de consecrat. Eccles. cum aliis adductis per Claud. in addit. ad cons. Bertaz. 184. littera C.

Quibus sic stantibus humiliter supplicatur pro absolutione dictorum Inquisitorum.

CONSILIVM V.

SVMMARIVM.

1 *Laicus contra sacerdotem testimonium seù accusationem ferre non potest, & si ferat non probat.*
2 *Laicus contra sacerdotem est testis perpetuò inhabilis.*
3 *Laicus quamuis examinatus, & veritas aliter haberi non possit, nullum vnquā contra sacerdotem ad torturā facit inditium.*
4 *Laicus contra sacerdotem quibus de causis testimonium ferre non possit.*
5 *Sacerdotii dignitas, siue ordo non mediocrem in criminalibus de se facit præsumptionem exclusiuam delicti.*
6 *Laicus non est par Clerico, & præcipuè sacerdoti gradu, & dignitate.*
7 *Sacerdos præponitur Magistratibus.*
8 *Laicus reuerentia non solum sacerdotem, sed etiam Clericum prosequi debet.*
9 *Laicus reuerentiam non reddens sacerdoti, seu clerico à testificando repellitur.*
10 *Laicus volens deponere contra Sacerdotem, seù Clericum qualis esse debeat.*
11 *Doctor, seù Aduocatus maxima fulget dignitate, & gaudet priuilegiis.*
12 *Aduocationis officio nihil dignius.*
13 *Doctor nec de iure, nec de consuetudine potest torqueri.*
14 *Doctoribus aliquid attestantibus creditur.*
15 *Doctor ob magnam eius dignitatem, & excellentiam non potest torqueri, nec absq; venia in ius vocari.*
16 *Affinis, seù Consanguineus, sui inimici à testimonio repellitur.*
17 *Testis vnicus si non est omni exceptione maior, non facit inditium.*
18 *Testis omni exceptione maior quis dicatur.*
19 *Testis vt dicatur omni exceptione maior, sufficit quilibet defectus etiam minimus.*
20 *Testes singulares, quamuis mille nullum pariunt inditiū.*
21 *Testes quando à iure in totum repelluntur, inditia, seù adminicula non reddunt eos habiles.*
22 *Testes inhabiles quando admittuntur in subsidium, admittuntur ad faciendam præsumptionem tantum.*
23 *Perfectum non potest oriri ex imperfecto.*
24 *Nemo dat, quod non habet.*
25 *Nihil quod est, supplementum non recipit.*
26 *Paupertas, & vilitas simul iuncta repellunt omninò testes.*
27 *Instrumentum Notarii vt quis possit infringere, seù reprobare multa requiruntur.*
28 *Testis contra Notarium qualis esse debeat, & qualis conditionis.*
29 *Ad Instrumenti fauorem plus creditur vnico testi, quam mille facientibus contra.*
30 *Testis deponens contra Sacerdotem qualis esse debeat.*

ILlustris, & admodum Reu. D. N. Rector parochialis Ecclesiæ de Stigliano annis elapsis rogauit testamentum factum à q. Dominico Io. Dominici de d. loco testibus N. N. Et cum nunc Leander falsò dicat, quod in testem non interfuit dicto testamento, pluribus de causis nulla prorsus est ei adhibenda fides.
1 Prima causa est, quia Laicus contra Sacerdotem testimonium ferre non potest, & si ferat, non probat. Text. in c. de cætero, extra de test. De cætero inquit Text. laicos in accusationem, & testimonium contra Sacerdotes, & Clericos in criminali causa non

non esse aliquatenus admittendos Censura sacrorum
2 Canonum manifestius edocet: Ratio est, quia contra eos perpetuò ad testificandum, seu accusandum sunt inhabiles. Io. Andr. in summario Anan. nu. 1. Bal. in summario Abb. num. 1. Felyn. & Aret. in summario Monticell. in suo repert. test. verb. Laicus contra Clericum, fol. 47. col. 1. vers. 2. seq. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 962. num. 1. Et ità cantat etiam Constitutio Pii Quinti in Bullario, par. 2. fol. 937. Et subintrat dispositio Sixti V. bon. mem. in ordine, de qua in Bullario, par 2. fol. 375. Et ideò
3 quamuis etiam examinati, & veritas aliter haberi non possit, nullum vnquam contra eos ad torturam faciunt inditium. Felyn. c. dilecti, num. 10. seq. de accusat. Riminal. cons. 361. nu. 9. & 45. lib. 3. Mars. singul. 197. post. med. Et hoc quidem ex pluribus,
4 nempè propter reuerentiam, quam Laicus debet Sacerdoti, qui Dei legationi fungitur. c. accusati. in fin. 2. q. 7. c. quis dubitet. & c. duo sunt. 96. Distin. Item propter generalem, & antiquam inimicitiam, quæ intercedit inter Laicos, & Clericos. Boss. in tit. de opposit. contra test. nu. 91. cum Laici sint Clericis infesti. c. Laici. & c. Laicus. 2. q. 7. Text. in c. Clericus. de immunit. Eccles. lib. 6. Item sicut Clericus nō potest ferre testimonium contra Laicum; ità ratione æqualitatis seruandæ Laicus non potest contra Clericum, & multo minus contra Sacerdotem. Oldrad. cons. 145. nu. 3. vbi de communi. Clar. q. 24. vers. præterea quæro. vbi de communi Farinac. cons. 78. n. 8. Et in prax. crim. tit. de opposit. contra person. q. 61. nu. 96. seq. Et id dupplici ratione quidem, tum quia
5 Sacerdotii dignitas. siue ordo non mediocrem in criminalibus de se facit præsumptionem exclusiuam delicti, ex quo habet pro se præsumptionem iuris, & volens probare contrarium, clariores, ac lucidiores debet deducere probationes. Dec. cons. 175. nu. 1. Cæphal. cons. 138. n. 18. lib. 1. Et hæc iuris præsumptio dicitur liquidissima probatio. l. licet Imperator. & ibi Alex. & Ias. de legat. prima Glos. in l. Tutor petitus. C. de petit. Tutor. In tantum quod ad reportandam victoriam, Reo sufficit probatio per similem præsumptionem. Angel. in l. 1. 2. notab. C. de testam. Felyn.
6 Rubr. de probat. col. 2. Tum etiam quia Laicus gradu, & dignitate non est par Clerico, & præcipuè Sa-
7 cerdoti: Et ob id iure optimo d. Sacerdos præponi-
8 tur Magistratibus. l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur. Et ista ratio respicit reuerentiam, qua Laicus nō solum Sacerdotem, sed etiam Clericum prosequi debet. Tradit
9 Aret. d. c. de cætero. de test. Et vbi quis ob reuerentiam à testimonio repellitur, examinatus nullum prorsus parit inditium. Allegatur Text. in l. 1. §. Diuus e'l primo ff. de quæst. Sequitur Dec. c. Atsi Clerici. nu. 67. de test. & id quamuis cum tortura deposuerit. Aym. cons. 60. n. 55. & 57. Felyn. d. c. Cum dilecti. nu. 10. seq. de accusat. Hyppol. d. cons. 361. nu. 9. & 45. lib. 3. Gram. cons. 45. nu. 22. in fin. Cæphal. cons. 65. n. 25. lib. 1. Bursatt. cons. 135. nu. 2. vbi attestatur de communi. Qui scripserunt id procedere etiam in crimine occulto, graui, vel alias in casu, in quo per alias veritas haberi non potest. Immò dicitur, quod Laicus volens deponere contra Sacerdotē non solum debet esse idoneus, ac omni exceptione maior. c. Accusatio Episcoporum 2. q. 7. sed à macula manifesta animæ, & corporis ab esse debet. alias
11 repellitur. Abb. in c. 1. de except. Idq; eo magis procedit, quando d. Sacerdos est Doctor, & Aduocatus, vt ad d. Illustriss. D. N. qui ideò maxima fulget dignitate, antecellit gradu, & innumeris ferè potitur
12 priuilegiis. Quid enim dignius Aduocationis officio? Quod peregrinum negotium ad suas transfert molestias, vt laboribus subueniat alterius. Vt dicebat Cassiod. & Refert Rip. l. Centurio. de vulg. & pupill. nu. 16. Militant enim causarum patroni, qui gloriosæ vocis munimine confisi laborantium spem, honorem, vitam, & personas defendunt. Vt leo, & Anteminus Impp. rescripserunt in l. Aduocati. Vbi Bal. & Salyc. C. de Aduocat. diu. iud. tit. Ob eamq;
13 rem merito dicitur, quod Doctor nec de iure, nec de consuetudine potest torqueri tribus exceptis, nempe Crimine hæresis, Maiestatis, & Peculatus. De iuris subtilitate non potest torqueri. l. Aduocati. de Aduocat. diuers. iud. De consuetudine etiam non potest torqueri; nanq; Consuetudo inducens quod personæ priuilegiatæ torqueantur, & maximè Doctores non valet. Text. est in l. omnes Iudices. & hoc ibi voluit Bart. C. de Decur. lib. 9. Nec id mirum es-
14 se debet, quia sunt tantę dignitatis, nobilitatis, & authoritatis, quod ipsis aliquid attestantibus creditur. Tenet Bart. in Repetit. l. de quibus. col. 2. vers. 4. principaliter quæritur. ff. de quibus. Ias. cons. 189.
15 col. pen. vers. tamen cum in casu nostro. Ob eamq; rem omninò dicitur, quod Doctor ob magnam eius dignitatem, & excellentiam non solum non potest torqueri, sed absq; venia nec etiam in ius vocari. Bart. in l. si liber: De in ius vocan. Alciat. lib. 1. de verb. signif. fol. mihi 16. vers. propter excellentiam Petr. Lenouenderinus tract. de Doct. priuileg. 2. par. in princ.

Ex quibus igitur dicitur, quod Illust. D. N. in causa de qua agitur, non solum ad querelam Accusatorum, sed nec etiam ad depositionem d. Leandri Cicconi restis contra ipsum examinati vllo modo de iure potest molestari: Idq; ex pluribus. Primò quia d.
16 Leander testis est eius inimicus capitalis ex causis, quæ omnibus patent, & maximè quia est affinis dd. Accusatorum suorum inimicorum. ideò à testificando repellitur. l. Athlete. §. dat remissionem. ff. de accusat. tutor. vbi id not. Bal. & communiter DD. quos sequitur Anton. Gomez. Eadem pariter ratione omnes ipsorum Accusatorum Collaterales vsq; ad quartum gradum reputantur ipsius inimici. Argum. Text. in l. lex Cornelia. §. 1. ff. de iniur. Itaq; dicitur, quod si ego contraxi inimicitiam cum vno de vna familia, præsumitur, quod omnes de eius familia sint mihi inimici vsq; ad quartum gradum inclusiuè. Quod voluit Bal. in l. si Vassallus. e'l primo in tit. si fu:r. controuer. Angel. cons. 248. Alex. cons. 24. lib. 2. Gram.,
17 cons. 13. Secundò quia in hac causa est testis vnicus

seù

seu singularis; & ideò nullum prorsus facit indicium.
37 Ità Innoc. in c. sicut. de Simon. Vbi ait id procedere etiam in causa hæresis, Ofasc. decis. Pedamon. 79. n. 55. nam testis vnicus, vt faciat indicium, necesse est, vt sit fide dignus, ac omni exceptione maior. l.
38 qui vltimò. in nu. ff. de pœn. Farinac. q. 37. n. 58. & q. 56. nu. 121. Dec. cons. 189. col. 1. Et ille dicitur fide dignus, ac omni exceptione maior, cui nihil prorsus potest opponi, & superat etiam omnem friuolam exceptionem, & vndiq; est inuulnerabilis. l. 1. §. Idem Cornelio l. maritus. Vbi Glos. in verb. illicite. in fin. de quæst. Clar. q. 21. vers. vnus testis.
39 Et ne dicatur omni exceptione maior, sufficit quilibet defectus, minima exceptio aut in dicto, aut in persona. Mascard. de probat. in præfatione. lib. 1. q. 6. nu. 6. seq. lib. 2. Ias. in l. si quis. col. 1. ff. si quis
40 caut. Tertiò dicitur, quod est testis singularis, & quando testes sunt singulares, quamuis mille, nullum pariunt inditium. l. iusiurandi. & ibi Bal. C. de test. c. licet causam. Vbi not. omnes de probat. Ioseph. Ludouis. decis. 9. num. 7. Spec. in tit. de inquisit. §. nunc videndum. Bal. in d. l. iusiurandi. C. de test. c.
41 Bonè & c. Cum dilectus. de elect. Et quando testes à iure in totum repelluntur, inditia, præsumptiones, adminicula &c. non reddunt eum habilem, & admittendum. Bal. in l. falsas. num. C. de furt. Angel. in l. si quis ex Argentariis, §. cogentur nu. 16. ff. de
42 eden. Immò dicitur, quod si dicatur, quod admittuntur in subsidium, & quando veritas aliter haberi non potest in exceptis, admittuntur ad præsumptionem faciendam tantum, non autem ad probandum. Soc. de reg. iur. 425. fallent. lib. 1. Farinac. de in-
43 dit. & tort. & tortur. q. 43. nu. 115. Et optima ratione quidem, quia perfectum non potest oriri ex
44 imperfecto, & nemo dat, quod non habet, & quod
45 nihil est supplementum non recipit. Quartò d. Leandro nulla est habenda fides, quia est pauper, obscurus, vilis rusticus, & vilem artem exercet. Ideò nullum parit inditium. Vt post multos tradit Cuman.
46 cons. 131. Ratio est, quia paupertas, & vilitas simul iunctæ repellunt omninò testes Ruyn. cons. 130. nu. 10. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 96. num. 6. seq. Itaq; non est idoneus testis, qui egestate laborat l. qui satisdare. ff. de fideiussor. l. si Creditores. ff. de priuileg. credit. l. si verò, §. 1. ff. qui satisdar. cogant. Et id maximè locum habet in exceptis, & in causa arduâ, & capitali Argum. l. affinitatis. ff. de in ius voc. Vulpell. cons. 13. nu. 9. §. sancimus. de test. Alex. cons. 238. vol. 6. in princ. Vulg. Glos. in §. si verò absint. in verb. substantiam. in Auth. de hæred. & falcid. Vulpell. cons. 99. nu. 17. cons. 237. vol. 6. in princ. Dec. cons. 310. nu. 5. Bal. in l. fin. col. pen. in 4. q. C. de Edict. Diu. Adrian. tollen. Alex. post alios, quos allegat. cons. 507. vol. 6. in princ. Ioan. de Amic. cons. 87. n. 6. seq. Vbi quod talis testis penitus repellitur. Et indiuiduo scribit Rolan. cons. 24. nu. 64. seq. quia non dicitur idoneus testis. Bal. in l. etiam col. fin. in fin. C. de test. Bal. in Auth. si dicatur. col. fin. C. de test. & in l. milites. C. de quæst. Gram. decis. 11. n. 4. Quintò d. Leander testis deposuit contra testamentum d. Illustr. D. N. &
47 testis veniens contra testamentum, seu Instrumentum rogatum a Notario, seu ab animarum Curato, vt id ipsum possit infringere, seu reprobare infrascripta requiruntur; nempè quod sit omni exceptione maior. l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipular. Alex. cons. 53. col. 1. lib. 7. & cons. 43 vol. 4. col. 5. Accedente maximè iuris præsumptione pro Notario, & maximè Præsbitero Curato, & Doctore; adeò quod liquidissimè constare debet de falsitate contra eum. Glos. & DD. in l. iuris gentiū. §. quod ferè ff. de pact. Ias. in l. singularia. col. 20. vers. confirmò etiam prædicta ff. si cert. pet. Et quādo præsumptio iuris est contra Fiscum, & eius Adherentem, fortiores pro Curia requiruntur probationes contra Notarium, quam alias essent necessariæ cessante ista præsumptione. c. Cum verisimile. Vbi Abb. in 2. notab. de præsumpt. Crauett. cons. 75. n. 12. Item quod d. Testis torqueatur, maximè quan-
48 do est vilis, & suspectus de falsitate, vt est d. Leander. Bal. cons. 37 lib. 1. loquens in propriis terminis, Per. Text in l. Vbi C. de fals. Refert, & sequitur Natt. cons. 39. num. 4. Item quod non sit inferioris conditionis d. Notario. d. l. optimam. Abb. c. 3. loco. de probat. Et in c. Cum Ioannes per illum Text. de fid. Instrum. latè Ias. cons. 135. vers. Duodecimo facit. lib. 2. Item quod d. testis non neget, vt fecit d. Rusticus Leander, se fuisse præsentem testamento, seu Instrumento; quia si neget, nec Notarius, nec ipse testis puniri possunt; sed ambo sunt absoluendi, quando criminaliter agitur. Clar. communem dicens. in §. falsum. vers. pone testis negat. Nec dissentiunt Rom. l. 1. §. eadem. n. 17. & plur. seqq. ff. de verb. obligat. Felyn. in d. c. Cum Ioannes nu. 45. de fid. instrum Alex. cons. 65. per totum lib. 1. Capic. dec. 94.
49 num. 3. Item quod testis Instrumentarius, qui deponit contra Instrumentum, quando probatur contrarium per alium testem ipso digniorem, nihil facit; nam plus creditur testi ad fauorem instrumenti, quā mille facientibus contra. Vt per Ias. cons. 20. nu. 8. lib. 1. & cons. 178. nu. 1. lib. 2. Boer. decis. 23. nu. 93. seq. & decis. 100. nu. 5. Item quod d. Testis nō sit odiosus, seu inimicus Notarii vt est d. Leander d. Illustr. D. N. cum sit affinis querelantium contra ipsum; quia nullam facit fidem. C. quoties extra de test. l. 1. §. prætereа. & ibi Mas. ff. de quæst. Alex. cons. 174. col. 4. circa med. vol. 2. & Gram. cons. 38. nu. 11. seq. Vbi quod sufficit interuenisse verba iniuriosa. Deniq; d. Leander testis, cum non habeat requisita, non potuit deponere contra d. Illustr. D. N. namq; testes qui volunt deponere contra Sacerdotē, non solum debent esse idonei, ac omni exceptione maiores; sed etiam habiles ad Sacerdotium, ac etiā (vt dictum est) à macula animæ, & corporis ab esse debent, aliàs repelluntur. Abb. c. 1. n. 4 de except.

Quibus supradictis omnibus sic stantibus d. Leander Rusticus à testificando est omninò repellendus, & testamentum factum à d. Illustr. D. N. est comproban-

probandum, & confirmandum, & maxime quia fuit rogatum præsente teste Domino N. qui cum sit Sacerdos præsumitur bonus, & verax, c. principium, de pœnit. distin. 3. & in terminis tradit Soc. Sen. consi. 15. vers. item quæro, lib. 1. Quarè &c.

CONSILIVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Testibus in eorum depositionibus inter se variis nulla est habenda fides.*
2 *Testes dicuntur varii non quando contraria deponunt, sed quando diuerso modo dicunt.*
3 *Testes ubi requiruntur in criminalibus, qui directè, & immediatè ac certitudinaliter deponunt de maleficio, & non qui diuersimodè deponunt de inditio ad maleficium.*
4 *Minæ non sunt attendendæ, quando per iracundiam sunt prolatæ.*
5 *Minas sæpè faciunt homines, qui magna minantur.*
6 *Verba minatoria quandoq; proferunt homines ex consuetu[d]ine, & nihil aliud faciunt, nisi terribiles se verbis ostendere.*
7 *Delictum non præsumitur quis committere absq; causa graui.*
8 9 *Minæ non sunt attendendæ, nec vllum ad torturam pariunt inditium, quamuis per testes idoneos sint probatæ.*
10 *Minæ non sunt attendendæ, quando non sunt factæ in specie, sed in genere, quia non probant.*
10 *Minæ quando non fuerunt factæ in specie, sed in genere, cessat omnis præsumptio minarum.*
11 *Minæ tanquã elusoriæ non sunt attendendæ, quando prætenduntur factæ a Rustico, seù vili persona.*
12 *Delicti probatio debet esse liquida, & plena ante carcerationem.*
13 *De delicto commisso constare debet ante Inquisitionem per testes, & probationes liquidissimas.*
14 *Constitutio Alexandrina non habet locum in partibus, sed tantum Romæ, ac etiam quando causæ de partibus tractantur in Romana Curia.*
15 *Constitutio cum sit pœnalis, & correctoria iuris communis non se extendit ad casum in ea non expressum.*
16 *Verba Constitutionis sunt intelligenda ad chartam, hoc est ad literam, & ideò non fit extensio.*
17 *Constitutio Alexandrina cum solummodò habeat locum Romæ, non potest fieri extensio ad alias Ciuitates, seù Oppida in ea non expressa.*
18 *Extensio non potest fieri in iuribus correctoriis.*
19 *Extensio de casu ad casum non fit in correctoriis.*
20 *Extensio non fit in exorbitantibus.*
21 *Extensio non potest fieri in pœnalibus, odiosis, & exorbitantibus.*
22 *Extensio de casu ad casum, & de persona ad personam non admittitur, quando stricta sumitur interpretatio.*
23 *Extensio omnis cessat, quando verba sunt intelligenda ad chartam, hoc est ad literam.*
24 *Extensio non potest fieri ad casum in quo de larga significatione vocabuli dispositio non extenditur.*
25 *Extensio non procedit, quando Bannum, seù Constitutio magnam irrogat pœnam.*
26 *Extensio non fit dispositionis pœnalis in indiuiduo.*
27 *Constitutio, cum sit odiosa, quia importat pœnam, restringenda est, & limitanda.*
28 *Opinio omnis, quæ faciat pro euitatione pœnæ, est amplectenda per quemlibet bonum Iudicem.*
29 *In Constitutione Alexandrina non comprehenditur offensa facta cum pugnis.*
30 *De offensa vna ad aliam nulla respicitur extensio, quando agitur de dispositione pœnali, & exorbitanti.*
31 *Verba debent intelligi prout sonant, hoc est ad literam.*
32 *Constitutio debet esse nota, & quando non est nota, delinquens contra ipsam excusatur.*
33 *Bannum debet esse notum.*
34 *Constitutionis ignorantia præsumitur.*
35 *Scientiam si Fiscus alleget, eam probare tenetur.*
36 *Ignorantia præsumitur ad euitandã pœnam etiam asperrimi supplicii.*
37 *Forenses ignorant loci Constitutiones, & Banna.*
38 39 *Ignorantia Constitutionis, & Banni Carceratorum iuramento probatur.*
40 *Bannum, seù Constitutio non dicitur notoria in Castris, seù Villis, eo quod sit publicatum in Ciuitate.*
41 *Bannum, seù Constitutio facta in vno loco non ligat existentes in alio loco etiam eiusdem Territorii.*
42 *Ignorantia præsumitur etiam eorum, quæ publicè fiunt.*
43 *Ignorantia præsumitur, quãdo non constat Reum habuisse scientiam.*
44 *Scientiæ præsumptio non sufficit, sed requiritur, quod constet de ipsa.*
45 *Scientiæ præsumptio Banni, seù Constitutionis non sufficit ad condemnandũ Reum pœna etiã mortis naturalis.*
46 *Inditia, verisimilitudines, suspiciones, coniecturæ, & præsumptiones etiam violentæ in criminalibus in omnibus casibus ad Reum condemnandum non sufficiunt.*
47 *Inditia etiam indubitata in causa hæresis tam ad pœnã corporalem, quam ad quamuis aliam non sufficiunt.*
48 *Inditia non pro probatione, sed pro quadam specie probationis habentur.*
49 *Probatio delicti per inditia, præsumptiones, &c. dicitur probatio in genere, & tamen debet esse in specie.*
50
51 *Delictum probari debet per testes omni exceptione maiores, non per inditia, &c.*
52 53 *Testes qui dicantur omni exceptione maiores.*
54 *Inditia non currunt, quando delictum consistit in facto.*
55 *Facta non præsumuntur, sed probanda sunt per testes omni exceptione maiores.*
56 57 *Testis vnicus quamuis de visu ad torturam non sufficit, nisi tria copulatiuè concurrant.*
58 59
60 *Testes debent videre actum oculis corporeis.*
61 *Inditia, præsumptiones, &c. nec etiam in iudiciis enormium delictorum, vt Assasinii, &c. sufficiunt.*
62 *Constitutio quando est valdè rigorosa mitigari debet, & non exequendum.*
63 65 *Ignorans puniri non debet.*
64 *Ignorans non dicitur delinquere.*

X 66 Igno-

66 *Ignorans in dolo non versatur.*
67 68 *Ignorans non contemnit.*
69 *Ignoranti nulla est imponenda pœna.*
70 *Ignorans non contemnit.*
71 *Scientia v. g. Banni quando præsumatur.*
72 *Pœna ultimi supplicii ut vitetur, ignorantia semper præsumitur.*
73 *Constitutio qualibet non ligat hominem simplicem, & ignarum.*
74 *Ignorans puniri non debet.*
75 *Scientia alicuius Constitutionis, seù Banni, quando requiritur, non sufficit simplex scientia.*
76 *Scientiam alicuius rei si alleget Fiscus, ipsam probare tenetur.*
77 *Ignorantia Reum à delicto excusat.*
78 *Inorans) cum nesciat legere, & scribere à pœna excusatur. Rusticus)*
79 *Rusticitas excusat à delicto, in quo requiritur dolus; immò excusat ab omni pœna.*
80 *Rusticus non præsumitur dolo delinquere.*
81 *Rusticus ex simplicitate potius peccare creditur, quam ex malitia.*
82 *Hæresis crimini manifesto in Rustico) detrahitur ob In Rustico hæresis crimini manifesto) simplicitatem.*
83 *Delictum non intrat, quando est sine dolo commissum.*
84 *Rusticus potius ex simplicitate, quam per dolum deliquisse præsumitur.*
85 *In Delictis puniendis semper attēditur qualitas personæ.*
86 *Fama bona Rei probata tollit, & purgat inditia ad torturam, si quæ remanent contra eum.*
87 *Fama bona probata tollit illa inditia, quæ erant sufficientia ad semel torquendum Reum.*
88 *Fama bona Rei, licet sit probata in genere, tollit inditia de delicto in specie.*
89 *Fama bona probata tollit famam malam probatam.*
90 *Fama mala quamuis probata per plures testes, & fama bona per pauciores, tamen testes pauciores Rei præferuntur pluribus Fisci.*
91 *Per famam bonā probatam tollitur fama mala probata.*
92 *Per famam bonam probatam tollitur omnis sinistra opinio, seù suspicio, etiamsi extarent inditia ad torturam.*
93 *Per famam bonam taliter malitia contra Reum laborantia debilitantur, ut si alias ex illis posset iure torqueri, stante bona fama torquendus non est.*
94 *Fama bona tollit inditia, quamuis essent sollemnia, & legitima.*
95 *Reus citra pœnam periurii, & mendacii potest variare, contraria deponere, deterare, & mendacia proferre ad sui salutem.*
96 *Prodere nemò debet se ipsum.*
97 *Sanguinem suum vnicuiq; licet redimere quoquo modo.*
98 *Reus respōdens inquisitioni contra veritatē non punitur.*
99 *Mendacium Rei non sufficit ad torturam.*
100 *Præsumptio est minus quam inditium, quod requiritur ad torturam.*
101 *Milites non tenentur ad pœnam, si propter rixam in termino fuerit secuta pax inter eos.*
102 *Delictum constare debet per testes omni exceptione maiores.*
103 *Præsumptiones, suspiciones, coniecturæ, imaginationes, verisimilitudines, &c. non probant delictum.*
104 *Inditia indubitata ad pœnā pecuniariā cautū sufficiunt.*
105 *Inditium non est adeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrarium.*
106 *Inditia non sufficiunt ad infligendam torturam.*
107 *Probatio arctior requiritur in criminalibus, etiam in*
108 *occultis, & difficilis probationis.*
109 *Crimen quanto est grauius, & atrocius, tanto inditia, idest probationes debent esse grauiores, & urgentiores.*
111 *Testes qui dicantur omni exceptione maiores.*
113 *Causa grauis præcedere debet, quæ Reum moueril ad delinquendum.*
114 *Testes quando dicantur varii.*
115 *Testis vario modo loquens aufert verum sensum suæ depositionis.*
116 *Inditiū non sufficit ad torturam, quia non est probatio.*
117 *Probatio delicti per præsumptiones, inditia, &c. di-*
118 *citur probatio in genere, & tamen debet esse in specie.*
119 *Delictum non dicitur concludenter probatum, si non probetur per testes.*
120 *Testis non deponens directè super maleficio, sed super inditio ad maleficium non sufficit ad torturam.*
121 *Mendacium in Reo, quamuis per testes fide dignos probatum non sufficit ad torturam.*
122 *Reus citra pœnā periurii, & mendacii potest variare, contra deponere, deterare, & mendacia proferre ad sui salutem.*
123 *Reus non debet se ipsum prodere.*
124 *Sanguinem suum redimenti ignoscendum est.*
125 *Opiniones quando sunt diversæ inter Aduocatum Rei,*
126 *& Fiscum, Aduocati opinio etiam dubia est amplectenda.*
127
128 *Opinionum DD. conflictu, seù concursu in puniendis*
129 *delictis pœna mitior est eligenda.*
130 *In Constitutione Alexādrina non comprehenditur casus in ea non expræssus.*
131 *Iura correctoria non recipiunt extensionem.*
132 *De casu ad casum in correctoriis iuris communis non fit extensio.*
133 *Extensio cum non fiat de casu ad casum in legibus pœ-*
134 *nalibus, odiosis & exorbitantibus, non est recedendum à proprietate verborum, sed strictissima sumitur interpretatio.*
135 *Verba quando sunt intelligenda ad chartam hoc est ad*
136 *literam, cessat omnis extensio, quæ fieri possit.*
137 *Constitutio, seù Bannum quando maximam irrogat pœ-*
138 *nam non fit extensio de casu ad casum in indiuiduo.*
139 *Constitutio, seù Bannum in solo disponentis motu fun-*
140 *data non extenditur.*
141 *Minæ, quando non fuerunt factæ ex causa graui non attenduntur.*
142 *Minæ, quando non fuerunt factæ ex causa graui, quāuis fuerint probatæ per testes idoneos, ad torturam non faciunt inditium.*
143 *Minæ tanquam elusoriæ non sunt attendendæ, quando fuerunt factæ à vili persona.*
144 *Minæ, quia non habentur pro iniuriis, non attenduntur nec possunt trahi ad pœnam.*

145 Mi-

145 *Minæ vilium personarum non attenduntur.*
146 *Minas faciunt homines, qui magna loquuntur.*
147 *Minas aliqui proferunt ex consuetudine, & nil aliud gerere sciunt, nisi terribiles se ostendere.*
148 *Pro minis prolatis nulla a iure reperitur imposita pœna, quia non dicitur facta offensio alicui.*
149 *Testes quādo inter se sunt varii in eorū depositionibus; nullam faciunt fidem. Et testes varii qui dicantur.*
150 *Testium varietates operantur, vt per Iudicem non possit deueniri ad aliquam sententiam.*
151 *Testes quando sunt varii, atq; diuersi, quamuis essent mille, non probant.*
152 *In Testibus qualibet varietas, quamuis modica, operatur, quod quamuis adesset Rei Confessio, non diceretur probata.*
153 *Testes, qui in aliquibus sunt varii, non probant etiam in his, in quibus sunt concordes. Et Testes non deponentes super maleficio, sed super inditio ad maleficium non nocent.*
154 *Tortura vt possit infligi, Testes debent deponere super maleficio, non autem super inditio ad maleficium.*
155 *Mendacium in Reo nullum ad torturam facit inditiū.*
156 *Sanguinem suum vnicuique redimere licet.*
157 *Delinquentem Iudex reperire debet.*
158 *Delinquentis incertitudo infert impotentiā procedendi.*
159 *Incertitudinem lex multum detestatur.*
160 *Delictum vt probetur, requiruntur testes omni exceptione maiores.*
161 *Inditia etiam indubitata non sufficiunt ad torturam.*
162 *Ad Torturam infligendam de facti veritate, idest de certitudine delicto per testes omni exceptione maiores constare debet.*
163 *Inditia quamuis indubitata non sufficiunt ad torturam, quamuis nullam habeant difficultatem, quin delictum fuerit commissum.*
164 *Tortura non potest infligi, quando pœna relegationem non excedit.*
165 *Testes sicut ad condemnandum requiruntur omni exceptione maiores, sic etiam ad torquendum.*
167 *Verba minatoria ad torturam non sufficiunt.*
168 *Verba minatoria non hobentur pro iniuriis.*
169 *Verba minatoria vilium personarum non habentur pro iniuriis.*
170 *Lingua lubricum facilè non debet trahi ad pœnam.*
171 *Pro verbis minatoriis prolatis nulla à iure reperitur imposita pœna.*
172 *Verba minatoria, quando sunt prolata à vilibus personis, per simplicitatem potius, quam per dolum censentur prolata.*
173 *Iracundia calor proueniens ex iusta perturbationis causa, & ex iusta causa excusat.*
144 *Verba quando per iracundiam sunt prolata, non sunt atttendenda.*
175 *Ira est subita animi tempestas, quæ dum inordinatè corruit, cor hominis ad insaniam protrahit.*
176 *Iracundia commotus non est in plenitudine intellectus.*
177 *Ira est inimica consilii, & impedit animum, nè possit cernere verum.*
178 *Ira quem corripuit, non habet deliberandi consilium.*

FRanciscus Io. Petri de Parolito reperitur carceratus, sub prætextu quod ex causa litis pugnis in facie percusserit Io. Baptistam Bartholomei de eodem loco: Fiscus prætendit, quod inciderit in pœnas coniectas in Bulla Alexādrina; quod omninò negatur, quāuis in processu offensiuo non solū D. Siluester Muccious testis pro informatione Curiæ examinatus deponat, quod d. Franciscus in Officio ciuili superioribus his diebus minādo ei homini verba dixit: *se Gio. Battista di Bartolomeo hà giurato nella lite, lo scōtarà giù per la strada*; sed etiā D. Marcellus Sperandeus alius testis deponat quod d. Franciscus ei pariter dixit; *se Gio. Battista hà giurato lo voglio scontare con tāti pugni,*
1 *& lo voglio far nero come vn'inchiostro.* Quibus nimirum testibus, cum in eorum depositionibus sint varii inter se, nulla prorsus est adhibenda fides, nec vllo modo est standum, c. Cum tu. cum ibi not. de test. Crott. tract. de test. n. 331. Capic. decis. 142. n. 7. Itā Boss. tit. de tort. test. n. 37. De melius, tit. de opposit.
2 contra test. n. 18. vers. quid modo. Et testes varii in eorum depositionibus dicuntur, non quando contraria depoount, sed quando diuerso modo dicunt.
3 Farinac q. 66. n. 8. Noo est standum (inquam) quia in criminalibus requirūtur testes, qui directè, immediatè, nec non certitudinaliter deponāt de maleficio; & non diuersimodè de inditio ad maleficium. Bal. l. fin. C. famil. hærcisc. l. fin. ff. de quæst. Alexand. cons. 5. num. 1. & cons. 11. num. 4. Dec. c. 3. loco, nu. 15. de probat. Gram. vot. 22. Vulpell. cons. 35. num. 6.

Sed dato, & nullo modo concesso quod d. Franciscus contra d. Io. Baptistam dictas minas fecisset; tamen nihil refert, quia in pluribus casibus nō sunt at-
4 tendendæ; nempè quando per iracundiā sunt prolatæ. Carrer. post Mars. & Afflict. quos allegat. 2. tract. de indit. §. Duodecimum inditium, n. 1. in fin. vers. & maximè si calore iracundiæ; quoniam linquæ lubricum facilè trahi non debet ad pœnā; licet contra Officialem fuerit prolatum, l. famosi, §. hoc autem crimen. ff. ad l. Iul. maiest. Imol. in l. fin. de hæ-
5 red. instit. Vbi illud vulgare dictum refert: Sepè minas faciunt homines, qui magna minātur. Post Ruyo.
6 scribit Natt. cons. 42. n. 2. Et experientia docet, cū multi reperiantur, qui verba minatoria proferunt ex consuetudine, & nihil aliud faciunt, nisi se terribiles
7 verbis ostēdere. Item non sunt attendendæ, nec vllum pariunt inditium, quando absq; causa graui sunt factæ; cū nemo præsumatur absq; graui causa delinquere. Bart. cons. 8. inter cons. crim. diuers. lib. 1.
8 Item non sunt attendendæ, nec vllum ad torturā faciunt inditium; quamuis per testes idoneos sint pro-
9 batæ. Blanc. de indit. n. 187. in fin. Anton. Gomez. de delict. c. 12, Rubr. de tortur. Reorum, n. 11. vers. Et idem est, vers. vnde necessariò sequitur. Peguer.
10 decis. crim. 17. n. 11. eod. vers. necessariò. Item non sunt attendendæ, quia secundum depositiones dd. Testium à d. Francisco non fuerunt prolatæ, seù factæ in specie, sed in genere, ideò non probant. Spec. tit. de præsumpt. vers. Sed pone: Nam quando

non fuerunt factæ in specie, sed in genere, cessat omnis præsumptio minarum. Ità scripserunt Bal. in l. fin. vers. inducitur, ff. de hæred. instit. Bart. in l. metum, C. quod met. caus. post Spec. quem allegat. tradit
11 Natt. d. cons. 42. Item non sunt attendendæ tanquã Elusonæ; cum prætẽdantur factæ à paupere Rustico, & sic à vili persona, l. 4. in princ. ff. si cui plusquam. Per l. Falcid. l. fin. §. si iusto metu, ff. quod met. caus.

Quæ cum ità sint, omninò dicitur, quod d. Franciscus ob dictas prætensas minas, quando ideò eas fe-
12 cisset; prout nec etiam ob prætẽsam Bullæ Alexandrinæ contrauentionem non erat carcerandus; quoniam delicti probatio debet esse liquida, & plena ante carceratione. Brunor. à Sole in suo aureo cons. n. 200.
13 Vbi quod de delicto commisso constare debet ante Inquisitionẽ per testes, & probationes liquidissimas. Boss. tit. de delict. n. 14. ac etiam ante capturam. Idem Boss. eod. tit. n. 53. Immò dicitur, quod quamuis dicta de causa d. Io. Baptistam pugnis affecisset, non tamen dictæ Bullæ Alexandrinæ contrauenisset;
14 idq; ex pluribus. Primò quia d. Bulla non habet locum in partibus, sed tantum Romæ, ac etiam quando causæ de partibus tractantur in Romana Curia. Laert. Cherubin. super Constit. 11. Alexandri Sext.; vbi dicit, id fuisse resolutum in Rot. Romana; Et optima ratione quidem, quia cum dicta Bulla sit pœnalis, & correctoria iuris communis, non se extendit ad ca-
15 sum in ea non expressum. Ità Bart. in l. 3 §. hæc ver
16 ba, ff. de negot. gest. Alex. cons. 196. n. 6. vol. 2. Et quando verba sunt intelligenda ad chartam, hoc est ad litteram, cessat omnis extensio, Crauett. cons. 161.
17 n. 9. & 11. Ideò omninò venit dicendum, quod cum dicta Bulla solũmodo habeat locum Romæ, non potest fieri extensio ad alias Ciuitates, seù oppida in ea non expressa, prout nec etiam potest fieri de vna persona ad aliam, quia sumus in Constitutione exorbitanti, & agitur de incursu in dictam Bullam Alexan-
18 drinam, l. Sancimus, C. de test. Vbi quod iura correctoria non recipiunt extensionem cum sint diuersæ Ciuitates, & diuersæ personæ, & separatę in acquisitione iurium. Vt post multos ostendit Natt. cons. 274.
19 n. 14. Immò extensio non fit de casu ad casum in correctoriis iuris communis, l. quod verò contra, ff. de legib. l. si seruum, §. non dixit Prætor. ff. de acquir. hæredit. Bal. in l. cum proponas, circa fin. C. de hered. instit. Et id etiamsi ex identitate, & maioritate rationis fieri possit. Glos. vbi not. omnes Auth. quas
20 actiones, C. de sacrosanct. Eccles. Sed in exorbitantibus, præsertim vbi diuersitatis ratio reddi nõ potest, non fit extensio, l. filium habeo, ff ad Maced. Imol.
21 l. si verò, vers. fallit. Secundò solut. matrim. Quarè cum in legibus pœnalibus, odiosis, & exorbitantibus non fiat d. extensio de casu ad casum, non est recedendum à proprietatate verborũ, sed strictissima sumitur interpretatio. Ità Bal. in l. precibus, n. 5. C. de impub. cum infinitis aliis adductis per Menoch. cons. 86. nu. 38. lib. 1. Alciat. respons. 96. n. 29. Hinc est
22 quod quando stricta sumitur interpretatio, extensio de casu ad casum, & de persona ad personã non admittitur. Crauett. cons. 161. n. 16. & cons. 208. n. 3
23 Ratio est, quia quando verba sunt intelligenda ad chartam, hoc est ad litteram, cessat omnis extensio, quæ fieri possit. Idem Aleiat. vbi supra. Alioquin sępe Bannum, seù Cõstitutio ad omnes casus in ea non comprehensos extenderetur, quod est absurdum. Ias. in l. Cum quidam, nu. 14 de lib. & posthum. Rolan. cons. 74. n. 17. Crauett. tract. de antiq temp. 4. par.
24 n. 85. Vbi dispositionem non extendi ad casum, qui de larga vocabuli significatione comprehendi possit sub casu expresso, nè dum ex identitate rationis, sed etiam ex maioritate. Idque eo magis procedit, quando Bannum, seù Costitutio magnam irroget pœ-
25 nam: Hoc enim casu dispositionem pœnalem non extendi in indiuiduo. Firmat Cæpoll. tract. de inter-
26 petrat. extens. n. 52. Et ideò scribit Seuer. in repe-
27 tit. l. omnis populi, nu. 255. ff. de iust. & iur. Quod quando lex est contra iuris rationem, vt est Bannum, seù Constitutio aliqua in solo motu disponentis fun-
28 data non extenditur. Vide plura in verb. Constitutio Sixti Quinti. Ideò dicitur, quod Bulla, seù Constitutio, &c. cum sit odiosa, quia importat pœnam, restringenda est, & limitanda, vt minus odii contineat, quam sit possibile, l. cum quidẽ, ff. de lib. & posthum. c. odio, de reg. iur. in 6. Et omnis opinio, quæ faciat, pro euitatione pœnæ est amplectenda per quemlibet bonum Iudicem, l. benignus, ff. de legib. cum
29 vulg. Secundò quia in Alexandrina Bulla non comprehenditur offensa facta cum pugnis, sed solum
30 in ea narrantur homicidia, mutilationes, &c. Et quando agitur de dispositione pœnali, & exorbitanti, nulla admittitur extensio de vna offensa ad aliam; sed verba debent intelligi, prout sonant, hoc est ad lite-
31 ram. Ità formaliter scribit Alciat. respons. 96. n. 29. & Menoch. cons. 86. n. 41. lib. 1. Tertiò quia d. Bulla
32 non est nota; & tamen quęlibet Constitutio, siuè Bãnum debet esse notum, & quando non est notum, de-
33 linquens contra ipsum excusatur, & habet intentionem fundatam à iure communi, quo Ignorantia dictę Constitutionis, seù Banni, & sic facti pręsumitur. Et
34 Fiscus si scientiam alleget, eam probare tenetur, l.
35 vnius, ff. de probat. Quinimò d. ignorantia præsu-
36 mitur ad euitãdam pœnam etiam asperrimi suppli-
37 cii. Crauett. cons. 24. n. 4. & in specie Gram. cons. 25. n. 1. Vbi ait Forenses ignorare loci Constitutiones, & Banna hac pręcipuè regula, quod ignorantia
38 pręsumitur, vbi de scientia non apparet; & iuramẽto carceratorum hanc Constitutionis, & Banni igno-
39 rantiam probari tradit Menoch. cons. 74. num. 17. cum aliis adductis per eundẽ tract. de arbitrar. lib. 2. casu 186. num. 3.

Non obstat, si per Fiscum dicatur, quod publicę Constitutiones, seù publica Banna Summi Pontificis pręsumuntur transire in publicam notitiam omnium,
40 Glos. & ibi Bart. in l. si Tutor. C. de pœn. Tnt. quia Constitutio, seù Bannũ non dicitur notoriũ in Castris, seù Villis, eo quod sit publicatum in Ciuitate. Innoc. in c. ex insinuatione de appell. & Barb. cons. 62. in princ. Vulpell. cons. 110. num. 2. Nec mirum euideri debet,

debet, quia Constitutio, seù Bannum factum in vno loco non ligat existentes in alio loco etiam eiusdem
41 Territorii, quia præsumitur ignorantia etiam eorū, quæ publicè fiunt. Emil. cons. 124. n. 4. latè Ias. cons. 53. col. 6. vol. 3. Decis. Pedamont. 141. nu. 2. Rolan. cons. 9. n. 43. vol. 3. d. Ias. in puncto d. cons. 53. col. 5.
43 vol. 3. Et maximè quando non constat reum habuisse scientiam de d. Constitutione, seù Banno emana-
44 to, vt in casu, de quo agitur. Et ista est præsumptio scientiæ, quæ non sufficit, sed requiritur, quod constet de ipsa, vt dictum est.

Et illud est omninò sciendū, quod ista præsumptio scientiæ d. Constitutionis, seù Banni non est sufficiens
45 ad condemnandum reum pœna etiam mortis naturalis; quoniam nunquam reperitur in iure scriptum,
46 quod in criminalibus indiria, verisimilitudines, nec non suspiciones, coniecturæ, præsumptiones etiā violentæ in omnibus casibus sufficiant. Innoc. & alii in c. quia verisimile de præsumpt. Bal. in l. fin. in vlt. col. C. de probat. Alex. l. licet, de legat. primo Mars. in l. fin. nu. 4. ad l. Cornel. de Sycar. & rubr. de probat. n. 113.
47 seq. Immò nec inditia indubitata etiam in causa hæresis tam ad penā capitalem, quam ad quamuis aliam sufficiunt, Gand. tract. de malef. in rubr. de præsumpt. & indit. indubitatis. Et Boer. latissimè decis. 164. incip. alia insuper. Et ità in Tribunali s. Inquisitionis obseruari dicit Campegius apud Zancliun. c. 11. vers. vel doctrinā hāc Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 380.
48 cōm. 80. n. 1. Ratio est, tū quia inditia non pro probatione, sed pro quadā probationis specie habentur. Calep. de Calep. cons. 52. nu. 33. seq. lib. 1. Tum
49 etiam quia probatio delicti per verisimilitudines, coniecturas, præsumptiones, inditia, &c. dicitur probatio in genere, idest ad assumendas informationes, & tamen vt probatio faciat inditiū ad torturam, seù condemnationem debet esse in specie, idest vt delictū
50 probetur per testes omni exceptione maiores, luce meridiana clariores, idonei, inconfutabiles, alias non
51 dicitur concludenter probatum, l. qui vltimò, in fin. ff. de pœn. Farinac. q. 37. n. 58. & q. 56. n. 121. Not. c. cum oporteat, de accusat. Caton. de in indit. tract. 2. nu. 2. & 5. seq. Bart. cons. 65. nu. 2. Crauett. cons. 21. nu. 4. Vbi adducit concordantes, l. in testamento, ff. de condit. & demonstrat. quē Text. singularē affirmat Bal. in c. 1. qualiter Dominus à propriet.
52 priuet. Et illi dicuntur omni exceptione maiores, quibus nihil prorsus potest opponi, & superant etiam omnem friuolam exceptionem, & nullam etiam minimam patiuntur maculam, immò vndiq; sunt inuulnerabiles, alias secus, l. maritus, vbi in verb. illicitè, in fin. ff. de quæst. Mar. q. 21. vers. vnus testis. Addi-
53 tur etiam, quod dictum delictum debet probari per dd. testes, quia inditia, præsumptiones, &c. non
54 currunt, quando delictum consistit in facto, vt in ca-
55 su, de quo agitur; quia facta non præsumuntur, nec iudicantur, sed per dd. testes sunt probanda, l. in bello, §. facta, ff. de capt. non autem per dicta inditia,
56 præsumptiones, &c. Immò dicitur, quod nec etiam vnicus testis, quamuis de visu ad torturam sufficit, nisi
57 tria coppulatiuè concurrant. Primò quod dictus testis sit omni exceptione maior (vt dictum est) Glos. in d. l. maritus, ff. de quæst. Barr. in l. 2. §. Idem Cornelio, ff. eod. tit. Gram. cons. 1. in princ. Aym. cons. 6.
58 n. 13. Secundò quod alia indiria, seu adminicula cōcurrant. Ias. post alios in l. admonendi, n. 186. in fin. de iureiur. Mars. in pract. §. diligenter, nu. 5. Alex. cons. 89. viso n. 9. seq. vol. 3. Farinac. cons. 65. nu. 41.
59 Tertiò quod in sua depositione concludat; nam deponere v. g. vidisse aliquem percussisse, non concludit; quia non sequitur, quod videnr vulnerasse. Tradit Mars. cons. 88. n. 6. Et ideò nō probat, c. in præsentia.
60 Vbi not. ōnes de probat. Quarè dicitur, quod testes debēt videre actū oculis corporeis, l. si vnus C. de test.

Quibus omnibus additur, quod dictæ præsumptiones inditia, &c. nec etiam in iudiciis enormium deli-
61 ctorum, vt Assasinii, &c. sufficiunt, sed requiruntur probationes liquidissimę, & apertissimę per dictos testes idoneos, ac etiā omni exceptione maiores emanatæ, l. in testam. ff. de condit. & demonstrat. quem Text. (vt dictum est) singularē affirmat Bal. in c. qualiter Dominus à propriet. priuet. Quæ nimirum in processu non sunt contra d. Franciscum inquisitum; ideò ab imputatis venir omninò absoluendus, & li-
62 berandus; & eo magis fieri debet, quia d. Bulla, seù Constitutio Alexandrina, ac etiam quodlibet Bannū, quando est valdè rigorosum, mitigari debet, & non exequendū; immò quamuis loquatur per verba ampla, & pregnantia restringi debet, nè ignorans (vt est
63 d. Franciscus) puniatur. Ità Soc. cons. 132. & cons. 122. col. 2. vol. 1. Crauett. cons. 6. n. 73. Et iure opti-
64 mo fieri debet, quia ignorans verè non dicitur delinquere, l. ex maleficiorū, ff. de act. & obligat. Gram.
65 cons. 25. n. 1. Et ideò iurè non punitur, l. generali, C. Tab. lib. 10. l. Cū Ancillis, C. de incert. nupt. Nec
66 mirū videri debet, quia ignorans in dolo non versatur, l. 1. ff. de dolo. Menoch. de arbitrar. q. 72. n. 2.
67 Alia quoq; adest ratio, quia ignorans non contēnit. Abb. in c. cū sit, in fin. de appellar. Bellam. decis. 540.
68 Et ideò haud æquum est, quod puniatur. Constit. Pauli III. post med. l. 2. §. non enim, ff. de incend.
69 ruin. naufr. Vndè d. ignoranti nulla est imposita pœna; quia pœna imposita est ratione contemptus;
70 at qui ignorat non contemnit. Alex. l. vlt. C. de dolo Card. Clem. 1. q. 38. de priuileg. Abb. in d. c. Cum sit in fin. de appellat.

Non facit, si per Fiscū dicatur, quod d. Franciscus nō potest dici ignorans, cū sæpè in Ciuitate versetur; quia ex sola conuersatione in Vrbe per plures dies in-
71 fra annum non potest præsumi scientia v. g. Banni, cum illa solummodò præsumatur, quando v. g. Forenses assiduè per multū temporis spatium cōmorentur in vrbe Bar. l. cūctos populos, n. 21. Ias. n. 67. in fin. C. de summ. Trin. & fid. Cathol. Quarè dicitur, quod
72 ad euitandā penā vultimi supplicii ignorātia semper præsumitur. Crauett. cons. 244. Gram. d. cons. 25.
73 num. 1. Et ideò Constitutio quęlibet, siue Bannum, aut Depositio legalis non ligat hominem simplicem, & ignarum, prout est dictus Franciscus,

contra-

contrauenientem illi Constitutioni, Banno, seù Di-
spositioni. Card. in d. Clem. 1. q. 38. de priuileg.
Quod dictum multum commendat Felyn. in c. quo-
niam contra in vlt. notab. de probat. Non enim
74 æquum est, quod ignorans (vt dictum est) punia-
tur. l. vlt. ff de decret. ab ord. facien. Dec. cons. 440.
75 num. 3. Crauett cons. 260. col. 1. Et quando requi-
ritur scientia alicuius Constitutionis, seù Banni, non
sufficit simplex scientia, nisi habeatur notitia totius
dictæ Constitutionis, seu Banni cum omnibus quali-
tatibus, vt per Glos. Salyc. & Alex. quos allegat, ostē-
dit Natt. cons. 225. nu. 5. Qua quidem ex re omninò
dicitur, quod ignorantia dictæ constitutionis præsu-
mitur pro d. Francisco ignoranti, quando ideò d. de-
76 lictum commisisset, quod expressè negatur. Et si
Fiscus scientiam alleget, ipsam probare tenetur. l.
verius, ff. de probat. quoniam dicta ignorantia ipsum
77 omninò excusat à prætenso delicto. l. 1. §. 1. & ibi
Glos. & Bart. ff. de receptat. Boss. tit. de rapin. n. 16.
l. 2. §. vlt. ff si quis in ius vocat. non ierit. Rip. tract.
de peste. in tit. de remed. præseruat. nu. 229. Ioann.
Faber. in §. simpliciter. instit. de excusat. tutor. Me-
noch. cons. 100 nu. 1. lib. 1. Nec ab re videri debet;
78 quia cum sit Rusticus, & nesciat legere, & scribere,
circa pœnas à dolo excusator. l. si quis id, quod ff.
79 de iurisdict. omn. Iudic. Aym cons. 18. num. 13.
Ratio est, quia rusticitas excusat etiam à delicto, in
quo requiritur dolus. Ità Corn. cons. 205. vol. 2. Im-
80 mò excusat ab omni dolo. Vnde Rusticus præsu-
mitur non dolo delinquere. d. l. si id, quod, vbi not.
de iurisdict. omn. Iud. l. 2. §. fin. Alex. & alii, ff. si
quis in ius voc. non ierit. Gram. cons. 58. nu. 4. Bal.
81 d. cons. 229 ad fin. lib. 5. Alia quoq; adest ratio,
quia Rusticus ex simplicitate potius peccare credi-
tur, quam ex malitia, & factum ex simplicitate pu-
niri non debet, Bal. d. cons. 229. Et ideò scribit Ol-
drad. cons. 210. col 1. post med. & cons. 183. quod
licet aliqua sapiant hæresim manifestè, crimini tamē
82 detrahitur ob simplicitatem. Et optima ratione
83 quidem; quia delictum non intrat, quando est sine
dolo commissum. Felyn. in c. quoniam contra n. 11.
84 col. 6. de probat. Dec. cons. 37. nu. 8. Cum potius
per simplicitatem, quam per dolum deliquisse præ-
sumatur. Gram. d. cons. 37. nu. 4. In crimininalibus.
Horat. Lut. cons. 162. nu. 6. seqq. diuers. lib. 1. quia
85 in puniendis delictis, semper attenditur qualitas
personæ. Boer. tract. de Sedit. q. 4. nu. 1.

Quæ cum ità sint, omninò dicendum est, quod
nullo modo præsumendum est, d. Franciscum
pugnis affecisse d. Io. Baptistam Bartholomei, & eo
magis cum sit vir honestæ conditionis, bonæ famæ,
Dei timoratus, & non solitus delinquere; sed semper
in d. Villa Parolini, ac etiam alibi quietè semper vi-
xit, prout deponunt. N. & N. testes ad defensam
examinati; quæ quidem eius bona fama probata
86 tollit, & purgat inditia ad torturam, si quæ rema-
neant contra eum, quod non creditur. Paris. cons. 153
vol. 4. num 35. Gratt. cons. 57. vol. 2. n. 23. seq. Ca-
son. de indit. & tortur. tract. 1. c. 2. rubr. de fama
reorum, nu 9. Io. Arnon. Soliloq. 37. vbi attestatur
de communi. Tradit Hyppol. cons. 130. num. 48.
Mars. cons. 130. col. fin. num. 48. Et ideò ait Blanc.
in pract. crim. fol. 128. secundum paruam impressio-
87 nem, nu. 27. Quod fama bona tollit illa inditia;
quæ erant sufficientia ad semel torquendum reum.
88 Et quod licet sit probata in genere, tollit inditia
de delicto in specie, Mars. post multos, §. diligenter,
nu. 196. & tribus seqq. Cuman. cons. 135. ad primū,
col. fin. Veronen. cons. crim. 39. nu. 42. Et hac ra-
89 tione certè, quia fama bona probata tollit famam
malam probatam. Card. c. tuæ, in fin. de spons. Hyp-
pol. Riminal. cons. 72. nu. 20. & 24. in fin. Crott.
tract. de test. par. 4. nu. 158. quamuis fuerit probata
per plures testes, & fama bona per pauciores; quia
90 pauciores Rei præferuntur pluribus Fisci. Cuman.
d. cons. 135. col. fin. Gratt cons. 45. vol. 2. num. 3.
91 Et dicta mala fama purgatur per bonam famam.
Idem Gratt. d. cons. Nec non tollitur omnis sinistra
92 opinio, seù suspicio. Aym. cons. 145. in fin. Boer.
decis. 165. in fin. quod procedit etiamsi extarent in-
ditia ad torturam. Gram. decis. 60. n. 9. & 12. Bart.
in l. 3. §. sed si ex improuiso, ff. de re milit. Ias.
93 cons. 153. vol. 2. in fin. Immò etiam taliter inditia
contra reum laborantia debilitantur, vt si alias pos-
set ex illis iure torqueri, stante bona fama torquen-
dus non est. Bal. cons. 140. num. 5. vol. 2. Hyppol.
cons. 290. nu. 12. seq. lib. 3. Farinac. cons. 23. n. 38.
94 quoniam elidit inditia, quamuis essent sollemnia,
& legitima. Mars. d. cons. 130. col. fin. nu. 48.

Non facit, si per Fiscum dicatur, quod d. Franci-
scus sibi ad torturam fecit inditium, cum in sua de-
positione plura dixerit mendacia, quia ei non nocēt;
95 quoniam Reus citra pœnam periurii, & mendacii
potest variare, contraria deponere, deierare, & men-
dacia proferre ad sui salutem. l. nemo, ff. de except.
l. 1. ff. de bon. eorum, Gram. vot. 30. vbi quod ista
est communis opinio: Ratio est, quia nemo debet se
96 ipsum procedere, c. Nō dico tibi, de pœnit. distin. 1.
Carrer. post alios, quos allegat in l. obseruare, in
princ. n. 119. vers. secundum inditium est mendaciū,
97 & variatio, fol. 25. Et id optima ratione quidem
censetur permissum; quia vnicuique licet sanguinem
suum redimere quoquomodo, l. 1. & ibi Bart. ff. de
bon. eorum, qui ante sent. mortem consciue, quem
refert, & sequitur Curt. Iun. in repetit. l. admonen-
di, nu. 260. ff. de iureiur. Soc. Iun. cons. 38. num. 5.
98 seq. Et ideò Reus respondens Inquisitioni contra
veritatem non punitur de periurio. Alex. in apostill.
99 ad Bart. l. 1. ff. de bon. eorum. Et quod mendacium
non sufficiat ad torturam, clarè demonstratur ex di-
cto Bart. in l. fin. ff. de quæst. vbi quod mendacium
est maxima præsumptio cōtra reum; at præsumptio
100 est minus quam inditium, quod requiritur ad tor-
turam. Ità ostendit Alex. cons. 49. col. 1. vers. restat
ergò lib. 3.

Quis sic stantibus humiliter supplicatur pro abso-
lutione, & excarceratione d. Francisci Io: Petri, quod
singulari gratia reportebitur, &c. Quare, &c.

Du-

D V B I O R V M
à Iudice datorum Resolutiones.

DOminus Promotor Fiscalis contra Franciscum Io: Petri de Parolito carcerato pro causa de qua in Actis Aduocato aliqua dedit dubia resoluenda.

Super Primò Dubio d. Aduocatus dicit, quod d. Franciscus ob prætensam rixam cum Io: Baptista
101 Bartholomei stante quod in termino dato fuerit inter eos secuta pax; cum sint milites, iuxa Priuilegia militibus côcessa non tenetur ad pœnam contentam in vltimo, Cap. in Bannis generalibus.

Super Secundò dicit, quod Inditia etiam indubitata, quamuis non fuisset secuta dicta pax inter eos, nô sufficiunt ad torturam; quę vt possit infligi, de facti veritate, idest de certitudine delicti commissi liqui-
102 dè constare debet per probationes, idest per testes omni exceptione maiores. Ariminen. in Addit. ad
103 Angel. in verb. & fama publica, n. 108. in fin. nô autem per præsumptiones, suspiciones, côiecturas, imaginationes verisimilitudines, &c. Bal. cons. 78. vol. 3. Immò nec etiã per inditia indubitata, quã, vis nullam habeant difficultatem, quin delictũ fuerit commissum
104 Ratio est quia Inditia indubitata ad pœnam pecuniariam tantum sufficiunt, Boss. tit. de conuict. n. 35
105. Nec ab re uideri debet, quia nullum Inditium est adeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrarium, Boer. dec. 165. nu. 1.

Super Tertio dicit, quod ad infligendam torturam non sufficiunt Inditia, sed necessario requiruntur te-
106 stes omni exceptione maiores, luce meridiana clariores, idonei, legales, inuulnerabiles, & optimè concludentes. l. qui vltimo. in fin. ff. de pœn. quam allegat Bart. in l. cunctos populos. & declarat ibi Ias. nu. 5. in fin. l. sciant cuncti. C. de probat. canonizata, 2. q. vlt. c. sciant cuncti. Vbi loquitur de probat. test. addit idoneorum: Et dum de probat. inditiorum, addit indubitatorum. & ibi not. Farinac. q. 56. nu. 12. Soc. Iun. de reg. 425. in 1. fallent. Et hanc adducunt rationem; quia cum in criminalibus de hominis sa-
107 lute tractetur, ideò arctior requiritur probatio. l. qui accusare. C. de probat. Boer. dec. 164. n. 1. Farinac. q. 86. nu. 6. Boss. tit. de conuict. nu. 9. 11. & 13. Vulpell. cons. 12. nu. 8. d. Farinac. q. 37. n. 56. & q. 56. nu. 121. Dec. cons. 189. col. 1. seq. Mars. cons. 63. nu. 13. seq. Glos. & Bart. in l. maritus. n. 1. ff. de quæst. Idem Bart. in l. 1. §. Idem Cornelio. ff. eo tit. Gram. cons. 1. in princ. Rolan. à Valle communem dicens cons. 37. nu. 3. & 10. Crauett. cons. 99. n. 4. lib. 1. Ruyn. ex communi cons. 147. num. 3. lib. 5. Quod procedit etiam in occultis, & difficilis
108 probationis. Clar. q. 64. vers. dixi etiam. in fin. Rolan. cons. 361. vol. 3. Vbi addit rationem; quia
109 quanto crimen est grauius, & atrocius, tanto inditia, idest probationes, debent esse vrgentiora, & grauiora. c. vbi periculum. de elect. in 6. Et illi di-
110 cuntur omni exceptione maiores, quibus nihil potest opponi, & superant etiam omnem friuolam exceptionem, & nullam patiuntur maculam, immò vndiq; sunt inuulnerabiles, alias secus. l. 1. §. Item Cornelio. l. maritus. Vbi Glos. in verb. illicitè. in fin. ff. de quæst. Clar. q. 21. vers. vnus testis. Vbi grauiter repræhendit Iudices qui de facili ex depositionibus testium in habilium Reos torquent. Vbi attestatur de communi.

Super Quartò dicit. quòd sicut ad Reum condemnandum requiruntur testes omni exceptione maiores l. sciant cuncti vers. testium idoneorum. C. de pro-
111 bat. Mars. §. diligenter. nu. 8. Foller. pòst alios, quos allegat. cons. 76. n. 2. lib. 2. inter cons. crim. diuers. Bal. in l. fin. col. 2. n. 5. verb. Quædam est probatio maior. C. de probat. Dec. cons. 429. n. 12. Mascard. de probat. conclus. 459. nu 6. & 9. lib. 2. & concl. 496. n. 9 lib. 3. Conclus. 360. nu. 4. Farinac.
112 q. 61. n. 22. Ita etiam ad torquendum. Vt super Tertiò Dubio dictum est.

Super Quintò dicit, quod necesse est, quod causa grauis præcesserit, quæ Reum nouerit ad delinquẽ-
113 dum. Bal. in c. 1. per Glos. de confess. Vbi quod Iudex omninò perquirere debet causam v. g. offensionis, nec dissentit Gram. vot. 3. n. 7. Aym. cons. 75 nu. 17. in fin.

Super Sextò dicit quod Testes dicuntur varii, non quando contraria deponunt, sed quando inter se sunt
114 diuersi in formalitate verborum, & ideò non pro-
115 bant, quia vario modo loquens aufert verum sensum suæ depositionis. Gemini. cons. 142. incip. in causa Prioris. & Butr. in c. Nihil. de verb. significat. Director. Inquisit. 3. par. pag. mihi 621. comm. 121. col. 2. Item dicuntur varii, quando deponunt de circumstantiis delicti, & non super delicto, vel facto consumato, & ideò non faciunt inditium ad torturam. Clar. q. 21. vers. mendacium. Rolan. qui alios citat. cons. 3. n. 53. vol. 3.

Super septimò dicit, quod Inditium non sufficit ad torturam, quia non est probatio, sed est signum ali-
116 cuius maleficii commissi ad veritatem habendam. Paul. de Eliaza. in c. grauius. de opposit. in vlt. charta dicit, quod Inditium est Adminiculum demostratorium ad veritatem indicandam. Per Text. l. si quis adulterium. C. de adult. c. præterea. de test. & c. Tua. §. Adulterium. de homic. Bart. in l. 2. ff. de excus. Tutor.

Super Octauò dicit, quod probatio delicti per pręsumptiones, coniecturas, inditia, &c. est probatio
117 in genere, & tamen vt probatio sufficiat ad torturã
118 seù condemnationem debet esse in specie contra personã Inquisiti, per testes omni exceptione maiores, aliàs delictum nô dicitur idonèe, & concludenter
119 probatum. Not. in c. Cum oporteat. de accusat. Cason. de indit. tract. 2. n. 2. 5. seq. Bart. cons. 65. n. 2. Alex. cons. 3. n. 1. lib. 3. Crauett. cons. 21. n. 4. Vbi Adducit Concordantes.

Super Nonò dicit, quod Testis, qui non deponit
120 directè super maleficio, sed super inditio ad maleficium, eius depositio non sufficit ad torquendum Inquisitum. Bart. l. fin. C. Famil. hercisc. col. fin. ff. de quæst.

quæst. Alex. conf. 1. n. 3. Dec. c. 3. loco. nu. 15. de
probat. Gram. vot. 2. Vulpell. conf. 35. n. 6.
Super Decimò dicit, quod mendacium in Reo,
quamuis esset probatum per testes fide dignos, secũ-
121 dum veram, & communem opinionem nullum
contra ipsum ad torturam parit inditium. Vt post
alios tradit Innoc. in c. Causam matrimonii. de test.
cogen. Pnt. tract. de scindic. §. viso de indic. indu-
bitat. n. 4. seqq. Gram. vot. 30. n. 16. & conf. crim.
21. nu. 29. & conf. 59. n. 8. Carrer. in l. obseruare.
n. 119. C. quor. appellat. non recip. vers. communi-
ter autem tenetur. Marf. conf. 15. nu. 15. Parif. Pnt.
122 ibi reddit rationem; quia potest Reus citra pœnam
periurii, & mendacii variare, & contraria deponere,
deierare, & mendacia proferre ad sui salutem. l. ne-
mo. ff. de except. l. 1. ff. de bon. eorum. Gram. d.
vot. 30. Vbi quod ista est communis opinio. Ratio
123 est, quia nemo debet se ipsum prodere. c. Non di-
co tibi. De pœnit. Distin. 1. Nec ab re censetur per-
missum, quia vnicuiq; sanguinem suum redimenti
124 ignoscendum est. Et ibi Bart. ff. de bon. eorum,
qui ante sent. sibi mortem conscin. Et quod menda-
cium non sufficiat ad torturam, clarè demonstratur
ex dicto Bart. in l. fin. ff. de quest.
Super Vndecimò dicit, quod quando inter Aduo-
catum Rei ex vna, & Fiscum ex alia super aliqua
criminali causa discrepatur, ac variè, & diuersè ab
125 ipsis coram Iudice afferuntur DD. opiniones, au-
thoritates, & rationes, nempè ab Aduocato quę ten-
dunt ad absolutionem, & à Fisco quę tendunt ad pœ-
nam, æquiores, ac benigniores Aduocati debent am-
plecti opiniones, & ratione, l. pròximè, de his, qui
in testam. delen. quæ magis æquitati, quam rigori
fauent, l. in omnibus, l. semper in obscurum. Vbi
Dec. de reg. iur. Ias. in l. 1. col. 4. de legib. & quæ in
126 non delictis sonant, l. meritò, ff. pro soc. Vulpell.
conf. 123. nu. 12. Immò quælibet Aduocati opinio
pro Reo etiam dubia, quæ faciat pro euitatione pe-
pæ à Iudice est amplectenda, l. benignus, ff. de le-
gib. cum vulg. Nec non quando inter Aduocatum,
127 & Fiscum duæ sunt opiniones, quarum vna Fi-
sci est communis, & seuerior; altera Aduocati non
communis, & mitior; tunc ab eodem Iudice opinio
communis, & seuerior Fisci est relinquenda, & non
communis, & mitior Aduocati amplectenda. Vt be-
nè, & doctè tradit Rolan. à Valle conf. 51. nu. 44.
128 vol. 1. & conf. 64. nu. 31. col. 2. Et optima ratione
certè, quia conflictu, seu concursu opinionum DD.
in puniendis delictis est semper aduertendum, quod
pœna mitior est eligenda. Ità eleganter scribit Bal.
in c. de causis, nu. 15. dè offic. delegat. Et id procce-
dit, quamuis contra eam iudicatum fuerit; cum vel
imperitè, vel dolo id potius euenire potuerit, quam
pro rei veritate. Vt post multos, quos allegat, osten-
dit Menoch. conf. 19. nu. 8. seq. lib. 1.
Super Duodecimò dicit, quod cum in Bulla Ale-
129 xandrina non fuerit facta mentio de rixa facta cũ
pugnis, non comprehenditur in ea casus, de quo agi-
tur, ideò non potest fieri extensio, seu illatio ex di-
uersis, seu de casu ad casum, l. Papinianus, ff. de
130 minor. Vulpell. conf. 5. nu. 5. Et id locum habet,
quando sumus in constitutionibus exorbitantibus, &
agitur de incursu in Alexandrinam, l. Sancinus, C. de
testam. Vbi quod iura correctoria non recipiunt ex-
131 tensionem, cum sint diuersi casus. Vt post mul-
132 tos ostendit Natt. conf. 274. n. 18. Immò extensio
de casu ad casum nō fit in correctoriis iuris commu-
nis, l. quod verò contra, ff. de legib. l. si seruum, §.
non dixit Prætor, ff. de acquir. hæredit. Bal. in l. cum
proponas, circa fin. C. de hæred. instit. Et id etiamsi
133 ex identitate, & maioritate rationis fieri possit.
Glos. vbi nor. omnes Auth. quas actiones, C. de
134 sacrosanct. Eccles. Et cum in legibus pœnalibus,
odiosis, & exorbitantibus non fiat extensio de casu
ad casum, non est recedendum à proprietate verbo-
rum, sed strictissima sumitur interpretatio. Ità Bal.
in l. precibus, n. 15. C. de impub. cum infinitis aliis
adductis per Menoch. conf. 86. nu. 38. lib. 1. Alciat.
135 respons. 96. nu. 29. Hinc infertur, quod quando
stricta sumitur interpretatio, extensio de casu ad ca-
sum non admittitur, nec de persona ad personam.
Crauett. conf. 161. n. 16. & conf. 208. nu. 3. Ratio est,
quia quando verba sunt intelligenda ad chartam, hoc
136 est ad litterã, cessat omnis extensio, quæ fieri pos-
sit. Idem Alciat. vbi supra. Alioquin sæpè Bannum,
seu Constitutio (vt superius dictum est) ad omnes ca-
sus in ea non comprehensos extenderetur, quod est ab-
137 surdum. Ias. in l. cum quidam, nu. 14. de lib. &
posthum. Rolan. conf. 74. nu. 17. Cranett. tract. de
138 antiq. temp. 4. par. nu. 85. Vbi dispositionem non
extendi ad casum, qui de larga significatione voca-
buli comprehendi posset sub casu expresso, nè dum
ex identitate rationis, sed etiam ex maioritate. Idq;
eo magis procedit, quando Bannum, seu Constitu-
139 tio maximam irrogat pœnam, hoc enim casu dis-
positio pœnalis non extenditur in indiuiduo. Firmat
Cœpoll. tract. de interpretat. nu. 52. & ideò scribit
Seuer. in repetit. l. omnes populi, nu. 255. ff. de iust.
& iur. quod quando lex est contra iuris rationem, vt
140 est Bannum, seu Constitutio aliqua in solo motu
disponentis fundata, non extenditur. Quarè, &c.

ALIORVM DVBIORVM Resolutiones.

Super Primò Dubio respondetur, quod Minæ, quæ
prætenduntur factæ à Francisco Io: Petri de Paro-
lito contra Io: Baptistã Bartholomei de eodem loco
141 nullo modo sunt attendendę ex pluribus. Nempè
quia non fuerunt factæ ex causa graui; cum debitum
d. Francisci non importet summam vnius scutati au-
rei, ideò non præsumitur d. Franciscum ex tam leui
causa deliquisse. Bart. conf. 8. inter conf. crim. di-
142 uers. lib. 1. Item non sunt attendendæ, nec vllum
ad torturam faciunt inditium, cum huiusmodi de
causa, quamuis per testes idoneos probatæ non sint
in consideratione. Blanc. de indit. n. 187. in fin. An-
ton. Gomez. de delict. c. 12. rubr. de tortura reorum,
num. 11.

nu. 11. vers. & idem est, & vers. Vndè necessariò se-
quitur. Peguer. decis. crim. 17. n. 11. eodem vers.
143 necessariò. Item non sunt attendendæ tanquam
elusionæ, cum prætendantur factæ à paupere, & Ru-
stico, & sic vili persona, l. 4. in princ. ff. si cui plus-
quam per l. Faleid. l. fin. §. si iusto metu, ff. quod
144 met. caus. Item non sunt attendendæ, quia non
habentur pro iniuriis, & ideò non possunt trahi ad
pœnam, maximè quando prætenduntur prolatæ à
Rusticis, & vilibus personis. Vt benè exemplificat Io.
Doc. Dambraud. in suo Enchirid. rerum criminalium,
c. 136. De iniuriis verborum, num. 13. seq. Bertaz.
145 cons. 176. n. 6. Hinc est, quod Minæ vilium per-
sonarum non attenduntur, l. 1. C. si quis Imperato-
ri maledixerit, Blanc. de indit. n. 183. Ita etiam te-
net Spec. tit. de præsumpt. vers. Sed pone quem se-
quitur Io. Andr. Gand. tit. de malef. de aliis quæst.
vers. quæstionem, Paris. de Put. de scindic. verb. Et
si quis dixerit: Ratio est, quia linguæ lubricum facilè
non debet trahi ad pœnam, l. Famosi, ff. ad l. Iul.
Maiest. Imol. in l. fin. ff. de hæred. instit. vbi allegat
146 illud vulgare dictum. Sæpè Minas faciunt homi-
nes, qui magna minantur. Post Ruyn. scribit Natt.
cons. 42. n. 2. Et subdit, quod ità communiter tene-
tur: Et id esse verum experientia docet, quæ est re-
rum magistra, cum multi reperiantur, qui minas pro-
147 ferunt ex consuetudine, & nil aliud gerere sciunt,
148 nisi terribiles se ostendere. Et pro minis prolatis
nulla à iure reperitur imposita pœna, quia non dici-
tur facta offensio alicui. Bart. in l. licitatio, §. quod
licitè, ff. de publica, n. 4. Soc. Iun. cons. 103. n. 9.
vol. 3. Quarè quando sunt prolatæ à vilibus personis
per simplicitatem potiùs, quam per dolum censen-
tur factæ, & ideò ob ignorantia tales personæ excu-
santur. Bart. in l. non fatentur, §. fin. n. 12. ff. de
confess. Gram. cons. 58. n. 4. Horat. Luc. cons. 162.
n. 6. seqq. diuers. crim. tom. 1. Asin. cons. 13. n. 11.
tom. 2. Non valet, si per Fiscum dicatur, quod ad-
sunt duo Testes, nempè D. Siluester Muccinus, &
D. Marcellus Sperandius, qui probant d. Franciscum
fecisse dictas minas; tum quia in eorum depositioni-
bus inter se sunt varii, cum d. Muccinus dicat, in of-
ficio ciuili ei dixisse vulgariter loquendo. *Se Gio. Bat-
tista di Bartolomeo hà giurato nella lite lo scontarà già
per la strada*; & Dominus Marcellus dicat ei dixisse.
*Se Gio. Battista hà giurato lo voglio scontare con tanti pu-
gni, & lo voglio fare nero com'vn' inchiostro*. Et quan-
149 do Testes inter se sunt varii in eorum depositio-
nibus, nullam faciunt fidem, c. Cum tu, cum ibi not.
de test. Crott. tract. de test. n. 131. nec vllo modo
eorum dictis est standum. Capic. decis. 142. num. 7.
Boss. tit. de tortu. test. n. 37. & melius tit. de opposit.
contra test. n. 18. vers. quid modo. Et testes varii di-
cuntur, non qui contraria deponunt, sed qui diuer-
so modo dicunt. Farinac. q. 66. n. 8. Ratio est, quia
vario modo loquentes auferunt verum sensum sua-
rum depositionum. Gemin. cons. 142. incip. in cau-
sa Prioris. Butr. in c. Nihil de verb. signif. Director.
150 Inquisit. 3. par. pag. mihi 621. col. 2. Et eorum
varietates operantur, vt per Iudicem non possit de-
ueniori ad aliquam sententiam, seù decretum præiu-
diciale. Tradit Hyppol. §. diligenter, n. 75. Refert,
& sequitur Alex. Styat. cons. 117. inter cons. crim.
151 diuers. lib. 2. præsertim ad torturam. Et quando
testes sunt varii, atque diuersi, quamuis essent mille,
non probant. Bal. in l. 1. C. de testam. Aym. cons. 13.
in princ. Gram. cons. 89. in 4. in ciuil. Ratio est, quia
ipsorum dicta sunt inter se discrepantia, l. qui falsa,
vel varia, ff. de test. Crauett. cons. 41. n. 7. Cabal.
152 casu. 100. n. 120. seq. Et varietas quælibet in te-
stibus, quamuis modica, operatur, quod quamuis
confessio adesset d. Francisci Inquisiti non diceretur
153 probata. Alban. cons. 56 num. 29 Baiard. q. 25.
n. 27. nam testes, qui in aliquibus sunt varii, non
probant etiam in his, in quibus sunt cõcordes. Ruyn.
cons. 58. n. 10. vol. 5. Cæphal. cons. r. n. 2. Additur
etiam, quod dd. testes non nocent d. Francisco, cum
non deponant directè super maleficio, prout requi-
ritur, sed super inditio ad maleficium, idest super
154 minis, non autem super pugnis: Et tamen vt tor-
tura possit infligi debent deponere super maleficio,
non super inditio ad maleficium. Bal. l. fin. C. famil.
hercisc. l. fin. C. de quæst. Alex. cons. 5. n. 1. cons. 11.
n. 4. Dec. c. 3. loco. n. 15. deprobat. Gram. vot. 22.
Vulpel. cons. 35. n. 6.

Super Secundò respondetur, quod mendacium in
Reo, etiamsi esset probatum per testes fide dignos,
secundum veram, & communem opinionem nullum
155 contra ipsum ad torturam parit inditium. Vt post
alios tradit Innoc. in c. causam matrimonii, de
test. cogen. Paris. Put. tract. de Scindic. §. viso de
indit. indubitat. n. 4. seqq. Gram. vot. 30. n. 16. &
cons. crim. 21. n. 29. n. 8. Carer. in l. obseruare, n. 119.
C. quorum appell. non recip. vers. communiter au-
tem tenetur. Mars. cons. 15. n. 15. Paris. Put. cons.
161. Vbi reddit rationem, quia potest Reus citra
metum periurii, & mendacii variare, contraria depo-
nere, deierare, & mendacia proferre ad sui salutem,
l. nemo, ff. de excep. l. 1. ff. de bon. eorum Gram.
d. cons. 30. Vbi quod ista est communis opinio: Ra-
tio est, quia nemo debet se ipsum prodere, c. Non
156 dico tibi, de pœnit. distin. 1. Nec ab re id permis-
sum censeri debet; quia licet vnicuiquè redimere
sanguinem suum. De præuat. l. fin. Et in exposit. tit.
pag. mihi 87. Rubr. de bon. eorum, qui ante sent.
mortem sibi, &c. lib. 48. l. non omnes, §. qui ca-
ptus, ff. de re milit. Per text. & ibi Bart. d. l. 1. ff. de
bon. eorum, quem refert, & sequitur Curt. Iun. in
repetit. l. admonendi, n. 160. & 260. ff. de iureiur.
Io. Ign. l. 3. §. subuenitur, n. 115. ff. ad Syllan. Soc.
Iun. cons. 38. n. 5. 6. 7. vol. 2. & l. 1. C. de tran-
sact. Et quod mendacium non sufficiat ad torturam,
clarè demonstratur ex dicto Bart. in l. fin. ff. de quæst.

Super Tertiò respondetur, quod delictum, de quo
agitur, non potest ascribi d. Francisco, cum non
constet per testes idoneos, quod idipsum commise-
rit, & non valet, si per Fiscum dicatur, quod adsunt
157 inditia minarum; quia Iudex non minas attende-
re,

re, sed delinquentem reperire, & ostendere debet, vt certi hominis factum arguatur, l. licet, §. possu-
158 mus, ff. naut. caup. stabul. Nec mirum videri debet; quia delinquentis incertitudo infert impotentiam procedendi. Hyppol. cons. 49. col. 3. n. 13.
159 Et iure optimo quidem, quia lex multum detestatur incertitudinem. Menoch. cons. 37. n. 119.

Super Quartò respondetur, quod ad probandum delictum requiruntur testes omni exceptione maio-
160 res, & non sufficiunt inditia, ideò benè debent aduertere Iudices criminales, nè errent, quòd quādo DD. loquuntur de inditio ad torturam, illud nimirum intelligunt de semiplena probatione, & non de minus quam semiplena. Vt doctè, & egregiè, declarat Soc. Iun. cons. 39. n. 57. vol. 2. quam nullo modo possunt facere inditia, sed quidem vnius testis fide dignus, l. qui vltimè, ff. de pœn. Farinac. q. 37. n. 58. & q. 56. n. 121. Dec. cons. 189. col. 1.
161 seq. Immò (nunquam) inditia quantum indubitata non sufficiunt ad torturam, quia ad ipsam infligendam de facti veritate, idest de certitudine delicti
162 commissi liquidè constare debet per probationes, idest per testes omni exceptione maiores. Ariminen. in Addit. ad Angel. de malef. in verb. Et fama publica, n. 108. in fin. non autem per inditia, præsumptiones, &c. Bal. cons. 78. vol. 3. quamuis nullam habeant difficultatem, quin delictum fuerit cō-
163 missum: Ratio est, quia inditia indubitata etiam plena, ad pœnam pecuniariam tantum sufficiunt, Boss. tit. de conuict. n. 35. Nec ab re videri debet, quia nullum inditium est adeo indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrarium. Boer. decis. 165. n. 1. Ideò dicitur, quod in criminalibus, in quibus est imponenda pœna pecuniaria, vel exilii, non potest infligi tortura, etiam in delictis reiteratis. Farinac. q. 41. aut 92. n. 10. etiam quod extarent inditia. Clar. q. 64. vers. præterea debet. Bursatt. cons. 168. n. 34. vol. 4. Gomez. variar. resolut. tom. 3. c. 13. & cons. 95. n. 17. Peguer. decis. 16.
164 per totam. Boss. tit. de indit. n. 19. Prout non potest infligi tortura, quando pœna relegationem non excedit. Muscatell. pag. mihi 111. n. 29.

Super Quintò respondetur, quod sicut ad condemnandum requiruntur testes omni exceptione maiores, l. sciant cuncti, vers. testium idoneorum, C. de probat. Marsi. §. diligenter, n. 8. Foller. post alios, quos allegat. cons. 76. lib. 2. inter cons. crim. diuers. Bal. in l. fin. col. 2. num. 5. vers. quædam est probatio maior, C. de probat. Maschard. de probat. conclus. 459. num. 6. 9. lib. 2. & conclus. 496. n. 9. lib. 3. Dec. cons. 429. n. 12. Farinac. q. 61. n. 22. Sic etiam ad torquendum, l. qui vltimò in fin. ff. de pœn. quam allegat Bart. in l. cunctos populos, & & declarat ibi Ias. n. 51. in fin. l. sciant cuncti, C. de probat. canonizata in 2. q. vlt. c. sciant cuncti. Vbi loquitur de probat. test. addit idoneorum; & dum de probat. inditiorum addit indubitatorum, & ibi not. Farinac. q. 56. n. 21. Soc. Iun. de reg. 425.
165 in 1. Fallent. Et homo adducunt rationem, quia cum in criminalibus de hominis salute tractetur, ideò arctior requiritur probatio, l. qui accusare, C. de probat. Boer. decis. 164. n. 1. Farinac. q. 86. n. 6. Boss. d. tit. de conuict. n. 9. 11. & 13. Vulpell. cons. 12. num. 8.

Quæ cum ità sint, omninò dicitur, quod inditia
166 solummodò probant delictum in genere, idest ad inquirendum, hoc est ad assumendas informationes, & non in specie contra personam inquisiti; ideò ad torquendum, & condemnandum requiruntur testes omni exceptione maiores, alias delictum non dicitur idoneè, & concludenter probatum. Not. in c. Cum oporteat, de accusat. Cason. de indit. tract. 2. n. 2. 5. seq. Bart. 65. n. 2. Alex. cons. 3. n. 1. lib. 3. Crauett. cons. 21. n. 4. Vbi adducit Concordantes.

Super Sextò respondetur, quod quando testes sunt varii, atque diuersi inter se, quamuis essent mille, non probant. Bal. in l. 1. C. de testam. Alex. cons. 73. in princ. Gram. cons. 89. in 4. in ciuil. Ratio est, quia ipsorum dicta sunt inter se discrepantia, l.
167 qui falsa, vel varia, ff. de test. Crauett. cons. 41. n. 7. Caball. casu 100. n. 120. seq. Et varietas quælibet in testibus, quamuis modica, operatur, quod quamuis etiam adesset confessio d. Francisci, quod expresse negatur, non diceretur probata. Alban.
168 cons. 56. n. 29. Baiard. q. 25. n. 27. Ratio est, quia testes, qui in aliquibus sunt varii, non probant etiam in his, in quibus sunt concordes. Ruyn. cons. 58. n. 10. vol. 5. Cæphal. cons. 1. n. 2. Quarè, &c.

CONSILIVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Reus absens innocentiam suam probare volens per Procuratorem extra Carceres audiri potest.*
2 *Absentes, & Innocentes à quibuscunque defendi possunt.*
3 *Procurator etiam sine mandato admittitur ad defensionem Absentis.*
4 *Absentem à quocunq; defendi interest Reipublicæ*
5 *Procurator si non admitteretur pro Absente, nunquam conuinci posset.*
6 *Iudex contra inauditam partem nihil potest diffinire.*
7 *Procurator admittitur ad excusandum Reum in crimine, quod non meretur pœnam sanguinis.*
8 *Procurator pro innocentia Rei debet admitti.*
9 *Iudex ex se debet perquirere de innocentia Rei.*
10 *Procurator innocentiam Rei ostendens in criminalibus admittitur.*
11 *Procurator quando pro Reo non potest admitti.*

QVAMPLVRES Iudices omninò asserunt, quod in criminalibus non auditur Reus extra carceres, nec Aduocatus, siue Procurator, seu Defensor, aut excusator, vel causæ Instructor ad eius innocentiam, siue absentiam allegandam admittitur. Iuxta l. Ac-
1 cusatore, §. ad crimen., ff. de publ. Iudic. Ego autem dico, quod id locum habet, quando d. Aduoca-

uocatus, aut Procurator, &c. comparet ad negandum delictum commissum, & sic defendendum negocium principale. Vt sentit Text. & Glos. ibi: Non autem quando comparet ad allegandum causas absentiæ, & innocentiæ; & sic ad differendum, vel de-
2 clinandũ iudicium. Vt rectè intuenti probatur ibi: Ratio est, quia vtile est Innocentes, & Absentes à quibuscunq; defendi. Vulp. in l. Seruum quoq; §. publicè, ff. de procur. Et ità per illum Text. Bart. &
3 communiter scribentes ibi. Et Ias. l. 2. n. 7. C. qui testam. fac. poss. quia vbicunq; in Reum absentem potest ferri sententia, quilibet etiam sine mandato tanquam excusator, vel causæ Instructor admittitur. Alex. cons. 116. lib. 2. Et in terminis Dec. cons. 429. Marf. in §. sequitur per totum in praxi. Et dup-
4 plici ratione quidem. Prima ratio est, quia interest Reip. Absentem à quocunq; defendi. Cœpol. cons. 64. & cons. 73. & DD. de Rota decis. 414. Secun-
5 da ratio est, quia si Reus extra carceres per Procuratorem non audiretur, & se defendere non posset, sequeretur inconueniens, & absurdum; nempè quod nunquam in criminalibus posset conuinci, c. pro scriptura 3. q. 2. l. 2. C. de requiren. Reis. Nec etiam in causa hæresis absens potest damnari; cum
6 contra inauditam partem nihil Iudex definire possit, c. 1. de cau. poss. c. 1. cum seq. 3. q. 9. Simanc.
7 Enchirid. tit. 45. de Absentibus. Et eo magis d. Procurator admittitur ad excusandum Reum, quando crimen non mœretur pœnam sanguinis, sed tantum pecuniariam. Vt l. 1. ff. An per alium cou. app. red. pos. d. l. Seruum, §. publicè, ff. de procur. l. fin. C. de procur. c. Veniens extra de accus. Et id non obstante quocunq; statuto Reo non comparente. Vt per Marf. cons. 75. n. 6. seqq. & cons. 90. n. 20. Et in pract. §. sequitur, n. 42. Nec dissentit Bal. in l. penul. §. ad crimen. ff. de publ. Iudic.

Immò dicitur, quod d. Procurator, seu Defensor, aut Excusator, vel causæ Instructor pro innocentia Accusati non comparentis omninò debet admitti, & potest Iudici nominare testes, & ipsum requirere, vt ad cognoscendam innocentiam vocati debeat eos examinare: Et id Corn. benè dicit, & secundum mentem Bart. vol. 3. cons. 17. vers. Nec
8 prædictis obstat: Ratio est, quia Iudex ex se debet perquirere de innocentia d. Vocati, & Testes, quos scit non ignaros veritatis, examinare. Boss. tit. An in Criminalibus Iudiciis, n. 8. Immò dicitur quod d. Index non solum potest quemlibet admittere, qui velit demonstrare de innocentia Rei; sed etiam ità debet, vt non possit eum repellere etiam sub fundamento quod melius sit habiturus veritatem à Vocato. Idem Boss. d. tit. An in criminalibus Iudiciis.

Et si in hoc casu per Fiscum dicatur, quod de stylo aliter seruatur, nempè quod non solet Procurator admitti, vt superius dictum est id solum proce-
10 dit, quando de directo ad facti denegationem deuenitur; non autẽ quando Procurator comparet ad allegandum causas innocentiæ, vel absentiæ, & ad differendum, vel deuiandum iudicium tanquam Excusator. Vltra quod d. stylus cum sit contra ius, non est seruandus; quia non id quod v. g. fit Romæ, sed quod de iure fieri debet, seruandum est. Text. in l. sed licet, ff. de offic. Præsid. Bertaz. cons. 225. post n. 19. n. 1. & cons. 556. n. 10. in fin. seqq. lib. 2.
11 Vndè omninò dicitur, quod vbicunq; Absens damnari potest, quisuis eius innocentiã etiã capitalibus allegans auditur. Et hoc adeò clarum est, quod cautillis, & Fisci tergiuersatione aliqua subuerti non potest. Vt iuxta crebriorem illius Text. intelligentiam plusquam satis deductum est, vt nè dum in Procuratore, & patre, sed in quocunq; pœnitus extraneo de communi legistarum, & Canonistarum opinione restatur Ias. d. l. 2. num. 7. C. qui testam. fac. poss. Apos. ad Alex. cons. 116. n. 18. in 2. Gabriel. lib. 7. n. 36. conclus. 9. Vulpell. cons. 18. n. 1. Quarè, &c.

Vide plura in hoc libro in Discept. de Reo à n. 643. vsque ad n. 650.

CONSILIVM VIII.

SVMMARIVM.

1 *Pro Adulterio, stupro, & Incestu imponitur pœna pecuniaria, & modica.*
2 *Adulteria nostris temporibus soli Deo relinquuntur puniend*a.
3 *Stuprum leuius est crimen quam Adulterium.*
4 *Pœna mortis, seu corporalis quando venit minoranda, non imponitur alia minor corporalis, sed conuertitur in aliam, dummodo non corporalem.*
5 *Pœnarum impositione Italiæ consuetudo est seruanda.*
6 *Ob carnis, & naturæ vitium mitius est agendum.*
7 *Reus semper habetur in consideratione.*
8 *Reus saltem pro vno crimine punire obnoxium est.*
9 *Reus magis est expectandus, quam corripiendus.*
10 *Reum, qui est laudabilis vitæ, pro vno delicto punire est scandalum.*
11 *Delicta plura si eodem tempore, siue ex interuallo fuerunt commissa, vnica tantum pœna, & non pluribus Reus est afficiendus, illa scilicet principalioris, & maioris delicti.*
12 *Delicta plura si incontinenti fuerunt commissa, & ad eundem finem facta confunduntur nempè vnum cum alio.*
13 *Delicta plura eiusdem generis est vnum solummodò delictum.*
14 *Delicta plura commissa ab vno contra aliquem, quamuis ex interuallo, & diuersis temporibus, pro vno habentur.*
15 *Furta qui commisit contra aliquem, quamuis ex interuallo, & diuersis temporibus pro vno habentur.*
16 *Pœna pecuniaria quando venit imponenda, Reus potest habilitari cum cautione de tenendo palatium, seu suã domum, aut Ciuitatem loco carceris.*
17 *Pœna pecuniaria quando solummodò venit imponenda, Reus potest relaxari è carceribus præstita per ipsum cautione iuratoria, si non inuenit aliquem, qui pro ipso fideiubeat.*

18 Reus

Reus habilitatur etiam in delictis exceptis in festos Paschalibus, & Natiuitatibus Domini Nostri Iesu Christi.

DE iure ciuili pro Adulterio imponitur pœna capitis, l. coercende, ff. ad l. Iul. de adult. Text. in
l. si quis Vidua, ff. de quæst. Verum hodie dicta pœna recessit ab Aula ex consuetudine totius Italiæ, &
1 imponitur tantum pœna extraordinaria, idest pecuniaria, & modica. Vt per Bal. & Rom. quos allegat, consuluit cons. 137. n. 10. per totum. Gram. decis. 16. n. 5. in fin. Vbi quod itá semper fuit seruatum in Regno. Sequitur Clar. q. 84. vers. sed hic incidenter quæro. Vbi dicit, itá seruari in statu Me-
2 diolani: Ratio est, quia Adulteria nostris temporibus soli Deo relinquuntur punienda. Vt latè Brun.
3 tit. de adult. in eius praxi. Et dicta pœna ex dicta consuetudine imponitur etiam pro stupro, quod leuius est crimen, c. Adulterii 2. q. 7. Nec non etiam pro incestu. Glos. l. si Adulterium. Vbi Bart. n. 2. ff. de adult. Anan. c. fin. post n. 11. de collus. dete-
4 gen. Ex quibus itaq; dicitur, quod quando pœna mortis, seù corporalis aliqua ex causa venit minoranda, non imponitur alia minor, seù diuersa corporalis, sed diuertitur in aliam non corporalem, l. qui ædes, & l. qui fortuitu, ff. de incend. ruin. naufr. Et consuluit Bal. in l. data opera, col. 2. C. qui accus. non poss. Mars. post multos, quos allegat. in l. 1. §. si Diuus Adrianus, nu. 29 de Sycar. loquens in terminis homicidii. Gram decis. 23. n. 13. dicens de graui delicto, d. Mars. §. quoniam nu. 95. Blanc. in pract. fol 75. num. 88.

Quæ cum itá sint omninò dicitur, quod d. Italiæ
5 consuetudo est attenda, & seruanda in impositione pœnarum, l. hodiè, ff. de pœn. quoniam quoad
6 carnis, & naturæ vitium mitius agitur. Aym. d. cons. 137. nu. 10. per totum. Tiraquell. de legib. connub. l. 3. n. 23. Clar. in pract. §. Adulterium, vers. sed quæro, propè fin. Vulpell. cons. 61. nu. 8. Et iure quidem, quia cum motus ad actum sit de iure naturali. Bal. c. Atsi Clerici, §. Adulterii, col. 2. de iudic. pœna non debet esse corporis afflictiua.
7 Bal. d. l. data opera. Gram cons. 26. Ratio est, quia semper habetur in consideratione Reus, maximè quando semel tantum deliquit, & in suo gradu est honesta persona; prout est N. carceratus. Gand. tract. de malef. Rubr. vtrum pœna possit augeri. Per Text. in l. Seuerior. C. de infam. Idem tenet Paris. de Put. in tract de Scyndic. in verb Composito col. 2.
8 Vbi quod obnoxium est, Reum saltem pro vno delicto punire, quia magis est expectandus, & corri-
9 piendus, quam puniendus, c. licet, distin. 45. Et sub col. 5. ait, quod pro vno prætenso delicto commisso punire Reum, qui est laudabilis vitæ, est scan-
10 dalum. Per Text. in c. Rursus 11. q. 3. refert, & sequitur Natt. cons. 458. in fin.

Non valet, si per Fiscum dicatur, quod d. N. in personam Donnæ N. stupratæ plura commisit deli-
11 cta, nempè Adulterium, stuprum, & Incestum; nam dato, ac nullo modo concesso, quod itá esset; tamen dicta prætensa delicta, si incontinenti; & eodem tempore, siue ex interuallo commisisset, licet plura dici possent commissa; vnica tamen pœna, & non pluribus afficiendus esset, illa scilicet principalioris, & maioris delicti: Et iure optimo quidem, quia aliter nunquam ipsius foret finis tormentorum, si pro vno quoq; delicto esset tormentandus, & puniendus. Bart. in l. inficiendo, §. infans. n. 3. ff de fur. d. Bart. & Alber. in l. quicunq; C. de seru. fugit. Soc. cons. 26. n. 8. seq. Plot. in l. si quando, n. 715. C. vndè vi. secundum antiquam impressionē. Monticell. in pract. crim. reg. 15. n. 160. Couar. var. resolut. lib. 1. n. 8. vers. Quintum est hoc in tantum prænotandum. Farinac. q. 22. n. 25. seq Immò dicitur, quod si plura delicta incontinenti fuissent ab ipso commissa, & ad eundem finem facta, confun-
12 derentur, nempè vnum cum alio. Vt eleganter scribit Bart. in l. illud, ff. ad l. Aquil. Bal. Alex. & Ias. in l. diuortium, ff. solut. matrim. Mars. in pract. in §. Et quia, n. 37. Et vnica tantum pœna esset imponenda: Ratio est, quia istud diceretur vnum tantum factum, & assumeret vnam speciem delicti. Itá Bal. in d. l. Illud. Glos. & DD. l. qui de crimine. C. de accusat. Vbi quod licet diuersa essent crimina;
13 tamen quantū ad initium pro vno habentur: Nam quando plura delicta committuntur eiusdem generis est vnum tantùm delictum. Boss. tit. de pœn. n. 7.
14 Et ex reiteratione ipsorum non extenderentur ad pœnam capitalem ex asperitate legum; quia de consuetudine d. asperitas non seruatur. Gram. decis. 16. ad fin. Immò etiam delicta plura eiusdem generis commissa ab vno, quamuis ex interuallo, & diuersis temporibus pro vno habentur. Prout in simili dicitur de illo, qui furta commisit contrà aliquem, quā-
15 uis ex interuallo, & diuersis temporibus pro vno furto habentur, cum sint eiusdem generis, & vna tantum persona sit offensa. Itá eleganter scribit Soc. cons. 63. n. 9. in 2. Dubio, vers. Nunc sumpta occasione. Et subtilibus tradit Bal. cons. 147. nu. 5. Nec dissentit Cœpoll. cons. 77. n. 8. seq. vers.

Item quod ex hoc reiterauerint: Ratio est, quia dicta delicta non sunt diuersi generis, seù diuersa. Not. in l. Nunquā plura, ff. de priuat. delict. Contra hanc meam opinionem facit, quando delicta sunt pœnitus diuersa.

Quæ supradicta omnia cum itá se se habeant, om-
16 nino dicitur, quod cum in casuo nostro agatur de crimine, pro quo solummodo venit imponenda pœna pecuniaria, d. N. potest habilitari cum cautione de tenendo Palatium, vel suam domum, aut Ciuitatem loco carceris, l. 1. ff. de iusto Reo. Vbi Bart. & communiter DD. l. 3. & 4. ff. eod tit. l. si quis pro eo. §. fin. de fideiussor. l. eos. la primera, §. Super his, C. de appellat. & his locis DD. quos refert, & sequitur Gomez. tom. 3. variar. resolut. c. 9. n. 8. Itá in Director. Inquisit. in 3. part. fol. mihi 260. Et maximè est habilitandus, cum ex processu appareat, ipsum non esse culpabilem eius delicti, de quo imputatur. Per Text. in d. l. 1. de custo. & exhibit.

Reo.

Reo. Tradit Clar. vbi multos refert in hanc senten-
tiam in pract. crim. §. fin. q 46. vers. Pariter etiam.
17 Nec non potest etiam è carceribus relaxari præsti-
ta per ipsum cautione iuratoria, si non inuenit ali-
quem, qui pro ipso fideiubeat. Et hanc opinionem
testatur communem Mars. in Repetit. Rubr. de fide-
iussor. n. 166. seq Et hoc videtur mitius, nè Carce-
rati quandoque diù marcescant in carcere; dum ob
paupertatem, vel ob aliam causam fideiussores non
inueniunt; Quod & Clar laudat in pract. crim. §. fin.
d. q. 45. vers. sed quid agendum, in fin. Id quod cer-
te solet etiam fieri in causis Sanctæ Fidei ex infirmi-
tate, vel alia causa Iudicis arbitrio. Menoch. de ar-
bitrar. casu 303. Imò quoquè dicitur, quod tam
18 Romæ, quam in Curia Archiepiscopal. Neapolit.
habilitantur Rei præsertim in Festis Paschalibus, &
Natiuitatis D. N Iesu Christi etiam de delictis excep-
tis. In l. 3. C de Episcopal. Audien Vt testatur d.
Clar. §. fin. d. q. 45. n. 9. Et in hac habilitatione
multum Iudici tribuitur. Iuxta Menoch. Vbi supra.
Farin. latissimè de carceribus, & carcerat. q. 33. n. 53.
Pract. Archiepiscopal. Neapol. c. 27. pag. mihi 126.

Quibus sic stantibus humiliter supplicatur, vt di-
gnetur hac solemni Natiuitatis D. N. Iesu Christi fe
stiuitate d. N. e carceribus habilitare, quod singula-
ri gratia reportabitur, &c. Quarè, &c.

CONSILIVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinitatis iura, ex qua oritur repulsatio ad te-
stificandum, sunt naturalia.*
2 *Consanguinitatis iura de facto Iudicis tolli non possunt.*
3 *Contra consanguinitatis iura nec pacto, nec partium vo-
luntate potest deueniri.*
4 *Frater, seù) contra suum fratrem non potest esse te-
Soror.) stis.*
5 *Soror contra suum fratrem non potest examinari.*
6 *Lex quando vetat, nullo pacto probat.*
7 *Attinentes vsq; ad supremũ gradũ contra eorum affines
non possunt esse testes. Vide in verb. Consanguineus.*
8 *Vxor non potest examinari contra Maritum.*
9 *Vxor Marito reuerentiam præstare debet.*
10 *Vxor est vna, & eadem caro cum Viro.*
11 *Vxoris dictũ quamuis in tortura emanatũ, nõ afficit Vi-
rum.*
12 *Vxor est socia humanæ, & diuinæ domus cum Viro.*
13 *Senex sexagenarius non præsumitur abiecisse iugum do-
mini, fœtorem libidinis amplectendo.*
14 *Senex sexagenarius potest domi retinere etiã mulieres ex-
traneas.*
15 *Senex sexagenarius ad generandũ non præsumitur aptus.*
16 *Senex sexagenarius verè dicitur Senex.*

CVm contra N. per plures menses carceratum, fue-
rint examinatæ eius Vxor, & Cugnatæ, tamen
1 non sunt attendendæ, cum contra ipsum nullo mo-
do possint esse testes: Nam iura consanguinitatis, ex
qua oritur repulsio ad testificandum, cum sint natu-
2 ralia, de facto Iudicis tolli non possunt, l. 1. §. si ve-
rò C. de feriis, l. factum, Iudicis, in princ. ff. de
reg. iur. Angel. de Perusio in q. An frater in causa
criminali possit esse testis contra suum fratrem n. 29.
3 seq. Ac etiam cum sint immutabilia contra ea nec
pacto, nec partium voluntate potest deueniri, l. iu-
ra sanguinis, ff. de reg. iur. l. ius agnationis, ff. de
4 pac. Idem etiam dicitur de Sorore contra suum fra-
trem. Nell. tract. ad defensam, pag. mihi 46. n. 28.
5 Quæ nimirũ contra ipsum legitime non potest exa-
minari; & si examinetur, nullum parit inditium. Ità
Bal in c. 1. §. Sacramenta, col. 2. de Consuet. recti
fœud. refert, & sequitur Barbat. cons. 11. col. pen.
vol. 4. Bal. l. 1. n. 2. C. de quæst. Paris. cons. 18. n. 25.
6 vol. 4. Gram. post Bart. cons. 13. n 9. Vbi quod
quando lex vetat, aut resistit, nullo pacto probat. Ità
etiã tradit post Bal. quẽ allegat Mars. in pract. §. secũ-
7 da n. 77 Et in hoc casu cõprænhenduntur quoq; om-
nes attinentes vsque ad suppremum gradum. Glos. est
singularis, in l. si fœmin. C. ad Turpill. quam ibi se-
quuntur Angel. Imol. & Innoc. in c. delictorum,
8 de test. eod. Qui pariter contra eorum consangui-
9 neos, seù affines non possunt esse testes. Idem pa-
riter dicitur de Vxore contra suum Virum. Abb. in
c. in literis de test. Crott. tract. de test. Spec. tit. de
test. §. testium compulsione. Bal l. etiam, C. de test.
Alber. de Malet. tract. de test. n. 15. c. 2. & 6. Et id
dupplici de causa: Tum propter reuerentiam, quam
ei debet, l. in alia in fin. ff. solut. matrim. Hyppol.
cons. 21. n. 5. Tum etiam quia reputatur vna, & ea-
10 dem caro cum viro Gram. post Bart. quem allegat.
decis. 34. n. 17. Crott. qui alios adducit d. tract. de
test. par. 5. n. 197. Gomez. variar. resolut. tom. 3.
c. 12. Rubr. de probat. delict n. 24. Vbi attestatur de
11 cõmuni. Immò dicitur, quod Vxoris dictũ, quam-
uis in tortura emanatũ non afficit suum Virũ inquisi-
12 tũ: Ratio est, quia est socia humanæ, & diuinæ do-
mus cum ipso, l. aduersus, C. de crim. expill. hæredit.

Non valet, si per Fiscum dicatur, quod N. domi
per plures annos tenuit Donnam N. suam consan-
13 guineam; quoniam de consanguineo contra hono-
rem consanguineæ non præsumitur malũ: Et eo ma-
gis quia d. N. cum sit Senex sexagenarius, non præ-
sumitur abiecisse iugũ Domini libidinis fœtorẽ am-
plectendo. Ait Text. in c. Cum in iuuentute, de præ-
sumpt. Vltra quod considerata eius ætate cessat in eo
omnis suspicio incontinentiæ, c. Ad Apostolicam, de
conuers. coniugat. Vnde non solũ vti consanguineus
14 potuit d. Donnam N. retinere in domo, sed potuis-
set etiã retinere mulieres extraneas absq; aliqua ve-
nerea suspicione. Abb c. 1. de cohabit. Cleric. &
15 mulier. Et ideò l. Poppia constitutum fuit, sexage-
narium, tanquam ad generandum minimè aptum
vxorem ducere non posse, l. si pater, §. vlt. de adopt.
Quarè d. N. non potest dici, quod d. Donnam N.
prægnantem reddiderit; quoniam Vir sexagenarius
verè dicitur Senex. Scripsit Gram. decis. 34. n. 4 post
Glos. c. 1. de celebrat. missarum. Tiraquell. de pœ-
nis temperan. aut minuen. casu 8. n. 3.

Quæ cũ ita sint d. N. ab imputatis est omninò absoluẽ-
dus, & è carceribus liberè relaxandus. Quarè, &c.

CONSILIVM X.

SVMMARIVM.

1 *Inuerisimile non est credibile.*
2 *Inuerisimile quod est, dicitur falsitatis imago.*
3 *Inuerisimile præsumi non debet.*
4 *Inuerisimile pro falso reputatur.*
5 *Verisimile multùm à Iudice in Iudicijs attendendum est.*
6 *Verisimilibus Iudex fidem præstare debet.*
7 *Verisimile quod est magis inspici debet, quàm quod est possibile.*
8 *Super inuerisimili non potest fundari præsumptio.*
9 *Puella, quando dicit, quod erat virgo, tractat de vituperio, & dedecore euitando, & de bona fama, & honore acquirendo.*
10 *Mulieri, seu Puellæ dicenti se vim passam non creditur.*
11 *Mulieri stupratæ, quando agitur criminaliter, non creditur.*
12 *Puella aliundè constare debet, quod fuit stuprata.*
13 *Puellæ etiam in articulo mortis constitutæ dicenti, quod*
14 *est virgo, non creditur; Quamuis eius dictum fuerit confirmatum in tortura.*
15 *Testis nemo potest esse in causa propria.*
16 *Puella tunc præsumitur virgo, quando Coniecturæ malæ vitæ eius non extant in contrarium.*
17 *Puella non præsumitur virgo, quando vadit ad virum, vel ipsum valdè sollicitat ad coeundum, vel ad amorem munera mittit.*
18 *Puella quando est luxuriosa, non præsumitur virgo.*
19 *Puella non præsumitur virgo, quando habet mentem corruptam.*
20 *Camisia, seu linterula sanguine deturpata necessaria in actis sunt exhibenda.*
21 *Camisia, seu linterula sanguine deturpata sunt corpus delicti.*
22 *In stupri crimine non sufficit sola Puellæ Confessio.*
23 *Puella per camisiam seu per vestimenta sanguine detur-*
24 *pata, quod erat virgo, constare debet.*
25 *Puella, quod erat virgo legitimè per Fiscū probari debet.*
26 *Actus obsceni constare debent.*
27 *Actus obsceni quando non constant, non potest transmitti inquisitio.*
28 *De delicti corpore non sufficit constare per coniecturas, inditia, &c.*
29 *Puella quando modo vnam domum, modo aliam frequentat, meretrix præsumitur.*
30 *Puella quando non præsumitur virgo, coitus non est punibilis.*
31 *Stuprum non potest dici commissum, quando Puella est persona vilis.*
32 *Puella quando est vilis, vir non tenetur de stupro.*
33 *Vilitas consideratur ex parte mulieris, non autem viri.*
34 *Testis vnus sufficit pro defensione Rei.*
35 *Testis quamuis non sit omninò idoneus, sufficit pro defensione Rei.*
36 *Frater pro fratre in criminalibus admittitur.*
37 *Domesticus admittitur fauore defensionis.*
38 *Testes Rei minus idonei, & minus digni præferuntur*
39 *Testibus Fisci. Quinimò præferuntur, quamuis sint numero pauciores.*
40 *Iudex promptior esse debet in absoluendo, quàm in condemnando.*
41 *Iura promptiora sunt absoluere, quàm condemnare.*

MAgna admiratione, & risu digna est malitia Dōnæ N. filiæ N. quæ (vt in processu causæ, de qua agitur apparet) tam audacter, tanquam impudenter dicit; quòd à N. de eodem loco in eius domo stuprata fuit: Et vt hæc eius malitia omninò pateat, dicitur, quod non est (verisimile) quod vna virgo in primo, & vnico deflorationis actu remaneat grauida; cùm ob panniculorum vuluæ rupturam magnum sentiat dolorem; nec non quando per vim carnaliter cognoscitur à Viro corpore se extorquens nè violetur, valde resistit, vt d. Donna fuisse dicit, quando à d. N. stuprata fuit. Vnde dicitur, quod dictis de causis non est verisimile, vt in dicto primo, & vnico deflorationis actu grauida remanserit, & vt
1 ipsa deposuit, se talem esse cognouerit. Et quod non est verisimile; non est credibile, l. hac consultissima, in fin. C. qui testam. fac. poss. Aym. cons. 75. num. 19. Immò inuerisimile quod est, dicitur
2 falsitatis imago. Bal. l. 1. Col. 4. C. de seru. fugit. Mars. l. 1. §. ad quæstionem, num. 3. ff. de quæst.
3 Vulpell. cons. 12. num. 13. Quæ de re præsumi non debet. Noc. in c. quia verisimile, de præsumpt. Vul-
4 pell. d. cons. 12. num. 14. Nec mirum videri debet, quia inuerisimile pro falso reputatur. Franc. Curt. in tract. de test. conclus. 16. n. 39. vers. illud enim, quod non est verisimile; & conclus. 23. n. 69. Boss. tit. de oposit. contra test. num. 94. Crauett.
5 cons. crim. diuers. 116. num. 16. seq. lib. 2. Ob eamque rem in iudicijs multum attendendum est à Iudice verisimile. Aret. cons. 9. col. 4. Crauett. cons. 61. nu. 9. Riminal. Iun. cons. 309. lib. 3. & ali-
6 bi passim per DD. Quare Iudex Verisimilibus fidem præstare debet, & his, quæ naturæ rei, quæ geritur, apta videntur, l. ob carmen. §. fin. de test.
7 Anchar. cons. 25. Nec non quod est verisimile, magis inspicere debet, quam quod est possibile: Bal. in l. scriptura, C. de fid. instrum. Vulpell. d. cons. 12.
8 num. 13. Nec ab re videri debet, quia super inuerisimili non potest fundari præsumptio, cum ei non adeptetur. Ias. in l. si extraneus, col. 2. ff. de condit. ob caus. Bal. in l. fin. vlt. notab. C. de hæred. instit. Aym. cons. 8. num. 6. seq. Bal. l. 1. col. 4. C. de seru. fugit.

Non valet, quod d. Donna N. dicat, quod antequam à d. N. fuisset carnaliter cognita, erat virgo,
9 & honesta; quia tractat de vituperio, & dedecore euitando, & de eius honore, & bona fama acquirenda, quo casu nihil probat. Alex. cons. 86. n. 9.
10 vol. 2. Ruyn. cons. 153. num. 12. vol. 1. Et cons. 105. num. 6. Et Mulieri dicenti se vim passam, & per vim carnaliter cognitam, non creditur. Boer. decis. 319. n. 7. vol. 2. Alex. cons. 157. in prin. vol. 5.

quo-

11 quoniam ſtupratæ dicto, licet ciuiliter poſſet credi, quod prius erat virgo; tamen quando agitur criminaliter in præiudicium alterius non creditur. Franc. Roſell. conſ. 12 per totum, diuerſ. lib. 2. Alex. conſ. 157. Boer. deciſ. 319. num. 7. Cum aliunde con-
12 ſtare debeat fuiſſe ſtrupratam. Giatt. viden. conſ. 45. n. 31. ſeq. vol. 2. & conſ. 57. n. 28. vol. 2. Cæphal. conſ. 140. n. 28. Pariſ. de Put. conſ. 160. n. 24. Burſatt. conſ. 69. n. 16. ſeq. Et non creditur, etiamſi
13 eſſet conſtituta in articulo mortis. Latè Alex. conſ. 14. num. 34. ſeq. lib. 3. Clar. q. 21. verſ. aſſertio vulnerati, dicens hanc eſſe communem opinionem
14 ſcribentiũ; quamuis etiam eius dictum fuerit confirmatum in tortura, vt requiritur. Rolan. conſ. 73. n. 22. ſeq. lib. 1. Cacheran. deciſ. Pedamon. 79. verſ. 3. opponitur. Clar. d. q. 21. verſ. ſcias autem,
15 quod dictum focii criminis; Alias non ſolum ipſa eſſet teſtis in cauſa propria, quod eſſe nequit, l. nullus, ff. de teſt. ſed etiam ſequeretur abſurdum, quia ſemper poſſet dicere, fui ſtuprata; ad hoc vt in
16 vxorem ducatur, aut decenter dotetur. Quæ cum ità ſint mulier tunc verè præſumitur virgo, quando Coniecturæ malæ eius vitæ non extant in contrariũ. Ità Bonacoſſ. poſt Pariſ. quem allegat. tract. de præ-
17 ſumpt. in verb. Mulier. in dubio. Et prima Coniectura eſt, quando dat occaſionem, vt fecit d. Donna N. nempè quando vadit ad virum, vel ipſum valdè ſollicitat ad coeundum, ſeù ad amorem munera ad eum mittit; quia tunc præſumi debet, quod tempore præterito permiſerit ſe ab aliis carnaliter cognoſci; nam valet argumentum de tempore præſenti ad præteritum. Ferrant. Graſſ. conſ. 122. n. 16. diuerſ.
18 lib. 1. Secunda Coniectura eſt, quando mulier eſt luxurioſa, quia præſumitur prodiga non ſolum bonorum, ſed etiam corporis. Vt in terminis ſcribit Felyn. in c. paſtoralis, col. 3. de iudic. Vbi quod iſto
19 caſu non admittitur probatio in contrarium. Tertia Cõiectura eſt, quod habet mentem corruptam, vt d. Donna N. quia ſi non habuiſſet mentem corruptã, ſola non iuiſſet ad domum d. N. ac etiam poſtea pluribus vicibus ad ipſum alibi non acceſſiſſet, vt ipſa
20 in proceſſu fatetur. Quarta Coniectura eſt, quod non erat virgo, quia eius Camiſia, ſeù veſtimenta ſanguine deturpata, quæ ſunt corpus delicti, non fuerũt in actis exhibita, ſeù ab aliqua honeſta mulie-
21 re tunc tẽporis inſpecta: Vndè ipſius quærela præ-
22 ſumitur calumnioſa. Bal. conſ. 37. lib. 1. Et d. Camiſcia, ſeù veſtimẽta erant neceſſariò exhibenda, ſeù inſpicienda; cum in crimine ſtupri, ad hoc vt conſtet de corpore delicti, nõ ſufficit ſola prætenſæ puellæ defloratæ Confeſſio, quæ nullo modo deflorationem probat. Vt communẽ dicens atteſtatur Hon-
23 ded. conſ. 98. n. 15. & conſ. 100. n. 5. in fin. vol. 1.
24 Sed per Camiſciam, ſeù per veſtimẽta ſanguine deturpata conſtare debet, quod erat virgo? Ratio eſt, quia diſpoſitio non procedit, niſi verificetur id, ſuper quo dicta diſpoſitio fundatur. Gloſ. in l. mancipia in verb. adnotandum. C. de ſeru. fugit. quam not.
25 ibi Caſtrenſ. & Salyc. Et quod erat virgo legitimè per Fiſcum probari debet; quoniam Actus obſceni
26 conſtare debent. Ità DD. & Pariſ. de Put. tract. de ſcyndic. in verb. Officialis offenſa, c. 1. ſub n. 2. ſeq. Foller. in pract. in verb. Capiat informationem, n. 3. Maſchard. de probat. conſ. 1377 in verb. ſtuptum,
27 lib. 3. Et ſic non poteſt tranſmitti Inquiſitio, quãdo non conſtant; quia quærela data (vt dictum eſt) præ-
28 ſumitur calumnioſa. Ità per Bal. conſ. 37. lib. 1. Cęterum id in huiuſmodi caſu eſt omninò aduertendũ, quod de delicti corpore non ſufficit conſtare per cõiecturas, & indiitia, &c. ſed probatio debet eſſe liquida, & plena, ac etiã à Teſtibus omni exceptione maioribus emanata. Brun. à Sole in ſuo aureo cõſ. n. 200

Sed quid multa? Vltra ſupradicta d. Donna N. in huiuſmodi criminali cauſa contra d. N. nullo modo eſt attendeuda; cum etiam ex infradicendis à inre meretrix reputetur. Nec ab re quia vulgariter loquẽdo dicit, *Che l'arte ſua è filare la lana, & ſtoppa, & andare à opera con altri; cioè à metere il grano, zappare, & il tempo delle vendemie carreggiare à diuerſe perſone il moſto, & fare altre opere ſeruili, & ruſticali. Il che dicono anco nelli loro eſſamini N. di N.N. de N. & N. di Libio teſtimonii eſſaminati à deſeſa di d. N. Et N. di N. parimẽte teſtimonio à difeſa ſopra il primo Articolo dice, che d. Donna N. vn giorno partì dal taglio de Metitori, & ſola andò per l'acqua alla fontana del Sig. Ciccolino Margarucci vn quarto di miglio lontana da d. taglio, & ſtette vn pezzo à tornare; onde Donna N. ſua madre li brauò, perche era ſtata tãto à tornare; per il che eſſa partì da d. taglio vn'altra volta, & non la vidde più quel giorno, nè sà doue andaſſe. Et ſopra il primo Articolo dice, ch'vn altra volta l'incontrò nella ſtrada delli Colli, ch'è vn miglio & mezzo lontana da Coldeluce, & che portaua vn Caneſtro in teſta. Et d. N. di N. ſopra il ſeſto Articolo dice, ch'il meſe di Febraro 1633. d. Donna N. andò à Caſa ſua, per ſapere ſe vi era d. Donna N. ſua figliola, & dicendoli, ch'era partita, diſſe, che doi, ò tre ſere non era tornata à Caſa.*

Nam quando aliqua Puella ſolet ingredi modò vnam domũ, modo aliam, & ſolet ire ad diuerſa loca vagando, vt d. Danna N., mœretrix præſumitur. Vt per Angel. & Firman. quos allegat, tradit Bonacoſſ. de præſumpt. in litera M. verſ. mœretrix. Et multò magis præſumitur mœretrix, quando noctis tempore
29 frequentat diuerſas domos. Auth. multò magis, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Quę cum ità ſe ſe habeant, omninò dicitur, quod d. N. nullo modo tenetur eam dotare, & eo magis non tenetur, cum ſit perſona vilis, & vilis cõditionis, & vti ſerua inſeruiat quotidiè aliis
30 perſonis pro eorum negociis. Vnde coitus ſubſecutus inter ipſam, & d. N. non eſt punibilis; tum quia non præſumitur, quod tunc temporis eſſet virgo. Poſt
31 Angelum, & alios Franc. Vegius conſ. 66. n. 144.
32 Baiard. ad Clar. in verb. ſtuprum, n. 2. Tum etiam quia ſtuprum non poteſt dici commiſſum, quando mulier eſt perſona vilis, & qui ipſam carnaliter cognoſcit, non tenetur de ſtupro; ſed vt aliqui DD. dicunt ſolũ actione iniuriarũ erga patrẽ ipſius quando ideò eſt virgo, l. qui adulterium, C. de adult. Alex.

Y 2 conſ. 13.

conf. 13. n. 6. lib. 7. Paul. Ghirlan tract. de pœna
omnifaria coitus, n. 7. q. 1. n. 4. in 2. Fallent. Et quā-
uis Baiard. ad Clar. & Diaz. in pract. crim. dicant,
quod tenetur actione iniuriarum; tamen isto casu
considerandū est, quod agitur de vili persona; ideò
non est attendenda, seù æstimanda iniuriarum actio.
33 Et vilitas consideratur ex parte mulieris, non au-
tem viri. Ghirland. d. q. 7.

Non facit, si in huiusmodi causam per Fiscū dica-
tur, quod quilibet supradictorum, testium pro d. N.
examinatus in sua depositione est solus; quia etiā te-
34 stis vnicus sufficit pro defensione Rei, & etiā à pœ-
na mortis excusat. Vt benè probat Anchar. cōs. 285.
Claud. in Repetit. l. vt vim. ff. de iust. & iur. Egid.
tit. de fauor. defens. n. 2 Crauett. cons. 2. n. 16. Natt.
cons. 412. n. 23. Boss. tit. de opposit. contra test. n. 75.
35 Etiam quod non sit omninò idoneus; & id fauore
36 defensionis, pro qua etiam frater, & Domesticus
admittuntur. Vt latè congerunt Dec. & Ias. in d. l.
vt vim. Vulpell. cons. 66. n. 8. Ex quo stant pro Reo.
Felyn. in c. Cum P. Manconella, in fin. de accusat.
37 Nanquè Testes Rei minus idonei, & minus digni
præferuntur testibus Fisci, c. in nostra, de test. l. ob
38 carmen. § fin. ff. eod. tit. Quinimò præferuntur,
etiamsi essent pauciores. Bal. l. testium, col. pen. C.
39 de test. Et ideò Iudex promptior esse debet in ab-
soluendo, quam in condemnando. Abb. in c. ex li-
teris, col. 3. & ibi Felyn. c. 2. in vlt. notab. de probat.
40 Ratio est, quia iura promptiora sunt absoluere,
quam condemnare. De probat. c. ex literis. De fid.
instrum. & c. inter dilectos.

Quæ cum ità sint humiliter supplicatur, vt digne-
tur d. N. liberare à tam iniusta persecutione ipsi fa-
cta à d. Donna N., ac ab eius Adhærentibus; quod
singulari gratia reportabitur, &c. Quarè, &c.

CONSILIVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Carceres ad effectum fugiendi effrangere tentans in nullam pœnam incidit.*
2 *Attentatum ob consuetudinem totius Italiæ non punitur, si non sequatur effectus.*
3 *Carceres effrangere tentans, vt aufugiat, & non perficiens non punitur.*
4 *Sanguinē suū vnicuiq; quoquo modo redimere licet.*
5 *Attentans effrangere carceres non habetur pro confesso.*
6 *Carceres effrangere tentans, & aufugiens habetur pro confesso, & pro conuicto, non autem in attentante, & non fugiente.*
7 *Carceres effrangere tentans, quamuis aufugiat, nullum sibi maius de delicto facit inditium, pro quo detinetur. propter fugam.*
8 *Fuga è carcere post accusationem factam inditium ad delictum non auget.*
9 *Carceris effractio non inducit Confessionem delicti.*
10 *Super Carceris effractione nihil commune habet delictū.*
11 *Super Carceris effractione Baroncello, & Testibus Fisci examinatis non creditur.*
12 *Probatio delicti in genere non sufficit ad torturam, & condemnationem, quia requiritur in specie, idest per testes omni exceptione maiores.*
13 *Testes deponere debent per altum sensum corporeum proprium non alienum, aliquod delictum fuisse commissum.*
14 *Testis munus non est iudicare, sed quod oculis vidit deponere, & testimonium ferre.*
15 *Testes non per eorum iudicium, sed certitudinaliter super delicto quod nouerunt deponere.*
16 *Testes iudicare per apparentiā extrinsecam nō est tutum.*
17 *Testes non debent deponere per verbum Indico.*
18 *Testes quādo nimis animosè deponunt, ipsis non creditur.*
19 *Testes quando deponunt per eorum iudicium, quamuis rationem reddant, nihil prorsus probant.*
20 *Vxor non potest testificari contra suum Virum.*
21 *Vxor reputatur eadem caro cum Viro.*
22 *Vxor non potest testificari contra suum Virum propter reuerentiam, quam ei debet.*
23 *Vxor dictum quamuis in tortura confirmatum non afficit Maritum inquisitum.*
24 *Vxor est in vsu Mariti.*
25 *Vxor reputatur eadem caro.*
26 *Vxor est diuinæ, & humanæ domus cum viro.*
27 *Vxor non potest cogi ad testificandū contra suum Virū.*
28 *Vxor non tenetur reuelare delictum sui Viri.*

Consanguineus.
Affinis.
Pater.
29 *Filius.*
Frater.
Soror.

} *Non tenentur reuelare Consanguinei delictum stante coniunctione sanguinis, & si reuelent, est ipsis magnum dedecus, & maxima ignominia, cum tam ipsis coniunctum prodere quærant.*

30 *Vir potest Vxorem verberare, & corrigere.*
31 *Vir corrigens, & verberans Vxorem non delinquit.*
32 *Vir Vxorem resistentem si occideret, nulla pœna puniretur.*

Mater.)
32 *Pater.*) *Filios.*) *resistentes si occiderent,*
Preceptor.) *Discipulos.*) *nulla pœna punirentur.*

33 *Viro licitum est corrigere Vxorem suam.*
34 *Vir, si Vxorem baculo percußeri taliter, quod sanguis exiuit, Curia ex officio contra virum procedere non potest.*
35 *Vxor non potest Virum accusare.*
36 *Vir quādo excedit modum in percutiendo Vxorem causa honoris, mitissimè per Iudicem puniendus est.*
37 *Testes deponentes per eundem, ac præmeditatum sermonem, suspecti sunt, quod antea coniurauerint.*
38 *Testes eandem causam reddentes, & rationem, præsumi debet, quod fuerint subornati.*
39 *Testes deponentes per eundem, ac præmeditatum sermonem suspecti sunt de falso.*
40 *Testes dicētes se offensos à Reo inter inimicos reputātur.*
41 *Inimicorum depositio principaliter respicit odium, rancorem, & inimicitiam cum Inquisito.*
42 *Vir potest suam Vxorem omni via, & modo etiam armata manu recuperare.*
43 *Per iracundiam ex iusta causa prouenientem si quis aliquid dixerit excusandus est.*

44 Ira

44 *Ira est subita animi tempestas, quæ dum inordinatè corruit, cor hominis ad insaniam protrahit.*
45 *Ira commotus non est in plenitudine intellectus.*
46 *Ira est inimica consilii, & impedit animum, nè possit cernere verum.*
47 *Ira quem corripit non habet deliberandi consilium.*
48 *Vxor est subiecta Viro, & veluti eius famula censetur.*
49 *Vxor quoad carnis debitum est in potestate Viri, & eius legibus alligata.*
50 *Vxor eius corporis potestatem non habet, sed Vir.*
51 *Blasphemia calore iracundiæ prolata crimini hæreseos non æquiparatur.*
52 *Rixè, seù) causam dantes euadunt inimici ca-*
Altercationi.) pitales.
53 *Verba iniuriosa causant inimicitiam capitalem.*
53 *Inimicitia capitalis causatur per verba iniuriosa.*
54 *Inimicitia capitalis oritur ex sola iniuriarū prolatione.*
54 *Ex iniuriarum prolatione causatur inimicitia capitalis.*
55 *Inimicitia capitalis oritur, quando quis altercatus fuit cum aliquo.*

DOminicus Petri de Valle Comitatus S. Seuerini reperitur carceratus pluribus de causis; nempè quod superioribus his diebus carceres Curiæ Episcopalis effrangere tentauerit. Item quod dixerit velle maledicere Christo, eiusque sanctissimæ Matri. Item quod blasphemauerit Christum, & S. Paulum. Item quod conculcauerit pedibus anulum benedictum, quo cum desponsauerat Donnam Cæciliam filiam Io. Mariæ Luciani de Blasiis eius vxorem.

Quod carceres effrangere tentauerit, omninò negatur; sed dato, & nullo modo concesso, quod eos ad effectum fugiendi fregisset; tamen in nullam
1 pœnam incidisset; quia vt in tali casu pœna sit irroganda Reo, non sufficit attentatio; sed requiritur actus perfectio, seu consumatio, idest quod se-
2 quatur etiam fuga; nanque ob delictum solummodò attentatum hodie de generali totius Italiæ consuetudine quem puniri derogatum est. Tradit Ias. l. 1. §. fin. n. 16. seq. ff. quod quisq; iur. Clar. post alios q. 92. Vbi attestatur de communi. Boss. tit. de ex-
3 traord. crim. n. 2. Et in casu attentantis carceres effrangere, vt aufugiat, & non perficientis eum non posse puniri, tradit post alios Clar. q. 21. vers. 30. autem modo, in fin. Boer. decis. 215. n. 22. vers.
4 Tum non punitur. Et hoc dupplici ratione quidem, tum quia vnicuiquè sanguinem suum quoquo modo redimire licet, l. 1. & ibi Bart. ff. de bon. eorum qui ante sent. sibi mortem consciu. quem refert, & sequitur Curt. Iun. in Repetit. l. admonendi, n. 260. seq. de iureiur. Io. Ign. l. 3. §. subuenitur, n. 115. seq. ff. ad Sillan. Soc. Iun. cons. 30. n. 5. 6. 7. vol. 2. Tum etiam quia Attentans pro Confes-
5 so non habetur. Ità elegantes declarat Alber. in l. in eos & ibi Rayner. de Foroli. ff. de cust. Reo, sequitur Boer. d. decis. 215. Et ità seruari in statu Mediolani testatur Clar. d. q. 21. Bertaz. cons. 35. n. 31. Confirmantur prædicta, quia in casu fractionis carcerum, & fugæ secutæ quis habetur pro confesso, &
6 conuincto; non autem in attentante, & non fugiente, late Bertaz. d. cons. 35 n. 31. & 34. Immo dicitur, quod quamuis aufugiat, nullū malus oritur inditium de delicto, pro quo detinetur, propter fugam;
7 quia fuga post accusationem factam inditiū ad delictum non auget. Vt per omnes in l. admonendi. ff.
8 de iureiuran. Et per Ign. in d. §. subuenitur, n. 91. Et seruari in Gallia attestatur Boer. d. decis. 215. n. 24.
9 Immò quoque dicitur, quod Carceris effractio non inducit confessionem delicti, & hæc sententia est verissima etiam in causa hæresis. Vt rectè docet Io Roias tract. de Heret. par. 2. assertione 15. Nihil enim
10 commune habet delictū cum carceris effractione. Pegna in Annotat. super Lucer. inquisit. in tract. de
11 Contumace, n. 2. Et Baroncello, & Testibus Fisci super dicta carceris effractione examinatis non creditur; quia deponunt per præsumptiones, & inditia; Verū huiusmodi delicti probatio dicitur probatio in genere; & tamen ad torturam, & condemnationem
12 debet esse in specie, idest per testes omni exceptione maiores, qui deponāt de visu super dicto delicto, alias non dicitur idoneè, & concludenter probatum. Not. in c. Cum oporteat de accus. Cason. de indit. tract. 2. n. 2. 5. seq. Bart. cons. 65. n. 2. Alex. cons. 3. n. 1. lib. 3 Crauett. cons. 21. n. 4. Vbi adducit Con-
13 cordantes: Ratio est, quia testes deponere debent per visum, vel alium sensum corporeum proprium non alienum aliquod delictū fuisse commissum. Menoch. de præsumpt. q. 89. n. 7. Cason. tract. de indit. in suis qq. c. 6. Rubr. de non torquendo per indi-
14 tia, n. 8. Ratio est, quia testis munus non est iudicare, sed quod oculis vidit, deponere, & testimoniū ferre. Bart. in l. quod tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr. Curt. Iun. post multos, quos recenset, latè cons. 165. n. 17. quibus accedit Dec. cons. 459. n. 10. & cons. 469. n. 9. Paris. cons. 104. n. 37. lib. 1. Et opti-
15 ma ratione quidem, quia testes non per eorum iudicium, sed certitudinaliter super delictū, quod nouerunt, deponere debent, c. Relatum, q. 2. Testes, 3. q. 8. Conr. cons. 251. vol. 1. n. 3. Felyn. c. quoties n. 7. de test. Rot. Rom. decis. Paleotti 679. in princ. 3. par. nouiter impress. Nell. tract. de test. n. 164 Hyppol. cons. 4. n. 9. Nanque iudicare per apparentiam
16 extrinsecam non est tutum. Vt scribit Caualcan. in tract. de Brachio Regio in verb. Indicare per apparentiam extrinsecā. Idq; etiam dicitur, quando deponunt per verbum Iudico; quia homini depositio
17 est nimis animosa, & incognita, c. de occidendis. Vbi Glos. 23. q. 5. Angel. in l. Plagii col. 1. C. de Pla-
18 gia. Et quando testes nimis animosè deponunt, ipsis non est credendum. Scripsit Soc. Sen. cons. 220. col. 4. in fin. lib. 2. Gram. cons. 12. n. 14. in criminali. Immò dicitur, quod quando Testes deponunt per
19 eorum iudicium; quamuis rationem reddant, nihil prorsus probant. Alex cons. 132. n. 15. vers. Nam Testis iudicare non debet, col. 5. Mascard. de prob. conclus. 458. n. 7. lib. 1. Brun. cons crim. diuers. 115. n. 40. lib. 1. fol. 10. Ossasc. decis. Pedamon. 122. n. 1.

Donna Cecilia Vxor dicti Dominici carcerati in

hac criminali causa non est attendenda; quia Vxor
20 non potest testificari contra suum Virum. Crott.
tract. de test. n. 122. Iodoc. de reprobat. test. n. 9.
21 Tum quia reputatur eadem caro cum ipso. Cyn.
in l. 2. in fin. C. de test. Spec. tit. de test. §. de te-
stium compulsione. Abb. in c. in literis de test. Bal.
l. etiam, C. de test. Alber. de Malet. tract. de test.
n. 15. c. 2. & 6. Hypol. conf. 22. n. 5. par. 5. n. 197.
Gomez. variar. resolut. tom. 3. c. 12. Rubr. de pro-
22 bat. delict. n. 24. Vbi testatur de communi. Tum
etiam propter reuerentiam, quam ei debet, l. in alia,
in fin. ff. solut. matrim. Hyppol. cons. 22. num. 5.
23 Immò Vxoris dictum, quamuis in tortura confir-
matum non afficit maritum Inquisitum, quia est in
24 vsu ipsius. Salyc. in l. Cum te, n. 4. C. de donat.
25 ante nupt. Vulpell. cons. 123. n. 22. Et reputatur
eadem caro (vt dictum est) cum viro. Gram. post
26 Bart. quem allegat decis. 34. n. 17. Et est diuinæ,
& humanæ domus cum ipso, l. aduersus, C. de crim.
expill. hæredit. Et ideò dicit Cyn. in l. 2. in fin. C.
27 de test. quod Vxor non potest cogi ad testificandũ
contra suum Virum; quoniam non tenetur reuelare
28 eius delictum. Ità dicunt omnes in l. In ciuile, C.
de furt. Rom. singul. 794. l. solent ff. de præscript.
verb. Et id stante coniunctione sanguinis: Et si illud
indicet, & denunciet est ipsi magnũ dedecus, & ma-
29 xima ignominia; cum tam sibi coniunctum pro-
dere quærat.

Non valet, si per Fiscum dicatur, quod d. Domi-
nicus adiuit domum Io. Mariæ animo verberandi d.
Donnam Cæciliam suam Vxorem; quia secus est;
nam Donna Pier Angela testis, & Soror carnalis d.
Donnæ Cæciliæ dicit vulgariter loquendo, *Che Do-
menico essendo andato à casa loro salutò, & parlò amo-
reuolmente, & mostraua essere andato à vedere Donna
Cecilia sua Sorella; & che faceua buone parole. Et an-
co Donna Lucia Madre di detta Cecilia dice, che detto
Domenico con tutta la pace del mondo entrò in casa, sa-
salutandoli*. Itaque omninò dicendum est, quod so-
lummodò iuit animo recuperandi dictam Donnam
Cæciliam suam Vxorem, & suas res.

Sed dato, & nullo modo concesso, quod d. Do-
minus iuisset ad dictam domum animo verberandi
dictam Donnam Cæciliam eius vxorem (vt Fiscus
prætendit) benè, ac iure ipsam verberare potuisset;
30 quia Vxor debet manere cum suo viro; & quando
secus facit, potest d. Vir ipsam corrigere, & verbe-
rare; quia habet manum inceptionem in eam, & im-
31 putatio non sapit delictum. Glos. fin. in c. quemad-
modum, de iureiur. Alex. in l. milites, in §. qui iu-
dicat de re iudic. In tantum quod si Vir in corrigen-
32 do Vxorem, Vxor ipsi resisteret, & Virum offen-
dere vellet, si resistentem Vxorem interficeret, nul-
la pœna puniretur; ex quo ab initio correctio licita
fuit; Ità in Patre aduersus Filium, in Præceptore
aduersus Discipulum. Dixit Mars. in pract. in §. ag-
33 gredior n. 80. Et ideò licitum est Viro corrigere
Vxorem suam; & hoc est permissum est, etiamsi cau-
tioné alias ipsi præstitisset de non offendendo. Her-
cul. tract. de caut. de non offendendo, n. 44. n. 12.
Foller. in pract. vers. dantur capitula n. 68. 73. 75.
34 Vbi dicit, si Maritus baculo Vxorem percusserit ta-
liter, quod sanguis exiuit, Curia ex officio contra
Virum procedere non potest, cum non sit dolosa
35 percussio: Immò nec Vxor potest Virum accusare:
Et quando Vir excedat modum in percutiendo; ta-
men quando facit causa honoris, & sic iusto iracun-
36 diæ calore commotus, mitissimè per Iudicem pu-
niendus est. Not. l. quiquid calore, ff. de re iur. Itaq;
dicitur, quod iure potuisset d. Dominicus verberare
d. Donnam Cæciliam, cum contra eius voluntatem
domi eius patris seorsum habitet ab ipso.

Quoad Io. Mariam patrem, Donnam Luciam
matrem, Bentiuolum fratrem, & Donnam Pier An-
gelam Sororem d. Donnæ Cæciliæ dicitur quod in
hac criminali causa non sunt attendendi ex pluribus:
37 Nempè quia omnes deponentes per eundem præ-
meditatum sermonem, suspecti sunt, quod antea
contra dictum Dominicum coniurauerint, perhiben-
tes eisdem verbis testimonium, vt in eorum deposi-
tionibus datur videndi locus, l. 3 §. 1. ff de test. Dec.
cons. 627. Paris. cons. 55. lib. 4. Farinac. cons. 5.
38 n. 63. & in Addit. litera B. Immò præsumi debet,
quod fuerint subornati; & maximè quia eandem
reddunt causam, & rationem. Vt not. Spec. tit. de
test. §. 1. vers. Item quod Testes, Bart. in l. 3. §.
Ideòque ff. de test. Alex. cons. 137. vol. 2. col. 3.
39 Item sunt suspecti de falso, quia (vt dictum est) vi-
deri potest ad perhibendum eisdem verbis testimo-
nium, quod antea coniurauerint contra d. Domini-
cum. Ob eamq; rem Theologi, & Iureperiti eam
suspicionem notatione dignam esse dicunt, & do-
cent. Christof. homel. in Matthæum. & illic Theo-
philact. in fin. Exordii, l. 3. §. 1. ff. de test. Thom.
2. 2. q. 70. Dec. cons. 627. Paris. d. cons. 55. lib. 4.
Simanc. Enchirid. tit. 35. de test. n. 33. Item quia
cum in eorum depositionibus dicant se offensos à d.
40 Dominico, inter inimicos reputantur, vndè omni-
nò à testificando repelluntur. Vt post Alex. optima
ratione tenet Curt. Iun. viden. cons. 27. n. 4. lib. 1.
41 Ratio affertur à Gomez. in tract. de delict. n. mi-
hi 4. quia principaliter depositio inimicorum respi-
cit odium, & rancorem, & inimicitiam cum Reo.

Quoad Dominicum dicitur, quod cum dd. Io.
Maria, Donna Lucia, &c. domi retineant sine iusta
causa dictam Donnam Cæciliã suam Vxorem, om-
42 ni via, & modo, etiam armata manu potuit quæ-
rere ipsam recuperare; & excusandus est, si pro eius
recuperatione per iracundiam, quæ prouenit ex iu-
43 sta causa, aliquid dixit, aut fecit. Decian. cons. 4.
n. 54. & cons. 14. n. 408. quem refert, & sequitur
Claud. ad Bertaz. cons. 135. in litera G. & B vers.
44 Ira. Nec ab re videri debet, quia Ira est subita ani-
mi tempestas, quę dum inordinatè corruit, cor ho-
minis ad insaniam protrahit. Vt l. si adulterium,
§. Impetatores, ff. de adult. Castren. cons. 192. Aret.
cons. 165. col. vlt. Mars. in l. 1. limit. 10. ff. de
Sycar. Felyn. in c. delicti, de except. allegat. Text.
in l. lex

in l. lex Iulia, in fin. ff. ad l. Iul. repetund. Bal. in l. ad-
dictos, C. de Episc. & Cler. Panor. c. 1. de iniur.
45 Vndè rectè, & benè dicitur, quod iracundia com-
motus non est in plenitudine intellectus. Bal. c. 1.
§. 1. in fin. De pac. iuram. firm. Nec mirum videri
46 debet, quia ira est inimica consilii, ac impedit
animum nè possit cernere verum. Bal. in c. 1. §. si
47 quis vltrò, de pac. iuram. firman. Vbi quod non
habet deliberandi consilium, quem ira corripuit.

Ex quibus igitur infertur, quod d. Dominicus nō
est in culpa, sed quidem dd. Io. Maria, & Donna
Lucia eius Vxor, cum contra voluntatem ipsius, &
sine vlla causa domi teneant d. Donnam Cæciliam;
48 quod nullo modo facere possunt; tum quia Vxor
est subiecta viro, & veluti eius famula censetur, c.
49 mulierem, 32. q. 5. Tum etiam quia quoad car-
nis debitum est in eius potestate, & eius legibus alli-
gata. Glos. & Bal. l. si Vxore, C. cond. confer. Vul-
pell. cons. 123. n. 21. Et latè scripsit Tiraquell. tract.
50 de legib. connubial. l. 1. n. Immò Vxor eius
corporis potestatem non habet, sed Vir. Vt post
Paul. habemus in c. non debet. De consanguinit. &
affinit. Vulpell. cons. 120. n. 2.

Quoad prætensam blasphemiam d. Dominicus est
excusandus daro, & non concesso quod ipsam pro-
tulerit; quia propter iram non erat in plenitudine
51 sui intellectus: Vltra quod blasphemia calore ira-
cundiæ prolata crimini hæreseos non æquiparatur.
Vt tradit Farinac. Poncinibius tract. de lamiis, pro-
pè fin. n. 86. Gram. cons. 15. Vulpell. cons. 13. n. 8.
Et non est attendenda, quia debet probari per duos
testes fide dignos, ac omni exceptione maiores; &
non à dd. Io. Maria, & Donna Lucia inimicis. Vul-
ga, c. in omni negotio, de test. Vulpell. cons. 12.
n. 6. Quando adeo non adest Principis decretum,
quod credatur vnico testi cum Accusatore.

Quibus quoque accedit, quod dd. Io. Maria, Don-
na Lucia, & Filii in hac criminali causa non sunt at-
tendendi contra d. Dominicum; quia detinentes eo-
52 rum domi d. Donnam Cæciliam contra eius volun-
tatem dederunt causam altercationi, & Rixæ; Vn-
dè euaserunt ei odiosi, & inimici capitales, l. 1. §.
præterea, & ibi Mars. ff. de quæst. Alex. cons. 174.
col. 4. circa med. vol. 2. Gram. cons. 38. n. 11. seqq.
53 Vbi quod sufficit interuenisse verba iniuriosa inter
54 ipsos. Et inimicitia capitalis oritur ex sola iniuria-
rum prolatione. Bal. in c. Veniens, circa fin. de iu-
reiur. quem sequitur Ias. in l. procuratoribus. De
procurat. Mars. in l. 1. §. præterea, ff. de quæst. Vbi
quod ità fuit pluries resolutum. Testatur idem Mars.
cons. 2, & 3. Gram. vot. 6. n. 4. Rolan. cons. 24.
55 num. 38. lib. 1. Immò inimicitia capitalis oritur,
quando quis altercatus fuit cum aliquo, & ideò à te-
stificando repellitur, c. Cum P. Manconella, de ac-
cusat. Hypol. l. 1. §. præterea, ff. de quæst.

Deniq; non valet, si per eosdem dicatur, quod d. Dominicus pedibus conculcauit anulum benedictū, quo cum desponsauerat d. Donnam Cæciliam, quod omninò negatur. Vltra quod Inquisitor solum debet se intromittere in illis, quæ Articulis fidei obuiant quoquo modo. Vtporè quando quis malum Deo, B. Virgini imprecat, eisdem maledicens, aut gratias Deo non exhibens; quia iste verè dicitur blasphemare. Et de istis dicitur in lib. 5. tit. de maledictis, & blasphemiis, distin. contra tit. de hæred. Direct. Inquisit. 2. par. pag. mihi 333. n. 41. col. 1. n. 1.

Deniquè cum ex prædictis dd. Io. Maria, Donna Lucia eius Vxor, & Filii per quærelam datam euaserint inimici capitales dicti Dominici, omninò à testificando contra ipsum sunt repellendi, & d. Dominicus gratiosè absoluendus. Quod si fiat singulari gratia reportabitur, &c. Quarè, &c.

CONSILIVM XII.

SVMMARIVM.

1 *Berroariis ob eorum vilitatem, & infamiam nulla adhibetur fides.*

2 *Birroarii ob iniuriam ipsis factam non probant.*

3 *Borroarii ob iniuriam ipsis factam videntur deponere in causa propria.*

4 *Berroariorum dicta non ad probationem, sed ad instructionem tantum recipiuntur.*

5 *Berroarii, quamuis plures sint, ad inquirendum tantum generaliter, idest ad assumendas informationes faciunt indicium.*

6 *Berroari quamuis dicant se fuisse offensos, seù vulneratos in captura, Inquisito non potest infligi tortura, quia deponunt in causa propria.*

7 *Meretrix à testificando repellitur tam in ciuilibus, quam in criminalibus.*

8 *Bayulo, quando est in Societate Berroariorum offensoi nō non creditur.*

9 *Offensa facta vni ex sociis dicitur facta aliis.*

10 *Bayulorum dicta instruunt tantum Iudicem, sed non probant.*

11 *Testis de visu non est idoneus testis, quia oculus, & manus sæpè falluntur.*

12 *Testis vnicus nullum prorsus facit probationis gradum.*

13 *Testis vnicus non sufficit ad torturam, quamuis etiam in torturam deposuerit.*

14 *Testis vnicus non sufficit ad torturam, quamuis etiam minimam patiatur exceptionem.*

15 *Testi vnico etiam de loco, & tempore non creditur.*

16 *Vxor vnius, vox nullius.*

17 *Testis vnicus est etiam singularis.*

18 *Testes singulares, quamuis mille nullum pariunt inditiū.*

19 *Socium alterius quando quis aggreditur, ipsum aggredi dicitur.*

20 *Socio non solum pro defensione sui ipsius, sed etiam pro defensione sui socii aggressorem licet offendere.*

21 *Socio vno iniuriato, seù offenso in deambulando, seù in itinere censentur etiam omnes alii socii ipsius iniuriati, seù offensi.*

22 *Offensa facta vni ex sociis censetur communis.*

23 *Defensio non solum est licita pro se ipso, sed etiam pro socio.*

24 So-

24 *Socium alicuius conſultans ipſum aggredi videtur.*
25 *Berroarii volentes capere aliquem debent oſtendere mãdatum Iudicis.*
26 *Berroarius quando non poſſit exequi mandatum.*
Berroarii intra Eccleſiam.) & intra eius limites per
27 *Intra Eccleſiam Berroarii.) triginta paſſus circũ circa, prout Eccleſia matrix per quatraginta non poſſunt exequi mandatum Iudicis ſecularis.*
28 *Reos ſanguinis in dominio Eccleſiæ iura canonica mandant defendi.*
29 *Reus captus intra Eccleſiam ſeù eius limites etiam pro grauiſſimo crimine, eidem Eccleſiæ per Iudicem ſecularem reſtitui debet.*
30 *In Eccleſia, ſiue intra eius limites quiſuis etiam pro grauiſſimo crimine quiſuis debet eſſe tutus.*
31 *Intra Eccleſiæ limites Reus captus, ſi antequam ducatur ad carceres fugiat in Eccleſiam, non poteſt in ea capi.*
32 *Conſuetudo non poteſt Canonibus ſacris præiudicare.*
33 *Conſuetudo iuri ſcripto non præiudicat.*
34 *Conſuetudo non attenditur in caſibus, in quibus lex ſpeciali ratione extraneis proſecutionem vetat.*
35 *Berroarii iniuſtè capturantes habentur pro priuatis perſonis.*
36 *Reſiſtentia cuilibet permiſſa eſt ob vim ſibi factam.*
37 *Ob vim ſibi factam reſiſtentia cuilibet permiſſa eſt.*
38 *Reſiſtens ob vim ſibi factam poteſt verberare, & occidere.*
39 *E Birroariorum manibus ſocium iniuſtè captum quilibet eximere poteſt.*
40 *Berroarii vti infames in cauſa graui non admittuntur in teſtes, licet eſſent plures.*
41 *Reſiſtentia facta Berroariis in actu capturæ, ex dictis ipſorum non probatur, maximè quando prætenditur facta de die, & in via publica.*
42 *Birroarii vti inhabiles non admittuntur in teſtes.*
43 *Delictum non probatur per Birroarios, maxime quando dicunt ſe offenſos.*
44 *Inimicorum dictis non eſt ſtandum, etiamſi eſſent in articulo mortis, & veritas aliter haberi non poſſet.*

ILluſtris Dominus N. reperitur querelatus, ſub prætextu quod ſuperioribus his diebus ante Eccleſiam S. Blaſii non ſolum è manibus Berroariorum D. S. Illuſtriſſimæ Dominum N. exemerit; ſed etiam Io. Bernardinum alias Roſſium Berroarium, armis percuſſerit: Et cum id omninò à veritate abſit; ideò dd. Berroariis, ac etiam teſtibus à Fiſco productis, & contra ipſum examinatis nulla prorſus eſt habenda fides.

Berroariis ob eorum vilitatem, & infamiam nul-
1 la poteſt adhiberi fides. Bal. l. fin. q. 8. C. de Edict.
Diu. Adrian. tollen. n. 47. Clar. q. 7. verſ. hæc es igitur, in fin. plenè etiam oſtendit Boſſ. in tit. de Denunt. n. 17. ſeq. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 8.
2 iuribus, & rationibus id comprobat, quia etiamſi iniuria ipſis facta cenſeatur, non probant. Gloſ. in l. apud labeonem, §. tenetur; & ibi Angel. in §. Comitem, ff. de iniur. Boſſ. ibidem. Vbi quod apud ipſum nullam habet difficultatem. Maſcard. de pro-
3 bat. concluſ. 1115. lib. 2. n. 8. Ratio eſt, quia videntur deponere in cauſa propria. Veronen. conſ. crim. 92. n. 1. Gram. deciſ. 25. n. 1. ſeq. Et eorum dicta
4 non ad probatione, ſed ad inſtructionem tantum recipiuntur, vt ex illis ad capturam, & ad inquirendum procedi poſſit. Boſſ. tit de denunt. n. 12. Aſin. in pract. §. 9 c. 3. n. 5. in fin. Lugd. in pract. crim. c. 13. tit. de citat. reali, ideſt pœna capturæ, n. 3.
5 Nec diſſentit Cæphal conſ. 241. n. 7. lib. 2. Et id etiam quamuis plures ſint; quia nec vllum quoque faciunt inditium niſi ad inquirendum generaliter, & ſic ad aſſumendas informationes. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 14. n. 7. Boſſ. d. tit. Farinac. in tract de teſt. n. 56. & 176. ſeq. in tit. de Car-
6 ceribus, & Carceratis, q. 33. n. 80. ſeqq. Immò dicitur, quod Inquiſito non poteſt infligi tortura; quamuis dd. Berroarii dicant ſe offenſos fuiſſe, ſeù vulneratos in captura, vt depoſuit d. Io. Bernardinus, alias Roſſius; quoniam ſunt principales, & accuſatores, & deponunt in cauſa propria, c. accuſatores, 3. q. 5. c. forus. §. in omni. de verb. ſignif. Spec. in tit. de teſt. §. 1. n. 39. verſ. Item quod ipſe eſt accuſator, & teſtis. Gabriel tit. de Citat. lib. 2. concluſ. 4. n. 3. Cæphal. conſ. 24. n. 69. lib. 7.

Donna Franciſca Maraffa de Rauenna, cum ſit publica mœretrix, & Amaſia d. Io. Bernardini, alias Roſſi Berroarii prætenſi offenſi, & vulnerati à d. D.
7 N. à teſtificando repellitur. Text. in l. palam. §. non ſolũ ibi lege notatur, ff. de tit. nupt. in l. Athletas, §. ait Prætor, ff. de his, qui not. infam. Gloſ. in l. 3. in verb. palam, ff. de teſt. Nepos de Monte Albano in tract. de teſt. n. 17. Farinac. q. 56. n. 138. ſeq. Ideò nec in ciuilibus, nec in criminalibus poteſt eſſe teſtis, d. Text. in l. palam, §. non ſolum.

Pierio Magnano Bayulo nulla proſus poteſt ad-
8 hiberi fides, quia Bayulo, quando eſt in ſocietate Berroariorum, & dd. Berroarii offenduntur, non
9 creditur; Nam offenſa facta vni ex locii dicitur facta aliis cum eo exiſtentibus. Angel. in l. Item apud labeonem, §. Comitem, ff. de iniur. Vltra quod Ba-
10 yulorum dicta inſtruunt tantum Iudicem, non autem probant. Ità Bal. conſ. 248. lib. 3. Alex. conſ. 88. n. 3. Marſ. §. diligenter n. 39.

D. Nicolaus Lazzarellus teſtis, quamuis deponat de viſu, non tamen eſt idoneus teſtis: Ratio eſt, quia
11 oculus, & manus ſæpe falluntur, c. Nec aliqua 27. q. 1. Franc. Marc. deciſ. 678. quem refert Baiard. ad Clar. q. 4. n. 7. Nec id ab re dicitur; quia ſi contra d. D. N. non creditur Berroariis, nec Donnæ Franciſcæ Maraffe, nec Pierio Bayulo, nec etiam poteſt credi d. Nicolao, quia à teſtificando reiectis ſupradictis per iura ſupra allegata ipſe ſolus remanet te-
12 ſtis; qui ideò nullum prorſus facit probationis gradum; nanque lege diuina ſtatutum eſt, quod nullo modo credatur teſti vnico. Deuteron. c. 19. Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quicquid illi peccati, vel facinoris fecerit; ſed in ore duorum, vel trium ſtabit omne verbum. Matthei c. 18. Et id

quoque

quoq; lex Pôtificia, & Cæsarea comprobarunt, c. In omni negotio, & c. licet in fin. de test. l. iusiurandi, C. de test. Bal. cons. 406. lib. 1. omninò dicit, quod contra ius diuinum, & humanum est, quod credatur dicto vnius tantum. Aym. post alios, quos allegat cons. 75. n. 5. Verum testis vnicus facit solum quale, quale inditium, Boss. tit. de indit. & considerat. ante tortur. Sed duo requiruntur. Glos. in l. fin. in verb. vel inditiis, C. famil. hercisc. Crauett. in pract. in 2. tract. de indit. & tortur. § 2. inditium n. 4. Bertaz. cons. 116. n. 18. Quæ cum ità sint, il-
23 lud per Iudicem est omninò menti tenendū, quod vnicus testis contra Inquisitum non sufficit ad torturam. Bart. & alii in l. fin. ff. de quæst. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 22. vers. breuiter: quamuis etiam in
24 tortura deposuerit. Et eo magis id procedit, quando aliquam etiam minimā patitur exceptionem. Angel. in l. fin. C. de quæst. Lanfranc. tract. de test. n. 74. in fin. Ratio est, quia testi vnico etiam de loco, &
25 tempore, prout habetur in l. iusiurandi. C. de test. non creditur. Vulg. Text. in c. in omni negotio, de
26 test. Vulpell. cons. 19. num. 1. Ratio est, quia vox vnius, vox nullius, Boss. tit. de opposit. contra test.
27 Et est etiam singularis, c. veniens, in fin. c. li-
28 cet in fin eod. tit. Immò etiam testes singulares, quamuis mille, nullum pariunt inditium, d. l. iusiurandi, & ibi Bal. C. de test. licet causam, vbi not. omnes. De probat. Ioseph Ludouis. decis. 9. n. 7. Spec. in tit. de inquisit. §. nunc videndum Bal. c. Bone. & cum dilectus de elect.

Cæterum dato & nullo modo concesso quod d. D. N in actu capturæ armis percussisset d. Io. Bernardinum, alias Rossium Berroarium, quia d. D. N. suum Socium per Ciuitatem secum deambulantem nullo Iudicis ostenso mandato capturarę voluit, non obstante quod Baroncellus ei diceret, quod non faceret; quia erat in loco sacro, iure quidem facere
19 potuisset; nam quando quis socium alterius aggreditur, ipsum aggredi dicitur, l. quoniam multa fa-
20 cinora, C. ad l. Iul. de vi publ. Et ideò non solum ipsi licet offendere d. aggressorem pro sua defensione, sed etiam pro defensione sui socii. Bart. & alii
21 in l. vt vim, ff. de iust. & iur. Ratio est, quia socio vno iniuriato, seù offenso in deambulando, seù in itinere cententur etiam omnes alii socii ipsius inu-
22 riati, & offensi. Glos. in l. Item apud labeonem, § tenetur, ff. de iniur. quoniam offensa facta vni ex sociis censetur communis. Ità Bart. in l. si quis in
23 seruitute, ff. de furt. Et ideò defensio non solum est licita per se ipso, sed etiam pro socio. Bart. in
24 d. l. vt vim. ff. de iust. iur. Nec id ab re dicitur; quia socium alterius insultans ipsum aggredi videtur, d. l. quoniam multa facinora. Ideò ipsi licet consocium defendere. Gandin. tit. de defens. Reo, fac. n. 3. post Bart. d. l. vt vim. quem sequitur Dec. de iust. iur. Alex. Aret. in l. si ità stipulatus, 2. de verb. obligat. Et Addens ad Abb. c. Cum sit generale, n. 8. de for. compet. Vulpell. q. 41. n. 3. Glos. singularis in d. l. apud labeonem.

Non valet, si per Fiscum dicatur, quod id non habet locum, quando Berroarius vult capere aliquē
25 de mandato Iudicis; quia opus est vt ostendat d. mandatum, & quod d. Iudex sit Iudex competens;
26 nam quando non est competens aut ratione personæ captæ, aut ratione loci, in quo capitur, aut ratione iurisdictionis, Berroarius non potest exequi mandatum ipsius, prout in casu de quo agitur; quia
27 d. Io. Bernardinus propter immunitatem Ecclesiæ tam intra d. Ecclesiam S. Blasii, quam etiam intra eius limites per triginta passus circum circa, prout etiam Ecclesia matrix per quatraginta non poterat exequi mandatum Illustrissimi D. Gubernatoris Iudicis secularis in personam d. D. N. Vt ait Abb. in c. Ecclesiæ n. 10. de immunit. Eccles. Quoniam in-
28 ra canonica mandant in dominio Ecclesiæ etiam Reos sanguinis defendi. Boss. tit. de mandat ad ho-
29 mic. n. 29. Et quando quis intra dictam Ecclesiam, seu eius limites fuit captus, eidem Ecclesiæ per Iudicem secularem restitui debet, c. sæpè de restit. Spo-
30 liat. Quia in Ecclesia, seù intra eius limites quisuis etiam pro grauissimo crimine debet esse tutus, c. inter alia. De immunit. Eccles. Farinac. q. 28. n. 15.
31 Vbi Cumulantes allegat; & attestatur de communi. Immò captus intra limites Ecclesiæ, si antequā ducatur ad carceres, fugiat in Ecclesiam, non potest in ea capi. Boss. tit. de captura, n. 22. Non obstat, si per Fiscum dicatur, quod de consuetudine
32 non seruatur. Prout Clar. q. 30. quia Consuetudo, si quæ extaret, quod non creditur, non potest Canonibus sacris præiudicare, c. Clerici, de iud. Ratio est, quia iuri scripto consuetudo non præiudicat, c.
33 Consuetudo, Dist. 11. Nanque esset contra libertatem Ecclesiasticam, c. Ad Audientiam, De con-
34 suet. Immo dicitur, quod Consuetudo non est attendenda, quia non procedit in casibus, in quibus lex specialí ratione Extraneis prosecutionem vetat. Per l. quamuis adulterium, la seconda C. de adult. Nec mirum videri debet, quia omnis regula fallere debet. quando ius, aut æquitas suadet. Et ineptum est ab ea recedere, §. quia verò, & ibi Glos. in verb. ineptissimum, Auth. vt matr. debitric. & creditric. tutet. gerant.

Quæ cum ità sint, omninò dicitur, quod d. D. N. qui de mandato Illustrissimi D. Gubernatoris Iudicis secularis, & iurisditione carentis superioribus his diebus fuit à d. Rossio Berruario captus ante ianuam Ecclesiæ S. Blasii, & sic intra eius limites vix expulsiua competere potuit; cum cōtra ius propria libertate priuatus fuisset; & pro recuperatione dictæ libertatis ad primerium statum ei competebat remedium, & interdictum recuperandæ. In tantum, quod in primis, & ante omnia aduersus vim illatam veniebat restituendus. Sunt Textus aperti, & clari in l. plerīq; Vbi Bal. & Castr. ff. de in ius vocan. l. 1. & 2. ff. de delict. hom. exhib. Et de interdictis recuperandæ est Glos. ordinaria. Vbi etiam DD. in c. Cum inter in Glos. 1. ad fin. ext. de except. est l. in C. Sollicitudinem post princ. in illis verbis: Et petens

tens se ad eum statum. De appell. Et quod veniret tanquam spoliatus restituẽdus, ac etiam nunc spoliationis sit prius tractandum, facit Text. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi: Felyn. in c. Ad augendã. De reg. iur. Bart. notabiliter in sua celeber. 6. q. quæ incipit Lapus fuit captus, n. 1. seq. & per totam quæstionem. Caput. pariter in suis cons. ciuil. Cons. 19. n. 2. seq. Et per totum cons. benè, & realiter in hac materia celebratum.

Ex quibus infertur, quod Captura in personam d. D. N. fuit iniusta, Vndè d. Rossio Berroario licitè potuit resisti, immò impunè potuisset occidi, l. pro-
35 hibitum, C. de iure Fisci. lib. 12. Petr. à Placa in Epit. delict. c. 28. n. 9 & cap. 38. n. 7. in fin. Ratio est, quia isto casu omnes Berroarii sic inuitè capturantes habentur pro priuatis personis, non autem
36 pro Berroariis; & ideo cuilibet permissa est resistẽtia ob vim sibi factam, l. vt vim. Vbi not. omnes, ff.
37 de iust. & iur. Prout in terminis tradit Seraph. tract.
38 de priuileg. iuram. priuileg. 132. n. 37. seq. Et isto casu non dicitur Resistentia, sed Defensio. Vt per plura iura, & authoritates ostendit Gram. cons. 51. num. 2. Et n. 7. ait, quod Resistens potest isto casu vulnerare, & occidere. Luc. de Penna, & Put. quos allegat.

Quo vetò ad d. D. N. dicitur, quod dato, & nullo modo concesso, quod intra dictos limites Eccles. S. Blasii contra mandatum Illustris. D. Gubernatoris Iudicis secularis, & iurisditione carentis procurasset d. D. N. suum socium inuitè captum eximere è manibus d. Rossii Berroarii, nullam prorsus mœretur
39 pœnam. Rolan. cons. 7. n. 45. lib. 1. Vbi n. 47. testatur de communi opinione. At quia eximere captũ è manibus Berroariorum importat pœnam mortis naturalis. Vt expresè disponit Constitutio fel. mem. Sixti Quinti, tamen dd. Berroarii in causa tam graui,
40 prout etiam in similibus delictis vti infames non admittuntur in testes. Bart. in Extrauag. Ad reprimendum, in verb. per nuncium, n. 10. Clar. q. 7. vers. habes igitur. ad fin. alios refert. Idq; procedit, etiamsi essent plures Executores. Menoch. de Arbitrat. quæst. lib. 1. casu. 112. n. 15. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1115. n. 8. Et hoc nullam habet difficultatem. Vt scribit Bosf. tit. de denunt. n. 12. Vbi exclamat contra Iudices, quod ex dictis satellitum multi pauperes vexantur indebitè.

Ex quibus infertur, quod resistentia facta Berroariis in actu capturæ alio modo probari debet, quam
41 ex dictis ipsorum. Ità Alciat. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 15. n. 7. Menoch. de arbitrar. qq. 112. n. 15. Vbi ait id procedere, etiamsi satellites essent plures. Nec dissentit Bosf. tit. de denunt. n. 12. Vbi quod ista Conclusio nullam habet difficultatem, licet quotidiè multi pauperes vexentur indebitè ex dictis satellitum. Et maximè quando d. Resistẽtia prætendítur facta de die, & in via publica, vt in casu, de quo agitur, vbi alii testes actu, & habitu haberi poterant.
42 Ideò Berroarii vti inhabiles non admittuntur. c. fin. Vbi not. omnes de test. cogen. Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 3. c. 12. Rubr. de proban. delict. n. 21. Diaz. in pract. canon. c. 120. vers. posset tamen considerari. Nec eis est credendum, etiamsi dicerent, alios testes non interfuisse. Vt per Afflict. in Constit. Regni Rubr. 10. super Constit. humani-
43 tate, in 6. notab. Vbi quod crimen non probatur per Satellites; quia sunt loco Accusatorum, qui non possunt esse testes, & vidẽtur deponere in causa propria. Immò eis non creditur, si dixissent alios testes non aduertisse. Et maximè eis non est credendum, quando dicunt (Vt in casu de quo agitur) se offensos; quia ridiculum est dicere, admittendos esse in testimonium offensos. Blac. in l. fin. n. 104. ff. de quæst. At inimicorum dictis nõ est standum, etiamsi essent in articulo mortis. Marf. in l. 1. §. preterea, ff. de quæst. Marf. ibi n. 7. Gram. cons. 45. n. 16. Vbi ait id procedere, etiamsi alitet veritas haberi non potest, Gram. d. cons. 45. n. 6.

Quibus sic stantibus humiliter supplicatur D. Illustrem D. N. in tam iniusta Berroariorum vexatione non molestari, quod singulari gratia reportabitur à D. S. Illustrissima. Quam Deus, &c.

CONSILIVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Infames ab accusando omninò repelluntur.*
2 *Infames à testificando etiam repelluntur.*
3 *Infames quando possint accusare.*
4 *Crimina excepta quæ sint, seù dicantur.*
5 *Infamis quando quis dicatur.*
6 *Infames in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, non plenam probationem, sed tantum inditium, vel præsumptionem faciunt.*
7 *Infames admittuntur ad probandum crimina excepta, non autem Adminicula.*
8 *Infames admittuntur solum ad probandum crimina excepta in subsidium, & admittuntur cum tortura.*
9 *Conditio bonæ personæ exclud. t præsumptionem rexultantem ex inditiis.*
10 *Infames in criminalibus nec etiam admittuntur cum tortura.*
11 *Infamia non purgatur per torturam.*
12 *Tortura non purgat infamiam.*
13 *Infames admittuntur in subsidium, quando veritas aliter haberi non potest, idest ad inquirendum tantum.*
14 *Infames nullum prorsus pariunt inditium, quamuis in tortura emanauerint.*
15 *Infames semper intelliguntur admitti quoad præsumptionem faciendam tantum, aut ad inquirendum, non autem ad probandum.*
16 *Testes ad probandum, ac etiam ad torquendum quales esse debeant etiam in occultis.*
17 *Crimen quanto est grauius, & atrocius, tanto probationes debent esse grauiores, & vrgentiores.*
18 *Infames, & inhabiles testes quare faciunt solum inditium ad inquirendum, & non ad condemnandum.*
19 *Perfectum non potest oriri ex imperfecto.*

20 *Testi-*

20 *Testimonii fundamentum est fides.*
21 *Infamis caret fide, cum eius status sit maculatus iuris dispositione.*
22 *Testes infames, & inhabiles non supplentur numero, sed omnes à testimonio repelluntur.*
23 *Nihil quod est, supplementum non recipit.*
24 *Ex imperfectis pluribus in sua specie non potest vnum perfectum resultare.*
25 *Perfectum vnum non potest resultare ex pluribus imperfectis.*
26 *Infames, &) testes quando admittuntur in crimine Inhabiles) occulto, & difficilis probationis, semper intelligitur in ciuilibus, non autem in criminalibus.*
27 *Iura an in criminalibus liceat transgredi.*
28 *Iura transgredi quo casu Iudici liceat.*
29 *Infamis in criminalibus alium iuuare non potest.*
30 *Testis quando à testimonio repellitur, repellitur etiam quod veritas aliter per alios haberi non potest.*
31 *Infamis in quibus casibus non admittatur in criminalibus.*
32 *Reus faciens compositionem ante condemnationem non notatur infamia.*
33 *Confessio Rei ratificata in tortura de aliquo delicto non facit inditium.*
34 *Infamis, &) ad testificandum non admittitur etiam Vilis;) in crimine hæresis.*
35 *Hæresis crimine testes viles, & infames non sunt sufficientes ad pœnam ordinariam imponendam.*
35 *Testes viles & infames in crimine hæresis non sunt sufficientes ad pœnam ordinariam imponendam.*
36 *Hæresis crimine duo testes minus idonei) non suffi-*
36 *Testes duo minus idonei in hæresis crimine) ciunt ad pœnam ordinariam imponendam.*

IN causa Adulterii de qua agitur ad accusandum non potuit admitti N. cum per testes ad defensam examinatos optimè constet ipsum non solum esse criminosum; sed etiam infamem. Nec
1 mirum videri debet, quia infamis tam de iure canonico, quam de iure ciuili ab accusando omninò repellitur, c. Infames 6. q. 1. Bero. d. c. n. 44. de accusat. Vbi de communi. De iure communi probat. l. qui accusare, C. de accusat. & in l. criminis, ibi si integrè tibi æstimatio, ff. de publ. iudic. C. quem infamem. Et propterea homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, falsarii, fortilegi, concubinarii, & similes criminosi non possunt alios accusare. Tradit Corrad. in pract. de accusat. nu. 12. vers. 48. Repellitur, & n. 13. n. 79. Vt Concubinarius. Vin. in suis commun. opin. vers. accusare non potest. Et alibi dixit tit. de accusat. q. 12. n. 17. seq. Et tam ab accusando, c. De cætero, extra de test.
2 quam etiam à testificando repelluntur: Sed tantum intelligitur in non exceptis; quia in exceptis pos-
3 sunt tales infames accusare, prout etiam possunt, quando suam, vel suorum prosequuntur iniuriam Farinac. quæst. 12. num. 17. & quæst. 56. num. 32.
4 seq. Et crimina excepta sunt crimen hæresis, crimen læsæ maiestatis; crimen simoniæ, crimen sacrilegii, crimen falsificationis monetæ, crimen assassinii, ac etiam in casu difficilis probationis, & in quo veritas aliter haberi non potest. Farinac. d. q. 12. n. 13. Nec non etiam crimina excepta sunt homicidia, maleficia, furta, sacrilegia, concubinatus, &c. Tradit Corrad. in pract. d. tit. de accus. n. 12. vers. 48.
5 Repellitur & n. 13. vers. 79. Vt concubinarios. Et vt quis possit dici infamis, necesse, vt fuerit confessus, seu conuictus, aut per sententiam condemnatus. Not. omnes per illum Text. l. ictus fustium, C. de infam. Gram. vot. n. 25.

Illud tamen per Iudicem est aduertendum, quod infames in casu, in quo veritas aliter haberi non
6 potest, non faciunt plenã probationem, sed tantũ inditiũ, vel præsumptionem, l. qui vltimò, in fin. ff. de pœn. quam allegat Mars. in l. cunctos populos, & declarat ibi Ias. n. 51. Farin. q. 56. n. 121. Et ad-
7 mittuntur ad probandum crimina excepta, non autem adminicula, dd. criminum. Bart. in l. quæstionibus, ff. ad l. Iul. maiest. allegat. Test. in c. per tuas. Ibi non alia etiam adminicula suffragentur ex-
8 tra de Simon. Farinac. d. q. 56. n. 72. Et intelligitur solum in subsidium: Et quando in subsidium admittuntur, non admittuntur sine tortura, c. illi, qui 5 q. 5. Cœpoll. cons. 61. col. 2. Menoch. de arbitrar. q. 474 n. 50. seq. Text. est in l. carmen. §. si ea Rei conditio, ff. de test. cuius verba sunt hæc: Si ea Rei conditio sit, vbi arenarium testem, vel similem personam admittere cogimur; sine tormentis eius testimonio credendum non est. Et ibi hoc not. Bal. in Summario. Alber. in verb. ad testimonium autem, &c. Odofred. in princ. Fulgos. in Summario. Glos. in l. 3. §. lex Iulia & c. in verb. palam vers. Item fallit contra partem infamem, ff. de test. Bal. in l. non solum, col. 2. in princ. vers. Et idem est. Et ibi facit generalem conclusionem; esse scilicet torquendos eos omnes testes, quibus sine tortura non creditur, C. ad l. Iul. de adult. Text. est in c. 3. §. si autem ea Rei conditio, 4. q. 3. ff. de test. Et ibi Glos. in verb. arenariam. Farinac. q. 79. n. 23.

Non valet, si per Fiscum dicatur, quod ad Inditium probandum duo admittuntur testes non omni exceptione maiores, idest infames, familiares, &c. quia non propter hoc Iudex indistinctè Reum torquere debet, nisi illi duo testes deponant verisimilia v. g. factum est furtum in aliquo loco, probant duo testes. quod viderunt exire Martinum habentem aliquid sub mantello; si iste Martinus est magnus mercator, aut vir alicuius authoritatis, & dignitatis, quem non esset verisimile, furtum fecisse, non potest ex hoc torqueri. Ità declarat Angel. in l. milites, per illum Text. ff. de quæst. Refert, & sequitur Angel. de Aret. in Addit. ad opus maleficiorum. Super Glos. in verb. Et fama publica. Super verb. quæro principaliter. Dicit enim Angel. quod conditio personæ excludit præsumptionem resultantem ex inditiis. Et ideò tunc opus est, quod alia concurrant inditia. Brun. tract. de indit. & torm. q. 1. primæ par. Et ideò dicitur, quod sicut illud portare

tare aliquid sub mantello facit inditium verisimilitu-
dinis, quod portans aliquid sub mantello commise-
9 rit furtum; ita & bona conditio personæ portantis
tale quid sub mantello excludit præsumptionem re-
10 sultantem ex dictis inditiis. Cæterum illud omninò
dicitur, quod testes infames in criminalibus nec etiã
11 admittuntur cum tormentis; quia tortura non po-
test purgare infamiam; sed solum admittuntur in
subsidium, quando veritas aliter haberi non potest;
12 quia hoc casu admittuntur testes, quamuis non
13 sint omni exceptione maiores; sed solum in subsi-
14 dium, idest ad inquirendum. Immò dicitur quod
infames nullum prorsus pariunt inditium, quamuis
in tortura emanauerint, l. 1. ff. de his, qui not. in-
fam. & l. Athletas, & in l. furti, §. mandati, ff. de
testam. Dixit Barbat. tract. de test. c. testimonium,
15 par. 2. n. 15. vers. Et ideò Bart. Vnde quando te-
stes infames in criminalibus admittuntur, semper in-
telliguntur admitti quoad præsumptionem faciendã
tantum, aut ad inquirendum, idest ad assumen-
16 das informationes, non autem ad probandum;
cum tales ad probandum debeant esse omni exce-
ceptione maiores, luce meridiana clariores, inte-
tegri, legales, idonei, inuulnerabiles, & qui pror-
sus nullam etiam minimam patiantur maculam, seù
defectum, aut exceptionem; prout etiam ad torquẽ-
dum, l. qui vltimò, in fin. ff. de pœn. quam allegat
Bart. in l. cunctos populos, & declarat ibi Ias. n. 51.
Farinac. q. 56. n. 121. & q. 43. n. 115. Soc. Iun.
de reg. 425. n. 1. Fallent. Mant. cons. 67. nu. 37.
seqq. Marl. cons. 63. n. 13. seq. Quod procedit etiam
in occultis, & difficilis probationis. Clar. q. 64. vers.
17 dixi etiam, in fin. Rolan. cons. 361. vol. 3. Vbi
reddit rationem, quia quanto crimen est grauius, &
atrocius, tanto probationes debent esse grauiores,
& vrgentiores, c. Vbi periculum, de elect. in 6. Et
licet admittãtur in delicto occulto, & difficilis proba-
tionis, & quando per alios veritas haberi non potest,
tamen pariunt tantum inditium ad inquirendum;
semper enim detrahẽdum est de eorum fide propter
eorũ inhabilitatem. Boss. tit. de indit. n. 165. in fin. &
18 nu. 177. vers. non tamen credas. Et quod solum-
modò faciunt inditium ad inquirendum, & non ad
19 condemnandum, ratio est euidens, quia perfectum
non potest oriri ab imperfecto. Aym. de antiq. temp.
in verb. testis quicquid in lib. officialis n. 17. & 19.
Natt. cons. 298. lib. 2. num. 10. Gabriel. tit. de test.
conclus. 7. n. 8. lib. 1. Rolan. cons. 98. num. 34.
Bertaz. cons. 28. n. 3. & cons. 234. n. 1. lib. 1. Vbi
de communi opinione testatur, Mars. singul. 477.
Dec. cons. 133. vol. 4. Gram. cons. 45. Farinac.
20 cons. 6. n. 19. Alia quoque adest ratio, quia fun-
damentum testimonii est fides, & infamis caret fide,
21 cum eius status sit maculatus iuris dispositione, l. iu-
sta, ff. de manu vindict. Abb. c. testimonium. n. 6.
Felyn. ibi n. 10. de test.

Et illud per Iudicem est aduertendum, quod te-
stes infames, seù inhabiles non supplent numero,
22 sed omnes à testimonio repellũtur. Gram. decis. 11.
n. 2. Becc. cons. 85. n. 19. lib. 1. Ratio est, quia
23 quod nihil est, supplementum non recipit, l. sed
24 si manente, ff. de precar. Et ex pluribus imperfe-
ctis in sua specie non potest vnum perfectum resul-
tare, l. 1. C. minor. tutel. Additur etiam, quod te-
25 stes infames, quando admittuntur, non admittun-
tur vt integri. Butr. cons. 24. in fin. Alciat. reg. 1.
præsumpt. 39. n. 5. Boss. tit. de indit. n. 176. Et eo
magis quando dicti testes plures patiuntur exceptio-
26 nes. Gram. cons. 45. n. 24. Et quamuis per aliquos
DD. dicatur, quod infames, seù inhabiles testes ad-
mittuntur in crimine occulto, & difficilis probatio-
nis, & quando veritas aliter per alios haberi non
potest; tamen id intelligitur quando de crimine agi-
tur ciuiliter, non autem criminaliter. Ita Boss. post
Bart. Aret. & alios, quos allegat in titul. de indit.
n. 177. Et optima ratione quidem quia in crimina-
libus (vt dictum est) testes debent esse omni exce-
ptione maiores. Vndè infames, seù inhabiles, si
admittantur in delictis occultis, & difficilis proba-
tionis; non tamen sunt integri, ac omni exceptio-
ne maiores. Bursatt. cons. 216. n. 39. Vbi aliis re-
latis testatur de communi opinione. Ludouic. Pe-
guer. decis. crim. 17. n. 38. in fin. & seqq. Et licet
27 vulgò dici soleat, quod in atrocissimis licet Iudici
iura transgredi, sanctius tamen est, & multo melius
facit Iudex etiam in atrocissimis iuris dispositionem
adamussim seruare, quam iura transgredi. Vt benè
tradit Iodoc. in pract. crim. c. 55. n. 9. vers. in om-
nibus verò delictis. Mars. in pract. §. diligenter,
n. 175. Gram. vot. 34. ad fin. Rolan. cons. 12. n. 76.
lib. 3. Immò etiam in atrocissimis ad torquendum
legitima præcedere debent inditia. Rolan. cons. 12.
n. 89. lib 3. Riminal. cons. 361. num. 32. seq. lib. 3.
28 Et quatenus secundum vulgi opinionem dicere ve-
limus, in atrocissimis licere iura transgredi; id vtique
intelligitur in puniendo, & sic postquam plenè, ac
verè constat de delicto commisso, secus autem in
procedendo, & vbi est dubium, an Reus commise-
rit delictum, vel non. Foller. in pract. crim. in verb.
Item quod suffocauit vxorem n. 57. Boss in tit. de
for. compet. n. 65. Gabriel lib. 7. conclus. 1. num. 28.
Rolan. cons. 7. n. 42. lib. 1. & cons. 12. n. 72. seq.
lib. 3. Hieron. Gabriel conclus. 170. n. 26. lib. 1.
Et est communis opinio. Vt per Mascard. de pro-
bat. lib. 1. conclus. 137. nu. 5. Ratio est, quia ad
conuincendum, seù torquendum testes debent esse
idonei, ac omni exceptione maiores (vt dictum est)
cum tales Reum solummodo conuincant; non autẽ
infames; qui in criminalibus omninò à testificando
repelluntur, l. 3. §. lege Iulia, ff. de test. c. præte-
29 rea, de test. cogen. Farinac. d. q. 43. n. 13. Vltra
quod etiam infamis in criminalibus alium iuuare nõ
potest; quia nemo dat, quod non habet. Et absur-
dum est dicere, quod quis conuincatur ex dictis in-
famium; cum ad conuincendum (vt dictum est) re-
quirantur testes omni exceptione maiores. Boss. tit.
30 de conuict. n. 9. Immò testis, qui à testimonio re-
pellitur, vt repellitur infamis, repellitur etiam quod
veri-

veritas aliter per alios haberi non possit. Felyn. c. Cum dilecti, nu. 10 seq. de accusat. Hyppol. cons. 361. num. 9. & 45. lib. 3. Quibus additur, quod
31 Infamis in criminalibus non admittitur in infrascriptis, nempe ad testificandum contra alium infamem. Felyn. post Glos. in c. testimonium, num. 37. extra de test. & ibi c. licet causam, post num. 7. de probat. Et dicit Felyn. in d. c. testimonium; quod illa Glos. ibi approbatur per omnes. Nell. tract. de test. num. 16. in fin. Barbat. de test. par. 1. num. 4. seq. Farinac. quæst. 56. num. 44. Immò dicitur, quod tam in ciuilibus, quam in criminalibus ad testificandum non admittitur contra quemlibet, d. l. 3. §. lege Iulia, ff. de test. & d. c. præterea, de test. cogen. l. infamem, ff. de publ. Iudic. Aym. cons. 178. post numerum tertium vers. quia in criminalibus. Farinac. d. quæst. 43. num. 13. Sed illud per Iudicem
32 est aduertendum, quod si aliquis Reus faciat compositionem ante condemnationem, vel soluere protestetur, quod propter dubium causæ euentum soluit pecuniam, vel ne litibus vexetur, & expensis; aut ne litiget cum Curia, non notatur infamia, sed ipsam vitat. DD. in l. si Reus paratus. Vbi Bald. ff. de procur. Et tenet Bart. in l. ait Prætor, §. si quis paratus, ff. de nou. oper. nunciat. Immò nec videtur delictum confiteri. Not. Ial. in l. interdum, §. Nihil, ff. de verb. obligat. Parif. de Put. de Sindic. in verb. obligatio. Item non admittitur ad testificandum in crimine læsæ maiestatis, & quamuis admittatur, non tamen dicitur omni exceptione maior. Bosl. tit. de indit. & considerat. ante tortur. n. 11. Item non admittitur ad testificandum in subsidium in delicto, vbi aliter veritas haberi non potest; & si in occultis, & in exceptis admittitur, ex quo alii testes habiles, & idonei haberi non possunt; non tamen est integræ fidei, ac omni exceptione maiores, nec parit inditium ad torturam. Bosl. tit. de indit. num. 165. 166. 177. Franc. c. 1. num. 4. de test. in sexto. Rimiual. cons. 361. num. 9. & 45. lib. 3. Alex. cons. 64. col. 2. vers. & etiam dicis, vol. 1. & cons. 11. col. 2. vol. 1. Rolan. cons. 24. num. 66. 69. lib. 1. Tamen illud est omninò sciendum, quod infamis quis non dicitur ob delictum, sed requiritur propria oris confessio, vel Iudicis condemnatio pro aliquo delicto, vel quod deprehensus fuerit in fragranti, aut composuisset malam eius conscientiam, seù quod sit conuictus, l. quid, §. ex compromisso, ff. de his, qui not. infam. l. palam, ff. de rit. nupt. Anton. Anan. cons. 199. Gram. vot. 30. num. 25. seq. post alios, quos allegat. Not. omnes per illum
33 Tex. & ictus fustium, C. de infam. & illud est omninò sciendum, quod infamis, qui alias plura commisit delicta non facit inditium ad torturam; quamuis in tortura suum dictum ratificauerit. Mars. singul. 200. Et cons. 74. num. 23. & cons. 102. n. 12. Burlatt. cons. 69. num. 23. Vbi plures allegat, & testatur de communi opinione. Et cons. 239. n. 42. Vbi ait id procedere, etiamsi dictum suum fuerit ratificatum in tortura, quæ supplet vnum tantummodò defectum, quo casu nec ad inquirendum sufficit. Bonacoss. in communi opinione par. 1.
34 vers. Socio criminis non creditur. Item infamis, & vilis ad testificandum non admittitur, etiam in crimine hæresis. Et licet in tali crimine duo testes boni, & graues sufficiant ad pœnam ordinariam im-
35 ponendam, quæ est canonica portio; tamen si testes fuerint viles, & infames, licet contemnendi non sint, ad hoc vt ex dictis eorum ad inquirendum procedatur, duo tamen ex illis non videntur sufficere, ad hoc vt infamato pœna ordinaria imponatur, sed mitius est tractandus, nec ad purgationem subeundam erit cogendus, nisi plenior probatio accedat; & alia inditia, & adminicula cum infamatio-
36 ne concurrant: Ratio est, quia duo testes solum minus idonei in causis, in quibus ad testificandum admittuntur, nunquam sufficiunt ad hoc, vt ex dictis eorum pœna ordinaria imponatur. Director. Inquisit. 2. part. pag. mihi 384. comm. 82.

Quibus sic stantibus supplicatur, vt d. Inquisitus omninò ab imputatis absoluatur, cum supradicti testes contra ipsum examinati tot patiantur exceptiones. Quod singulari gratia reportabitur, &c.

Quare, &c.

CONSILIVM XIV.

SVMMARIVM.

1 *Mulier seù) eo ipso quod dixit, quod fuit carnaliter Puella) cognita ab aliquo, eo ipso euasit eius inimica.*

2 *Testis quando est sibi ipsi varius, atque contrarius, non probat nec eius varietas, seù contrarietas sanari potest.*

3 *Testis quando est sibi varius, atque contrarius ab eo, quod dixit in alio examine non probat.*

4 *Testis sibi ipsi varius, atque contrarius in aliqua parte, in totum reputatur varius, atque contrarius, & nihil probat.*

5 *Testis quando variat à primo dicto nullum parit inditium ob defectum periurii.*

6 *Mulier, seù) quando est pauperrima, & vilissima, Puella) in causa graui nihil probat.*

7 *Vilitas iuncta paupertati tam in ciuilibus, quam in criminalibus facit testem reputari non idoneum.*

8 *Paupertas, & vilitas simul iuncta omninò testes repellunt.*

9 *Puella stuprata, quando duos, vel plures nominat stupratores.*

10 *Mendax in vno in omnibus reiicitur eius dictum, & punitur de falso.*

11 *Ex mendacio præsumitur dolus.*

12 *Offenso non creditur, quia esset testis in causa propria.*

13 *Puella stuprata non creditur, quia semper posset dicere, sui stuprata, ad hoc vt dotetur, vel vxorem ducatur.*

14 *Puella non creditur, quia tractat de eius vituperio, & dedecore euitando; & de eius bona fama, & honore acquirendo.*

15 *Puellæ ſtupratæ non creditur, quando non vociferauit.*

16 *Puellæ vociferatio, ſeù acclamatio infert delictum, non autem delinquentem.*

17 *Teſtes de auditu nullum ad inquirendum pariunt inditium.*

18 *Teſtis de auditu non eſt verè teſtis, ſed improprius, & contra iuris regulam, & formam.*

19 *Teſtis deponere debet per vnum ex quinq; ſenſibus proprium, non alienum.*

20 *Teſtes, qui dicunt, quæ ab aliis audierunt, non ipſi teſtes ſunt, ſed aliorum afferunt voces.*

21 *Teſti ſingulari nec etiam in cauſa hæreſis vlla eſt adhibenda fides.*

22 *Delictum vt puniri poſſit etiam in atrociſſimis, non ſufficit præparatio, ſeù attentatio, ſed requiritur conſumatio.*

23 *Pœna corporalis quando venit imponenda, nunquam venit imponenda pro actu imperfecto, ſed pro conſumato.*

24 *Pro actu imperfecto, licet per Conantem non ſteterit, nunquam imponitur pœna corporalis.*

25 *Pro delicto attentato, & non conſumato, & ſi prætendatur deuentum fuiſſe ad actum facti, ex quo nullus fuit ſecutus effectus, nulla pœna imponi poteſt etiam in atrociſſimis.*

26 *Delictum quando non perficitur, eo quia quis non vult, ceſſat pœna.*

27 *Delictum non conſumatum eſt inconſiderabile.*

28 *Delictum ſi non fuit conſumatum, eo quia delinquens noluit, ſed benè potuit, quia per eum ſtetit, non punitur.*

29 *Affectus non punitur, niſi ſequatur effectus.*

30 *Delicti non conſumati, non perfecti, non præfiniti nunquam fit punitio.*

31 *Delictum quod fuerit conſumatum, perfectum, & præfinitum per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore omni exceptione maiores per Fiſcum probari debet.*

32 *Actus obſceni conſtare debent, & quando non conſtant, non poteſt tranſmitti Inquiſitio.*

FVlgentius, & Seuerinus reperiuntur carcerati ſub
prætextu, quod ipſe Fulgentius deſlorauerat Don-
nam Baptiſtam, & dictus Seuerinus eandem carna-
liter cognouerit; quod cum omninò à veritate ab-
ſit, dictę Baptiſtę prętenſę ſtupratæ dictis nulla
1 prorſus eſt adhibenda fides ex pluribus. Primò, quia
eo ipſo, quod dixit, quod ab ipſis fuit carnaliter
cognita; eo ipſo etiam eorundem capitalis euaſit
inimica. Franc. Caſon. de indit. & tortur. num. 5.
& 8. Et c. 1. Rubr. de dicto offenſi, & quęrelantis,
verſ. limitando tamen. Pariſ. conſ. 152. num. 41.
vol. 4. Rolan. conſ. 24. n. 25. ſeq. vol. 1. Maſcard.
de probat. lib. 3. concluſ. 1129. num. 1. & pluri-
bus ſeqq. Vbi & iuribus, ac DD. authoritatibus hanc
exornat concluſionem; ac etiam communem, &
vſu receptam eſſe teſtatur. Secundò quia in ſua de-
poſitione eſt ſibi ipſi varia, atque contraria; nam
in primo eius examine dixit, quod fuit ſtuprata à
Fulgentio: In ſecundò à Laurentio, nec non etiā ab
2 N. filio Cionci. Et quando quis eſt ſibi ipſi varius,
atque contrarius, vti diuiſus, & laceratus ſecundum
Bal. conſ. 25. col. 1. lib. 3. non probat, nec eius
varietas ſanari poteſt. Ità Bart. in l. eos, C. de fall.
Alex. in l. inter ſtipulantem, col. 4. de verb. obligat.
3 Farinac. quæſt. 66. num. 13 Et eo magis non pro-
bat, quando in vno examine eſt ſibi varius, atque
contrarius ab eo, quod dixit in alio. Cœpoll. conſ.
61. Dec. c. per tuas, in fin. de probat. Boer. de-
4 ciſ. 108. Vulpell. conſ. 95. num. 8. Ratio eſt, quia
varius, atque contrarius ſibi ipſi in aliqua parte
in totum reputatur varius, atque contrarius, & ni-
hil probat. Farinac. d. quæſt. 66. num. 19. Et id
maxime procedit, quando varietas, & contrarie-
tas fuit ſanata per torturam, ſeù tormentum ſi-
5 billorum ei inflictum, nam quando quis variat à
primo dicto nullum parit inditium ob defectum per-
iurii. Gram. voc. 34. num. 10. ſequen. Dec. conſ.
189. num. 7. per totum. Vbi ait, quod iſto caſu
nec ad inquirendum facit inditium. Tertiò quia
(vt omnibus patet) eſt pauperrima, & viliſſima
6 puella; ideò in hac cauſa criminali graui nihil pro-
bat, quia non eſt idonea teſtis. Ioan. de Amic.
conſ. 78. num. 9. Corrad. in pract. tit. de teſt. in
verb. pauper. Viu. in commun. opinion. in verb.
Teſtis propter ſolam paupertatem. Bonacoſſ. in
communi opinione part. 1. verſ. teſtis vilis, &
pauper. Qui omnes teſtantur de communi opinio-
ne. Clar. quæſt. 25. verſ. ſed quæro nunquid in
fin. Nam vilitas iuncta paupertati tam in ciuilibus,
quam in criminalibus facit teſtem non reputari ido-
neum. Scripſerunt Alexand. conſ. 15. num. 7. Go-
mez. titul. de delict. c. 12. num. 18. Vbi teſtatur de
communi, l. Creditores, ff. de priuileg. Creditor.
Immò dicitur, quod paupertas, & vilitas ſimul iun-
ctæ omninò repellunt teſtes. Ruyn. conſ. 130. num.
10. lib. 4. Rolan. conſ. 63. num. 4. Vbi teſtatur de
communi opinione. Menoch. de arbitrar. caſu 96.
lib. 2. num. 6. ſequen. Quartò quia eſt mendax,
nam Donna Margherita Ioannæ Baptiſtæ teſtis in
ſuo examine vulgariter loquendo dixit, *Che mai hà
mandata per ſeruitio alcuno Donna Battiſta, & ch'è
ragazza bugiarda*. Et quod verè ſit mendax, colli-
gitur ex hoc; quia in primo eius examine dicit,
quod fuit deſlorata à dicto Fulgentio, in ſecundo
verò à Laurentio, deindè ab N. Filio Cionci. Et
de eius mendacio circa deſlorationem prætenſam
præcipuè conſtat ex depoſitione Domini Ioſephi
Baliſtæ, qui eſt Chirurgus in hac Ciuitate; necnon
etiā ex depoſitionibus Dōnę Iſabellę Leonis Taglien-
tis, Donnæ Martæ Libii Fornarii, Donnæ Olimpiæ
Seuerini Cataldini, & Donnæ Seuerinæ Ruggierii,
quæ ſunt Obſtetrices expertæ; quæ omnes vna cum
dicto Domino Chirurgo deponunt, quod viderunt
vuluam dictæ Donnæ Baptiſtæ, & pro veritate teſti-
ficantur, quod non eſt deſlorata, ſed quod adhuc eſt
virgo incorrupta. Additur etiam, quod eſt mendax
in ſua

in sua depositione; cum plures nominet stupratores; Et quando Puella stuprata duos, vel plures nominat, stupratores, non solum non est ei credendum, sed nec etiam vllum parit inditium; quoniam veritas est, quod necesse est, quod vnus tantum fue-
10 rit stuprator. Et ideò cum in hoc sit mendax, in omnibus reiicitur eius dictū ratione iuramenti, quod est indiuisibile. Boss. tit. de test. n. 37. Et melius tit. de opposit. conta test. n. 18. vers. quod modo. Vbi nisi probetur veritas sui dicti, debet condemnari de falso. Innoc. c. fraternitatis, de hæret. Abb. in c. testimonium, n. 3. de test. Veronen. cons. crim. 32. vol. 4. vers. quarta. Ratio, Bursat. cons. 192. n. 20.
11 seq. lib. 1. Nec ab re videri debet, quia etiam ex mendacio præsumitur dolus, l. si Seruus, §. si persuaserit, ff. de dolo.

Vltra supradicta alia etiam veniunt dicenda, nem-
12 pè quod dictæ Baptistæ nullo modo est credendum, quia esset testis in causa propria contra l. nullus, ff. de
13 test. nec non sequeretur absurdū; quia semper Puella quælibet posset dicere, fui stuprata, ad hoc vt in vxorem ducatur, aut decenter dotetur. Vltra quod etiam esset accusatrix, & testis contra l. omnibus, C. de test. Vulpell. cons. 93. num. 3. seq. Necnon
14 etiam tractaret de suo vituperio, & dedecore euitando, & de eius honore, & bonafama acquirenda. Quo casu nihil probat. Alex. cons. 86. n. 9. vol. 4. Et ideò ex eius depositione aliquod consequeretur commodum. Ruyn. cons. 105. n. 6. per Text. in d. l. omnibus, de test. Immò dicitur, quod tanto magis ei non creditur, quia non vociferauit in coppula.
15 Hostiens. c. continebatur, de spons. Impub. Et vociferatio Puellæ violatæ facit quale quale inditiū. Afflict. in Constit. De Rapt. Virg. n. 24. fol. 78. Mascard. de probat. conclus. 1409. n. 27. lib. 3. Verum
16 vociferatio, seù clamor, aut acclamatio infert delictum, non autem delinquentem. Foller. in pract. crim. vers. & capiat informationem. Mars. §. principium, n. 12. & 19.

Cæteræ mulieres in processu examinatæ contra dd. Fulgentium, & Seuerinum cum deponant de au-
17 ditu, nullum prorsus ad inquirendum pariunt inditium. Menoch. cons. 98. n. 55. Bertaz. cons. 49. num. 11. & cons. crim. 244. num. 4. Rolan. cons. 24. num. 86. lib. 1. l. testium, C. de test. Vbi omnes tradunt, c. licet ex quadam, de test. c. Tua nos. De consanguinit. & affinit. Et c. in primis 2. quæst. 1. per quos Canones ita defendendo consuluit Mars. cons. 20. num. 5. & cons. 41. num. 8. Et hoc in
18 specie dixit cons. 76. num. 21. Ratio est perspicua; quia Testis de auditu non est verè testis, sed improprius, & præter, & contra Regulam, & formam iuris. Firmat Abb. in c. licet ex quadam, 2. notab.
19 ideò non probat. Ratio est, quia Testis deponere debet per vnum, ex quinque sensibus proprium non alienum, c. testes, 3. quæst. 9. Bart. in tract. de test. num. 12. Abb. in c. tam literis, vers. & est ra-
20 tio, de test. Et ratio est quidem, quia Auditiones, siue Sermones ab aliis relati nullam faciunt fidem, quia qui dicunt, quæ ab aliis audierunt, non ipsi testes sunt, sed aliorum afferunt voces. Simanc. Enchirid. de test. tit. 35. num. 20.

Non valet, si per Fiscum dicatur, quod ad Fisci fauorem adest depositio Caroli N. quia est
21 singularis in suo dicto, vndè ei nec etiam in causa hæresis vlla prorsus esset adhibenda fides. Ità Bald. cons. 25. col. 1. in fin. lib. 3. Et eo magis cum deponat de auditu, cui iuribus supra allegatis non creditur.

Nec etiam facit, si per Fiscum dicatur, quod Chirurgus, & Obstetrices in vulua dictæ Donnæ Baptistæ viderunt vulgariter loquendo, *alquanto di color di sangue*; quia etiam dicunt, quod potuit prouenisse non solum ex coppula carnali, sed etiam ex alia causa; Et quamuis dictus Fiscus prætendat, quod euenit ex dicta coppula carnali; tamen cum dictus Chirurgus, & dd. Obstetrices dicant, quod dicta Baptista est virgo nullo modo dicti Fulgentius, & Seuerinus possunt puniri de desloratione; quia dato, & nullo modo cōcesso, quod ex coppula carnali euenisset, cum non sit deslorata, esset tantum deslorationis delictum attentatum, non autem consuma-
22 tum; Et tamen vt delictum possit puniri, requiritur consumatio actus, & non sufficit præparatio, seù attentatio. Bart. in l. 1. §. Diuus, ff. de Sycar. Crauett. cons. 46. num. 2. Vbi adducit Concordantes, Salyc. in l. is, qui cum telo, in tertio notab. C. de Sycar. Alex. cons. 15. lib. 1. Quod procedit, etiamsi ageretur de delicto, seù crimine atrocissimo, in quo non sufficit actus imperfectus, & non consumatus. Not. in c. Præterea, de delict. in sexto Et tradit Bal.
23 in l. data opera, C. qui accus. non poss. Vbi ait, quod vbi venit imponenda pœna corporalis, requi-
24 ritur actus consumatus. Hinc est, quod pœna, quæ imponitur ipso iure, vel ipso facto, nunquam imponitur pro actu imperfecto, sed pro consumato, licet per conantem non steterit. Ioan. Andr. in d. c. præterea. Quinimò pro delicto attentato, & non con-
25 sumato, & si prætendatur (vt dictum est) deuentum fuisse ad actum facti, ex quo nullus fuit secutus effectus, nulla pœna imponi potest, etiamsi, simus in atrocissimis. Gram. decis. 47. Ioseph Ludouis. decis. Lucen. 15. num. 30. Vbi attestatur de commu-
26 ni. Quinimò delictum quando non perficitur, eo quia quis non vult, cessat pœna; l. qui falsa, ff. de
27 falsi. Immò (inquam) delictum non consumatum est inconsiderabile, & impunibile. Bald. & alii in l. quicunque, C. de seru. fugit. Additur etiam, quod delictum, si non fuerit consumatum, eo quia Delinquens noluit, sed benè potuit, & tunc quia per eum sterit, non punitur, quoniam non punitur af-
28 fectus, nisi sequatur effectus. Et propterea dero-
29 gatum est legibus loquentibus de delictis puniendis; quoniam hodiè de totius Italiæ consuetudine non fit punitio delicti non consumati, non perfecti, non
30 præfiniti. Angel. & Castren. l. 1. ff. quod quisq; iur. Affli. dec. 21. Gram. decis. 21. n. 13. 16. & 89. Et quod
31 delictū fuerit consumatum, perfectū, & præfinitum

à Fisco per duos testes con testes de loco, & tem-
32 pore omni exceptione maiores probari debet: Ra-
tio est, quia Actus obsceni constare debent, & pari-
ter illa tam violenta præsumptio, nempè quod vir
fuerit repertus cum muliere. Itá DD. & Paris. de
Put. tract. de Scyndic. in verb. Officialis offensa, c. 1.
sub n. 2. seq. Foller. in pract. in verb. Capiat infor-
mationem, n. 13. Mascard. de probat. conclus. 1377.
in verb. stuprum, lib. 3. Et sic non potest transmitti
Inquisitio, quando non constat.

Quibus sic stantibus supplicatur pro absolutione, & liberatione è carceribus dd. Fulgentii, & Seuerini; quod singulari gratia reportabitur, &c.

CONSILIVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Inditium non est delicti probatio, sed est signum maleficii ad veritatem habendam.*

2 *Inditium si est signum, & non probatio, indicat, non autem probat maleficium.*

3 *Delictum constare debet per probationes, non autem per inditia.*

4 *De inditio sufficienti ad torturam DD. intelligunt de semiplena probatione.*

5 *Inditia non faciunt semiplenam probationem, sed vnicus testis.*

6 *Testis, vt faciat inditium ad torturam, deponere debet de facto consumato, & perfectè præfinito non autem de circumstantiis, accessoriis, &c.*

7 *Testes deponentes super circumstantiis, seù accessoris, & non super delicto non probant.*

8 *Inditia sufficiunt tantum ad inquirendum, seù ad capturam, & non ad reliqua.*

9 *Inditia indubitata non sufficiunt ad torturam, seù condemnationem, sed ad pœnam pecuniariam tantum.*

10 *Furtum non est inditium sufficiens ad torquendum hominem bona fama.*

11 *Bonus de iure quilibet præsumitur, dato etiam quod sit pauper, & modicæ nobilitatis.*

12 *In furto vt quis præsumatur participasse, necesse est, vt contra ipsum concurrat, sinistra suspicio, quod sit consuetus res furtiuas tenere, seù emere, aut furari.*

13 *Inditia licet reperiantur sufficientia contra aliquem ad torturam, tamen si pro eo sunt aliqua inditia, opus est, quod illa inditia ad torquendum sint magis sufficientia, & fortia.*

14 *Præsumptio vna aliam pellit.*

15 *Furtum probari debet à personis legalibus tantum, non autem à vilibus, & abiectis.*

16 *Furti Receptator.) non tenetur ad pœnam, nisi per Receptator furti.) Fiscum probetur, quod scienter, & malitiosè receptauerit.*

17 *Scientia ad pœnam inducendam debet esse certa, & vera, & non sufficit generalis, & præsumpta.*

18 *Furtum receptans. Receptator furti. Celans furtum.) puniri non potest, nisi appareat id scienter fecisse.*

19 *Scientia delicti.) Delicti scientia.) non præsumitur, sed probari debet.*

20 *Furtum receptans.) opem furi præstare non dicitur, Receptator furti.) quando scienter non receptauit, & calauit.*

21 *Furtum quis non dicitur commisisse, quando palam vendit rem furtiuam, seù palam tenet, aut ostendit aliis.*

22 *Furtum repertum penes hominem bonæ famæ nullũ facit inditium; etiamsi tenens non doceat à quo habuerit.*

23 *Reus citra metum periurii, & mendacii potest variare, & mendacia proferre.*

24 *Sanguinem suum vnicuiq; licet redimere quoquo modo.*

25 *Reus varians, seù vacilllans in depositionibus nullum sibi ad torturam facit inditium.*

26 *Variatio, Mendacium. Pallor. Titubatio. Trepidatio. } & aliud genus huiusmodi, quæ coram iudice fiunt nullum faciunt inditium.*

27 *Iudicis præsentia inducit metum.*

28 *Iudicis vultus iratus, & iudicii locus dicitur terribilis.*

29 *Meretrix nullum facit inditium.*

30 *Vita bona quando deest, caret fides.*

31 *Iustitia non potest cum sceleratis mulieribus habere commercium.*

32 *Reus sub fideiussione relaxatus non superuenientibus nouis inditiis, non potest denuò pro eodem delicto carcerari.*

33 *Reus relaxatus non debet amplius pro eodem delicto in carceribus detineri, quamuis noua superuenerint inditia.*

34 *Inditium non oritur ex deductis pro Fisco vltimo loco, licet Reus ex gratia fuerit relaxatus.*

35 *Reus cum cautione non interposita appellatione itâ trãsit in iudicatum, adeò quod non potest vlterius molestari etiam occasione noua quaitatis.*

36 *Fama bona probata Rei omnia purgat inditia, si quæ extent contra eum.*

37 *Amor cæcus est, & exoculatus, homines cæcos facit nesciunt discrimen recti prauiq;*

38 *Amasius pro Amasia delinquens excusandus est.*

COnstantius N. reperitur carceratus sub prætextu,
quod superioribus his diebus cum Donna N. pu-
blica meretrice commiserit aliqua furta: Quod ni-
mirum omninò à veritate abest, licet per Fiscum
prætendatur, quod in processu causæ plura contra
ipsum adsint inditia; nempè quod ab ipsa meretri-
ce habuerit (vt vulgò dicitur) *vn vezzo di perle*, do-
mino N. derobatum, nec non quod tractauerit cum
Petro N. Mercatorẽ; vt d. Donne Mariæ daret decẽ
bracchia Saiæ pro quadã veste ab ipsa facienda, & d.
Petrus pro eius securitate dd. perlas teneret; quousq;
ipsi persolueretur dicta Saia. Quæ quidem Inditia ad
torturam, seù condemnationem nullo modo suffi-
1 ciunt; Ratio est, quia Inditium nõ est delicti proba-
tio, quæ necessariò ad Reũ torquendum, seù cõdem-
nandum requiritur; sed solum est signum maleficii
ad veritatem habendam, Gand. tract. malef. sub
Rubr.

Rubr. de Præsumpt. & Indit. Io. Andr. in Addit. ad
Spec. in tit. de probat. §. fin. in verb. Item per iudi-
tia; Itaq; si est signũ, & non probatio, indicat, non
2 autẽ probat identitatem delicti. Vt post Bart. & alios
3 tradit Carrer. cons. 169. n. 4. Et tamen vt torquea-
tur, vel condemnetur Reus de delicto commisso cõ-
stare debet per probationes idest per testes non autẽ
per inditia, signa, præsumptiones, coniecturas, &c.
Bal. cons. 78. vol. 3. Qua quidem ex re Iudices cri-
minales, ne errent, animadnertere debent, quod
quando DD. loquuntur de inditio sufficienti ad tor-
turam, seu condemnationem, illud nimirum intel-
ligunt de semiplena probatione, & non de minus
4 quam semiplena. Vt doctè, & egregiè declarat Soc.
Iun. cons. 39. n. 57. vol. 2. quam nullo modo faciunt
5 inditia, sed quidem vnicus testis fide dignus, ac omni
exceptione maior. l. qui vltimò, in fin. ff. de pœn.
Farinac. q. 37. n. 58. & q. 56. n. 121. Dec. cons. 189.
6 col. 1. seq. Qui tamen deponat de facto consumato,
ac perfecte prætinito; non autem de circumstantiis,
seu accessoriis, aut appendicibus delicti, siue de in-
7 ditiis remotis: Ratio est, quia testes deponentes su-
per circumstantiis, seu accessoriis, &c. non autem
super delicto consumato non probant. Not. in c. præ-
terea, de elect. in sexto, & tradit Bal. in l. data ope-
ra, l. qui accus. non poss. vbi ait, quod quando ve-
hit imponenda pœna corporalis requiritur actus per-
8 fectus, & consumatus. Qua quidem ex re omninò
est dicendum, quod Inditia sufficiunt tantum ad in-
quirendum, seu ad capturam, & non ad reliqua.
Boss. tit. de indit. n. 180. Dec. cons. 189. col. 1. seq.
9 Imo nõ etiam dicitur, quod nec etiam inditia indubita-
ta sufficiunt ad torturam, seu condemnationem; sed
potest benè Reus per ipsa ad pœnam pecuniariam
damnari. Vt per plures authoritates ostendit Boer.
decis. 164. per totam. Mars. § diligenter, nu. 152.
Dec. cons. 175. n. 8. vers. præterea; Qui dicit, quod
ex inditiis indubitatis in criminalibus condemnatio
secundum communem opinionem fieri non potest,
Bal. & Imol. quos allegat.

Quæ cum ità sint d. Constantius ex dictis inditiis
dicti furti perlarum à dicta Donna Maria receptarũ
10 stante eius bona fide; cum nunquam putauerit eas
fuisse derobatas, nullo modo puniri potest; & eo ma-
gis, quia furtum non est inditium sufficiens ad pu-
niendum hominem honestum, & bonæ famæ, vt est
ipse; prout per testes ad eius defensam examinatos
11 probatum fuit; Et eo magis id dicendum est; quia
de iure quilibet præsumitur bonus, l. meritò, ff. pro
Soc. quamuis sit pauper, ac modicæ nobilitatis, Boss.
tit. de indit. n. 52. Farinac. tract. de furt. q. 176. n. 59.
Ac etiam Bal. & alii Rubr. C. de posit. & in l. 1. col. 2.
C. locat. Anchar. cons. 246. Ias. in l. actionibus, col.
pen. ff. de in lit. iuran. Ratio est euidens, quia po-
test esse, quod res sit furtiua, & possessor innocens.
Gloss. Bal. & alii in l. in ciuilem, C. de furt. Sed tunc
solum patit inditium, si est malæ famæ, Bal. & An-
gel. in l. fin. ff. de hæred. Instit. Antonellus Senior cons.
93. num. 3. lib. 1. in manuscript.

Non facit, si per Fiscum dicatur, quod dictæ Per-
læ furtiuæ fuerunt datæ à dicto Constantio d. Petro
N. & hac de causa inditium est contra ipsum, quod
participauerit in furto ipsarum cum d. Donna Ma-
ria. Iuxta d. l. in ciuilem, C. de furt. quia vt dicunt
DD. requiritur etiam, quod cum hoc concurrat si-
12 nistra suspicio ex qualitate personæ consuetæ res
furtiuas tenere, seu emere, aut consuetæ furari. Ar-
gum. l. Non omnes, §. à Barbaris, ff. de re milit. Itã
dicit Bal. in d. l. in Ciuilem. Et Cyn. in l. fin. C. de
13 re instit. Et per d. Cyn. in l fin C. de quæst. Nec
mirum videri debet, quia vt dicit Bart. in l. 1. §. 1. ff.
de quæst. per illum Text. licet reperiantur inditia
sufficientia ad torturam contra aliquem: tamen
si pro eo sunt aliqua inditia, opus est, quod illa indi-
tia ad torquendum sint magis sufficientia, & for-
tia. Essic istæ præsumptiones, & inditia possunt elidi
ex aliis inditiis, & præsumptionibus, v. g. si ille, pe-
nes quem res furtiua reperitur, est bonæ conditio-
nis, & famæ, vel ostendit eum à quo habuit, prout
fecit dictus Constantius, dicendo in eius examine,
quod dictas Perlas habuit à d. Donna Maria mere-
trice, d. l. in Ciuilem, C. de furt. Et hoc est gene-
14 rale (vt ipse dicit) in omnibus aliis iuditiis: Nec
ab re videri debet, quia vna præsumptio aliam pel-
lit, Vt l. Diuus, ff. de in integr. restit.

Qua quidem ex re necessariò requiritur, quod fur-
tum probetur à personis legalibus tantum, non au-
15 tem à vilibus, abiectis, & infamibus. Vt scribit
16 Clar. §. furtum, in fin. & est descript. in tit. Naut.
Caup. Taber. alias furti receptator non tenetur ad
pœnam nisi per Fiscum probetur, quod scienter, &
malitiosè receptauerit, Rolan. à Valle cons. 45. col. 1.
n. 11. Gram. cons. 37. n. 22. Gloss. & Alex. ad Bart.
in l. 1. ff. de receptatoribus, Plot. in Repetit. l. si
17 quando, n. 859. in fin. Et scientia ad pœnam in-
ducendam debet esse certa, & vera, & non sufficit
generalis, & præsumpta. Aret. & Ariminen. Immò
18 etiam dicitur, quod furtum receptans, seu celans
puniri non potest, nisi appareat id scienter fecisse;
19 Et scientia non præsumitur, sed probari debet. Hyp-
pol. cons. 122. in fin. Dec. cons. 62. vers. Et quan-
20 do qualitas scientiæ. Additur etiam, quod furtum
receptans opem furi præstare non dicitur, quando
scienter non receptauit, & cælauit. Et ista duo sci-
licet quod receptauerit, & cælauerit copulatiuè re-
quiruntur, & alterum interuenire non sufficit. Pro-
bat Text. in §. Præterea, Instit. de obligat. quæ ex
quasi delicto nasc. ibi susceperit. Quibus quoq; ad-
ditur, quod quis furtum non dicitur commisisse,
21 quando palam vendit rem furtiuam, seu palam te-
net, aut aliis ostendit, vt fecit dictus Constantius;
vnde non potest contra eum oriri suspicio. Tra-
dit Clar. quæst. 21. in fin. maximè quando non
probatur; quod furtum tenens est malæ famæ.
Dixit Bal. in propriis terminis, l. 1. col. 2. C. lo-
car. Iason. in l. in actionibus, ff. de in lit. iuran.
22 Quarè res derobata reperta penes hominem bo-
næ famæ nullam facit inditium. Rolan. d. cons. 45.

num. 41. Clar. qui testatur de communi, §. fin. q. 21.
vers. si res furata. Vbi dicunt, id procedere, etiamsi
detinens non doceat à quo habuerit.

Non facit, si per Fiscum dicatur, quod d. Con-
stantius in aliquibus, quando fuit examinatus, est si-
23 bi ipsi varius, atque contrarius; quia videtur Reus
citra metum periurii, vel mendacii posse variare, &
mendacia proferre. Carrer. post alios, quos allegat,
dicit, hoc communiter teneri in l. obseruare, in princ.
n. 119. vers. Secundum inditium est mendacium, &
variat. fol. 25. Mars. cons. 51. n. 70. Gram. in d. l.
obseruare reddit rationem, quia Reus potest variare,
& mendacia proferre propter sui salutem. Idem scri-
pserunt Andr. de Iserna in Constit. Regni, si damna-
m tit. de homic. col. 10. vers. Item nota. Et ibi Af-
24 flict. in 14. notab. vers. sed quæro. Et id optima ra-
tione censetur permissum; quoniam vnicuique licet
sanguinem suum redimere quoquomodo, l. 1. Et ibi
Bart. ff. de bon. eorum, qui ante sent. mort. sibi con-
sciu. Refert, & sequitur Curt. Iun. in Repetit. l. Ad-
monendi, n. 260. ff. de iureiur. Ioan. Igneus l. 3. §.
subuenitur, n. 115. seq. ff. de Syllan. Soc. Iun. cons. 38.
25 seqq. Et Reus varians, seu vacillans in depositioni-
bus nullum sibi ad torturam facit inditium: Et hanc
sententiam vocat communem Carrer. in pract. crim.
26 num. 119. vers. Secundum inditium. Vbi asserit
solam variationem, mendacium, pallorem, titruba-
tionem, trepidationem, & aliud genus huiusmodi,
quæ coram Iudice fiunt, nullum facere inditium.
27 Ratio est, quia Iudicis præsentia inducit metum.
Aym. cons. 49. num. 1. Cephal. cons. 34. n. 31. lib. 1.
28 Et Iudicis vultus iratus, & Iudicii locus dicitur ter-
ribilis; adeò vt nesciat quandoque Reus, quid re-
spondeat. Mars. in pract. §. diligenter, n. 98. Vul-
pell. cons. 27. num 6. vol. 1. Clar. q. 21. vers. Cæ-
terum. Sed solummodò quandam suspicionem; cũ
talia sint Inditia remota. Idem tenet Mars. cons. 51.
Gram. d. decis. 34. incip. in præsenti. Ioan. de
Amic. cons. 134. & alii. Alia quoque adest ratio;
quia variatio, vacillatio, mendacium, verecundia,
timor, periculi magnitudo, rei nouitas, Iudicis au-
thoritas, ira, dolor, recordatio futuræ infamiæ, &
cæteræ animi perturbationes ità sæpè rationem im-
pediunt, atque perturbant, vt etiam sapientissimi
Viri aliena loquantur.

Et quamuis per Fiscum dicatur, quod contra d.
Constantium adest d. Donnæ Mariæ furti confessio,
tamen contra ipsum nullum facit inditium, seu pro-
29 bationis gradum ob eius malam vitam; cum sit pu-
blica meretrix. Alex. cons. 11. vol. 1. maximè in
huiusmodi causa ardua. Paris. cons. 64. num. 49.
seqq. & cons. 67. num. 8. lib. 1. Crott. tract. de test.
n. 46. Idem Alex. cons. 237. num. 4. lib. 6. Natt.
cons. 315. n. 7. l. 3. in princ. & in l. lege Iulia, ff.
30 de test. Ratio est, quia quando vita bona deest, ca-
31 ret fides. Non potest enim iustitia cum sceleratis
mulieribus habere comercium, c. forus, in fin. de
verb. signif. Mascard. de prob. lib. 2. concl. 1063. n. 4.
Ex quibus supradictis omnibus omninò dicitur,

quod d. Constantius non solum ab imputatis venit
absoluendus, sed etiam ex aliis pluribus. Primò ob
festum Natiuitatis D. N. Iesu Christi e carceribus sub
32 fideiussione fuit relaxatus; Et sub huiusmodi fide-
iussione relaxatus non superuenientibus nouis indi-
tiis non potest denuo pro eodem delicto carcerari:
Ratio est, quia videtur tacitè pronunciatum ad sui
fauorem; quoniam dicta relaxatio habet vim tacitæ
absolutionis. Anan. cons. 17. col. 2. Alex. cons. 179.
vol. 2. Boss. tit. de carcerat. fideiuss. commit. n. 19.
d. Alex. cons. 180. n. 7. d. Boss. tit. de publ. violent.
33 Immò relaxatus non debet amplius pro eodem de-
licto in carceribus detineri; cũ de eiusdẽ hominis de
licto sæpius non sit quærendum, c. De his, de accu-
sat. Et id nec etiam sub prætextu quod noua superue-
34 nerint inditia; nanque ex deductis pro Fisco vltimo
loco non oritur aliquod inditium. Quod procedit
etiam, licet inquisitus fuerit ex gratia relaxatus.
Glos. c. de his, de accusat. Et c. tua in verb. irritari.
35 De fil. Præsbit. Dec. cons. 137. n. 1. Immo etiamsi
sit relaxatus cum cautione non interposita appella-
tione, ità transit in iudicatum, adeò quod non po-
test vlterius molestari etiam occasione nouæ qualita-
tis. Boss. tit. de sent. n. 74. Et tit. de publ. violent.
n. 114. Aym. cons. 321. in fin. vol. 1. Secundò quia
36 fuit probata eius bona fama, & conditio, quæ lanè
probatio omnia purgat inditia, si quæ extent contra
ipsum, quod nullo modo creditur. Paris. cons. 153.
vol. 5. n. 35. Gram. cons. 52. n. 23. vol. 1. Boss. de
opposit. contra test. n. 75. Tertiò deni que venit ab-
soluendus dato, & non concesso quod in minimo de-
liquerit, nempè in portando dictas Perlas d. Petro
mercatori, haud credens derobatas, quia id fecit ob
nimium amorem erga d. Donnam Mariam suam
37 Amasiam. Nec mirum videri debet, quia Amor
cæcus est, & exoculatus, homines cæcos facit, ne-
sciunt discrimen recti, prauique, nec quid album,
quiduè nigrum, ac iudicium humanum peruertit c.
quatuor, 11. q. 3. c. 1. de sent. excomm. in sexto.
Clar. q. 60. vers. Et amor est. Vbi ponit plura exẽ-
pla minorationis pœnæ ob delicta capitalia causa
vehementis amoris commissa. Et ego etiam non te-
merè contendo, eum leuiter puniendum, nè dicam
38 impunitum relinquendum, qui pro nimio, arden-
tiorique amore quicquam deliquerit, veluti non
ex animi sententia, sed furore concitatus ad ipsum
adduxerit. In qua sententia nè id nouiter dixisse vi-
dear, fuit Oldrad. cons. 210. regularis habet tradi-
tio, col. 2. vers. tertia consideratio. Vbi aliquem quo-
damodo excusat tanquam furiosum, qui vt quadam
muliere potiretur, quam deperditè amabat, magi-
cas artes ad eam rem, vt ipse putabat, accommo-
datas confecerat, demonesque conuocauerat quod
grauissimum est delictum, Vt not. in c. 2. de sortil.
citatque testimonium Aristotelis, qui lib. 7. Ethico-
rum c. 2. scribit hos venereorum appetitus nonnul-
los in furorem, & insaniam adigere; & sicut Ebri-
us delinquens mitius punitur. Salyc. in l. Diuus,
C. ad l. Cornel. de Sycar. Bald. in l. 1. num. 45.

C. Vn-

C. vnde vi. Et secundum hanc sententiam Iosephus lib. antiquitatum 18. c. 6. Et Aegesippus lib. 2. rerum Iudaicarum, c. 4. historiam referunt huic loco non parum accomodatam, & conuenientem. Paulina Romana spectatissimi generis fœmina in têplo Isidis à Iuuane quodam nomine Mundo, qui illam miserè deperibat, miro commento constuprata est Sacerdotum Isiacorum fraude, qui d. Mundum amatorem Paulinæ complexibus coppulauerunt. Quo facinore comperto Tiberius Imperator Mundum in exilium tantum damnauit, dignum eum maiori pœna non iudicans, quod Amoris vehementia, formæq; superatus gratia deliquisset. Tiraquell. causa 4. n. 3. seq. Nec mirum, quia amoris furore delinquens excusandus est nanque nullus est vehementior, quam Amoris furor. Ita Bal. in l. precibus col. 6. vers. quid ergo. C. de impuber. & aliis substitut. Vbi ait philosophicum esse non muliebre, talem affectum intra terminos, seù debitos limites coercere. Refert, & sequitur Franc. Curt. Sen. cons. 67. col. 3. vers. transeo ad secundum. Nec ob supradicta mirû videri debet, quia Amor obcæcat homines, ac facit illos insanire: Vt per plures authoritates ostendit Tiraquell. De pœn. temperan. causa 51. n. 81. Cason. de indit. tract. 2. c. 3. n. 11. Vbi quod Amasius causa amoris præsumitur deliquisse, & non ob aliam causam; Et ideo excusandus est, &, in omnibus Causa primordialis attendi debet. Crauett. cons. 131. n. 15. Nec ab re videri debet; quia proprium est illius, qui vehementer amat, vt horreat, & metuat; ac etiam suâ inspiciens dilectam, eam tanquâ Deam adoret, & nisi vereretur se insanum apparere, eidem Amate non aliter quam Deo statuam faceret, sicut legitur apud Platonem in Phedoo. Simanc. de catholicis Institut. tit. 17. Rubr. Defens. Reorum nu. 42. seq. Franc. Monal. cons. 101. n. 11. Farinac. q. 97. n. 83.

Quæ supradicta omnia cum ita sint humiliter supplicatur, à molestiis Fisci, & Aduersariorum liberari d. Constantium, quod singulari gratia reportabitur, &c. Quarè, &c.

CONSILIVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Accusator, & testis contra Reum nemo potest esse.*

2 *Denunciator delicti in testem recipi non potest; quamuis sit officialis.*

3 *Denunciatores delicti susurrones, & Curia Vituperatores appellantur.*

4 *Confessio delicti extraiudicialis nullum facit inditium.*

5 *Dictum vnius, dictum nullius, & est etiam singularis.*

6 *Confessio extraiudicialis est probanda à duobus testibus, qui fuerint rogati ad ipsam audiendam, & non quod fortuitò audierint.*

7 *Confessio extraiudicialis est inuerisimilis, & informis, & non certa.*

8 *Confessio extraiudicialis quamuis per duos testes probata tius præsente, vel absente parte emanata, vti inuerisimilis Reò non præiudicat.*

9 *Super Confessione extraiudiciali testes deponentes non probant, immò dicuntur suspecti de falso.*

10 *Inuerisimile est, quod Reus voluerit confiteri delictum testibus vel parte præsente, vel absente nulla existente coniunctione sanguinis.*

11 *Confessio extraiudicialis, quamuis esset verisimilis, & probata per testes idoneos non præiudicat, quando cum ea non concurrit mala fama.*

12 *Confessio extraiudicialis debet probari non solum per duos testes idoneos, sed etiam quod dicti testes sint contestes, & dicta Confessio sit coarctata de loco, & tempore.*

13 *Testes quando non sunt contestes de loco, & tempore dicuntur singulares.*

14 *Confessio extraiudicialis est inditium remotum à delicto.*

15 *Testes singulares quâuis mille nullum pariunt inditium.*

16 *Inditia legitima, & perfecta requiruntur in crimine hæresis, & in delictis exceptis & occultis.*

17 *Ex diuersis pluribus non consurgit vnum integrale.*

18 *Imperfecta plura non faciunt vnum perfectum.*

19 *Testes deponentes per eorum suspiciones repelluntur.*

20 *Inditia, suspiciones, præsumptiones, imaginationes, coniectura, verisimilitudines &c. sufficiunt tantum ad inquirendum, vel ad capturam, & non ad reliqua.*

21 *Dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo fundatur.*

22 *Delictum non potest ascribi alicui, nisi constet illud fuisse patratum.*

23 *Testes de auditu nec ad inquirendum faciunt inditium.*

24 *Auditiones, siue Sermones) ab aliis relati nullam faciunt fidem.*

25 *Testes viles, & pauperes nec ad formandâ Inquisitionem faciunt inditium.*

26 *Crimen quanto est grauius, & atrocius tanto probationes debent esse grauiores, & vrgentiores.*

27 *Vis probari debet per testes.*

28 *Adminicula seù Signa) ad delictum inferentia pleuè sunt probanda etiam in crimine læsæ maiestatis.*

29 *Puella dicens se fuisse defloratam reddit se infamem.*

30 *Infamis à testificando repellitur.*

31 *Infamia non purgatur per torturam in criminalibus, sed in ciuilibus tantum.*

32 *Fama bona Rei omninò elidit inditia contra ipsum existentia, etiamsi ad torturam sufficerent.*

AD denunciationê, & testificationem Reu. D. N. reperitur carceratus Dominicus N. sub pretextu quod deflorauerit Donnam N. Quod nimirum cum à veritate absit, & d. Reu. D. N. sit accusator, & testis, prout in processu fol. 1. & 43. d. Dominicus
1 capturari minimè poterat, c. in omni. Vbi not. omnes de test. Laufranc. de Oriano tract. de test. n. 89. cum aliis adductis per Bertaz. cons. 251. n. 103. & signanter Iodoc. tract. crim. tit. de reprobat. test. tit. 51. n. 22. Vbi exclamat. contra Iudices, qui tales
2 Denunciatores in testes recipiunt. Et id etiam in grauibus delictis. Ita Bart. in l. Diuus la seconda per

illium

illum Text. q. 3. ff. de cust. Reor. Alex. cons. 1. col. 3. vol. 3. & in nostra de test. l. ob carmen, §. si testes,ff. eod Farinac. q.52. n.17. Boss. post alios,quos allegat tit. de Denunciat. n. 2. vers. Et sequitur etiã effectus iuris Rolan. cons. 98. nu. 36. vol. 4. Et id quamuis etiam dd. Denunciatores essent Officiales
3 Natt. cons. 407. n. 6. Clar. q. 7. vers. habes. Nec id mirum videri debet; quia tales homines susurrones, & Curiæ vituperatores appellantur. Vt post Angel. quem allegat, tradit Hyppol. Riminaldi cons. 303. vol. 3.

Non valet, si per Fiscum dicatur, quod d. Reus D. N. in processu deposuit, Quod d. Dominicus car-
4 ceratus ei confessus fuit, se d. Donnam N. defloras-se, quia huiusmodi eius Confessio cum sit extraiudicialis, nullum prorsus facit inditium; eo quia fuit
5 tantumodo per ipsum probata: Ratio est, quia dictum vnius, dictum nullius, & est etiam singularis; l. iusiurandi, C. de test. c. veniens in fin. de elect. c.
6 licet in fin. de test. Nec id ab re dicitur, quia Confessio extraiudicialis est probanda à duobus testibus, qui fuerint rogati ad ipsam audiendam, & non quod fortuitu, (vt in casu de quo agitur) audiuerint, Glos. in c. de his verb. audierunt 3. q.9. Quod est mirabile dictum ad excludendum inditium confessionis extraiudicialis, & ad excludendam torturam. Bero post d. Glos. quam allegat, in c. Atsi Clerici n. 136. de iudic. Vbi dicit, quod ab ista opinione Glosæ, quando agitur de graui præiudicio alicuius, non est recedendum, vt puta in criminalibus. Quod non omnes in l. 1. C. de suffrag. & nullus reperitur Con-
7 tradictor quia talis Confessio est inuerisimilis, & in formis, & non certa prout esse debet, & ideò non est attendenda, Brun. de indit. par. 3. n.15. Carrer. in pract. crim. n.126. Et mea opinio fert, quod d.
8 Confessio extraiudicialis, quamuis per duos testes probata, aut præsente, vel absente parte emanata, vti inuerisimilis Reo non præiudicat, Blanc. de indit. n. 207. Et testes desuper deponentes nihil probant;
9 Immò dicuntur suspecti de falso, Abb. per illum Text in c. quia verisimile in fin. de præsumpt. Refert, & sequitur Ias. l. si extraneus, in 4. notab. ff. ob condit. ob turp. caus. Dec. cons.93. col. 2. & cons. 110. col. 5. Et Iudex ex causa potest dd. testibus nullam fidê adhibere: Et iusta causa non credendi est, quia de-
10 ponunt, inuerisimile; nanq; inuerisimile est, quod Reus voluerit confiteri delictum testibus, vel parte præsente, vel absente nulla existente coniunctione sanguinis. Felyn. c. auditis, col. 3. de præsumpt. quê refert, & sequitur Curt. Iun. cons. 17. col. 2. post med. & cons 52. col. 3. vers. puto igitur, post Bart. l. Lutius in fin. ff. de his, qui not. infam. Quod magis dicendum puto, quando dd. testes de asserta Confessione ex abrupto, & incidenter facta (vt in casu de quo agitur) deponunt. Domin. c. sciendum 29. di-
11 stin. Natt. cons.6. n.4. Immò dicitur, quod d. Confessio extraiudicialis, quamuis esset verisimilis, & probata per testes idoneos, & legales, adhuc non præiudicat, nec vllum ad torturam parit inditium,

quando cum ea non concurrit mala fama, prout nô concurrit in casu, de quo agitur; cum omnes testes deponant de bona fama d. Inquisiti. Blanc. de indit. n.36. & 207. Viu. opin. 138. n. 7. Quinimmo requi-
12 ritur, quod d. Confessio sit probata non solùm per duos testes idoneos, sed etiam quod dicti testes sint contestes, & d. Confessio sit coarctata de loco, & tempore; quoniam quando non sunt contestes de
13 loco, & tempore, dicuntur singulares, qui non probant confessionem extraiudicialem, quæ est medium remotum à delicto Glos. & Bart. in l. fin. C. famil.
14 hercisc. Blanc. de indit. n.206. Bursatt. cons. 166. n.20. seq. lib.2. Bertaz. cons. 559. & cons. 494. n. 5. seqq.

Quod testes contra d. Dominicum in hac criminali causa examinatos dicitur, quod omnes à testificando repelluntur, quia sunt singulares in eorum dictis; nam N. prout in processu fol.29. 30. & 31. deponit de auditu, & de quadam eius suspicione; N. fol.39. deponit de auditu; N. fol. 33. 35. deponit de auditu, & per eius quandam suspicionem N. fol.40
15 deponit de auditu N. fol.57. & 60. deponit de auditu: Et tamen huiusmodi Testes singulares, quamuis mille nullum pariunt inditium, l. iusiurandi, & ibi Bal. C. de test. c. licet causam. Vbi not. omnes, de probat. Ioseph Ludouisius decis. 9. n. 7. Spec. in tit. de Inquisit. §. nunc videndum, Bal. in d. l. iusiurandi c. Bone & c. cum dilectus, de elect. Innoc. in c. sicut de Simon. Vbi ait id procedere etiam in crimine heresis; quia etiam in delictis occultis, & in cri-
16 minibus exceptis requiruntur inditia legitima, & perfecta. Osasc. decis. Pedamon. 79. n. 55. Vbi quod debent esse talia, vt vix possit denegari delictum. Sunt etiam singulares, quia in processu d. Confessio diuersa, & diuersis temporibus facta deposuerunt.
17 Et tamen ex pluribus diuersis non consurgit vnum integrale, l. Sancimus §. si quis autem, C. de donat.
18 l. vsuræ C. de vsur. Nec id ab re dicitur, quia plura imperfecta non faciunt vnum perfectum, l. vnica C.
19 qui ma. tutel. se excus. Repelluntur quoque dd. Testes, quia aliqui per eorum suspiciones, præsumptio-
20 nes, imaginationes &c. deponunt: Ratio est, quia in criminalibus suspiciones, præsumptiones, imaginationes, coniecturæ, verisimilitudines, & Inditia sufficiunt tantum ad inquirendum, seu ad capturam, & non ad reliqua. Dec. cons. 189. col. 1. seq. Boss. tit. de indit. & considerat. ante torturam. 180. cum
21 aliis adductis per Vulpell. cons. 274. n. 7. Nec est mirum, quia dispositio non procedit, nisi verificetur id, super quo fundatur, Glos. in l. mancipia in verb. aduocandum, C. de seru. fugit Vbi not. omnes Bart.
22 in l. Diuus. ff. de testam. milit. quia non potest ascribi alicui delictum, nisi per testes omni exceptione maiores constet, illud fuisse patratum. Ita in
23 propriis terminis Natt. cons. 407. n.3. Repelluntur etiam dd. testes, quia omnes de auditu deponunt; vnde in hac criminali causa nullam prorsus ad inquirendum faciunt inditium, Menoch. cons. 98. n.95. Bertazz. cons. 49. n. 11. & cons. crim. 244. n. 4. Rolan.

Rolan. conf.24. n.86. lib. 1. Vbi reddit rationem. l. testium C. de test. Vbi omnes tradunt, c. Ex quadam de test. c. tua nos de consanguinit. & affinit. & c. in primis 2. q. 1. Per quos canones ità defendendo consuluit Marf. conf. 20. n. 5. Ratio est, quia nô possunt dici testes Abb. c. tam litteris verf. nam ta-
24 lis n. 5. & ibi etiam Felyn. n.2. ante fin. Et optima ratione quidem, quia Auditiones, siue sermones ab aliis relati nullam faciunt fidem; quia qui dicunt, quæ ab aliis audierunt, non ipsi testes sunt, sed aliorum afferunt voces. Simanc. Enchirid. de test. tit. 35 num. 20.

Quibus omnibus additur, quod dd. testibus nulla prorsus est habenda fides, quia non sunt omni exceptione maiores, cum sint viles, & pauperes Rustici,
25 vnde ob id nec etiam ad formandam inquisitionē faciunt inditium, c. qualiter, & quando e'l secondo Farinac. q.56. n. 188. Quod procedit etiam in occultis, & defficilis probationis. Clar. q.64. verf. dixi
26 etiam in fin. Rolan. conf. 361. vol. 3. Vbi reddit rationem; quia quanto crimen est grauius & atrocius, tanto probationes debent esse grauiores, & vrgentiores, c. Vbi periculum de elect. in sexto.

Et si dd. Testibus non est præstanda fides, nec minus d. Donne N. dicenti se à d. Dominico per vim fuisse stupratam; quia dicta vis ab ipsa non fuit pro-
27 bata, prout necessario requiritur, l. qui accusare. C. de eden. & ibi DD. & in proposito Marf. in pract. crim. §. diligenter n. 34. Rolan. à Valle conf. 14.
28 lib. 4. Ratio est, quia Adminicula, seu signa ad delictum inferentia plenè sunt probanda etiam in crimine laesæ maiestatis. Tradit Innoc. in c. sicut de Simon. Immò etiam dicitur quod d. Donne N. non est præstanda fides; tum quia, cum deposuerit se
29 fuisse defloratam reddidit se infamem. Vt habetur in Auth. vt non luxur. contra natur. in l. Cum vir nubit in fœminam. C. de adult. in c. Clerici de excess. Prelat. l. nullus. ff. de test. c. forus. §. in omni
30 de verb. signif. Et infamis à testificando repellitur. c. in primis 2. q. 1. c. per tuas de Simon. Spec. in tit. de test. §. 1. n. 28. Etiam quod cum tortura, seù li-
31 bellorum tormento deposuerit; quoniam in criminalibus testis infamia non purgatur per torturam, sed in ciuilibus tantum. Dec. conf. 89. n. 10. ad fin. Rolan. conf. 94. n. 17. Vbi testatur de communi. Farinac. q. 45. n. 22. Et eo magis quia non potest esse testis in causa propria l. nullius ff. de test.

Ex quibus omnibus infertur, quod d. Dominicus ab imputatis est omninò absoluendus, & liberandus maximè stante quod per testes ad defensam examinatos fuerit probata eius bona fama, quæ omninò
32 elidit inditia contra ipsum existentia, quamuis essent solemnia, & legitima, Marf. conf. 130. col. fin. n. 48. Immò etiamsi ad torturam sufficerent, quod nullo modo creditur, & conceditur. Gram. decis. 60. n. 9. & 10. Parif. conf. 151. n. 3. lib. 4. Bart. in l. 3. §. sed si ex improuiso. ff. de re milit. Ias. conf. 153. vol. 2. in fin. Soc. Iun. conf. 39. vol. 2. Antonell. sen. Cons. 90. num. 15. & seq. lib. 1. & Antonell. iun. Filius conf. 47 num. 23.

Quibus sic stantibus supplicatur d. Dominicū absolui, & liberari, & amplius in futurum pro huiusmodi causa non molestari; Quod singulari gratia reportabitur, &c. Quare, &c.

CONSILIVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *E Carcere Reus fugere, & in libertatem se ponere potest.*
2 *Carceres non effrangens in fuga non meretur pœnam.*
3 *E Carcere fugiens, quia dubitauit de seuitia Iudicis, de potentia Aduersariorum, aut quia male tractatur, nullum ad torturam sibi facit inditium.*
4 *E Carcere fugiens quia timet seuitiā Iudicis, & ne aliquid iniustum fiat contra ipsum, excusatur.*
5 *E Carcere fugiens causa eundi ad superiorem non meretur pœnam.*
6 *Fuga è carcere purgatur iuramento Inquisiti.*
8 *Fuga è carcere non probat delictum.*
9 *Confessio Rei siue spontanea, siue metu tormentorum emanata, aut per torturam extorta, coram Notario & idoneis testibus confirmata ad Reum condemnandum, seù torquendum non sufficit.*
10 *Delictum per vnicum testem fide dignum, ac omni exceptione maiorem cum aliquo alio inditio ante torturam probari requiritur.*
11 *Testis vnicus sine inditiis, vel sine alio vnico teste, non idoneo ad probandum delictum non sufficit.*
12 *Cum Confessione sua facere delictum, vbi non est, non est in potestate hominis.*
13 *Confitens delictum, de quo vertitur pœna suæ vitæ, non videtur in plenitudine sui intellectus, sed delirare.*
14 *Per Confessionem spontaneam, seù metu tormentorum emanatam, aut per torturam extortam Reus torqueri non potest.*
15 *Confessio Rei non est probatio, sed delicti relatio.*
16 *Testis nemò potest esse contra se ipsum.*
17 *Lex quando prohibet aliquid fieri, si fiat, est nullum.*
18 *Nullum, & inualidum acquiparantur.*
19 *Nullum quod est nihil ponit in esse.*
20 *Ex nihilo nihil fit.*

FRanciscus N. carceratus pro causa, de qua in actis hoc anno tam penurioso ob famis necessitatem, nec non ob seuitiam Fisci, & iniustam Aduersariorū persecutionem in actu examinis de fenestra Cameræ Perillustris D. Locumtenentis cum manicis ferreis in manibus se proiecit in viam, & ad Ecc. Hospitalis pauperum confugit, quod nimirum facere potuit ex
1 pluribus. Primò quia quiq; in libertatem se ponere debet: fugit ex carcere Alcibiades prouerbium illud adiiciens, Vitę periculum nè Matri quidem committendum. Plutarcus in Alcibiade. Simanc. Enchirid. De torment. tit. 52. n. 16. fugit etiam Demosthenes & Epistola secunda de suo reditu inquit: Iam ob discessum meum iure irasci mihi non potestis, nec etiā ideò abii, quod aut de vobis desperarem, aut vspiam aliò

aliò teipicerem ; sed primum carceris ignominiam
animo ferebam grauiter, deinde propter ætatem af-
flictionem illam corporis perpeti non poteram. Si-
2 manc. eod. tit. n. 17. Item quia carceres non rupit.
Bart. tract. & carcere propè fin. vers. Sed iuxta præ-
dicta quæro Becc. cons. 44. num. 36. & 210. Rip. l.
admonendi n. 170. ff. de iureiur. Vbi ait hanc esse
3 communem opinionem. Item quia dubitauit de Se-
uitia Fisci, de potentiâ Aduersariorum, ac etiam de
aliquibus aliis; Vnde nullum sibi ad torturam fecit
inditium, c. Accedens 2. Vt lit. non contest. Bal. in
l. bonæ fidei. C. de reb. credit. Bianc. in l. vlt. ff. de
4 quest. n. 283. Simanc. eod. tit. n. 17. Item fugit, quia
timuit Iudicem contra se iratum, & quando Reus ti-
met, ne aliquid iniustum contra se fiat, excusatur à
fuga, Bertaz. cons. 560. n. 1. Boer. decis. 215. n. 27.
5 seqq. Gram. cons. ciuil. 66. n. 70. seq. Item quia for-
san habet animum eundi ad superiorem ob aliquam
causam, quo casu potuit fugere sine aliqua pœna.
6 Boss. tit. de carcere n. 6. in fin. Et dicta fuga purga-
tur per sacramentum Rei dicentis ob quam causam è
carcere discessit. Ita Cyn. in l. fin. C. de requir. Reis.
Quod dictum reputauit singulare Corn. cons. 58. vol.
2. Nec dissentiunt Boer. decis. 215. n. 27. Ludouic.
6 Piguer. decis. 17. n. 35. seq. Et quando in fuga in-
teruenit aliqua probabilis, & rationabilis causa, pro-
ut in casu, de quo agitur, excusatur fugiens. Ma-
scard. de probat. conclus. 819. n. 11. post Bal. quem
allegat. Et hoc procedit, etiam quod sit formata In-
quisitio, vt scribit Rom. in l. lege Cornelia. ff. ad
Syllan. Ideo præsumitur discessisse ob aliam causam,
c. Cum contumacia. Vbi Glos. de hæret. in sexto Ar-
chid. in c. Nihilominus 3. q. 9 Inferens propterea Fi-
scum teneri probare, quod Reus causa delicti reces-
serit. Soc. cons. 4. col. pen. lib. 3. Immo dicitur, quod
Reus non potest dici fugitiuus, quando statim acces-
sit ad Vrbem. Vt post multos ostendit Boer. decis.
215. n. 2. Et per spontaneam comparitionem tolli-
7 tur tale inditium. Boer. decis. 161. n. 26. Immò fu-
gæ suspicio iuramento Inquisiti purgatur. Ita d. Boer.
decis. 215. n. 25. Mars. in pract. §. diligenter n. 43.
8 seq. Immo etiam dicitur, quod fuga non probat de-
lictum. l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. & ibi Bart. n. 1.
quia potest esse, quod quis aufugiat seuitiam Iudicis
& sic ob nimiam carcerationem, si non discedat. Put.
tract. de Syndic. in verb. fuga officialis c. 2 An Iu-
dex, vel Officialis n. 3 Vbi quod isto casu sufficit fal-
tim probabiliter timere, etiamsi non iustè, Ias. in l.
admonendi n. 169. ff. de iureiur. Et quando vadit
ad superiorem non dicitur aufugere, Boss. tit. de
carcerat. fideiuss. committ. n. 4. seq.

Non valet, si per Fiscum dicatur, quod d. Franci-
scus confessus fuit prætensum delictum; quia Confes-
sio Rei siue spontanea de aliquo delicto ab ipso facta,
9 siue metu tormentorum emanata, aut per torturam
extorta; quamuis mille adsint inditia, & per torturã
coram idoneis testibus, & Notario more solito ad
bancum confirmata, seu ratificata ad d. Reum tor-
quendum, seu condemnandum non sufficit, quia de
10 iure omnino requiritur, quod prætensum confessa-
tum delictum per vnicum testem fide dignum ac om-
ni exceptione maiorem cum aliquo alio inditio ante
11 dictam torturam probatum fuerit, cum dictum vni-
us testis sine aliis inditiis, vel sine alio vnico teste
12 non idoneo non sufficiat: Ratio est, quia non est in
potestate hominis cum sua confessione facere delictũ
vbi non est delictum. Aym. cons. 82. n. 119. vol. 1.
Alia ratio est, quia Confitens delictum, de quo ver-
13 titur pœna suæ vitæ, non videtur in plenitudine sui
intellectus, sed videtur delirare, & non esse sanæ
mentis. Refert, & sequitur Paul. Merend. cons. 91.
n. 50. lib. 2. inter cons. crim. diuers. Et si aliter dice-
retur, quis esset Dominus membrorum suorum con-
tra l. liber homo ff. ad l. Aquil.

Itaq; dicitur, quod Reus non potest torqueri per
Confessionem spontaneam iuxta l. generaliter. C. de
non numer. pec. & Argum. l. fin. C. Arbitr. tutel.
Claud. ad Bertaz. cons. 29. litera C. vbi adducit Con-
cordantes. Non potest torqueri per confessionem
metu tormentorum emanatam. Prout patet 15. q. 6.
c. 1. Glos. Hyppol. & alii l. 1. §. Diuus Seuerus ff. de
quæst. Simanc. Enchirid. tit. 52. De torment. n. 54.
Non potest torqueri, & condemnari per Confessionẽ
per torturam extortam. Prout patet in d. l. 1. §. Diuus
Seuerus, de quæst. Vbi adducit rationem, quia Confes-
siones Reorum non sunt habendæ pro exploratis fa-
15 cinoribus, l. Diuus Seuerus. ff. de quæst. Ratio est,
quia Confessio Rei non dicitur probatio, sed delicti
relatio. Boss. tit. de conuict. n. 8. Nec non etiam, quia
16 nemo potest esse testis contra se ipsum, l. liber ho-
mo ff. ad l. Aquil. Ideò per quemlibet Iudicem est
omninò aduertendum, quod quando lex prohibet ali-
quid fieri, si fiat est nullum, & inualidum; etiamsi
17 nulla sit adiecta clausula annullatiua. Vt not. omnes
in l. non dubium. C. de leg. Vbi Ias. n. 8. Et quia
18 nullum, & inualidum æquiparantur. l. 2. §. 2. Vbi
Dec. in 4. notab. ff. quod quisq; iur. l. si aut nullum,
C. si de legit. hæred. instit. Ideò nullitate, & inuali-
ditate Confessionis præsupposita perinde est, acsi nul-
læ, & inualidæ delicti confessiones à Fisco captę fuis-
19 sent Ratio est, quia quod est inualidum, & nullum,
nihil ponit in esse. Si ergò Nihil ponit in esse, conse-
20 quens est, vt nihil operetur contra aliquem; quo-
niam ex nihilo nihil sequitur. Vt ait Bal. l. ea quidem
C. si mancip. ita ven. ne proster. Nec etiam supple-
mentum recipit, l. sed si manente ff. de præcar. Ro-
lan. cons. 16. n. 18. & 23. Immò nec etiam valere,
& confirmari, aut roborari vllo modo potest l. obli-
gationes, quæ ex propriis verbis, ff. de act. & oblig.

Quarè d. Franciscus ab imputatis omninò venit
absoluẽdus, quod si fiat, singulari gratia reportabitur.

CONSILIVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas testibus multum de fide detrahit.*
2 *Ob Paupertatem dictum testis debilitatur.*
3 *Paupertate qui laborat, non est idoneus testis.*

4 Pau-

4 *Paupertas quando dicatur probata.*
5 *Paupertate extrema qui laborat, à testimonio repellitur.*
6 *Ex Paupertate oritur presumptio mendacii, & corruptionis.*
7 *Pauper est omnino inhabilis, & non admittitur in testem.*
8 *Pauper, quando est legalis, & fide dignus, à testimonio non repellitur.*
9 *Paupertas non est de genere malorum.*
10 *Vita integritas, & legalitas non inducitur ex diuitiis, sed ex morum honestate.*
11 *Testis bonitas, & honestas inducitur ex morum honestate.*
12 *In Testem quis non admittitur, quando non constat de eius honestate, & de legalitate vitæ.*
13 *Cum qualitate quando permittitur aliquid admitti, de illa qualitate constare debet.*
14 *Pauper tunc maximè à testificando est repellendus, quando est vilis.*
15 *Pauperes ad testificandum non admittuntur, nec etiam ad fidei fauorem, nisi cum tortura in subsidium.*
16 *Pauperes quando ad fidei fauorem in subsidium admittuntur, ad præsumptionem faciendam tantum admittuntur, non autem ad torquendum, & probandum.*
17 *Testes ad torquendum, & probandum debent esse omni exceptione maiores.*
18 *Pauperes testes non sunt integræ fidei, & ideò faciunt tantum qualem qualem præsumptionem.*
19 *Probatio qualis qualis est minus quam semiplena.*
20 *Testes quando sunt plures inhabiles faciunt qualem qualem probationem, non autem quando est vnus tantum.*
21 *Testes plures inhabiles admittuntur ad inquirendum tantum, quia vnus non admittitur.*
22 *Testes plures, qui non sunt omni exceptione maiores loco vnius habentur.*
23 *Tortura non est Adminiculum, sed est tantum qualitas, in dicto, sine qua illud dictum remaneret inane.*
24 *Tortura non potest dici Adminiculum ad propositiones, ità vt sine aliis adminiculis faciat inditium.*
25 *Testes inhabiles non solum in totum non coadiuuantur tortura, sed nec etiam quibusuis Adminiculis.*
26 *Tortura non adiuuat Testes inhabiles.*
27 *Adminicula non adiuuant testes inhabiles.*
28 *Testes inhabiles semper intelliguntur admitti ad probandum in genere, non autem in specie.*
29 *Testes inhabiles non sunt sufficientes ad torturam infligendam.*
30 *Testes quando plures patiuntur defectus, testimonium prorsus reddunt inualidum.*
31 *Tortura non supplet plures defectus, sed vnum tantum.*
32 *Testes inhabiles solum admittuntur, quando agitur ciuiliter, non autem criminaliter.*

HAud mirum videri debet, si per me dictum fuit, quod Bernardinus, Dominicus, & Pasquinus testes in causa de qua agitur, cum sint pauperes non idonei, & integri, nec omni exceptione maiores contra D. N. & N. à testificando repelluntur; quia pau-
1 pertas multum eis de fide detrahit. Sic enim per Text.
in l. 3. in princ. ff. de test. canonizata in c. si testes
§. testium fides 4. q. 3. ibi an locuplex, vel egens sit,
& in c. in primis 2. q. 1. ibi An inopes sint Roman.
2 l. 2. n. 3. ff. qui satisdar. cogan. Vbi quod ob pauper-
tatem dictum testis debilitatur, Alex. cons. 237. n. 4.
lib. 6. Natt. cons. 315. n. 7. Mars. cons. 25. n. 20. &
cons. 28. n. 2. Hanc regulam firmauerunt Bal. in c. si
quæ testium, n. 5. in princ. iuncto vers. si autem nul-
3 lius est famæ extra de test. Vbi notabiliter dicit, Non
est idoneus testis, qui egestate laborat l. qui satisdare
ff. de fideiussor. l. si creditores, ff. de priuileg. credit
4 l. si verò §. 1. ff. qui satisdar. cogant. Et dicta pau-
pertas satis dicitur probata per publicam vocem, &
famam ortam in vicinia, seù Ciuitate inter Cono-
scentes Glos. & Cyn. in l. Vbi adhuc c. de iur. dot.
Bart. & Alii in l. si Constante ff. solut. matrim. Et ità
seruatur in practica. Vt ibidem restatur Brunor. n. 9
5 in fin. Et quando quis extrema laborat inedia, à te-
stimonio repellitur, Glos. §. si verò absint verb. sub-
stantiam, Auth. de hæred. & falcid. pro qua Rom.
d. l. 2. Alex. cons. 15. n. 3. Angel. §. hinc nobis in d.
Auth. Crott. l. si Constante n. 16. qui de communi
testatur. Hæc regula est communiter recepta: Ratio
benè exprimitur in d. l. 3. in princ. Vbi vt lucri causa
quid facilè admittat ff. de test. Per quem Text. passim
6 ibiq; communiter DD. exclamant; Ex paupertate
oriri in teste præsumptionem mendatii, & corruptio-
nis. Vt videre est apud Glos. in C. d. l. 3. in verb.
Egens Glos. in c. testes §. testium fides verb. locu-
plex 4. q. 3. Vbi refert dictum Salomonis dicentis
Paupertatem nè dederis mihi, ne periurem nomen
7 Domini. Farinacc. q. 57. n. 1. & 3. Itaq; dicitur,
quod pauper est omninò inhabilis, & non admitten-
dus in testem, Probat Text. in l. nonnulli, C. de ac-
8 cusat. Farinac. d. q. n. 16. Et quamuis ea crebrior sit
sententia, quod quando pauper sit legalis, & fide di-
gnus. prout nòn sunt Testes in hac causa examinati,
non repellatur; quam probat Guigliel. in spec. in tit.
9 de test. vers. Item quod est pauper. Clar. q. 14. vers.
sed hic etiam quæro. & alii DD. dicentes, quod pau-
pertas non est de genere malorum, c. illa in fin. 15.
q. 1. illis, Director. Inquisit. 2. par. pag. mihi 182.
10 n. 1. Et hac ratione quia vitæ integritas, & legalitas
non inducitur ex diuitiis, sed ex morum honestate,
l. siue oportet §. Cum quis ff. de tutor. & Curator.
11 dat. ab his Tamen ex communi omnium DD. sen-
tentia semper intelligitur, quando testis est vir hone-
stus, & bonæ vitæ. Et quod sit talis, quando agitur
contra Reum, necessariò debet à Fisco, seù Produ-
cente capitulari. Alex cons. 65. n. 1. & cons. 82. n. 1.
Ias. vulgata l. admonendi, n. 297. Vulpell. cons. 99.
12 n. 18. Dec. cons. 37. Et quando non constat de ho-
nestate, & legalitate vitæ non admittitur in testem:
Ratio est, quia quando permittitur aliquid admitti
cum qualitate, de illa qualitate constare debet l. si
forte. Vbi Bart. ff. de Castrens. pecul. Verum illud
14 est omninò sciendum, quod pauper tunc maximè à
testificando est repellendus, quando maximè est vi-
lis (vt sunt testes contra dd. D. Antonium, & Ioannē
exami-

examinati, §. ſancimus, & ibi Gloſ. in verb. ignobi-
les, ponit exemplum in Carpentariis. Spec. in tit. de
teſt. §. 1. num. 66. verſ. item quod eſt artifex, Aym.
conſ. 249. num. 12. verſ. accedit etiam vilitas Rolan.
conſ. 63. nu. 34. Pariſ. conſ. 54. nu. 57. Farinac. conſ.
78. nu. 9. in fin. Rot. deciſ. 679. lib. 3. num. 3. Dec.
conſ. 310. nu. 5. Ioan. de Amic. conſ. 78. nu. 9. conſ.
87. nu. 8. ſeq. Vbi quod talis teſtis pœnitus repellitur,
vt in indiuiduo Rolan. conſ. 24. num. 64. ſeq. Alex.
conſ. 136. num. 4. vol. 5.

Cæterum vt in cauſa, de qua agitur, omne tolla-
tur dubium, dicitur, quod tales teſtes regulariter, cum
15 nullum faciant inditium; & maximè quando ſunt
examinati parte opponente, ſecundum Aret. cap. ex
parte, nu. 21. de teſt. Felyn. c. cum dilecti, nu. 13. de
accuſat. ad teſtificandum non admittuntur, c. teſti-
monium, de teſt. c. teſtes 2. q. 7. Immo nec etiam
ad fidei fauorem, niſi cum tortura. Gloſ. 15. q. 6. in
ſumma, ſiue ſit ſeruus, ſiue vilis perſona. Et Batt. in
l. cunctos populos, C de Summ. Trinit. & fid. cathol.
nu. 12. eiuſdem ſententiæ eſſe videtur. Nam non ad-
mittuntur (inquit) niſi in ſubſidium, & cum tortura.
Gondilal. tract. de hæret. q. 13. n. 15. & Clar. in pract.
crim. q. 21. verſ. ſciam etiam, Director. Inquiſit. 3.
par. pag. mihi 604. comm. 113. col. 2. Et quando in
16 ſubſidium, & cum tortura admittuntur ad fauorem
fidei, admittuntur ad præſumptionem faciendam tã-
tum, non autem ad probandum, & torquendum. Gloſ.
in c. 1. in verb. ad teſtimonium, de teſt. in ſexto
Prax. Neapolit. in c. 2. pag. mihi 59. nu. 10. quo-
17 niam teſtes ad probandum, & torquendum debent
eſſe omni exceptione maiores. Soc. de reg. iur. 425.
Fallent. lib. 1. Farinac. de indit. & tortur. q. 43. n.
115. ac etiam ſecundum Bal. in l. etiam, col. 1. C.
de teſt. Ratio eſt, quia tales teſtes non ſunt integræ
18 fidei, & ideò ſecundum eum faciunt tantum qualem
qualem præſumptionem. Gram. conſ. 59. num. 12.
Boſſ. tit. de indit. n. 177. Rolan. conſ. 3. n. 50. lib. 3.
19 Et iſta qualis qualis probatio eſt minus quam ſemi-
plena. Hyppol. Riminal. conſ. 120. n. 23. lib. eod.
Quod etiam procedit, quando ſunt plures teſtes in-
20 habiles; ſed quando eſt vnus tantum teſtis, nec qua-
lem qualem facit præſumptionem. Maſcard. de pro-
21 bat. concluſ. 857. n. 37. Immò dicitur, quod quan-
do ſunt plures admittuntur ad inquirendum tantum;
quia vnus non admittitur Brun. tract. de indit. & tor-
tur. q. 2. n. 23. in fin. Tamen dd. plures, qui non
ſunt omni exceptione maiores, loco vnius habentur.
22 Ità Prob. ad Ioann. Monac. in c. 1. n. 3. de teſt. in
ſexto. Calcan. conſ. 110. n 5. ſeq. Alex. conſ. 128.
n. 2. lib. 2. Idque etiam habet locum, quamuis etiam
eorum dicta ratificent in tortura, quoniam pro ni-
23 hilo reputantur: Ratio eſt, quia tortura non eſt ad-
miniculum, ſed eſt tantum qualitas in dicto, ſine
qua illud dictum remaneret inane. Gram. conſ. 21.
n. 2. Et plenius poſt numerum ſextum, & conſ. 61.
n. 1. & conſ. 66. num. 6. ſeqq. Et conſ. 35. n. 23.
24 Et ſic tortura non poteſt dici Adminiculum ad pro-
poſitiones, ità vt ſine aliis adminiculis faciat inditiũ.

Ex quibus infertur, quod teſtes inhabiles non ſo-
25 lum in totum non coadiuuantur tortura, ſed nec
26 etiam quibuſuis aliis Adminiculis. Bal. in l. falſas,
27 n. 3. C. de furt. Angel. in l. ſi quis ex argentatiis,
§. cogentur, n. 6. ff. de eden. Marſ. ſing. 554. me-
mini. Aym. conſ. 9 n. 12. Natt. conſ. 298. n. 10.
lib. 2. Rolan. conſ. 98. n. 34. vol. 4 Farinac. q. 43.
num. 156.

Non valet ſi per Fiſcum dicatur, quod in delictis
occultis, & quando veritas aliter haberi non poteſt,
tam ad torquendum, quam ad condemnandum ad-
28 mittuntur etiam Teſtes inhabiles, vt ſunt ſupradicti
nominati; quoniam teſtes huiuſmodi in ſimilibus de-
lictis ſemper intelliguntur admitti, & probare in ge-
nere, ideſt ad inquirendum tantum, nempè ad aſſu-
mendas informationes delicti commiſſi; non autem
in ſpecie, ideſt contra perſonam Inquiſiti ad ipſum
torquendum, ſeù condemnandum. Boſſ. tit. de in-
dit. & conſiderat. ante tortur. num. 171. Farinac. q.
43. nu. 113. quia tunc requiruntur teſtes omni exce-
ptione maiores, integri, ac fide digni. Muſcatell. in
pract. crim. pag. mihi 227. nu. 9. & 12. & pag. 31.
nu. 30. ſeq. d. Soc. de reg. iur. 425. fallent lib. 1. d.
Farinac. de indit. & tortur. d. q. 43. nu. 115. Ratio
eſt, quia indiſtinctè teſtes inhabiles non niſi ad in-
quirendum, ſeù ad aſſumendas informationes ſuffi-
ciunt. Et iſta eſt veritas, prout ſcribit d. Farinac. q.
62. nu. 79. Nec mirum, quia teſtes natura ad teſtifi-
candum inhabiles, vt ſunt iſti, quando ſpeciali iure,
& aliqua ratione admittuntur, non tamen ſunt, & di-
ci poſſunt omni exceptione maiores. Alex. conſ. 11.
29 nu. 1. nec etiam ſunt per ſe ſufficientes ad torturam.
Boſſ. tit. de indit. & conſiderat. ante tortur. nu. 150.
Vulpell. conſ. 12. nu. 16. Immo dicitur, quod quan-
do admittuntur, intelliguntur admitti quoad præ-
ſumptionem faciendam tantum, non autem quoad
probationem; cum teſtes ad probandum (vt dictum
eſt) debeant eſſe omni exceptione maiores, d. Soc.
de reg. iur. d. Farinac. d. tit. & d. q. & nu. Et opti-
ma ratione quidem; quia perfectum non poteſt oriri
ex imperfecto. Et nemo dat, quod non habet; Et
quod nihil eſt ſupplementum non recipit.

Cæterum vltra ſupradicta illud eſt omninò ſcien-
dum, quod quando dd. teſtes plures patiuntur excep-
30 tiones, ſeu defectus, puta paupertatis, vilitatis, &
huiuſmodi, vt teſtes in proceſſu pro Fiſco examinati,
teſtimonium prorſus reddunt inualidum; nam tunc
nec etiam in caſibus, in quibus per alios veritas ha-
beri non poteſt, admittuntur. Boſſ. tit. de indit. nu.
151. Barbat. conſ. 65. lib. 4. cum aliis adductis per
Gram. conſ. 1. nu. 62. Natt. conſ. 298. num. 6. Ber-
taz. conſ. 3. nu. 23. & 32. lib. 1. Vbi quod iſta con-
cluſio omnium conſenſu recepta eſt. Immo etiam
omninò dicitur, quod non ſolum non admittuntur ad
torquendum, & probandum, ſed nec etiam ad indi-
tium, ſeù præſumptionẽ faciendam, quoniam pror-
ſus à teſtificando repelluntur. Et hac etiam ratione,
quia ſicut plura adminicula ampliant probationem,
& ſupplent teſtis inhabilitatem; ità plures defectus
illam

illam destruunt, per regulam quod idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, l. sicut proponis, C. de nupt. Aym. cons. 66. n. 55. & 57. Natt. d. cons. 298. n. 6. Bertaz. vbi supra, vbi ampliat cum tortura; quia tortura non supplet plu-
31 res defectus, sed vnum tantum. Hyppol. Riminal. cons. 113. n. 32. Farinac. q. 62. n. 381. seq.

Deniquè illud est omninò aduertendum, quod testes in habiles in occultis, difficilis probationis, &
32 quādo veritas aliter haberi non potest, solummodò in testimoniū admittuntur, quādo agitur ciuiliter, secus si criminaliter. Boss. tit. de indit. n. 175. seq. Farin. cons. 39. n. 3. Idē Boss. post Bart. Aret. & alios, quos alleg. d. tit. n. 177. Ratio est, quia vt supra dictum est, testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores, boni viri, probatæ vitę, & conditionis, quos verisimile sit, nō deierare. Itā dicit Text. c. in literis, cum ibi not. de test. Hyppol. §. principium, n. 10.

Quibus sic stantibus humiliter supplicatur pro absolutione, & liberatione dd. D. Antonii, & Ioannis; quod singulari gratia reportabitur. Quarè, &c.

CONSILIVM XIX.

SVMMARIVM.

1 *Pax non dicitur rupta ob paruum vulnus.*
2 *Percussio leuis nullum continet delictum.*
3 *Offensio leuis non intelligitur deducta in stipulatione de non offendendo.*
4 *Offensio modica in pœna cōuentionali non est in consideratione.*
5 *Fidecommissum non reuocatur per leuem offensionem.*
6 *Offensio leuis non est curanda, quia non videtur in se habere delictum, nec damnum inferre.*
7 *Pax non dicitur rupta, quando offensus est vilis persona.*
8 *Vulnus quando est sine vllo vitæ periculo non dicitur rupta pax.*
9 *Vulnus non rumpit pacem, quando prouenit ex noua superuenienti offendendi causa.*
10 *Transactioni, seù sententiæ, non dicitur contrauentum ab eo, qui ex noua, & superuenienti causa offendit.*
11 *Causa noua, ac superueniens excusat, nè promissioni de non offendendo contrauentum dicatur.*
12 *Promissio de non offendendo intelligitur rebus sic stantibus, & aliqua noua causa non superuenienti.*
13 *Pacem, & generalem promissionem de non offendendo ex causa de præsenti, & de præterito, & non de futuro, & subsequenti esse interpetrandam DD. dicunt.*
14 *Pax non dicitur rupta pro modico vulnere, quamuis sequatur aliqua modica sanguinis effusio.*
15 *Pax non dicitur fracta, si non fuit ratificata.*
16 *Pax, quando etiam prætenditur facta mediante persona Notarii, tamen quando non fuit ratificata per principalem, non dicitur rupta.*
17 *Pax pœnalis non tenet, nisi fuerit ratificata.*
18 *Pax in dubio non dicitur rupta.*

ANno elapso die 29. Aprilis 1635. Frācifcus N. in rixa vulnerauit Siluestrū N. qua de causa (vt constat in processu) ad pacē deuenerunt; sed quia postea
die 25. mēsis Februarii 1636. proximè elapsi d. Frā-
ciscus eundem Siluestrum ad nouam rixam prouoca-
uit, multa verba minatoria, & iniuriosa eidem dixit,
ac etiam per vim ei arma eripuit, Fiscus prætendit,
quod d. pacem fregerit: Quod nimirum secus est;
quia si pax non rumpitur ex infradicendis, multo mi-
nus potest dici rupta ex prætensis verbis minatoriis,
& iniuriosis, & prætensa armorum ereptione, quę le-
uiora sunt delicta. Et vt hæc veritas clarissimè pateat,
1 dicitur. Primò quod pax non dicitur rupta ob paruū
vulnus, quia cum leuis sit percussio, nullum continet
delictum. A fortiori arguit Corsett. de minim. paterg.
2 primum n. 5. sequitur Mars. cons. 80. Et optima ra-
tione quidem quia leuis offensio non intelligitur de-
3 ducta in stipulatione de non offendendo; etiamsi ge-
neraliter fuerit prouisum non offendere, latè scripsit
Paris. cons. 165. vol. 4. ex doctrina Bal. l. si prædium
col. 4. C. de Edilit. act. Idē tenet in cons 195. ad fin.
4 lib. 2. Et quod in pœna conuētionali modica offensio
non sit in consideratione. Est Text. expressus in l. 3.
5 §. fin. cum l. seq. ff. de adimen. legat. Vbi quod fidei-
commissum reuocatur per offensam, si verò fuerit le-
6 uis, non reuocatur. Et Alber. in d. l. seq. ante fin. di-
cit, quod leuis offensio non est curanda, prout nec
etiam vulnusculū, quia non videre habere in se deli-
ctum. Per l. 1, vers. perindè, ff. de Edilit. Edict. Nec
etiam damnum inferre. Text. est in l. si seruus serui,
§. rupisse seqq. ff. ad l. Aquil. Idq; eo magis videtur
7 dicendum, quādo offensus est vilis persona, vt d. Sil-
uester. Tradit Mascard. de prob. lib. 3. conclus. 1131.
8 n. 4. Et eo magis supradicta procedunt, quando vul-
nus est sine vllo vitæ periculo, quoniā tunc non rum-
pit pacem: Ratio est, quia non verificatur in modica
effusione sanguinis. Abb & Felyn. in c. cum illorum.
Vbi Glos. de sent. excomm. Hercul. de caut. de non
offenden. c. 26. n. 10. & c. seq. n. 8. Prout nec etiam
9 rumpit pacem, quando prouenit ex noua superue-
nienti offendendi causa, vt in casu, de quo agitur d. l.
cum quæritur, cū duobus seqq. ff. de except. rei iu-
dic. l. si certa, C. de transact. Alciat. l. cum propo-
nas, la seconda, C. de pac. Vulpell. cons. 53. n. 2. Bart.
ex verbis Claudii Saturnini in l. aut facta, §. causa, ff.
10 de pœn. Sicut nec transactioni, nec sententiæ contra-
uentū ab eo, qui ex noua, & superueniente causa of-
fendit, l. cum quæritur, cum duabus seqq. ff. de ex-
11 cept. rei iudic. l. si de certa, C. de transact. Ratio est,
quia noua, ac superueniens causa, quando constat in
processu iuxta Pii Quinti constitutionem excusat, nè
promissioni de non offendendo contrauentum dica-
12 tur, d. l. cum quæritur. Et Vulp. cons 77. n. 3. seq.
Ratio est, quia promissio huiusmodi interpetratur re-
bus sic stantibus, & aliqua noua causa minimè subse-
quente, l. quæro, §. inter locatorem, cum vulg. ff.
locat. quam communi voto approbauit Alex. d. l.
aut facta, §. causa ff. de pœn. Et est nimis certa cō-
clusio, de qua d. Alex. ad Bart. d. §. causa, l. semel
mora, ff. solut. matrim. Vulpell. cons. 7. num. 15.
& cons. 10. num 39. & quæst. 45. num. 4. Et ma-
ximè Bald. dicta l. semel mora, c. 1. de pac. tenen.

13 Anton. Butr. & Imol. c. cum inter,de renunt. ex eo
Text. dicentes pacem, & generalem promissionem
de non offendendo ex causa de præsenti, & de præ-
terito; & non de futuro, & subsequenti interpetran-
dam. Alex. ad Bart. d. l. semel mora, §. aut facta,
& cons. 19. n. 1. & cons. 115. in 4. qui de communi
testatur. Rom. cons. 183. respondendo pro eo, cui
hircinum opprobrium imputatum fuit. Ias. in l. qui
Seruum, de verb. oblig. & l. quid ergò, §. si hæres,
ff. de legat. primo. Mars. cons. 76. n. 30. cons. 119.
n. 2. cons. 122. n. 8. & sing. 503. Seisell. Dec. Alciat.
l. cum proponas, 2. de pac. Tiraq. l. Boues, §. hoc
sermone, de verb. signif. Soc. Iun. cons. 163. lib. 3.
Gratt. cons. 105. in primo, & cons. 73. in secũdo Paris.
cons. 164. in fin. in quarto, & cons. 7. n. 13. Secũdò
14 dicitur, quod pax non dicitur rupta pro modico vul-
nere, etiam quod sequatur aliqua modica sanguinis
effusio. Scripserunt Petr. à Placa in Epit. delict. c. 13.
n. 2. Abb. & Felyn. in c. Cum illorum. Vbi etiã Glos.
de sent. excomm. Et quando adest pax in huiusmo-
di casu, minoratur pœna. Immo (inquam) omnis
pœna cessare debet, c. quæsiuit, de his, quæ fiunt à
maior. part. Capit. c. afferamus, 24. q. 1. Tertio di-
15 citur, quod pax non dicitur fracta, si non fuit ratifi-
cata, prout in huiusmodi casu ratificata nõ fuit. Bart.
in l. si vxor. §. si quis vxores, ff. de adulter. sequitur
Bal. in l. nec ei, §. Satisdatio, col. 2. ff. de adopt. Ge-
rard. cons. 31. Paris. cons. 78. n. 49. lib. 1. Imò dicitur,
16 quod pax, quando etiam prætenditur facta median-
te persona Notarii, tamen quando non fuit ratificata
per principalem, prout requiritur, non dicitur rupta
v. g. per exonerationem Archibusii; nam Pax pœna-
17 lis non tenet, nisi fuerit ratificata. Bal. l. labeo, in
fin. ff. de iureiur. Dec. cons. 226. n. 7. d. l. Nec ei, §.
18 satisdatio, in 6. q. ff. de adopt. Et illud per Fiscum
semper est menti tenendũ quod pax in dubio non sit
fracta. & ità est tenendũ ob bonum publicum, & ad
quietẽ conseruandã. Ex not. in l. cum proponas, 2. C.
de pac. Gorn. cons. 40. lib. 2. in princ. Vulp. q. 56. n. 5.

Quæ supradicta omnia cum ità se se habeant, hu-
militer supplicatur pro absolutione, & excarceratio-
ne d. Francisci Albanensis, quod singulari gratia re-
portabitur, &c. Quarè, &c.

CONSILIVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Varii testes dicuntur illi, qui sunt diuersi in formalitate verborum.*

2 *Varii testes nullam faciunt fidem, nec vllis eorum dictis est standum.*

3 *Varii testes dicuntur illi, non qui contraria deponunt, sed qui diuerso modo dicunt.*

4 *Singularitas testium diuidit, & lacerat testimonia, & arguit dolum.*

5 *Testes vario modo loquentes auferunt verum sensum suarum depositionum; sicquè non probant.*

6 *Vox, siue Dictum* } *vnius vox nullius.*

7 *Testes singulares, quamuis mille, minus probant, quam vnus.*

8 *Testes viles, & pauperes inditium non faciunt ad torturam.*

9 *Inditia remota, etiamsi sint plenè probata, non sufficiunt ad torturam.*

10 *Inditia indubitata, quamuis nullam habeant difficultatem, quin delictum fuerit commissum non faciunt inditium ad torturam.*

11 *Inditia indubitata ad pœnam pecuniariam tantum sufficiunt.*

12 *Inditium nullum est adeò indubitatum, quin aduersus illud possit probari contrarium.*

13 *Inditia debent esse talia quod crimen tangant.*

14 *Inditium quando crimen tangit.*

15 *Inditia quæ dicantur crimen tangere.*

16 *Inditia non tangunt crimen sed testes.*

17 *Inditium non est probatio, quæ requiritur ad torquendum, seù condemnandum, sed est signum alicuius maleficii ad veritatem habendam.*

18 *Inditia non faciunt simiplenam probationem, sed testes.*

19 *Testis fide dignus facit semiplenam probationem.*

20 *Inditia non pro probatione, sed pro quadam probationis specie habentur.*

21 *Delictum omninò probari debet per testes omni exceptione maiores non autem per inditia.*

22 *Inditia indubitata non sufficiunt ad torturam, sed ad inquirendum tantum.*

23 *Delicta per quæ & quomodo sint necessariò probanda.*

TEstes in processu causæ, de qua agitur nullum prorsus contra Thomam, & Io: Paulum de Alifurno ad torturam faciunt inditium, cum non deponant super homicidio commisso in personam q. R. N. sed solum super aliquibus inditiis ad d. homicidium facientibus; Ideò ex infradicendis à testificando omninò repel-
1 luntur. Primò quia sunt varii in eorum depositioni-
bus, & varii dicuntur illi, qui sunt diuersi in formalita-
te verborum; quia vario modo loquentes auferunt
verum sensum suarum depositionum. Vt per Felyn.
quem allegat, tradit Monticell. in repetit. de test. in
verb. impugnatur testis, quia varius, vers. vario mo-
2 do loquens. Et testes varii non solum nullam faciunt
fidem, c. cum tu, cum ibi not. de test. Crott. tract. de
test. n. 331. sed nec etiam vllis eorum dictis est stan-
dum. Capic. decis. 142. n. 7. Ità Bosſ. tit. de tortura
test. n. 37. Et melius de opposit. contra test. n. 17.
3 l. qui falsa, vel varia, ff. de test. Et testes dicuntur
etiam varii non qui contraria deponunt, sed qui di-
uerso modo dicunt. Farinac. q. 66. nu. 8. ac etiam
quando vna vice dicunt vnum, & alia vice aliud. Et
3 ideò non probant. Secundò quia non deponunt su-
per homicidio, sed super inditiis ipsius. Clar. q. 2.
vers. mendacium. Rolan. qui alios citat. cons. 3. n. 53.
4 vol. 3. Tertiò quia sunt singulares in eorum dictis, &
testium singularitas diuidit, & lacerat testimonia.
Bal. cons. 25. col. 1. in fin. lib. 3. Crauett. cons. 41.
col. fin. Ideò dicit Bal. in l. iusiurandi, C. de test.
5 quod singularitas testium arguit dolum: Ratio est,

quia

quia testes vario modo loquentes auferunt verum
sensum suarum depositionum. Felyn. in princ. Glo-
sæ super Prohem. Decret. num. 1. sicque ob id nul-
lum faciunt probationis gradũ, c. in omni negotio,
de test. c. Cum dilecti, de elect. Vbi enim est singu-
laritas, ibi est varietas; quoniam quilibet est solus in
suo dicto. Et contra ius diuinum, & humanum est,
quod credatur dicto vnius tantum. Aym. post alios,
6 quos allegat cons.75. num. 5. Nanque dictum, siue
vox vnius, vox nullius. Boss. de opposit. contra test.
Vltra quod vnus non potest supplere alium. Mars.
singul.554.vers.sed ista omnia limita. Aym. cons.9.
num. 12. Rolan. cons. 98. n.34. lib.4. Immo & le-
ge diuina ita statutum esse, quod nullo modo creda-
tur testibus singularibus ignorat nemo. Deuter.c.19.
Non stabit vnus testis contra aliquem, quicquid ille
peccati, vel facinoris fecerit, sed in ore duorum,
vel trium stabit omne verbum. Matthæi c. 18. Et
7 testes singulares, quamuis mille, minus probant quã
vnus. Bal. in l. de quibus, col. ante pen. vers. sed
nunquid testis, ff de legib. Vbi quod de testibus sin-
gularibus vnus debilitat dictum alterius. Nec dissen-
tit Dec. cons. 534. num. 1. seq. Quarto non pro-
bant, quia omnes sunt viles, & pauperes Rustici.
8 Et testes viles, & pauperes simul, & sic quia plures
patiuntur exceptiones, & defectus, etiam in delictis
occultis, & difficilis probationis, vel alias in casu,
in quo per alios veritas haberi non potest, inditium
non faciunt ad torturam, licet in tortura eorum di-
cta essent emanata. Scripserunt Aym. cons.6. n.55.
seq. & cons. 149. n. 11. seq. Gram. cons. 45. n. 22.
in fin. Bursatt. cons. 298. n.6. Gabriel. de test. con-
clus. 7. n. 10. lib. 1. Quintò quia omnes non depo-
nunt super homicidio, sed super inditiis remotis ab
ipso: Et inditia remota etiamsi sint plenè probata,
non sufficiunt ad torturam. Gram. vot.6. col. pen.
9 Boer. decis. 163. col. fin. Immo inquam non solum
Inditia remota non sufficiunt ad torturam; sed nec
etiam, quod magis est, Inditia indubitata, quamuis
10 nullam habeant difficultatem, quin delictum fuerit
11 commissum: Ratio est, quia inditia indubitata ad
pœnam pecuniariam tantum sufficiunt. Boss. tit. de
conuict. n. 35. Nec id ab re dicitur, quia nullum in-
12 ditium est adeò indubitatũ, quin aduersus illud possit
probari contrarium. Boer. decis. 165. n. 1. Ideò debet
esse talia, quod nullam habeant difficultatem, etiam
minimam. Boss. tit. de indit. ante tortur. n.35. Ber-
taz. cons. 60. n. 8. lib 1. Vbi de communi: Immo
13 debent esse talia, quod crimen tangant: Et tunc ve-
rè, & propriè crimen tangunt, quando proueniunt
ex depositione vnius testis fide digni, ac omni exce-
14 ptione maioris; qui tamen deponat super delicto,
seu facto consumato, & non super inditio ad deli-
15 ctum, seu factum, vt in casu, de quo agitur. Vltra
quod opus est etiam, quod omninò verisimile sit,
vt delictum fuerit consumatum ab illo, contra quem
inquiritur. Angel. l. conditionaliter, C. de quæst.
Vbi dicit notãdum esse à Criminalistis. Quem refert,
& sequitur Veronen. cons.39. n. 38. Glos. in c. 1. de
confess. ob illam dictionem, aliæ, quæ est relatiua, &
repræsentatiua eiusdem qualitatis. Glos. in l. quidam
16 relegatus, in verb. Amicis, ff. de reb. dub. Nec id mi-
rum videri debet; quia Inditia non tangunt crimen,
cum id ipsum solummodò indicent; sed quidem te-
17 stes: Ideò Inditiũ non est probatio, quæ requiritur
ad torquendum, & condemnandũ; sed vt aliqui DD.
dicunt est tantũ signum alicuius maleficii ad verita-
tem habendã. Gand. tract. sub Rubr. de præsumpt. &
indit. Io. Andr. in Addit. ad Spec. in tit. de probat. §.
fin. in verb. Item per inditia. Vnde si est signum, nõ
est probatio, & ideò non potest infligi tortura, quia
signum indicat, non probat identitatẽ facti. Vt post
Bart. & alios, quos allegat, tradit Carrer. cons. 169.
n. 4. Quarè est omninò per Iudicem aduertendum,
quod quando DD. loquuntur de inditio sufficienti ad
torturam, illud nimirum intelligunt, quod facit se-
18 miplenam probationem, & non minus quam semi-
plenam. Vt doctè, & egregiè declarat Soc. Iun. cons.
39. n. 57. vol. 2. quam nullo modo faciunt inditia,
19 sed quidem vnicus testis fide dignus, ac omni exce-
ptione maior, qui deponat per visum, vel alium sen-
sum corporeum proprium, non alienum, aliquod de-
lictum fuisse cõmissum. Menoch. de præsumpt. q.89.
n. 7. l. qui vltimo in fin. ff. de pœn. Farinac. q. 37.
n.58. & q. 56. n. 121. Dec. cons. 189. col. 1. seq.
Quæ quidem ex re verè Inditia non probatione, sed
20 pro quadam probationis specie habentur. Calep. de
21 Calep. cons. 52. n. 33. seq. diuers. lib. 1. Itaq; dici-
tur, quod delictum omninò probari debet, vt possit
infligi tortura, non per Inditia, sed per testes omni
exceptione maiores, luce meridiana clariores, idonei
legales, & benè concludentes etiam in iudiciis enor-
mium delictorũ, vt Assasinii, &c. Text. est in l. sciant
cuncti, vers. testium idoneorum, C. de probat. cano-
nizata in q. vlt. c. sciant cuncti. Vbi dum loquitur de
probatione testium, addit idoneorum. Tradit Brun.
cons. 115. n.43. tom.2. inter cons. crim. diuers. l. in
testamento, ff. de condit. & demonstrat. Farin. q.37.
& q. 56. n. 121. Direct. Inquisit. 2. par. pag. mihi
205. Alias d. delictum non dicitur probatum. Not.
in c. Cum opporteat, de accusat. Cason. de indit.
tract. 2. n. 5. seq. Bart. cons. 65. Alex. cons. 3. n. 1.
Crauett. cons. 2. n. 4. Vbi adducit Concordantes.
Ex quibus infertur, quod Inditia indubitata, ac etiã
22 vehementissima non sufficiunt ad torturam, sed ad
inquirendum tantum, idest ad assumendas informa-
tiones, aut ad capturam, non autem ad reliqua Boss.
tit. de indit. n. 180. tit. de conuict. n 46. & 48. tit. de
confess. n. 21. tit. de indit. & considerat. ante tortur.
n. 180. Cum aliis adductis per Vulpell. cons. 274.
n. 7. Dec. cons. 189. col. 1. seq. Director. Inquisit.
par. 2. c. 14. pag. mihi 116. Innoc. & alii c. quia ve-
risimile, de præsumpt. Bal. in l. fin. in vlt. col. C. de
probat. Menoch. q. 94. n. 2. & q. 16. lib. 1. De præ-
sumpt. Farinac. cons. 75. n. 104.
Quæ quidem ex re omninò dicitur, quod non in-
ditia indubitata, & vehemẽtissima sufficiunt, sed illa
23 sola requiruntur, quæ non solum ex dicto testis fide

digni, ac omni exceptione maioris, sed etiam, quod magis est, illa, quæ per d. testem super delicto consumato, ac perfectè præfinito emanant, atque semiplenam faciunt probationem; non autem illa, cuiuscunque generis sint, quæ non à d. teste, nec super facto consumato, ac perfectè præfinito prouenient. Vbi quod sola Rei Confessio desit. Alexan. conf. 133. num. 11. seq. vol. 7. Per plures authoritates ostendit Boer. decis. 164. per totam. Mars. §. diligenter num. 153. Dec. cons. 115. num. 8. vers. præterea. Vbi dicit quod, ex inditiis etiam indubitatis in causis criminalibus secundum DD. opiniones nec tortura dari, nec condemnatio fieri debet. Bal. & Imol. quos allegat. Vide plura, quæ scripta sunt in alio meo lib.

Quibus sic stantibus omninò dicitur, quod Testes contra dd. Thomam, & Io Paulum inquisitos examinati, cum sint singulares, varii, diuersi, atque inter se contrarii in eorum dictis, ac viles, & pauperes rustici, & non deponant super maleficio, sed super aliquibus diuersis, atque remotis inditiis ad ipsum, omninò de iure sunt repellendi. Quod si fiat singulari gratia reportabitur, &c.

Quarè, &c.

DE OPPOSITIONIBVS DANDIS

Contra Fiscum ad fauorem Rei.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus contra Reum non debet sumere delicti probationem ex ore ipsius.*
2 *Ad Fiscum contrarium asserentem incumbit onus probandi.*
3 *Fiscus quando contra Reum plura prætensa Inditia diuersi generis conatur afferre, quando omnia sunt remota, & vnumquodque non plenè probatum, non possunt coniungi ad faciendum inditium ad torturam.*
4 *Fiscus debet probare Inquisitum esse illum, qui descriptus est in sententia.*
5 *Vltra nomen proprium pro identitate personæ v. g. Banniti requiruntur aliæ demonstrationes.*
6 *Ex nominis identitate solum non dicitur constare de identitate personæ.*
7 *Fiscus asserens sedato animo, & non in rixa Reum commisisse homicidium, id probare tenetur.*
8 *Fiscus vbi se fundat super qualitate, illam probare tenetur.*
9 *Reus fundans se super negatiua se non esse v. g maiorem 18. annis, dicta negatiua per Fiscum probari debet.*
10 *Negatiuam non tenetur probare, qui fundat exceptionē suam negando.*
11 *Fiscus allegans aliquid contra Reum, illud probare tenetur.*
12 *Reus non tenetur probare per eum negata.*
13 *Fiscus, qui sententiam allegat, eam probare tenetur.*
14 *Ignorantia præsumitur ad euitandam pœnam corporalem, & pecuniariam.*
15 *Protestatio facta à Fisco de non præiudicando sententiæ ob aliquod nouum inditium, ei non suffragatur.*
16 *Protestatio facta à Fisco est contraria facto subsequenti.*
17 *In bonis publicatis Fiscus non est propriè hæres.*
18 *Fisco non acquiritur possessio ipso iure absquè apprehensione.*
19 *Bona delinquentis non debentur Fisco, quæ obuenerunt post publicationem.*
20 *A bonis alienatis quando Fiscus possit excludi.*
21 *Fisco quando acquiritur ius super bonis delinquentis.*
22 *Fisco quando non acquiratur succedendi, seù adeundi hæreditatem.*
23 *In Fiscum non transeunt peculium Aduentitium, profectitium, & Castrense.*
24 *Fiscus non potest vendere, nisi habita fide de precio.*
25 *Fiscus non potest alienare nisi cum subastatione legitimè facta.*
26 *Fiscus elapso quadriennio non potest possessorem molestare.*
27 *Fiscus tenetur soluerè summariè coram Iudice suo sine bello, &c. Creditoribus, &c.*
28 *Fiscus non potest agere ad pœnam in contractu appositam, nisi Notarius stipulatus sit nomine Fisci.*
29 *Contra Fiscum si Iudex iudicat / Iudex si contra Fiscum iudicat } in dubio non errat.*
30 *Contra Fiscum semper est pronunciandum.*
31 *Fiscus non est priuilegiatus.*
32 *Fiscus ægrè fert audire, quæ faciunt ad fauorem Inquisitorum.*
33 *Fiscus nullum ius in pœnis habet ante sententiam.*
34 *Fiscus excluditur Bannito à successione excluso, & venientes ab intestato admittuntur, & succedunt.*
35 *Fiscus ius accrescendi in pœna, quæ d. Fisco, & parti stipulata est, locum non habet.*
36 *Ius accrescendi in contractibus non procedit.*
37 *Fiscus in pœnis in pristinum non restituitur.*
38 *Fiscus si intra fatalia non appellauerit, & de pœna acquirenda tractetur, an in integrum restituatur.*
39 *Fiscus non restituitur ad dotem immoderatam ex persona minoris promittentis.*
40 *Fiscus in iuribus conditionalibus vt hæres non habetur.*
41 *Fiscus tenetur pro creditis in loco confiscationis contractis in solidum, etiam quod Reus alia bona in diuersis Territoriis possideat. In dotibus autem Matris, & Vxoris fraus potest præsumi.*
42 *Fiscus ad bona extra territorium sita non se extendit.*
43 *Cum Fisco qui composuit, amplius molestari non debet.*
44 *Pecunia in compositione soluta loco pœnæ succedit.*
45 *Fiscus iura conditionalia, & in spe tantum non acquirit.*
46 *Fiscus ex patris stipulatione, cui mortua filia competit dotis repetitio, secuto delicto ad dotis repetitionem non admittitur.*
47 *Fiscus in bonis ante sententiam in pœnis anterioribus Creditoribus non præfertur.*
48 *Fisci bursa, seù Marsupium, quando ad eundem Dominum, & non ad diuersos pertinet, solutio in vno loco facta prodest etiam in alio, quando Reus fuit condemnatus.*
49 *Fisco non competit actio, quæ non competit parti.*

50 Cum

50 *Cum Fisco componens non fatetur delictum.*
51 *Fiscus inducens testem contra ipsum plenè probat.*
52 *Testis inductus à Fisco, quamuis infamis plenè probat contra ipsum.*
53 *Testis vnicus ad defensam Rei semiplenè probat, & sufficit ad defensam Rei.*
54 *Fisco non probante Reus est absoluendus.*
55 *Fiscus quando tractat de lucro captando, & de damno euitando tunc excusatur Reus.*
56 *Contra Fiscum in dubio semper est pronunciandum.*

NE Reus iniustè vexetur à Fisco, Iudex infrascripta
omnia menti tenere debet; nempe quod d. Fiscus
non potest interogare Reum de criminibus, de qui-
bus contra ipsum nullum extat inditium; quia vt fun-
1 det suam intentionem contra d. reum, non debet su-
mere delicti probationem ex ore ipsius, l. de minore,
2 §. tormenta, ff. de quæst. Item quod Fisco contra-
rium asserenti incumbit onus probandi. Carrer. in
pract. crim. in 3. tract. de homic. & assass. §. quarto
quæro num. 7. vbi alios refert, Mars. in l. si in rixa,
nu. 28. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Boss. tit. de homic.
num. 23. ad med. & nu. 25. Clar. §. homicidium, vers.
3 ex proposito, ad med. Item quod Fiscus, quando con-
tra reum plura prætensa inditia diuersi generis cona-
tur afferre, quando omnia sunt remota, & vnumquod-
que non plene probatum, dd. inditia in causa crimi-
nali non possunt coniungi ad faciendum inditium ad
torturam. Dec. c. cum causam, num. 14. seq. de pro-
bat. Mars. post Bart. l. 1. §. idem Cornelio in fin. ff.
4 de quæst. Item quod Fiscus debet probare inquisitum
esse illum, qui descriptus est in sententia. Bal. l. Diuus,
ff. de cust. reor. Corn. cons. 143. nu. 12. vol. 2. Vbi
5 quod vltra nomen proprium pro identitate personæ,
v. g. banniti requiruntur etiam aliæ demonstrationes;
quia ex identitate nominis solum non dicitur consta-
7 re de persona banniti, de quo in sententia. Item quod
Fiscus asserens sedato animo, & non in rixa reum ho-
micidium commisisse id probare tenetur. Scripserunt
Innoc. & Hostiens. c. inter alia, de immunit. eccles.
8 Blanc. de indit. nu. 54. Item quod Fiscus vbicunque
fundat se super qualitate, ex qua receditur à regula
iuris communis, v. g. quod quis sit major 18. annis,
vt puniatur ob crimen sodomiæ iuxta Constitutionem
Prouinciæ Marchiæ, cum sit illa, quæ dat actionem
Fisco ob dictum crimen commissum, ad effectum vt
puniatur pœna mortis naturalis, per d. Fiscum agen-
tem probari debet. l. non ignorat, C. qui accus. non
poss. Bal. in l. edicta, col. 9. C. de eden. Hinc infer-
tur, quod qualitas adiecta Constitutioni, seu statuto
necessariò pro parte Fisci probari debet, cum sit eius
fundamentum, qua non probata cessat pœna ordina-
ria, vt per plures authoritates ostendit Plot. cons. 130.
nu. 74. diuers. crim. lib. 1. Ratio est, quia vbicunque
Fiscus fundat se super qualitate, ex qua receditur à
regula iuris communis; cum v. g. minor 20. annis
mitius puniatur, vt tradunt omnes, illam probare de-
bet concludenter. Innoc. in c. præterea, de dilat. quem
refert, & sequitur Rom. cons. 483. col. pen. Capic.
decis. 112. Abb. & alii in c. si clericus, de for. compet.
9 Nec est opus, quod inquisitus fundet se super negati-
ua, se non esse maiorem 18. annis; quia ista negati-
ua probari debet per Fiscum, non autem per inquisi-
tum. Ità Glos. & ibi Bart. in l. 1. in fin. ff. de except.
Vbi dicunt, quod ille, qui fundat exceptionem suam
10 negando, non tenetur negatiuam probare. Hinc in-
fertur, quod quando quis punitur vigore alicuius qua-
litatis, talis qualitas per Curiam probari debet. An-
gel. in l. 1. §. si quis neget, ff. quemadmod. testam.
aper. late Mars. cons. 96 nu. 4. Quod eo magis dici
debet, quando inquisitus habet præsumptionem iuris
pro se, v. g. quod sit minor. Vt per plurà intra osten-
11 dit Alex. cons. 9. nu. 13. lib 5. Item quod Fiscus al-
legans aliquid contra reum, illud probare tenetur. l.
ab ea parte, ff. de probat. l. qui accusare, C. de eden.
12 Ratio est, quia reus non tenetur probare per eum ne-
gata. Tradit in propriis terminis Rei negantis deli-
ctum. Bart. l. in illa stipulatione, nu. 10. ff. de verb.
13 oblig. Item quod Fiscus, qui scientiam allegat, eam
probare tenetur. l. verius, ff. de probat. Immo igno-
14 rantia præsumitur ad euitandam pœnam corporalē,
& pecuniariam. Crauett. cons. 244. num. 4. Gram.
15 cons. 25. nu. 1. Item quod Fisco non suffragatur pro-
testatio de non præiudicando sententiæ ob aliud præ-
16 tensum nouum inditium; quia ista protestatio est cō-
traria facto subsequenti. Bart. l. 1. nu. 16. C. lit. non
contest. Refert, & sequitur Ias. l. 2. col. 45. C. de iur.
emphit. Laurent. ab Oua cons. 65. nu. 36. inter cons.
crim. diuers. Bal. l. vnica, col. fin. vers. sexto decimo
17 quæro, prohibita est alienatio, C. de his nom. Item
quod Fiscus in bonis publicatis non est propriè hæres
Boss. tit. de bon. publicat. num. 13. & 21. Item quod
18 Fisco non acquiritur possessio ipso iure absq; appre-
hensione. Boss. tit. de bon. publicat. num 26. Item
19 quod Fisco non debentur bona delinquentis, quę ob-
uenerunt post publicationem. Boss. tit. de bon. pu-
20 blicat. nu. 15. & 21. Item quod Fiscus potest exclu-
di à bonis alicuius deportati, vel banniti, nempè quā-
do dicta bona ante delictum alienata fuerunt; quia
ante delictum contractus valent, secus tamen quando
fuerunt alienata in fraude; quia si coniiceretur fraus
reuocatur contractus. Boss. tit. de verb. oblig. n. 43.
21 Item quod Fisco non acquiritur ius aliquod de iure
communi super bonis delinquētis à die commissi de-
licti, sed quidem post condemnationem, Boss. tit. de
22 verb. publicat. nu. 81. Item quod Fiscus non acqui-
rit ius succedendi ex substitutione, si moriatur substi-
tutus, antequam eueniat casus. Prout nec etiam ius
succedendi in feudo, scilicet in futurum. Boss. tit. de
23 bon. publicat. nu. 15. & 18. Item quod in Fiscum
non transeunt peculium aduentitium, profectitium, &
24 Castrense. Boss. tit. de bon. publicat. num. 71. Item
quod Fiscus non potest vendere habita fide precio,
sed solum soluto precio. Boss. tit. de Fisco, num. 37.
25 Item quod Fiscus non potest alienare, nisi cum suba-
stratione legitimè facta. Boss. tit. de Fisco, num. 38.
26 Item quod Fiscus elapso quatriennio non potest pos-
sessorem molestare. Boss. tit. de Fisco num. 51. Item
quod

27 quod Fiscus tenetur soluere summariè coram Iudice suo sine bello, seù sententia creditoribus producentibus instrumenta creditorum contra bona delinquentis, quæ Fiscus occupauerit. Boss. tit. de Fisco, n. 65.
28 Item quod Fiscus non potest agere ad pœnam in contractu appositam, nisi Notarius stipulatus sit no-
29 mine Fisci. Boss. tit. de Fisco num. 66. Item quod qui contra Fiscum iudicat in dubio, non errat, siue sit dubium in iure, siue in facto. Boss. tit. de Fisco,
30 num. 74. Immo contra Fiscum in dubio semper est pronunciandum, vt l. non puto, ff. de iure Fisci, vide etiam in verb. percutiens aliquem manu vacua. Item
31 quod Fiscus non est priuilegiatus, nisi in specie reperiatur. Boss tit. de Fisco, num 76. Item quod Fiscus, & dos vbi concurrunt, præfertur dos. Boss. tit. de Fisco, num. 77. Item quod Fiscus non est propriè hæres, quando bona vacantia ad eum deferuntur.
32 Boss. tit. de bon. vacan. num. 10. Item quod Fiscus ægrè fert audire, quæ faciunt ad fauorem inquisitorum. Muscatell. pag. mihi 126. num. 2. Item quod
33 Fiscus in pœnis nullum ius habet ante sententiam.
34 Muscatell. pag. mihi 147. num. 32. Item quod Fiscus excluditur bannito à successione excluso, & venientes ab intestato admittuntur, & succedunt excluso Fisco; quia bannito, quod non capit, auferre non potest, l. decem, §. decem, de verb. obligat. Dec. l. 1. num. 10. C. de secund nupt. Et ità post Bal. plerosque alios in d. l. respondit Alex. cons. 24. num. 15. & cons. 75. in princ. Curt. Iun. cons. 182. Vulpell.
35 cons. 124. num. 6. Item quod Fiscus ius accrescendi in pœna, quæ d. Fisco, & parti stipulata est, lo-
36 cum non habet, quia ius accrescendi in contractibus non procedit, l. si mihi, & Titio, de verb. obligat. cum ibi not. & l. vnica, C. quando non peten. par. & in specie voluit Bal. l. arbiter intra centum, ff. de arbitr. Nec aliter obseruari debet, quia Princeps, qui in pœnis lucratiuam causam habet. Ex Dyn. & Bart. vulg. l. nō puto, ff. de iur. fisc. Et Neosan. tract. de pignor. 4. mem. 2. par. nu. 115. portione, quæ Fisco stipulata est esse contenti. Vulpell. tit. de promiss.
37 q 105. nu. 3. seq. Item quod Fiscus in pœnis in pristinum non restituitur. Soc. cons. 108. nu. 4. nec in eis est melioris conditionis, quam priuatus, Dyn. &
38 Bart d. l. non puto, ff. de iur. Fisci. Item quod Fiscus, si intra fatalia non appellauerit, & de pœna acquirenda tractetur, an in integrum restituatur. Vul-
39 pell. cons. 41. num. 4. Item quod d. Fiscus non restituitur ad dotem immoderatam ex persona minoris promittentis. Paul. de Castr. l. vnica, C. si aduersus dotem. Et fatentur Nouell. Curt. & Soc. Vulpell.
40 cons. 43. num. 8. Item quod Fiscus in iuribus conditionalibus, vt hæres, non habetur. Vulpell. cons. 43.
41 num. 9. Item quod Fiscus tenetur pro creditis in loco confiscationis contractis insolidum; etiam quod Reus alia bona in diuersis territoriis possederit: In dotibus autem matris, & vxoris delinquentis fraus potest præsumi; Castrens. cons. 387. incip. licet illi, in 2. in antiquis. Et in l. si fideicommissum, §. tractatum, ff. de iud. Et in l. si Procuratoris, §. si plures,
42 ff. de trib. Vulpell. cons. 43. num. 13. Item quod Fiscus ad bona extra Territorium sita non se extendit. Bart. vulg. l. cunctos populos, Castrens. cons. 319. in princ. in antiquis. Bolog. cons. 35. Boss. tit. de bon. publicat. num. 62. Clar. §. fin. in prax. crim.
43 vers. sed hic quæro. Vulpell. cons. 43. num. 1. Item quod cum Fisco, qui composuit, amplius molestari non debet. Paris. Put. in verb. compositio, num. 4.
44 seq. per totum: Ratio est, quia pecunia in compositione soluta, loco pœnæ succedit; Ex quo Fisco applicatur; l. Senatus, ff. si quis declarat, & §. seq. ff. de
45 iure Fisci. Item quod Fiscus iura conditionalia, & in spe tantum non acquirit. l. substitutio, ff. de acquir. rerum dom. iuxt. Glos. & Angel. l. quoties, de nouat. Nell. tract. Bann. prima par. secundi temp. q. 31. Dec. cons. 445. num. 65. Vulpell. cons. 112. num. 6.
46 Item quod Fiscus ex patris stipulatione, cui mortua filia competit dotis repetitio, secuto delicto ad dotis repetitionem non admittitur, quia conditionalia iura, & in spe tantum non acquirit, vt supra Vulpell.
47 cons. 112. num. 6. Item quod Fiscus in bonis quæsitis ante sententiam in pœnis anterioribus creditoribus non præfertur. Paris. de Put. tract. de Syndic. vers. publicatio, num. 2. post Bal. l. rescriptum, ff. de
48 quæst. Vulpell. cons. 120. num. 3. Item quod Fisci bursa, seu marsupium, quando ad eundem dominum, & non ad diuersos pertinet solutio in vno loco facta prodest etiam in alio, quando Reus fuit condemna-
49 tus. Vulpell. cons. 46. num. 10. Item quod Fisco non competit actio, quæ non competit parti. C. rn. cons. 51. col. 4. vers. dubitabam tamen, vol. 1. Bertaz. cons. 147. latius Baiard. q. 1. num. 7. Immo etiam actio ciuilis, quando non competit parti, non datur actio criminalis Fisco. Marſ. cons. 35. nu. 14. & cons. 40. num. 10. Item quod Fiscus quando facit fundamentum in aliquo, illud probare tenetur, l. ei, qui ff. de probat. c. Cum in iure, De offic. Delegat. Menoch.
50 cons. 12. nu. 77. lib. 1. Item quod cum Fisco componens, seù transigens, vt se eximat à Molestiis Curiæ, & à longo carcere, non fatetur delictum, l. furti, §. pactus, ff. de his, qui not. infam. Alexandr. & alii in l. transigere, C. de transact. Blanc. de indit.
51 num. 309. Item quod Fiscus inducens testem siue viuum, siue mortuum contra ipsum plenè probat. c. causam. Vbi not. de test. Aym. cons. 201. num 7. Paris. cons. 20. num. 1. vol. 4. Soc. Iun. cons. 69. num. 11. vol. 1. quia producendo testes, eorum personas approbat. Abb. & alii in c. examinata de iudic.
52 Immo testis inductus à Fisco, quamuis infamis plenè probat contra ipsum. Paris. cons. 20. nu. 1. vol. 4. Soc. Iun. cons. 69. num. 11. vol. 1. quia producens testem eius personam approbat. Abb. & alii in d. cap.
53 examinata, de iudic. Et maximè quando deponit ad defensam Rei, quamuis sit vnicus; quia ad dictam defensam sufficit semiplena probatio, Crauett. post Anchar. quem allegat, cons. 11. num. 16. Item quod Fi-
54 sco non probante Reus est absoluendus, l. qui accusare, C. de eden. Quod procedit in criminalibus, & mistis causis, Crauett. cons. 262. n. 6. Rolan. cons. 51. num. 30.

num. 30. vol. 1. Bursatt. conf. 69. num. 1. Item quod
55 Fiscus, quando tractat de lucro captando, & de damno euitando, tunc excusatur Reus credens alteri, secus si vterque tractaret de damno. Ita Albet. in l. 2. ff. quod fall. tutor. auct. quem refert, & sequi-
56 tur Bertaz. conf. 357. num. 16. Item quod in dubio semper est pronunciandum contra Fiscum. l. non dubito, ff. de iur. fisci. Cum promptiores esse debeamus in absoluendo, quam in condemnando. De probat. cap. ex litteris, de fid. instrum. & cap. inter dilectos. Item quod Fiscus, quando tractat de lucro captando, & de damno euitando, tunc excusatur Reus credens alteri, secus si vterque tractaret de damno. Ita Alber. in l. 2. ff. quod fall. tutor. auctor. quem refert, & sequitur Bertaz. conf. 357. num. 16.

Per supradicta omnia Dominus Iudex Rei defensionem, quantum potest, tenere debet.

Quarè &c.

F I N I S.